# Thesaurus graecae linguae ab Henrico Stephano constructus : in quo praeter alia plurima quae primus praestitit vocabula [...]

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

{BnF

gallica
BIBLIOTHÈQUE
NUMÉRIQUE

Estienne, Henri (1528?-1598). Thesaurus graecae linguae ab Henrico Stephano constructus : in quo praeter alia plurima quae primus praestitit vocabula in certas classes distribuit, multiplici derivatorum serie... ([Reprod.]). 1572.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.Leur réutilisation  s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :
 *La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.
 *La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

 *des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
 *des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter reutilisation@bnf.fr.

# ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

# THESAVRVS GRAECAE LINGVAE,

*Ab Henrico Stephano conſtructus.*

IN QVO PRÆTER ALIA PLVRIMA quæ primus præſtitit, (paternæ in Theſauro Latino diligentiæ æmulus) vocabula in certas claſſes diſtribuit, multiplici deriuatorum ſerie ad primigenia, tanquam ad radices vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI,

Nunc alii intrepidè veſtigia noſtra ſequantur:
Me duce plana via eſt quæ ſalebroſa fuit.

ANNO M. D. LXXII,
excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CÆS. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

Ex libris Bibliothecæ Regiæ

In Collegio Parisiensis Societatis Jesu. 1702. Ilustr. Princip. Lug. Prof.

## HENRICVS STEPHANVS lectori, de suo Thesauro.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔφπεν ἄριστον,
Πασῶν δ' Ἑλλαδικὴ γλῶσσα ἔρίζη ἔφυ.
Ἀλλ' ὅ με θησαυροὺς θησαυρὸς ἄππυρεν, ἄρισος
Πᾶσιν ἑὼν ἑτέροις, ὅστ' κάκιστος ἐμοί.

## IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditántque beántque,
Et faciunt Crœsum qui prius Irus erat.
At Thesaurus me hic ex diuite reddit egenum,
Et facit vt iúuenem ruga senilis aret.
Sed mihi opum leuis est, leuis est iactura iúuentæ,
Iudicio haud leuis est si labor iste tuo.

*SVMMA PRIVILEGIORVM HVIC THESAVRI editioni concessorum, quæ prodiit anno M.D.LXXII, CAL. MART.*

*Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in vniuersis ditionibus ipsius Cæsareæ maiestatis, locis atque ciuitatibus tam sacro Romano imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè subiectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum permissu, hunc Thesaurum linguæ Græcæ, vel quicquam eorum quæ in hanc eius editionem contulerit, excu-[redacted]te octennium, à die qua finita fuerit computandum: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publicè vel occultè aut quouis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amissionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco & ipsi Henrico Stephano, vel eius hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persoluendam.*

*Diploma vnum datum fuit Pragæ, die XV Febr. Anno M.D.LXX.*

*Subsign.*

*Maximilianus.*

*Ad mandatum sacræ Cæs. maiestatis proprium, A. Erstenberger.*

BIBLIOTHEK DER CANTONAL-LEHR-ANSTALTEN ZU ZÜRICH.

*Alterum datum fuit Spiræ, die XVII Sept. eodem anno.*

*Subsign.*

*Maximilianus.*

*Ad mandatum sacræ Cæs. maiestatis proprium, M. Gerstman.*

*Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianiss. cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amissionem librorum, mulcta arbitraria irrogatur, atque vt omne damnum eidem Henrico præstare sarcirêque teneatur. Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Iulii die XIII, Anno M.D.LXI.*

*Subsign.*

*Delomenie.*

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER AVGVSTO, GERMANIAE, HVNG. BOHEM. DALM. CROATIAE ET SCLAVONIAE REGI, &c.
Ac nobiliſsimis eius academiis, Viennenſi & Pragenſi:
CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.
Atque omnium eius academiarum antiquiſsimæ nobiliſsimæque, Pariſienſi:
ELISABETHAE, ANGLIAE, FRANCIAE, HIBERNIAE Q. REGINAE SERENISS.
Et celeberrimis eius academiis, Oxonienſi & Cantabrigienſi:

ITEM,

ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS AC DOMINIS, FRIDERICO, COMITI PALAT. AD RHENVM, IMPERII ELECTORI PRIMARIO, &c.
Et clariſsimæ eius academiæ Heidelbergenſi:
AVGVSTO, SAXONIAE DVCI, IMPERII ELECTORI, &c.
Et celeberrimis eius academiis, Lipſienſi & Vitebergenſi:
IOANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDEBVRGICO, IMPERII ELECTORI, &c.
Inclytæque eius academiæ, quæ eſt Francofurti ad Viadrum,

HENR. STEPHANVS S. D.

ISOCRATES, ſummus & orator & philoſophus, eos qui regibus veſtes vel æs aurúmve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ ſibi deeſſent, illis contrà ſupereſſent, mercaturam maiore quodam artificio exercere aiebat quàm qui apertè inſtitores ſe profiterentur. At ego ſacræ tuæ Cæſareæ maieſtati, itémq; veſtris regiis M.M. & Augg. DD. offero quæ mihi cõtrà ſuperſunt, illis deſunt. Offero enim Theſaurum quem antea (inuidia dicto abſit) nuſquam gentium ne venalem quidem theſauris veſtris inueniſtis. Ne-

que verò meum iſtud munus eiuſmodi eſt vt eius vtilitas ad vos tantùm aut veſtros aulicos peruenire queat, ſed quàm latè ditionum veſtrarum fines patent, eius vtilitas ad omnes Muſarum cultores dimanabit. Quum autem maior eorum in academiis quàm alibi ſit numerus, & has vobis non ſecus ac patribus filias, charas eſſe conſtet, rem vobis longè gratiſsimam facturũ me exiſtimaui ſi eas quoque compellarem. Minimè enim verendum mihi fuit (opinor) ne, ſi vobis eas conſociarẽ, tantùm illarum honori addere, quantum veſtro detrahere iudicarer: quum illæ non ſolùm honorem veſtrum amplificare, ſed etiam immortalem vobis gloriam comparare poſsint. Huius autem comparandæ ſtudium præ quouis alio principes decere, iam olim Ptolemæo regi cecinit Syracuſanus poeta, his verſibus, (quantum quidem Muſa mea Latina Græcam aſſequi poteſt)

—quid enim magè principe dignum,
Quàm decus immortale ſibique ſuiſque parare?
Hoc manet Atridis ſaluum: caligine contrà
Nunc adoperta latent (nullus datur vnde regreſſus)
Quæcunque obtigerant Priami populantibus vrbem.

Vbi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quàm decus immortale ſaluũ manere, idem de reliquis omnibus heroibus, (vt alios innumeros fortes viros omittam) ac nominatim de Achille, canere poterat: cuius ad tumulum quum Alexander aſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. At vos in academiis veſtris non ſolùm certum veſtrarum laudum præconium repoſitum habetis, ſed etiam in illis, non ſecus ac patres in liberis, vobiſipſis quodammodo ſuperſtites eſſe poteſtis: quandoquidem tanta viciſsim in earũ alumnos liberalitas ac munificentia veſtra extitit, vt vobis, ſecundum deum, omnia debere dici poſsint. Vbi verò inſigniorem & principibus conuenientiorem liberalitatis materiam inuenietis quàm iis in locis quæ (vt M. Tullius domum Iſocratis, officinam eloquentiæ vocauit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam ſunt? quæ literariis rebuſpublicis ſeminaria eſſe dici poſſunt? quæ denique cæteris ditionum veſtrarum locis non aliter quàm animæ corporibus incluſæ videri queũt? Cyrum minorem narrat Xenophon, quum Lyſander Lacedæmonius ad eum veniſſet Sardis, eíque dona à ſociis attuliſſet, & cæteris in rebus comem erga illum atque humanũ fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum ac diligenter conſitum oſtendiſſe. Lyſandrum autem, admirantem proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuauitatem odorum qui afflarentur è floribus: dixiſſe, mirari ſe ſolertiam eius à quo illa dimenſa & deſcripta eſſent. Cyrum autem ei reſpondiſſe, Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. Quanto maior & principe dignior gaudii materia eſt, poſſe de eloquentibus & ſapientibus viris dicere, Hos academia mea iam inde à pueritia, tanquam teneras plantas, educauit & excoluit: hos formauit, hos omnibus quibus excellunt artibus inſtituit atque perpoliuit. Athenæ ob literarum ſtudia, quæ ibi florebant, Græcia Græciæ dictæ fuerunt, quídni

& vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere dicemini? Ex Isocratis ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes exiêre: nimirum qui in dicendo & scribendo principes extiterunt. quid? nónne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent ii quos à consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis? nónne inde prodeunt & illi qui velut vicariam in soliis vestris sedem obtinent, siue ius tanquam ex ore vestro dicant, siue alia in vrbibus, quarum gubernacula illis commissis, administrent?

Neque tamen academiæ eos tantùm homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclarā vobis operam nauaturi sint. Longè enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse martia pectora inesse, & ipsi persuasum habent, & aliis persuadere conantur. Literas quidem certè inter arma silere, (sicut de legibus dictū fuit) miniméq; gratam inter illa sedē aliud literarū genus quàm poeticā Tyrtæi alicuius tubam, habere fateor: sed tantum abest vt eundem & literarum & armorum laude posse excellere negem, vt contrà, quemadmodum Græci vulgari senario eos qui literas didicerāt duplo oculatiores esse aiebant quàm cæteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quendam artis imperatoriæ vsum habere contendam. Etenim si Agamemnon meritò decem Nestores, non decem Aiaces sibi optabat, idémque & vos in bellicis vestris rebus optare debetis: nónne ex quatuor quibus imperatorium munus demandare voletis, si duo literati sint, duo illiterati, (cæteris alioqui in rebus pares) illorum magis quàm horum prudentiæ confidendum vobis existimabitis? Monumenta historicorum euoluant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant: & ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (vt alios quamplurimos silentio prætereā) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon: quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, vterque Cato: quales innumeri alii. Vel vnius certè Luculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnā literis iniuriam facere ostendit. Is enim tantus imperator in omni genere belli erat, præliis, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiúsque belli instrumentis & apparatu, vt Mithridates, rex post Alexandrum maximus, hunc à se maiorem ducem cognitum quàm quenquam eorum quos legisset, fateretur: & tamen cùm omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, vt in bello etiam & sub ipsis pellibus aliquid temporis illis impertiretur. Verùm quid externis exemplis opus est, quum vestræ Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines & armorum & literarum simul laude præstantes, & habuerint iam olim, & nunc quoque habeant? Vnde verò illi doctrinam nisi ex academiis vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones:

ita certè quo plures vobis similes, nimirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eò fœcundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quum ita ſint, & quum academiis quas illis de cauſis charas vel potius chariſſimas habetis, gratificari modis omnibus cupiatis, gratiam me à tua S. C. M. & veſtris tum RR. MM. tum AA. DD. initurum putaui, ſi munus offerrem quo illas, non ſecus ac patres filias, munerari viciſſim poſſetis: & quod illis non ſolùm vtilitas, quam ex eo percepturas ſpero longè maximam, ſed & ipſæ manus veſtræ (quæ alio etiam omni munificentiæ genere demereri iamprídem earum amorem cœperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Theſauro omnes ſuæ erga vos beneficentiæ theſauros comites addat.

## IISDEM DE HOC THESAVRO.

Hic theſaurus, hic eſt, tua quem Germania, Cæſar,
Hic quem Carle optat multis tua Gallia votis,
Hic eſt Eliſabeth, tua quem ſitit Anglia dudum.
Hic illis theſauro Arabum pretioſior omni,
Pactoli auriferis fuerit mage charus arenis,
Gratior eoo venientibus æquore gemmis.
Germanos ergo hic Gallóſque beabit, & Anglos:
At me, cuius opes tandem conſumpſit opimas,
Veſtrum eſt (ſic vobis ſint regna beata) beare.

## DE EODEM.

Inſperata alios theſauros lucra videmus
Ferre repertori: triſtémque repentè fugari
Pauperiem, vilémque caſam mutarier arce.
At me contrà inopem meus hic ex diuite fecit
Theſaurus, gazáſque omnes exhauſit auitas.
Si tamen hic animum veſtrum pectúſque benignum
Conciliare mihi (quod ait ſe poſſe) valebit,
Tum verò haud aliter quàm quondam Pelias haſta,
Fecerit id vulnus, factóque medebitur idem.

# CATALOGVS AVTORVM GRAECORVM, EX QVO-

rum ſcriptis vocabula & loquendi genera, eorum item vnde expoſitiones vocabulorum aut loquendi generum petitæ ſunt in hoc THESAVRO GRAECAE LINGVAE.

*Indicatur autem in quibuſdam, etiam ex qua editione ſint, in iis videlicet quorum locis nonnunquam paginæ numerus: in poetis autem, verſus numerus interdum adſcribitur.*

POETAE,

- Homerus, Heſiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, — *Ald.*
- Moſchus, Bion, Dionyſ. Alex. Coluthus, Tryphiodorus, Muſæus, Theognis, — *Ex editione Henr. Steph.*
- Phocylides, — *Ald.*
- Pythagoræ aurea carmina, Epigrammata Græca, Apoll. Rhodius, Oppianus, Nonnus, Ariſtophanes, — *Ald.*
- AEſchylus, Sophocles, Euripides, Lycophron, — *Henr. Steph. Ald.*
- Pindarus, & cæterorum lyricorũ fragmenta. — *Henr. Steph.*

HISTORICI,

- Herodotus, — *Ald.*
- Thucydides, Xenophon, Diodorus Sicul. Dionyſius Halicarnaſſeus, — *Henr. Steph.*
- Dion, — *& Rob. Steph.*
- Appianus, Herodianus, — *Steph.*
- Polybius, — *Germ. ann. 1530.*
- Arrianus, — *Germ.*
- Strabo, Pauſanias, — *Ald.*
- Philoſtratus, Plutarchus, niſi numero pag. adiungantur hæc verba, Meæ editionis. — *Ald.*
- Athenæus, — *Ald.*
- AElianus, — *Rom.*
- Diog. Laertius. — *Germ.*

ORATORES,

- Iſocrates, Demoſthenes, AEſchines, Demades, Lyſias, Antiphon, Andocides, Iſæus, Diinarchus, Lycurgus, Gorgias, Leſbonax, Herodes, Alcidamas, Antiſthenes, — *Ald.*
- Ariſtides, — *Flor.*
- Lucianus, — *Ald.* Sunt tamen huius & hiſtorica quædam ſcripta.

RHETORES, ſeu ſophiſtæ,

- Aphthonius, Theon, Libanius.

PHILOSOPHI,

- Plato, Ariſtoteles, Themiſtius, — *Ald.*
- Epictetus, Philo, Porphyrius, Iamblichus, Proclus.

II EX QVORVM epiſtolis aliqui proferuntur loci,

- Heraclitus, Democritus, Hippocrates, Euripides, Iſocrates, AEſchines, Demoſthenes, Plato, Ariſtoteles, Chion, Diogenes, Crates, Anacharſis, Lyſis, Muſonius, Apollonius Tyaneus, Philoſtratus, Alciphron, AElianus, Theophylactus, Procopius, Phalaris, Brutus, Syneſius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Libanius, Iulianus imp.

IVRISCONSVLTI, aut ſcripta ad iuriſprudentiam pertinentia,

- Pandectæ iuris Græcæ,
- Iuſtiniani nouellæ,
- Theophili interpretatio Inſtitut. Iuſt.
- Harmenopulus.

MEDICI,

- Hippocrates,
- Dioſcorides,
- Theophraſtus,
- Galenus,
- Oribaſius,
- Paulus AEgineta,
- Actius,
- Alexander Aphrodiſianus,
- Alexander Trallianus,
- Hippiatriæ autores.

GRAMMATICI, AVT qui ad grammaticam pertinentia ſcripſerũt, ſcholiaſtæ & lexicographi,

- Iulius Pollux,
- Harpocration,
- Heſychius,

Suidas,
Etymologus, qui Etymologicus vulgò,
Ammonius,
Ioannes grammaticus,
Thomas Magiſter,
Phrynichus,
Moſchopulus,
Theodorus Gaza,
Euſtathius ſchol. Hom. *Rom.*
Didymus, qui putatur autor breuium in Homerum ſcholiorum,
Scholiaſtæ, ſeu enarratores: Heſiodi, Arati, Apollonii Rhodii, Nicandri, Callimachi, AEſchyli, Sophoclis, Euripidis, Ariſtophanis, Pindari, Demoſthenis, Thucydidis, Dionyſii Areopagitæ.

Nondum autem editi libri, ſunt hi, Xenophontis Epheſii hiſtoria, Charitonis hiſtoria, Statii hiſtoria, Euſtathii hiſtoria, Longi Pœmenica, Iuliani imperatoris varia opuſcula, Sextus philoſophus, Scholia in Oppianum, Lexica duo Græca. item Lexica vetera Latinograeca, & Græcolatina, quæ recentiores Gloſſaria vocarunt.

SACRA SCRIPTA, AVT qui ſcripſerunt quæ ad ea pertinent,

Teſtamentum vetus, ex interpr. ea quæ LXX interpretum vocatur,
Teſtamentum nouum,
Canones conciliorum,
Ioſephus,
Iuſtinus martyr, *Rob. Steph.*
Dionyſius Areopagita,
Baſilius Magnus,
Gregorius Nazianzenus, } *Ald.*
Gregorius Nyſſenus, }
Chryſoſtomus, *Ver.*
Damaſcenus, *Ver.*
Clemens Alexandr. *Flor.*
Euſebius, } *Rob. Steph.*
Theodoritus, }
Socrates ſcholaſticus, }
Sozomenus, }
Euagrius, }
OEcumen. Arethas. *Ver.*

*IN THESAVROS LINGVAE GR. ET LATINAE.*

*Auſonias quondam Muſas Robertus egentes*
*Excepit grato prouidus hoſpitio:*
*At nunc Henricus, patris veſtigia ſectans,*
*Errantes Graias excipit hoſpitio.*
*Illæ autem memores accepti muneris, ecce*
*AEternas Stephanis conſtituêre domos.*
*Vos æternùm igitur Stephani nunc viuite. nanque*
*AEternùm præſtant vinere Pierides.*
*Et vos cum Stephānis æterno fœdere pactæ*
*Et Graiæ & Latiæ viuite Pierides.*
*Tu quoque muſarum cultrix, Muſis Stephaníſque*
*Communes colito ſedula turba domos.*

*IN THESAVRVM LINGVAE GRAECAE.*

*Eruit ille Argos Agamemnoniáſque Mycenas*
*Romanus Troiæ Mummius vltus auos.*
*Quinetiam longùm Romanis fracta tyrannis*
*Græcia, mox Turcæ eſt dilaniata cani.*
*Sic periit Sparte, ſic vos periiſtis Athenæ:*
*Sic nihil infelix Hellados Hellas habes.*
*Quorſum ergo nouus hic populator tertius, (inquis)*
*Quæ ſolæ ſuperant qui rapit vnus opes?*
*Immò ô te tandem iſto prædatore beatam,*
*Quas ſparſêre alij qui legit vnus opes.*
*O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam.*
*Nam te eadem ditat quæ populata manus.*

*IN EVNDEM.*

*Quid Graiis inhias ſpolijs nunc barbare miles?*
*En Graias Gallus congerit vnus opes.*
*Immò iſtas Gallus quas veras ſomniat (inquis)*
*Poſſideat, reliquas dum mihi linquat opes.*

*ROBERTO STEPH. ET HENRICO ROBERTI filio; illi quidem, Latinarum, iſti verò, Græcarum Muſarum fautori & alumno, T H. B. V. dicauit.*

# HENRICI STEPHANI AD LECTOREM EPISTOLA, SEV PRAEFATIO IN SVVM Thesaurum linguæ Græcæ.

ΛΩΣΣΗΣ τοι ἡσσων ἐς αὐθερόπισιν ἄεισε
Φειδωλῆς, πολλὴ γὰρ χάρις ἔπλετο μείζων ἰδέσθαι, vt Ascræus olim vates cecinit: at ego, non vt ᾠδὸς, sed vt παρῳδὸς, canere de Græca lingua non dubitarim,

Γλώσσης ἡσσων ἐς γλῶσσαν παρὰ πᾶσαν ἄεισε
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαείτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Ecquis enim dici vel fingi præstantior & maior thesaurus possit quàm is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli verè sunt thesauri, quósque possessorum quilibet & facilè & tutò portare secum potest, (vt Prienensis ille Bias se omnia sua secum portare aiebat) nimirum ad omnes liberales & ingenuas artes, viam nobis aperit? Quæ verò χάεπις non comitantur eum sermonem qui ipsas etiam deas quæ ὁμωνύμως appellantur Χάεπες, reddit χαεπιστέρας? Si enim alio quàm Græco sermone loquantur, non itidem χαείσασαι ὄπα fundere poterunt. Adeo vt quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

--λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων, ὡύπὸς ἂ ταὐτὸν φάνει:

ita dici possit, (si & hîc παρῳδεῖν mihi liceat)

--λόγος γὰρ Ἑλλάδος λὶς ἐξιὼν
Γλώσσης τ' ἄλλης, ὡύπὸς ἂ ταὐτὸν φάνει.

Et mentó: quum Græcus ille sermo dulcior melle fluat. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus, Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή: id generatim etiam de Græca (si aliæ cum ea comparentur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quę est eius miranda felicitas) quanuis suapte natura sit μέλιτος γλυκίων, valet etiam, quum res postulat, verba fundere νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. Quid quòd vnum idémque vocabulum & λεαίνειν & τραχύνειν hæc lingua potest? ánnon hoc non miræ solùm sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimuero quoniam vereor ne, si vlterius orationem meam in huius linguæ laudes prouehi sinam, latissimum illum campum ingrediatur vnde non facilè abduci possit, iam nunc eam aliò conuertendam censeo: præsertim quum ab aliis scripta illius encomia hîc additurus sim, & hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari & pauca cum aliorum encomiis communia habente, tractare aliquando decreuerim.

Equidem, si quadam amoris vehementia *Res minimè pulchra, pulchra tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusani poetæ verbis) τὰ μὴ καλὰ καλὰ πὶ Φαυτᾳ: non erit quòd quisquam miretur si linguam hanc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, insitus mihi à teneris propemodum vnguiculis eius amor, aliquid amplius quàm pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum παιπαλώτατος testatur, -- *ignoti nulla cupido*. Linguæ enim Græcæ cupido iamtum me ineessit quum vix de nomine mihi nota esset, víxq; ipsas elementorum eius notas à Latinis possem discernere. ita vt oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces fuisse minimè dici queant. Ac nihilo magis de auribus dici hoc potest, (vt illorũ canit vnus, *Pro lena multis vox sua sæpe fuit*) quandoquidẽ hæc lingua me in sui amorẽ iamtum pellexit & rapuit quum aures ne de modulatione quidẽ eius (etiam si eas quodammodo titillare viderentur) vllum ferre iudicium possent, quin potius eius auditor tanquam ἐν Θηβαῖς βοῦς λύεσκον essem. Fecit denique hic non solùm inusitatus sed præproperus etiam & præcox amor vt Græca lingua discenda mihi ante Latinam esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, nimirum in iis quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi, (ibi enim quum iis quæ de poetices laudibus scribere instituëram, aliquid περὶ τῆς ἐμῆς Φυσικῆς Φιλομουσίας ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio) si qui iam ibi

legerint, minimè repetendum illis nunc fuerit: at iis qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus ero.

Sed vide obsecro lector quomodo in meo illo præcoci (vti dixi) Græcarum literarum amore prouidentia Dei optimi maximi iam tum semina quædam huius tam operosæ πραγματείας includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accensus, Herculeum quendam laborem, qui exantlandus in ea erat, eluctari potui: eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperaui, vt quemadmodum Prometheus & Pelopis parens dulci sono decepti laborum feruntur, ita ego sæpenumero Sisyphei quod voluebam saxi oblitus fuerim, atque id à me volui minimè senserim. Quot enim quantásque difficultates obiectas mihi fuisse putas? quàm confragosa & salebrosa, quàm prærupta per loca perrumpendum mihi fuisse credis? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verùm vt de AEnea cecinit Maro, *Vicit amor patriæ*: ita de me affirmare possum, Vicit amor linguæ. Quinetiam cum eo amore cuius ex poetis elegiacis mentionem feci, meum comparare in multorum malorum tolerantia possum. Apud eum qui omnium ingeniosissimus non immerito censetur, legimus,

*Quis nisi vel miles vel amans & frigora noctis*
*Et denso mistas perferet imbre niues?*

Alius quidam hoc de se, vt amatore, profitetur,

*Non mihi sæua nocent hybernæ frigora brumæ:*

Proh quàm aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter à me tolerata fuerunt! Possum illi amanti simúlque illi militi in eo item me adiungere quod ab eodem poeta canitur, *Peruigilant ambo.* Magna enim ex parte vigiliæ appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inediæ tolerantia dicam? In ea me & milites & amatores quoslibet superantem non domestici mei solùm sed etiam quicunque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Vnum addam, in quo itidem multos me id genus amatores vicisse, nemo negauerit. Canit de amica sua quidam,

*Quinetiam sedes iubeat si vendere suitas,*
*Ite sub imperium sub titulúmque lares.*

Quàm paucos in animum inducere putamus vt idem propter amicas faciant? At ego propter amicam meam linguam Græcam & præ ardenti construendi eius ἡσαυροῦ desiderio, penè vniuersas meas diuitiolas paulatim ἀποπησαυρισμούς repentè me ἐκπησαυρίσαι, vtinam non tam verè dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorum genere, partim cum eorum multis, partim cum paucis communia habeo. (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versiculi meminerit, Ἡδὺ δὲ καὶ σαωθέντι μεμνῆσθαι πόνων) at verò quod in eorundem malorum tolerantia commune cum illis non habeo, id demum est quod me solatur: nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis coniuncti fuerunt laboribus, non à me tantùm sed à multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Vt autem & ipse de hac spe mea déque opinione quam concepi iudicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, & in quibus potissimùm præstandis sudauerim. Primùm quidem mea est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, qua earum maxima pars ad suas origines, tanquam riui ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, reuocantur: qua deriuata nonnunquam ducenta, interdum trecenta ad vnum primitiuum ita reducuntur vt interim ne ipsa quidem permixtum cóllocentur, sed in certos ordines distribuantur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauro fuit, vt etiam in præfatione illi præfixa docui) vix dici potest quàm multa huius linguæ studiosis afferre commoda & adiumenta possit. tria quidem certè affert longè maxima: quòd lector magno labore quærendi per diuersos sparsa locos, & eadem in diuersis legendi, leuetur: quòd à primitiuis deriuatiua dignoscat, & quomodo factæ sint deriuationes, primo aspectu intueatur: quòd vno eodémque loco & in promptu habeat quæ mutuam quodammodo lucem sibi afferant, & sese mutuò explicent. Adde quòd hæc series ditiores (vt ita dicam) reddere videtur Græcæ linguæ diuitias: & quæ antea locupletissima verborúmque omnis generis fœcundissima esse visa est, facit vt multo etiam locupletior fœcundiórque quàm credita sit comperiatur: vt etiam dixi in epistola ante biennium excusa, qua ad multas multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatúmque de meo Thesauro linguæ Græcæ, respondi: vbi & alia pleraque non solùm hac de re sed etiam

de aliis ad hunc Theſaurum & ad vulgaria lexica pertinentibus diſſerui: quæ in hac præfatione ( quam & properans & animo minus quàm in vlla operis parte tranquillo ſcripſi ) non immeritò deſideraturus ſis. Cæterùm tu quoque pulchram eſſe hanc meam vocabulorum antea permixtorum & confuſorum diſpoſitionem, fateberis, ſat ſcio: ſed ad κρόλιω, addito χαλεπήν: & Græcum prouerbium hac in re, non minus quàm in alia vlla earum quæ ad linguam Græcam pertinent, ἀληθὲς ἔπος existimato. Atque vtinam non tam expertus loquerer: vtinam diſpoſitionem illam mihi afferere non poſſem: vtinam mihi nihil deberet: nec me viæ ducem eſſe, ſed monſtratam ab alio quopiam ſequi oportuiſſet. Vix enim vllis exprimi verbis poteſt cum quibus mihi difficultatibus luctandum fuerit, & quoties de me dici illud potuerit,

*Vt ſtat & incertus quæ ſit ſibi neſcit eundem,*
*Quum videt ex omni parte viator iter.*

Quum enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem & labyrintheo ſimilem cernerem, quomodo non hæſiſſem? ſic autem hærens animus quî potuiſſet in varias ſententias non diſtrahi? Nec verò mihi in his labyrinthis aliquod Ariadneum filum, tanquam alteri Theſeo, auxilio erat: ſed idem quod Terētiano Getæ vſuueniebat, vt in me omnis ſpes eſſet mihi. Lexicographos omnes, ſcholiaſtas, grāmaticos, cunctos denique qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens ſcripſiſſent interrogabam: ſed in maxima parte eorum quæ ſciſcitabar, magis mutri quàm piſces erant: ſicubi autem ſententiam ſuam proferebant, idem mihi contingebat quod Demiphoni apud eundem comicum, quum ab aduocatis quos conſuluerat, incertior quàm antea reuerteretur. De pleriſque enim deriuationibus aut tacere aut inter ſe diſſentire veteres quoque grammaticos, de nonnullis verò eoſdem diuerſa diuerſis locis, aliquando etiam contraria, ſentire comperiebam. Scio autem fore multos qui & huiuſmodi diſſentionum & aliarum quas dixi, difficultatum exempla requiſituri ſint: ſed ea in Theſauri huius corollarium iam inchoatum reſeruanda cenſui: vbi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc à quoquam tractata ( inter alia autem, ea quæ ad Atticam dialectum & cæteras pertinent) Deo fauente tractabuntur. Sed interim ſiquis hoc ipſum opus euoluere non grauabitur, ſuo deſiderio aliqua ex parte ſatisfactum eſſe dicet. In aliquot enim locis, & illius diſcrepantiæ & multorum quæ lexicographi vel ſcholiaſtæ vel alii grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mendaciorum mentionem ſimul & reprehenſionem inueniet. Quòd ſi verum eſt illud, --*in magnis & voluiſſe ſat eſt*, mihi æquus eſſe debebis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnaui, plurimas verò oppugnatas, etiam expugnaui.

Illum tantum circa talem vocabulorum diſpoſitionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo maior, diſponendi itidem ordine certo ſignificationes, & ſingulas quoad fieri poſſet aptis exemplis confirmandi: quineriam eas quæ in ſuperioribus lexicis turmatim ( vt ita dicam ) collocatæ eſſent, examinandi, & veras à falſis diiudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerunque vna ſignificatio primum locum certis de cauſis mereri videbatur: ſed ecce ſtatim aliam, quæ de primatu cum ea contendebat, & cui itidem rationes ſuæ deeſſe non videbantur. adeò vt ſubinde vſurpare illud poſſem,

*Et magis hæc nobis & magis illa placet.*

Quid? an leuem hanc difficultatem fuiſſe exiſtimas, quum animus meus, quamcunque ſe in partem verteret, nihil niſi varias dubitandi cauſas intueretur? Quid certi, quæſo, ſtatuere poterat qui vagabatur & errabat, -- *vt à ventis diſcordibus acta phaſelus*? Expectandum certè erat dum vtriſque rationibus, quæ prima fronte ἰσόῤῥοποι eſſe putabantur, in vtraque lance poſitis, alterutræ præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manere eas videbam, lectores admonebam. Vulgaria enim lexica ne hîc quidem vllo mihi adiumento erāt: vtpote in quibus tam parua vel potius adeò nulla huius ordinis ſignificationum habita fuerit ratio, vt linguæ huius vel mediocriter periti multa ibi præpoſtera eſſe animaduertere poſſint: & caput plerunque ibi poni vbi ponendi pedes erant: nonnunquam verò in magna permixtarum ſignificationum turma ſiue caterua nec caput nec pedes apparere. Adde quòd ſæpe in iiſdem contingit vt ex duabus ſignificationibus vna planè falſa ſit, & quam aliquis ex malè intellecto quopiam loco ſomniauerit: altera, vera quidem ſit, ſed falſum quod ad confirmationem eius ſubiungitur exemplum: id eſt, falſò ( vtpote nihil commune cum illa habens) afferatur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quòd quum vulgaria illa lexica, non πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μαιμυμέα, πολλὰ δ' λυγρὰ, ſed contrà πολλὰ μὲν ἐσθλὰ. πολλὰ δ' λυγρὰ, habeant, (idque potiſſimùm in ſignificationibus recenſendis) vel vtraque ſint ἀδιάφορα, vel τὰ λυγρὰ potius

quàm τῷ ἰσθλῷ autor nominetur. Cui enim adſcribenda hæc eſſent diuinandũ mihi erat, deinde ad inueſtigationem veniendum. Mihi ſiquidem propoſitum hoc erat, vt quoad fieri poſſet, nihil quod alicuius momenti & minimè vulgare foret, ſui autoris nomine careret: vt nimirum hoc modo ab alienis meà diſcernerem, ac neminem honore ſuo fraudarem. Sed paulatim ita me diuinationi illi aſſuefeci, vt quid Budæi, quid Eraſmi, quid Petri Victorii, quid Ioachimi Camerarii, quid aliorum eſſet, coniectura facilè aſſequerer. Vnde fiebat vt in pleriſque locis, vnoquoque eorum quos nominabam, ſuas repetente plumas, furtiuis coloribus bella illa lexica nudarentur. Interim tamen non diſſimulabo me autores non inueniſſe quorundam quæ non contemnenda erant, quorundam etiam quæ erant eiuſmodi vt ſi non omnino vera, ſaltem aliqua ex parte veriſimilia viderentur. Sed quum minimè prætermittenda cenſerem, quanuis de iis ἐπέχειν cogerer, (præſertim quum nullis confirmarẽtur exemplis, aut eiuſmodi quæ non facilia innenirent apud ipſos ſcriptores eſſent: præterquam quòd ne quærere quidem ſemper vacabat) hanc rationem inii, vt ſaltem in vulgatis ſeu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro autoris nomine quod celant, afferens, ſimúlque fidem penes ea eſſe volens. Ipſe autem non ſolùm multas ſignificationes ab aliis omnibus prætermiſſas, aut omiſſa earum exempla addidi, vel aliis aptioribus confirmaui, ſed etiam quoties in alicuius vocabuli ſignificatione, aut alicuius loci interpretatione, vel à doctiſſimo Budæo, vel ab alio quopiam diſſenſi, id minimè diſſimulaui, (quippe qui in nullius magiſtri verba iuraſſem) ſed ſemper aut certè plerunquè rationem cur ab aliis diſſentirem adiunxi. Ac iſtorum quoque omnium exempla in eo cuius paulo antè memini Theſauri corollario habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus à doctiſſimi Budæi ſententia diſceſſi, ſpero fore vt ſi iis quas illic attuli rationibus tibi non ſatisfeci, vel in eodem Corollario, vel quum edam illius in linguam Græcam commentarios ſatisfaciam. Cogito enim de libri illius editione quæ habeat cum alia quibus multo quàm antea vtilior reddatur, tum verò meas in quoſdam locos annotationes.

Hæc ſunt, lector, quæ ad illuſtrandam Græcam linguam, præſertímque ad diſcutiendas tenebras quas ei lexicorum vulgarium conſarcinatores offuderant, primus ego præſtiti: parentis mei Roberti Stephani (cuius tot tantáque in rempub. literariam merita extant) exemplum ſequutus. Eum enim in ſuo Latinæ linguæ theſauro multas itidem errorum nebulas quæ in præcedentibus dictionariis erant, diſcuſſiſſe, nemo eſt qui ignoret. Spero autem fore vt paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Theſauri Latinæ linguæ opus cum aliis rebus tum verò vocum diſpoſitione ei ſimili qua in Græcis vſus ſum, luculentius reddam.

Sunt quidẽ certè & per hoc ipſum opus ſparſa nonnulla quæ obiter de quorundam Latini ſermonis vocabulorum aut loquendi generum ſignificationibus annotaui, non prius (quod quidém ſciam) à quoquam indicata. Quinetiam animaduerti, dum ipſum conſcriberem, multo plura Latinos à Græcis ſumpſiſſe vocabula, & plura etiam ex Græca phraſi mutuatos eſſe, ſiue pluribus modis linguam Græcam eſſe imitatos, quàm vulgò exiſtimẽtur. Ex vocabulis quæ à Græco ſermone ſumpſiſſe mihi viſi ſunt, (à nemine tamen adhuc annotatis, quod ſciam) ſunt Biſarius & Triſarius. Nec enim dubito quin hæc Biſarius & Triſarius (vnde ſunt aduerbia Biſariam & Triſariam: ad quorum formam fictum fuit Multifariam) originem habeant à Græcis δίφασιος & τριφάσιος, vt nimirum ita hîc mutarint σ in r, vt in quibuſdam aliis quæ ex eodem ſermone in ſuum tranſtulerunt vocibus: veluti in Valerii & Furii, pro antiquis Valeſii & Fuſii, in Muſes & Pluſima & Aſena, pro Mures & Plurima & Arena, aliiſque quorum Varro & Fabius meminerunt. Nihilque nos talis mutatio literæ vnius mouere debet, quum videamus in aliis quoque mutatione eſſe vſos: & ita quidem vt alicubi hanc literam in illam, & viciſſim illam in hanc verterint, veluti quum pro μελίσσω dixerunt Meditor, λ in d mutantes: viciſſimque Lacryma ſeu Lacruma pro δάκρυον, (licet Liuium Andronicum Dacruma dixiſſe teſtetur Feſtus) itidémque Vlyſſes vel Vlyxes pro Ὀδυσσεύς, ex δ facientes l. Verùm vt ad alia veniam exempla illorum quæ dixi vocabulorum, (quæ nimirum à Græcis orta mihi viſa ſunt, quanuis hanc illorum originem à nemine obſeruatam inuenerim) nomen Cachinnus Latinos ex Græcis & quidem comicis habere comperi: nimirum ex voce illis vſitata καχλύη. Nec dubito quin AEmulor ſit ab ἀμιλλῶμαι: quin Pronus ſit à πρόνδω, (hinc enim deducere malò quàm à πρηνὴς) quin Spolia ſit à σπόλια, quod fortaſſe γλωσσημάτιον eſt, ſignificans τὸ περιπλόμενον ἐρίδιον ἀπὸ τῆς σκελετῆς τῆ προβάτου, teſte Heſychio. Ex κολώνη non ſolùm Collis, ſed etiam Columna deduci exiſtimo. Atque vt ex γαλάσκω ſeu γαλάσκω fit Noſco, aphæreſi prioris ſyllabæ, & ex ἀμέλγω, Mulgeo: ſic ex νόμος factum eſſe puto nomen Mos, ex πυλωτὸς factum eſſe ſuſpicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, vt In præpoſitio eſt ex ἐν, ita En pro Ecce, eſſe ex

ἰωὴ,(vnde eſt ἰωὴ ἰοβοὺ dictum ἐκ περιλήψεως,ſiue ἐν' ἰοβοὺ)& Dum,in Ehodum & Agedum,eſſe Græcum δή, quo vtuntur itidem in ἄγε δή, propemodum perſuaſum habeo. Quinetiam vnum idémque vocabulum in vna ſignificatione Græcam originem habere puto, in altera non item. vt Ita. hoc enim aduerbium,quum aditũctam habet particulam Ne; ex οὕτως eſſe arbitror, ſed eo quod indignationi ſeruit. Animaduerti præterea quædam eſſe vocabula quæ ab alia voce Græca deducenda ſint fortaſſe quàm deduci ſoleant. In exemplum afferam nomen Forma.(quòd meliora quædam & certiora exempla in mentem nũ veniant)quanuis enim rationi conſentanea ſit deriuatio à μορφή,ſic inuerſo ſyllabarum ordine vt in Tæda ex δαὶς πή,(licet & δπὴ) inueniatur)aliquis ex φορμὸς potius ſumptum eſſe ſuſpicetur ,quanuis huius deriuationis ratio ignota ſit. Obſeruaui inſuper,ex iis etiã vocabulis quæ apud priſcos Latinos in vſu erant,pleraq; originem Græcã habuiſſe. Quo in numero eſt Cluere, à κλύειν: item Clepere à κλέπτειν.(neq; enim dubitare debuit Varro eſſetne hoc à Clam,an ab illo Græco verbo:potuitque fortaſſe & κλάπτειν dicere) Item Calare à verbo καλεῖν. vnde Calata comitia,& Nomenclator:pro quo alii ſcribunt Nomenculator. Necnõ Antlare & Exantlare, ab ἀντλεῖν & ἐξαντλεῖν. quod non animaduertentes quidam, dubitarunt an altera ſcriptura; Anclare & Exanclare, reiicienda eſſet. In hoc numero eſt etiã Dædala(quo & Virgilius vſus eſt ) pro Græco δαιδαλόεντα. Quibus cùm alia plurima poſſunt addi,tum verò præpoſitio Endo,pro In. nam Endo ex ἔνδον eſſe,perſuaſum habeo:licet & ſimpliciter pro In accipiatur: ſicut ἔσω apud Homerũ legitur pro εἰς. Huius autẽ præpoſitionis vſum apud Lucretium quoque non vno in loco habemus.Sed quũ eius ſignificatio ignoraretur, & vox corrupta eſſe crederetur,è quibuſdam locis eiecta fuit,in quibuſdam ſuperiorum editionum, & alia in eius locum repoſita, nimium audaci (vt in aliis pleriſque locis) coniectura. Sic & apud Lucilium;

*Quàm lepidè lexeis compoſtæ vt teſſerulæ omnes*
*Arte pauimento atque emblemate vermiculato,*

pro *Endo pauimento*. Neque Endo tantùm, verùm etiam Indu dicebant, ſed potius in compoſitione.

Iam verò & comici multa è Græcis mutuati ſunt, è quibus nõnulla cæteri itidẽ ſcriptores poſt eos vſurparunt,quorundam verò paruus apud alios aut etiam nullus vſus fuit. Neque enim quædam duntaxat compoſita in Latinam linguam introduxerunt comici quæ apud Latinos appellationem non habebant,aut non tam ſignificantem: vt Sycophanta, & ab eo deducta,Sycophantia, Sycophanticus,Sycophantioſus,(vnde & aduerbium Sycophãtioſe apud Plautum) Sycophantari.Quibus adde Paraſitus,Paraſitor,necnõ Paraſitaſter. Adde & *Aſym*bolus. (quãuis enim Donatus hoc nomen inter paraſitos confictum atque compoſitum eſſe tradat,in eo compoſitionis Græcæ analogiam ſeruari,& apud Græcos quoque inueniri conſtat. Sed & ſubſtantiuum Symbola,vnde illud adiectiuum factum eſt, vocabulis quæ comici Latini è Græcis primi ſumpſerunt, annumerare poſſumus: & in pleriſque eorum locis vbi Symbolum legitur,hoc reponere debemus) Quibus adiici poſſunt hæc,OEnopolium,Thermopolium,Myropolæ,& alia quamplurima. Non inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum ſermonẽ introduxerũt, ſed etiam Daniſta, & Machæra,& Phylaca, necnõ Aſtu; de Athenienſiũ vrbe dixerunt,& alia non pauca,palliatæ comœdiæ conuenientia. Dicam autem pro Græco Νίκη,nõ illi ſolùm verùm alii quoq; poſt eos dixerunt,(inter quos eſt Cicero) ſed duntaxat in certis quibuſdam loquendi generibus. Quinetiã credibile eſt ſingulis comicis certa quædam vocabula Græca præ aliis placuiſſe,ideóque vſum eorum apud hunc vel illum magis quàm apud alios frequentem fuiſſe. Sic videmus voce Baſilicus Plautum identidem vti:dicentem,Baſilicus victus,Baſilicus ſtatus, Baſilica facinora:eundémque vſu hinc deducti aduerbii Baſilicè gaudere. Apud eundem extat verbum Harpagare,& paſſiuæ vocis participium Harpagatum.Idem Architectonem alicubi dicere ꝰaluit,declinatione Græca,quàm Architectum. Neque verò mirum eſt comicos hiſce Græcis nominibus ſub terminatione Latina eſſe vſos,quum etiam voces quaſdam Græcas nihil immutatas ſuo ſermoni intermiſcerẽt: & quidem in iis etiam locis interdum vbi Latinis idem ſignificantibus vti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo οἶχεται, in Trinummo, *--ratio quidem hercle apparet, Argentum* οἴχεται. Quinetiam alicubi dicit λῆρες λήρων,quum alibi Nugæ & Meræ nugæ dicere ſoleat. Apud eundem legimus Vendere λόγους. At Terentius dixit λόγοις ea ſignificatione qua alibi Verba:vbi ſcribit, Verba iſthæc ſunt. Neque tamen Plauto ſuam in vſurpandis quibuſdam Græcis rationem defuiſſe exiſtimo,quę nobis ſit incognita.

Verùm vt ad vocabula è Græcis ſumpta reuertar,hoc quoque obſeruatione dignum eſt, quædam habuiſſe linguam Latinam in quibus terminationẽ Græcam in ſuam mutauiſſet: quæ à nobis ignorentur. Coniecturam facio ex nomine Auliones pro Aulœdi. Nam in ve-

ten lexico Latinogræco, cui Gloſſarii nomen à recentioribus datum fuit, ſcriptum eſt, Aulionet, αὐλητάς. Enimuero huius lexici mentio quædam verba mihi in memoriam reuocauit quæ ſuperioribus poſſunt adiungi. Vnum eſt, Gnetòn ſum, quod ibi exponitur ἀμαυρὸν & σκοτεινόν: quum Cnephoſum apud Feſtum legatur, ita ſcribentem, Cnephoſum antiqui dicebant tenebricoſum. Græci enim κνέφας appellabant obſcurum. De quo vocabulo Gnetõſum hoc tantùm dico, dubium eſſe poſſe debeátne mutari in illud Cnephoſum, an in Gnophoſum, à γνόφος. Alia autẽ ſunt de quibus maior & difficilior moueri quæſtio poteſt, quod ad ſignificationẽ attinet. Ecce enim, verbum Andruare Feſtus exponit Recurrere, à Græco verbo ἀναδρᾶν: (pro quo repono ἀναδραμεῖν) at in Gloſſario illo Andruare exponitur Græco verbo ἀνδρίζεσθαι. In eodem legimus, Auxillæ, μικρὰ πλοῖα, ὡς Βάῤῥων. quum Feſtus ſcribat, (ſi modò non mentiuntur quæ extant eius editiones typographicæ) Auxilla, Olla paruula. Illam quidem certè Gloſſarii expoſitionem, ſi μικρὰ πλοῖα pro μικρὰ πλοιάρια aut per imprudentiam aut etiam conſultò ſcriptum eſſe dicamus, confirmat quod ibidem legitur: videlicet, Auca, πλοῖον. adeò quidem vt verear ne pro Olla in illo Feſti loco reponi debeat Auca. Inueni porrò apud eundem ſcriptorem quædam Græca vocabula ſecus etiam quàm à lexicographis Græcis expoſita. Eorum vnum eſt μῶμαρ, quod Siculis ſtultum ſignificare dicit: at Heſych. exponit μίμψις, ἔνεδος, αἶσχος: itidémque apud Lycophronem pro μῶμος poſitum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibuſdam ex earum numero quas ſermo Latinus è Græco mutuatus eſt, peculiare eſſe obſeruaui: nimirum eas non ex communi Græcæ linguæ vſu, ſed ex aliqua dialecto ſumptas eſſe: qualia vocabula ipſi Græci γλωσσηματικὰ nominant. Neque enim quum hìc dialectum dico, vnam tantùm ex illis quatuor generalioribus, ſed etiam quamlibet intelligo. Ac poſſunt fortaſſis illa duo nomina δίφασιος & τριφάσιος (vnde Latinos ſumpſiſſe Bifarius & Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum eſſe. Neque enim dubito quin Ionica ſint. Equidem præterquam quòd in Ionicarum vocum collectione quadam (à me ſubiuncta libello Galeni qui inſcribitur περὶ Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις) inter illas recenſetur τριφάσιαι, Herodotum aliquot locis vtrunq; vſurpare cõſtat. Præſertim verò ex Dorica dialecto multa vocabula in ſuum ſermonẽ Latini tranſtulerunt: quos etiam in iis quæ Dores cum cæteris Græcis habent cõmunia, Doricam ſcripturam amaſſe videmus. veluti quum Fagus dixerunt, η quod eſt in φηγὸς, mutantes in α. Sic in Fama maluerunt φάμα quàm φήμη: non illud tantùm α quod terminationis eſt, ſed alterum etiam ex Dorico ſermone accipientes. Sic in Garrio videmus γαρύω magis illis placuiſſe quàm γηρύω. Sic Ganeum dixerunt, non ἀπὸ τῆς γῆς, ſed ἀπὸ τῆς γαστρὸς deriuantes. ſi tamen verum eſt quod ſcribit Donatus, Ganeum dictam eſſe meretricum tabernam, quòd ſit in terra. Dubitationem enim mouet quod ſcribit Heſychius, γανιπᾷ, δάπανοι, ἄσωτοι. Pro quo fortaſſe ſcribendum aliquis putet γαυιπᾷ, à γαύυμαι.) Sic & in aliis pleriſque Doricam ſcripturam imitati eſſe comperiuntur. Nam & pronomen Tu ex Dorico τύ, non ex σύ, eſſe videmus. Eodémque modo Pratum ex Dorico πρατὰ ſumpſiſſe literam τ exiſtimatur. Atque adeo vocem Bos eſſe ex Dorico βῶς, non ex βοῦς, non abſimile vero eſt. Alias autem eiuſmodi obſeruationes, & quidem his etiam inſigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) hoc in opere inuenies: quanuis Fabius non Doricæ rationi ſed AEolicæ ſermonem Latinum eſſe dicat ſimillimum. Verùm quod ad voces attinet quæ non ſcriptura tenus ſeu terminatione ſed omnino ſunt Doricæ, incipiam à nomine Cubitum. Dicunt enim Latini Cubitum eadem ſignificatione qua & κύβιτον apud Græcos legimus: verùm hoc Græcos omnes commune inter ſe non habuiſſe, ſed Dores ſibi vendicaſſe, & quidem eos qui Siciliam incolebant, cùm aliunde tum ex Polluce diſcimus. Eius verba ſunt, καὶ κύβιτον εἶπας ἄν, ὡς Ἱπποκράτης. δοκεῖ δ' εἶ) Δωρικὸν τοῦνομα, τῷ ὃν Σικελίᾳ Δωρίων. Quibus addit, Hinc factum eſſe vt Epicharmus κυβιτίζειν dixerit, ſignificare volens παίειν τῷ ἀγκῶνι. Euſtathius tamen, doctiſſimus alioqui ſcholiaſtes, hoc ignorans, κύβιτον pro Latina voce habuit. Horũ Sicilienſium Dorum eſt etiam Nummus: quod alioqui nemo non putet Latinum eſſe vocabulum, præſertim quũ Suetonius apud Suidam à Numæ nomine deductum eſſe tradat. Pollux l. 9, ὁ δ' νάμμος, δοκεῖ μοὶ εἶ) Ῥωμαίων τοῦνομα τὸ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῷ ὃν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωρίων. Sed ὁρίων apud eum legitur, pro quo repono illud Δωριέων. Ex eodem diſcimus, Vnciam Siculorum fuiſſe vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet Nummus, à Siculis ortum eſſe & ipſe teſtatur: ſed hoc poſterius pro Latino habet. quippe qui ſcribat, Vncia ab vno. Atque his annumerari poteſt & nomen Libra, ex Polluce, vel potius ex Ariſtotele apud eum: quanuis Galenus Romana vocabula λίτραν & οὐγγίαν eſſe dicat, ſicut & ξέστην. ſed cur illi potius fidem adhibendam eſſe dicemus? Quineriam nominis

Campus origō Siculis tribuitur. Κάμπος, (inquit Hesych.) ἱππόδρομος, Σικελοί. Huic subiungo vocem Allia. siquidē hanc quoque à Doribus manasse arbitror, quū ἄγλυζας eorum esse scribat Corinthus. Si autē vera sit hæc mea coniectura, dicta fuerint Allia quasi Aglia. Quinetiam Ruta Latinum non est, si scholiastæ Nicandri credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam ῥύτλω Peloponnensium vocabulum esse tradit, significans πήγανον. Dicunt autem Syracusanæ mulieres apud Theocritum, --πλοπποισὶ λαλεῦμες. Δωρίσδην δ' ἔξεστι, δοκᾶ, τᾶις Δωριέεσσι. Hoc porrò in memoriam mihi reducit & Σαυκὸν, quod Hesychius exponit ξηρὸν, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certè nemo non suspicetur manasse Latinam vocem Siccum. Verùm vt aliqua ex aliis etiam dialectis sumpta recenseam, quis verbum Ridere à Græcis oriundum esse credat? Strattis tamen apud Athen. lib. 14, Thebanis ἐκγελδάμῳ esse ait γελᾶν. Ne Capra quidem Latinorū est, si Hesychio fides adhibenda est. tradit enim esse Tyrrhenorum. Sed nec Verres Latinum esse videtur: quum ἔρρας extet apud eundem lexicographum, sed exponentem χοιός. (sic autem Caper aliud Latinis esse videmus quàm Græcis κάπρος, quanuis hinc esse credi possit) Quoniam tamē non addit è qua dialecto sit sumptū, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni quæ Græci quipiam scriptores pro Latinis attulerint. Sunt certè & alia quædam Latina vocabula, quæ licet in Græco sermone inuentātur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inueniatur annotata dialectus cui adscribi debent. Ex iis est Caballus. inuenitur enim καβάλλης de vili itidem equo dictū. Sunt præterea quæ à Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est Sanna, vnde factum est Sannio. Nam Σαύνας de quouis stulto dicitur, siue à cuiusdam stulti nomine, vt quidam arbitrantur: siue (vt alii volunt) à nomine cuiusdam gentis Asiaticæ: siue (vt nonnullis placet) à verbo σαίνειν. At Hesychius scribit Σαύνεσσις significare μωρὸν Tarentinis, vsúmque eius extare apud Rhinthonem. Simul autem obseruandum hîc est quomodo Latini à significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam obseruaui, habere Latinam linguam vocabula ex Græcis sumpta, sed qui ea & ipsi aliunde mutuati essent. Tale est Cadus. hoc enim est à Græco κάδος, illud ab Hebraico כד esse constat. Eodémque modo Saccus ex σάκκος, hoc ex Hebraico שק profectum est. Sic etiam Mitra Latini à Græcis, Græci à Syris habent. Sic Arrhabo Latina lingua sumpsit è Græca, hæc è Syriaca. (nisi potius Hebraicæ adscribi debet: in qua sententia pleroſque esse scio) Idémque & de nomine Turris dici potest. Quinetiam vocabula quædam inueniuntur quæ Latini à Græcis, Græci à Persis, vel aliis, hi quoque aliunde sumpserunt. Quanuis autem aliquot huiusmodi in construendo Thesauro obseruarim, vnicum nunc occurrit, Paradisus. cuius mentionem minus libenter facio, quòd à nostræ duntaxat religionis hominibus vsurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur, & quidem significationem eius restringentibus. Paradisus enim vox est è Græcis sumpta: Græci ex Persis, Persæ ex Hebræis sumpserunt: nimirum ex eorum vocabulo פרדס.

Obseruaui præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quàm vulgò credamus, ad imitationem Græci (vt ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (vt ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci ἄνους, ex α priuatiuo & nomine νοῦς, (ex qua voce ἄνους Festus nomen Anus ortum videri posse existimat: eadémque est & in synonymo ἄφρων compositionis forma) ita & ipsi Amens dixerunt, ex litera α priuandi vim habente, & nomine Mens. Atque vt illis ἔξαιμος, ex præpositione ἐξ priuandi itidem vim habente, & nomine αἷμα: sic istis Exanguis dicere placuit, in quo præpositionem eadem vi præditam, & nomini Sanguis itidem præfixam habemus. Item, verba quæ apud Græcos impersonalia sunt, apud hos quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quæ apud illos in præterito significationem præsentis habent, vt οἶδα, μέμνημαι, apud hos quoque: qui pro illis dicunt itidem Noui, Memini. Omitto terminationem primæ & secundæ personæ verborum in vtroque sermone eandem: id est, in eandem literam: omitto & alia, eodem pertinentia, sed leuia: & ad verba quæ desideratiua vocantur, venio: cuiusmodi est Bellaturio. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Græcos voluisse, sed vertentes literam σ in r. nam vt in Bellaturio (ea forma dicto qua Empturio, Vomiturio, & alia) habes terminationem in RIO, ita πλεμπτσίω, quod eam significationem habet, in σιω desinere videmus. Quinetiam metaphoras Græcas in pleriſque verborum & simplicium & compositorum significationibus imitati sunt: veluti quum dixerunt Conferre pro Prodesse: planè exprimentes Græcum συμφέρειν: sic quum Seducere pro Decipere vsurparunt. Vt enim Seducere est seorsum ducere, sic ἀπατᾶν est quasi abducere ἀπὸ τῆ πάτου. In nominibus quoque permultis metaphoras Græcas seruari non obscurum est: sed in multo pluribus, vt opinor,

eas inuenirem us, si non tot veteres scriptores, ac præsertim comicos, desideraremus. Sunt verò & apud eos quos habemus nonnullæ quæ pleroſque latent. vt ἀνωμεὸς apud Platonem, eodem planè modo quo Latinè Sordidus, de auaro. Sic ἀνωμελία de auaritia, ex Critia Pollux affert. Nónne Sordes & Sordidus horum exemplo dixiſſe Latinos de auaritia & auaro credere debemus? Verùm alicubi tranſlationem Græcam non ad verbum expreſſerunt, ſed potius alia ſimili vſi ſunt. veluti quũ pro σχολὴ (quod propriè otium ſignificat) ludum vel ludum literarium dixerunt. Non dubito autem quin huiuſmodi omnia ſint ab iis orta qui Græca in Latinum ſermonem conuertebant: præſertim quum ipſum etiam Ciceronem, in iis quæ interpretatur, quædam vſurpare videamus quorum nullus alibi apud eum eſt vſus. Iam verò præter illa quæ attuli imitationis exempla, omnibus obuia, aliáque id genus varia, hoc in opere obſeruata: quædam ſunt vocabula in quibus Latinam linguam omnino Græcã exprimere, non itidem facilè nec à quolibet animaduerti poteſt. Exempli gratia, quis in aduerbio Denuo repræſentari ſermonis Græci formam exiſtimet? Incluſa tamen ſunt in eo duo hæc verba ἐκ νέης, expreſſè (vt ita dicam) reddita: quæ in iſta ſignificatione apud Herodotum leguntur. Eodémque & nos modo dicimus *Denouneau* pro Rurſus, πάλιν. Huic autem vocabulo aptè adiungetur aliud quod itidem ex aduerbiorum numero eſt, nimirum Sedulo. Minimè enim dubium eſt quin hoc fingentes Latini ad Græcum ἀδόλως reſpexerint, atque adeò ipſum exprimere voluerint: dicentes nimirum Sedulo quaſi ſine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quæ ad inſtitutum ſermonem pertinent celare volo, (niſi quid me ipſum memoria celauerit) aliud addam, quod dum Theſaurum hunc conſtruerem animaduerti: linguam Latinã, quanuis à Græcæ diuitiis longiſſimè abſit, in multis multo eſſe quàm credatur diuorem: & (quod maius eſt) aliquam nobis relinqui eam ditandi nouis quibuſdam vocabulis, ac præſertim compoſitis, artem: qualia nonnulla memini me aliquot huius operis locis finxiſſe. Non immeritò certè dicit Fabius, Latinos aduerſus ſeipſos eſſe iniquos iudices, ideóque paupertate ſermonis laborare. Verùm quod Fabius de Latinis generatim dicit, non tam de priſcis quàm de eorum poſteris dici poteſt. Quid enim in fingendis vocabulis non auſos eſſe putabimus eos qui arietem reciprocicornem, lanicutem, veſtitrahum vocare non dubitarunt: qui teſtudinem terrigenam, tardigradam, domiportam appellarunt? Quinetiam ipſemet Fabius repandiroſtrum & incuruiceruicum affert ex Pacuuio. Sed paulo pòſt, Quum κυρτοσύχνα (inquit) mirati ſumus, incuruiceruicum vix à riſu defendimus. Poſſumus certè vel ex his coniecturam facere quàm audaces fuerint priſci Latini in imitandis huiuſmodi compoſitis vocibus linguæ Græcæ: aut ſaltem quanto poſteris ſuis audaciores: vt omittam quæ apud Lucretium doctæ huius audaciæ exempla habemus. Quinetiam Catullus, veterum poetarũ imitator potius quàm vetus poeta dicẽdus, cùm alia eiuſmodi protulit, tũ verò Falſiparens: vt Græcum Herculis epithetum ψευδοπάτωρ aſſequeretur. Illa certè audacia multa illis alia epitheta ſuppeditauit, quæ ad ſequentis ætatis poetas non tranſierunt, aut certè tranſiſſe non exiſtimantur. Poſſumus tamẽ interim aliqua nobis permittere, & ea quidem præſertim quæ cum vſitatis comparata analogiam ſeruare videmus. Ecce enim, quum de vſu compoſiti Dulciſonus non dubitemus, cur non itidem Argutiſonus ad exprimendum Græcum λιγύθεγος, dicere audebimus? Si Monticola dicere fas eſt, cur non & Rupicola? Si πυκνοπώγεις νῆας pontigradas naues appellare poſſumus, cur non πετροβάμονα rupigradum vocabimus? Neque verò hîc conſiſtendum eſt: ſed ſi Tardigradus etiam admitti dicemus, cur Tardiuorus reiiciemus? Equidem multo etiam audaciora iſtis fingi poſſe exiſtimaui (vt aliquot huius Theſauri loci docebunt) ad exprimendam Græcorum vim. Sic certè in vertendis quibuſdam verſibus talia nonnulla mihi permiſi: veluti illud Tardiuorus in interpretatione horum,

Εἰ ἔχεις εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τῶν ποδῶν σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

Hoc enim epigrammation ita verti,

*Tardipes es nimium, nimiúmque es dentibus acer:*
*Tardiuorus pede ſis, dentéque tardigradus.*

Præſertim verò hîc locum habere videtur, vtpote inter duo eiuſdem generis compoſita collocatum. Verti alioqui idem epigramma & aliis viginti modis, quædam alia pluribus etiam: atque adeò vnum pluſquam trecentis modis interpretatus ſum. Ex qua exercitatione Latinã linguam non tam eſſe pauperem quàm vulgo creditur, & ipſe didici & alios docui. Multo tamen ditiorem olim fuiſſe & multo etiam plura eius vocabula quàm putemus, nobis periiſſe, oſtendent & vetera quædã lexica, partim Latinograeca, partim Græcolatina, quæ propediem ex mea officina (vt ſpero) prodibunt. Eorum vnum eſt id quod Gloſſarii nomine appellari antea dixi.

Iam verò quoniam multa Græci habent loquẽdi genera quæ Latinæ linguæ ſunt negata, quum Gallica conrrà non adumbret ea tantùm, ſed ad viuum (vt ita loquar) exprimat: me, Gallum hominem, & verò in ipſa Galliæ Gallia, id eſt Pariſiis, natum atque educatum, patriæ ac linguæ meæ iniuriam facturum exiſtimabam niſi latentes has ſermonis ei familiaris diuitias in apertum proferrem, & exteris etiam nationibus conſpiciendas præberem. Ideóque in multis huius operis locis, quum Latiniſmis deſtituerer, Galliciſmorum auxilium implorauí, aut ſaltem ad eos qui à me commemorati fuerant in libello de Gallicæ linguæ affinitate cum Græca, (qui inſcriptus eſt, *De la conformité du langage Francois auec le Grec*) lectorem remiſi.

In eo quoque tuis ſtudiis, lector, conſului, quòd quorumlibet ſcriptorum Græcorum, ſed præſertim lexicographorum, Pollucis, Heſychii, Suidæ, Etymologi, multos locos qui mendoſi erãt proferens, eadem opera emendaui, aut ſaltem quomodo emendándi viderentur, admonui. Sed ad Suidam quod attinet, quædam in eo ex veteris etiam codicis autoritate reſtitui. Sæpe autem & vetuſta quædam incertorum autorum lexica, quæ ex Italia attuli, in conſilium adhibita, cùm ad alia tum verò ad quorundam in illis lexicographis locorum emendationem profuerunt.

Præſtiti denique lector, in hoc opere, vel potius præſtare conatus ſum, quæ ipſum Theſauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certè titulum mihi præripere iam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiſſent: ſed illi ϑησαυϱῷ eorum appellationi meritò aliquis ex prouerbio depromptum vocabulum κάθεγκτος adſcripſiſſet. Foris enim & titulo theſaurus erat: intus autem nihil aliud quàm vulgaris conſarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, nouis aliquot ſuturis aucta: aut (ſi mauis) quædam interpolationum acceſſio, vt vel ex ipſa collatione perſpici poteſt. adeò vt perinde eſſet acſi perſonatus Irus Cræſum ſe mentiri ſub eius perſona vellet. Quòd ſi me roges an hoc opus ita numeris omnibus eſſe abſolutum exiſtimem, vt in eo nihil deſiderari poſſit, quiduis potius quàm hoc perſuaſum mihi de illo eſſe, vel aliis perſuadere velle, quin potius me iam nunc plura in eo deſiderare quàm quiſquam fortaſſe deſideraturus ſit, reſpondebo. Primùm enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quanuis multò magis hac vna theſauri editione quàm multis illorum de quibus dixi lexicorum editionibus fuerit auctus, & multa vocum millia acceſſiſſe comperturus ſit quicunque cum aliis conferre voluerit: inſuper tamẽ extare aliqua in libris qui quotidie manibus teruntur, ſcio, necnõ in iis qui nondum in lucẽ prodierunt, latere multa ſuſpicor: ex nonnullis nondum luce donatis, qui apud me ſunt, coniecturam faciens. Deinde ſi ad ſignificationes veniendum ſit, eſſe vocabula plures habentia quàm quæ traditæ ſint, negare nolim. Atque adeò non circa hæc ſolùm ſed & circa quædã alia, eſſe quæ deſiderari hoc in opere poſſint, ac potuiſſe maiora præſtari, ingenuè fateor. Nam, vt de aliis me doctioribus taceã, maiora ipſemet præſtare potuiſſem, ſi maiore cum otio ſingula expendere licuiſſet. Falleris enim lector ſi hoc opus (exceptis paucis quibuſdam eius locis) aliter quàm ad clepſydram (vt loqui ſoleo) typographicam ſcriptum fuiſſe putas: id eſt, vt quemadmodum typographicæ operæ certo quotidie penſo obnoxiæ ſunt, ita & ipſe certo certáque hora exhibendo ſcriptionis meæ penſo obnoxius eſſem. Adde quòd ne id quidem conficiendi penſi tempus, licet breue, liberum ab aliis occupationibus & negotiis erat, ſed ita vario eorum genere & circa rem typographicam & circa rem familiarẽ diſtrictum atque implicitum, vt vnius interdum horæ ſpatio decies illa mihi ſcriptio interlaitenda eſſet. Verùm occupationum iſtarũ nonnullas in tuum commodũ ceſſiſſe, & eius temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquam me tibi alibi impendiſſe, ſatis ſupérque illi teſtantur libri quos mea officina, dum opus illud excudebatur, ſubinde in publicum proferebat. Hæc autem quum ita ſint, quàm dura & difficilis à me ſuſcepta prouincia fuit; tam faciles in danda mihi erratorum venia fore ſpero quibuſcunque pectus non liuore contaminatum ſed candore refertum erit: præſertim quum in illo cuius antea mentionem feci Theſauri huius corollario, non ſolùm multa huic operi adiecturus ſim, fauẽte Deo opt. max. (eorum potiſſimùm quæ ad reconditiorem linguæ huius cognitionem pertinent) ſed etiam eorum in quibus hîc peccauerim locorum pleroſque ſim emendaturus. Caueant interim ſiqui in hoc opere meo ingenioſi eſſe cupiẽt, (vel in epitomẽ redigendo, vel in certos vſus quædam excerpendo, vel alio quouis commento) ne contra mei operis ingenium (quòd nulli tam benè quàm mihi perſpectum eſſe poteſt) ingenioſi fuiſſe comperiantur: & in quibuſdam eius locis ſuæ temeritati inſidias tendi non ignorent. Præcipuè autem quod ad compendium attinet, vix alium quenquam ſine ſui pariter meíque honoris diſpendio id conficere poſſe arbitror: & quemlibet, ne eum periclitetur, non ſolùm hortor, ſed etiam oro atque obſecro.

VERVM enimuero quoniã quem impendi huic Theſauro laborem, cum Herculeo comparaui, atque adeò Herculeũ vocaui, nequis hoc dictum arrogantiæ damnet, duplicem huius appellationis ſenſum eſſe, ac ſi non vno, altero ſaltem verum comperiri ſciat. Herculeus namque labor meus hac ſaltem ratione vocari poſſit, quòd aliquid in ſuo genere cum Augiæ ſtabulo comparandum repurgauerim. Quidni enim infinita errorum portenta quæ in illis vulgaribus Lexicis Græcolatinis toties interpolatis accumulata erant, ſic appellem? Eorum tamen aliquot exempla ſtatim proferæ, deinde nomen illis dignum iudicio lectorum relinquere, ſatius fuerit. Quum autem varia ſint illorum errorum genera, in varios itidem locos & velut claſſes digeram.

Primus autem locus tribuetur iis vocabulis quæ in illis præclaris Lexicis linguæ Græcæ affinguntur, vel potius quæ illi repugnanti & inuitæ adſcribuntur: ídque diuerſis modis: vtpote errore ex imperitia quidem vbique, ſed quæ varie allucinaretur, orto.

Κυμῆνα, (vt ſcriptũ eſt in nouiſſima illorum Lexicorum editione, omnium emendatiſſima atque locupletiſſima) *vocabulum eſt caſtrenſe, ad ſignificandum militum ſeriem ſinuoſum inſtar gradientem.* Non credis lector, ſed rides: At ecce tibi Arriani locum, qui aduerſus tuum riſum teſtis producitur: ἦγον βάδην, τοῦ μὴ ἀλλοκοτεῖσθαί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆνα τὸ Φάλαγγος. At κυμῆνας hic non eſt accuſatiuus nominis κυμῆνα, (quod nunquam vſum fuit ἐσ' ἐν ἀνέσει) ſed participium aoriſti 1, à verbo κυμαίνω inquies. Ita quidem vſum eſſe Arrianum longè manifeſtiſſimũ eſt, ſed nouiſſimus λεξιπορράπης, ſiue λεξιπορράφος, aliquid noui hîc ſomniauit, ac nouam linguæ Græcæ vocem, quam ne vnus quidem veterum ſcriptorum (ſi omnes reuiuiſcant) intelligat aut agnoſcat, ſuo mirifico ſomnio excogitauit.

Συναλοία dignũ eſt quòd illi κυμῆνα ſubiungatur. Eadem enim illa editio nouiſſima (nam præcedentes hoc inſigni vocabulo, ſicut & illo, indignæ fuerunt) hæc tradit, Συναλοία, ας, ἡ, *Strues & congeries*, συνάθροισις. συναλοία δὲ νεκρῶν, *Strages*. Hîc quoque rides, & monſtra ubi narrari dicis: Vide ne riſum tuũ Ioſephus ridiculũ reddat, ex quo iſtud illius συναλοία exemplum ibi affertur: πολλαὶ δὲ συναλοίαι περὶ ἀλλήλοις πεσοῦσαι ἐμπεδῶν. Imò verò (inquies) συναλοία apud Ioſephum eſſet verbum præteriti imperfecti temporis, à themate συναλοάω. ſed reponendũ eſt συναλοία vnico λ, à συναλοιδω: vt ſimile ſit ſimplici ἀλοιάω. Fateor, & idem fatentur omnes neceſſe eſt: ſed Ioſephus & quicunque illi aſſentimur, nihil noui, nihil niſi vulgare & tritum dicimus: at λεξιπορράφος qui hoc annotauit, minimè vulgaria, ſed noua & ingeniis non inueſtigata priorum (vt dixit Naſo) loquutus eſt.

Ἀγάγης, ης, ἡ, tertium locum tenebit, nouum certè nomen & ipſum atque inauditum. Rogas quid ἀγάγης ſit? *Sua ſponte ſubiectus, Adducens.* Quomodo (inquies) ἀγάγης nomẽ eſſe, quomodo hoc ſignificare poteſt? Imo ab ἄγω eſt. ἤγαγον, in ſubiunctiuo modo, ἀγάγω, ἀγάγῃς, ἀγάγῃ. Id quidem & Suidas docet, ſcribens, ἀγάγῃς, αὐθυπότακτον: ſed debuit ſcribere quæ λεξιπορράφος intelligeret, & quæ nullam errandi occaſionem illi præberent.

Ὑθλῆς quoque & Φλυαρῆς, verba ſecundæ perſonæ, indicatiuorum ὑθλέω & Φλυαρέω, nomina ibi fiunt. Ita enim ibi ſcriptum eſt, Ὑθλῆς, *nugatores*, Φλυαρῆς: *Suidas*. Scilicet ὑθλῆς & Φλυαρῆς Suidas à nominatiuis ὑθλὶς & Φλυαρὶς eſſe putauit. Et hæc quidem ſint μεταμορφώσεως in quibuſdam vocabulis exempla, qua videlicet verba in nomina tranſformãtur. Alicubi autem vocabula ſunt, noua quidem & ipſa, prorſúſque inaudita, ſed ex alio erroris genere profecta, veluti quæ ſequuntur.

Ζυθμίζειν, *Ad normam libellámque dirigere, Corrigere, Emendare.* Hanc quoque vocem explodis: Attamen ne ipſa quidem eſt ἀμάρτυρος. Hæc enim ibi ſubiunguntur, *Lucianus* ἐν τῷ περὶ Φειδίου καὶ ἐπιτροφῶν καὶ ζυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ κανόνος δοκοῦν. Lucianum dices ῥυθμίζειν ſcripſiſſe, nõ ζυθμίζειν: & manifeſtiſſimum vel puero (vt prouerbii verba vſurpem) fuiſſe hîc mendum. ſed quid ſi quæ aliorũ omnium iudicio mendoſa erant, λεξιπορράφος ille emendata iudicabat?

Εὐθυμίζειν proximum ab illo tenebit locum, quòd ibidem legatur. Nam verbo illi ζυθμίζειν ſubiungitur, *Idem quod* εὐθυμίζειν, ἢ εὐθυμίζειν. Quibus adiicitur lepida illa interpretatio, *Ad normam libellámque dirigere*. Miraris huius verbi εὐθυμίζειν nouitatem? Arego in eo cuius ignorantia, in finitis aliis erroribus perfecta fit atque explorata, nihil tale admiratione dignum iudico. Equidem vel proximè præcedens verbum ζυθμίζειν ne εὐθυμίζειν mireremur facere poteſt. Quomodo enim ſciuerit εὐθύνειν dici, non εὐθυμίζειν, qui ῥυθμίζειν, non ζυθμίζειν, dici ignorauit? Sed ad aliud tranſeo.

Ἐυμὴν λέξις, *perpetua elocutio vertitur ab Aquila.* Hîc mendacii ſocium ſibi Aquilam adjungit λεξιπορράφος. Illi tamen ignoſcendum eſt, quia mentiri ſe ignorauit, quum ῥυμὴν pro εὐμοίρη diceret.

Aliud erroris genus, vel potius alia errorum genera sunt in istis, Μεθύω & Μεθύομαι, Ἀμύω, Ῥάγνω, Χερσωμβύος. Siquidem μεθύω & μεθύομαι perperam afferri, tanquam significantia Inebrio & Inebrior, sicut μεθύσκω & μεθύσκομαι, nulli nisi valde huius linguæ imperito ignotum esse potest. At verò in Ἀμύω non tantùm thema vnum pro alio statui, sed vocabulum suppositicium genuini locum occupare dicendum est. Ibi enim scribitur, Ἀμύω, *Inclino, Cado*, καταπίπτω. *Submitto. Apollon. 2 Argon.* ἤμυσαν λοξοῖσι κεραήσι, id est, ἔκλιναν κεφαλάς, *capita inflexerunt.* Atqui ἤμυσαν non est ab ἀμύω, (quod nusquam legitur) sed ab ἠμύω. Eodémque modo καταμύω perperam pro κατημύω in iisdem lexicis habetur. Sic ῥάγνω ibi thema statuitur præteriti ἔῤῥαγκα: quum tamen non dicatur ῥάγνω, sed ῥαίνω. At in χερσωμβύος more nouo omitti augmentum quilibet videre potest.

Atque vt verbis plerisque thema vnum pro alio, sic nominibus vna declinatio pro alia datur: veluti quum ἀμφορεῖ scribitur pro ἀμφορῆς: quasi videlicet hoc nomen ad formam Latini Amphoræ refingendum esset. Rectius autem fortasse vocabulum vnum pro alio, (nimirum adulterinum pro genuino) non tantùm declinationē pro declinatione poni dicemus. Sic certè ῥαφία Græcis incognitum pro vsitatissimo ῥαφὴ ibi scribitur. Quum enim κακορραφία legisset vnus quispiam ex lexicorum interpolatoribus, etiam ῥαφία pro futura dici existimauit: eámque vocem Græcis lexicis assuere non dubitauit, eam scilicet autoritate illius compositæ κακορραφία confirmans. Eiusdem cum hoc ῥαφία est farinæ nomen ῥησία, quod exponitur colloquium. Quia enim in quibusdam compositis terminatio ista inuenitur, vt in ἀῤῥησία & παῤῥησία, existimauit idem ille non ῥῆσις solùm sed etiam ῥησία dici. Vel potius ne hoc quidem cogitauit, sed ῥήσιας inueniens apud Hesychium ὁμιλίας expositum, ῥησία, tanquam singularem eius nominatiuum, interpretatus est colloquium.

A simplicibus vocabulis ad composita, simúlque à simplici inscitia ad compositam quandam (vt ita loquar) transeo. Quæ enim audisti, licet fœdæ ignorantiæ plena, leuia esse præ his quæ audies videri poterunt. Iam enim producere libet Ῥινοπορακυθέρεια, & Γόναυθος, & Ἀβρεμδούλη, & Ἀκανήλυθος, & Φεσδωπεύμβυος, & Χαλκοκεκαυμβύος, & Ἀμφιθερμοπύλας, & Ἀναυλαπίοντις, & Ἀπυροτεροφῆ, & Ἀρεικάπυχος, & Σφιπῆναι, & Πολυνικῶ. Quid? annon hic O monstrosam inscitiam exclamabis? Sed monstrificam potius appellato, quæ tot verborum monstra nobis fingit: quorum quædam poetis, quædam oratoribus, quædam historicis, quædam medicis, quædam lexicographis affingit. Suidæ quidem certè & Hesychio lexicographis affinguntur illa duo, ἀκανήλυθος, & ἀβρεμδούλη. neque enim talem compositionem agnoscunt, sed hic quidem scribit, Ἄβρα, δούλη: ille autem, Ἀκάνη, λυθος. Primum autem illud ῥινοπορακυθέρεια Hesiodo poetæ affingitur. est enim ex isto eius loco sumptum, -- αὐτὰρ Ἄρηϊ Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν. Sed quidnam esse ῥινοπορακυθέρεια tradunt illa lexica Græcolatina? Nomen proprium fictitium. Mentiuntur sanè, si vocem Fictitium ex eorum sensu interpretemur: at si aliter, verissima dicunt. Est enim ῥινοπορακυθέρεια vocabulum quod inscitia finxit & commenta est, sicut cætera quæ illi adiunxi, & alia permulta quæ adiungere potui. Sed eorum quædam non solis lexicis Græcolatinis, vt illa, verumetiam deprauatis exemplaribus imputanda sunt. cuiusmodi est ἀπολαμόπομος, quod Euripidi falsò adscribitur. quum enim ita legendus sit locus illius in Hecuba, Μόχον δειλαίαν δειλαίαν ἐσόψει χθὸς αἰαςπαςὰν Σᾶς ἄπο, λαμόπομόν τ' ἀίδα Γᾶς ὑποπεμπομβύους σκόπος: perperam disiuncta præpositio à suo genitiuo in vulgatis editionibus, erroris illius occasionem præbuit. Talia autem pleraq; annotaui in iis quæ meæ editioni Homeri aliorúmque poetarū heroicorum præfatus sum, exempla videlicet vocum in quibus præpositiones cum aliis vocibus perperam coaluerūt. Cuiusmodi sunt istæ, Τἀμόρυον, Τἀτέρομος, Τἀπηλεῖς, Τἀφίμερον, Ἐπικτίρια, Ἐνάστεπον, Περικάμμορε, Καταδέμνια, Ἐπαύλειος, Πολυκέρδιον. quod postremum simile omnino est illi Πολυνικῶ supra commemorato. Sed his addi permulta possunt quæ Lexicis illis peculiaria existimari queant. In illis enim currum Homerus non tantùm ἀπήνην vocat, sed etiam ἐπαπήνην ex isto loco, Iliad. ω, Σὺν δ' ἔπεσον ἡνίοχοι ἐϋξέσην ἐπ' ἀπήνην. (aut ex alio quopiam, vbi eidem nomini eadem præpositio præfixa est) Atque ita videmus Homerum tali præpositionum vsu magnā laudis materiam istis lexicorum locupletatoribus præbuisse, & in posterum etiam fortasse præbiturum esse. vt enim ex loco illo ἐϋξέσην ἐπ' ἀπήνην, factum fuit nouum vocabulum ἐπαπήνη, fieri poterit ab aliquo nouo locupletatore ὑπαπήνη, ex isto, -- ζεῦξαί θ' ὑπ' ἀπήνη. Itidémque ἀπαπήνη, ab alio, hinc, -- οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον. Quinetiam illa ἐπαύλειος & πολυκέρδιον ab iisdem fortasse Lexicis originem habuerunt. Præbere tamen potuit & Hesychii mendosum exemplar talium errorum occasionem: sed illis duntaxat qui crassa ignorantia laborarent. Cæterùm qui multo plura exempla nouarum vocum, quas inscitia variis modis allucinata produxit, & aliarum quæ ita deprauatæ sunt vt vix ab ipsis scriptoribus Græcis agnosci queant, videre cu-

piet, ea in epistola mea cuius antea mentionem feci, extare sciat. Vtinam autem huic meo in examinandis istis labori idem non contingat quod paterno. Quum enim ille Thesaurum Latinæ linguæ construens, vocabula itidem multa consultò prætermisisset quæ in præcedentibus dictionariis erant, vtpote ab ignorantia variè errante inuecta, aut ex scriptoribus qui planè barbari suo in sermone essent, deprompta, ea tandem sedem suam in sequentibus editionibus velut postliminio receperunt. Atque hoc Venetiis primùm non sine magno dolore fieri vidit. Quum enim quandam officinam typographicam ingressus esset, sumpta in manus vna sui Thesauri, qui ibi excudebatur, charta, continuò vocabulum quoddam in eius oculos incurrit quod se olim reiecisse recordabatur. Tunc eum qui editioni illi præerat, interrogare quo consilio id vocabulum Thesauro adiecisset. Hic verò non aliud respondere quàm se non hoc solùm sed alia eiusmodi multa addidisse: quòd certo consilio fuisse omissa ignoraret. Hoc autem narrasse, saltem ad reddendum lectorem cautiorem, profuturum spero. Neque enim ab iis tantùm vocabulis quæ commemorata sunt cauere sibi debet, aliisque eiusdem generis, sed ab aliis propemodum infinitis in quibus alia errorum genera & quidem varia commissa sunt: sic tamen vt series alphabetica certo iudicio (si tantæ inscitiæ aliquod iudicium inesse dici potest) ita scripta fuisse ostendat. Talia sunt, Ἀπαναβαίνω, Ἀπανορθόω, Ἀπαμφοπερίζω, Ἀπαρήγω, pro Ἐπαναβαίνω, Ἐπανορθόω, Ἐπαμφοπερίζω, Ἐπαρήγω. Sic etiam Ἀπάρατος pro Ἐπάρατος, & Ἀπαλλὰξ pro Ἐπαλλάξ. Hæc enim duobus in locis ibi ponuntur: cum α quidem inter vocabula quæ à litera α initium habent, cum ε verò inter illa quorũ prima litera est ε. Neque verò illud duntaxat ε quod est præpositionis ἐπὶ (vt in præcedentibus verbis) mutatũ fuit in α: sed alibi etiam idem mutationis erratum contigisse videmus. vt in Ἀπαλαιώθη pro Ἐπαλαιώθη, in Ἀχάσασθαι pro Ἀχέσασθαι, & quibusdam aliis. Atque vt in superioribus illis præpositioni ἐπὶ suum ε in α mutatur, sic in Ἀπαχθύομαι ο præpositionis ἀπὸ perperã in eandem vertitur. Vicissimque ο pro α habent in Ἀπμένω. In iisdem est Καποσκάζω & Καποσκάσμα: necnon Ἀπολίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Plura autem exempla in illa quam dixi epistola inuẽturus es: vbi etiam falsorum thematum, quorum paulo antè mentionem feci, insignia quædã sunt exempla: Διαπαρὲς, *Transfixus*, *Traiectus*, à Διαπαρίημι: & Ἐπαληθὲς ab Ἐπαληθέω: & Διαθραμῶσα à Διαθιάσκω. Quibus addere potes Ἐρέμδομαι, & Ἐπαλημυρῶν. Vt autem hic perperam præfigitur ε, ex augmento sumptum, ita nominibus quibusdam perperam præfixum est τ, quod est articuli τὸ, vel τὰ, tanquam ipsorum sit. Sic enim Ταναφορὸν pro ἀναφορὸν, & Ταυθρήνια pro αὐθρήνια in illis scriptum est. Vicissimque litera in capite quarundam vocum perperam omittitur: vt in Ταθαλία Sunt verò & quædam vocabula quorũ falsæ scripturæ falsa itidem deriuatio, sed illi scripturæ consentanea, adiungitur. vt σωιχμάλωτος, quum manifesto errore scriptũ sit pro σωαιχμάλωτος, dicitur esse ab ἔγχμα. Sed transeo ad exempla erratorum quæ in tradendis significationibus illi lexicorum interpolatores commiserunt: ex multis, vel potius propè infinitis, pauca deligens, & à nominis αὐτόματος interpretatione initium sumens. Quum enim Gellius caput primum libri decimitertii verbis hisce clausisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo antè Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellauit. αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit: quum inquam hæc Gellius scripsisset, interpretationem istam quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος dicto de morte, vulgarium lexicorum interpolatores & consarcinatores ei tribuerunt vbi dicitur de conuiua. Allato enim hoc versu Homeri ex Il. libro β, Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subiungũt, ἄκλητος: deinde hæc verba, *Quasi naturalis & fatalis, quíque nulla extrinsecus vi coactus venit, autore Gellio.* Quid verò de interpretationibus dicemus quæ planè contrariam significationem nonnullis vocabulis tribuũt? ἀπαναισχυντῶ esse Inuerecundè me gero, vel impudenter, Impudentia vtor, satis notum est: at ibi contrà redditur Verecundè facio. Sic αἰδοῦμαι θαρσύω quod est Hortor, ibi contrà dicitur significare Dehortor. Sic δίωξιν ποιέμενοι, quod est Persequentes, redditur contrà Fugæ se mandantes. Quinetiam quibusdam locis falsæ & stultæ interpretationes, expunctis vulgaribus quæ verissimæ sunt, tribuuntur. vt videmus in nouissima illorũ lexicorum editione tradi, verbũ Φεύγειν esse Pati, in hoc diui Pauli loco, ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς, ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, & significari, Nihil aliud mali vos passuros esse. Præsertim verò in reddendis Latinè lexicographorum Græcorũ expositionibus variè peccatũ est: vt in illo cuius antea memini huius Thesauri corollario docebo, vbi de quibusdam quæ lexicographorũ & scholiastarũ sermoni peculiaria sunt, disseram. Interim tamen & in illa cuius mentionẽ aliquoties feci epistola, talium quoq; erratorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque consarcinatores peccarunt, exempla, necnon alia quædam legere hunc Thesaurum volentibus profutura inueniri poterunt. Vale, & meis vigiliis faue.

# SCIPIONIS CARTEROMACHI PI-

## ſtorienſis oratio de laudibus literarum Græcarum.

*SCIPIO CARTEROMACHVS DANIELI Renerio, Patricio Veneto, ſalutem.*

ORATIONEM *noſtram de laudibus Græcarum literarum, multorum petitionibus & quaſi conuiciis efflagitatam, ſub tuis auſpiciis publicamus, Daniel Reneri. Non modò enim ſingularis humanitas tua beneuolentiáque erga nos id facere nos cogit, ſed & Græcæ quoque linguæ tanta experientia, vt me ego, quoties de his rebus vnà (vt fit) confabulati ſumus, adiutum abs te in ea maximè ſenſerim. Ergo tu quum eam à nobis habitam vulgo paſſímque commendaris: editioni quoque plus fortaſſe iuſto fidere nos effeciſti. Sumus enim neſcio quo pacto perſuaſi, quod tu laudaris, id à nemine iri improbatum. Quod ſiue ſuccedet, tibi laudem omnem debebimus: ſiue erunt quibus ea re minus ſit ſatisfactum, tuum erit vel tueri nos, vel emendare. Vtrunque autem nobis optatiſſimum, ac voto proximum. nam & patrocinium tuum meritum videri, ampliſſimum & morum & doctrinæ teſtimonium cenſeri poterit: ac limam tuam ſubire, nil aliud erit quàm accipere τὴν κελοφῶνα τοῦ λόγου, ἐξ ἑλωτῆς Ἀθηνᾶς ψῆφον. Vale.*

QVVM varia multipliciáque ſint, viri ſtudioſiſſimi, quæ apud diuerſos homines bona honeſtáque exiſtimantur, pro cuiuſque commodo aut naturæ conuenientia: illud profectò optimum videri debet quod conſenſu omnium, aut certè probatiſſimorum, vtiliſſimum humano generi natura edidit. Quòd enim beneficia ſumma omnibus contulit, conferátque quotidie, id non eſſe optimum, dici non poteſt. meritur enim bonitatem beneficentia. Diſciplinis autem à diis immortalibus nihil vtilius datum eſſe homini, tam nemini dubium eſſe video quàm nihil animo ipſo diuinius: cuius illæ ſunt poſſeſſiones ac facultates. Neq; verò obſcura ſunt aut ignota earum beneficia hominibus: quum & audiant ea quotidie, & videant, atque omnibus pene modis experiantur. Quòd ſi diſciplinæ vtiliſſimæ, quantæ id dignitatis eſſe cenſendum eſt cuius hæ potiſſimùm beneficio manarint in lucem? certè maximæ, & cui nihil anteponi vel poſſit vel debeat. Id autem eſſe Græcam præcipuè linguam, quum egregios in quauis diſciplina viros, non credidiſſe modò ſed & tradidiſſe, vel legerim vel audierim: ipſe quoque facilè me in eam ſententiam adduci patior. Cuius rei vos certè iudices in præſentia facio, qui quum eiuſmodi ornamentis inſigniti omnes atque honeſtati prodeatis, Græcæ quoque vel in vobis ipſis admiramini, vel in aliis ſtudio proſequimini. Exiſtimo autem quicquid laudis vniuerſis ſimul conueniat diſciplinis, id omne Græcæ linguæ meritis non iniuria adſcribi oportere. quod quàm verum ſit, mox audietis. Iam enim huc Græcæ linguæ laudes exploraturi acceſſimus, quantúmque ex ea manarit vtilitatis humano generi: quanquam ea Latinis præſertim hominibus contulerit ſemper, conferréque poſſit in dies magis vti volentibus.

Igitur Græca lingua (ſi Græcorum ſcriptorum ſua prodentium fidem ſequimur) vetuſtiſſima nobiliſſimáque eſt. Quippe quæ non aliunde traxerit initium, ſed apud ſuos homines veluti naturali quodam ortu prodierit in lucem, atque maioribus aſſiduè incrementis inoleuerit. Nam quũ Athenienſes, quorũ purior atque elegantior ſermo eſt, αὐτόχθονας (hoc eſt indigenas, ipſóſque ſuæ terræ perpetuos incolas, proprióſque cultores) dici cõueniat inter ſcriptores, quis non videt linguã quoque ipſam nõ minus αὐτόχθονα dici debere? Sermo enim à natura homini datus, certã hominis ætatẽ neceſſariò cõſequitur: niſi quid impediat. nõ enim poſſunt nõ loqui homines, expeditis præſertim loquutionis vocalibus inſtrumẽtis. at quánã alia quæſo lingua vſos credamus eos qui nõ aliunde mĩgrarint, niſi ea quæ ipſos ſemper comitata ſit? Quapropter hoc plus cæteris nobilitatis Græca lingua ſortita eſſe videtur, quòd aliæ, hominũ inuẽta proculdubio ſunt: hæc, naturalis quodammodo exiſtimari põteſt: quandoquidẽ in eã primi illi homines nulla arte nulláque induſtria, ſed naturali quodã inſtinctu ducti fuerint. Cur enim ea potius verba in mẽtẽ venerint illis hominibus nullius adhuc rei gnaris, quàm alia? Quippe natura ipſa omniũ rerũ prouida, ea voluit lingua inſtituere illos homines quæ ad ſui poſtea indagationẽ atq; expreſſionẽ plus aliquid cæteris collatura eſſet humano generi. Quod nõ fefellit. tãto enim Græca lingua

cæteras omnes antecellere videtur in tradenda rerũ cognitione, quãto homo aliquis omniũ rerũ perituſſimus, atque ingenio perſpicaciſſimo ac propè diuino, hominem alium mediocris literaturæ, tenuiſſimíque à natura ingenii, antecedit. Non modò enim diſciplinas omnes quotquot vnquã fuerunt, & melius & copioſius Græca ipſa & perluſtrauit & tradidit, ſed & ſi alio ſermone hæc exprimere aut efferre nitare, plurimum neceſſariæ lucis ac propè veritatis ipſius abſtuleris. Ideóque veluti mancum meritò credi poteſt quicquid aliis literis ſcriptum legatur: ſi cum eo conferatur quod à Græcis proditum ſit. Nec id hominum tantùm cauſa euenire dixeris, qui nõ eam vel curam, vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut tradendis, quam Græci homines. Nam id quoque verè dicitur: (quid enim intentatum illis? vt Plinius inquit) ſed ipſe quoque cæterorum ſermo non eam patitur expreſſionem quam Græcus. atque adeò vt plus naturam efficere quàm verbis monſtrari poſſit, in aliis quidem loquutionibus non procul abſit à vero: in Græca autem tantum abeſt vt verè dicatur, vt melius etiam aliquanto atque ſignificantius nõnulla ante oculos ponat, quàm natura ipſa moliatur. Id autem Latini interim ſermonis argumento intelligere licet: qui quum elegantiſſimus & ſit & habeatur, à Græco tamen longè ſuperatur. Diuus quippe Hieronymus, Proprietatẽ (inquit) Græcam Latinus ſermo nõ exprimit. Quintilianus, Videtur mihi ſermo i ſe Romanus non recipere illam ſolis conceſſam Atticis venérem. Gellius, Adieci (inquit) ſæpe animum ad vocabula rerum nõ pauciſſima, quæ neque ſingulis verbis vt à Græcis, neque ſi maximè pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucidè támque aptè demonſtrari Latina oratione poſſunt quàm Græci ea dicunt priuis vocibus. Et paulo pòſt, Sed huius, inquam, tui erroris culpam eſſe intelligo in mea ſcilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim nõ obſcuriſſimè dicere quod à Græcis rectiſſimè vno verbo & planiſſimè dicitur. Cicero, quum Ariſtippi illud amico ſcriberet, Habeo, nõ habeor à Laide: Græcè, inquit, id melius. Lucretius multa ſe Græcè dicere affirmat propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem. Quòd ſi Latinitas Græcitatem, vt ſic dixerim, vſquequaque referre non poteſt, cui coniunctiſſima eſt, ac propè germana: quid alias linguas exiſtimemus, quibuſcum nullum eſt illi cõmercium, nulla affinitas: ſed (quod dici ſolet) diametro inter ſe diſtãt? At habent & illæ ſuum fortaſſe nitorem, ſuam elegantiam. Equidẽ non negauerim ineſſe aliquid ſingulis propriè venuſtatis. Neque enim veriſimile eſt ingenii cuiuſvis homines nullam omnino curam proprii ſuſcepiſſe ſermonis. Quin potius, quemadmodũ colendorum agrorum apud omnes pro loci ac cæli qualitate vſus eſt, ſed aliis aſperius ſolum, ac natura ipſa horridius multum veri cultus reſpuit ac negligit: aliis cõtrà mitius ac placidius omnem admittit curam, omnémque induſtriã: ſic quæ-vis loquutio ſplendoris quidem aliquid in ſe retinet: ſed cæteris multa negata ſunt, Græca omnia vna cõplexa eſt, atque eouſque vt quæ apud omnes alias peculiaria natiuáque ſunt, ipſa quoque reddat non minus eleganter quàm apud illas ipſas habeantur: nulla autem vim eius penitiſſimã poſſit exprimere. Quo fit vt noſtri, quoties aliquid efferre cogitant, quo nil venuſtius, nil elegantius intelligi velint, Atticos lepores, Atticos ſales, Atticam venerem, Atticam eloquentiam, aut Atticum demum aliquid id eſſe dicant. Quamobrem quod de Platone inquit Cicero, louem, ſi loqui velit, non aliter loquuturum quàm ſcripſerit Plato: ſi idem aut ſimile quiddam de Græca lingua pronuntiemus, non abſurdè dicturos nos arbitror, naturã, ſi loqui velit, non aliter quàm Græcè loquuturam. Quod & re ipſa comprobauit. ſua ſiquidem myſteria omnibus ſanè hominibus in medio propoſuit perquirẽda, vt cuiuis in eius arcanis liceret ingenium exercere: at perfectã de iis ipſis atque abſolutã tradere cognitionẽ, Græcis procul dubio ſolis conceſſiſſe & quaſi diuinitus reſeruaſſe videtur. Itaque ſolco mecum ipſe quoſdã ex Græcis ridere nõnunquã, qui adeò ſibi inuidere videãtur vt quicquid in diſciplinis Græci profecerint, id aliorũ inuentis totũ tribuere conentur. Quid enim (quæſo) ſunt aliorũ inuenta niſi minuta quædã & puſilla, quæ caſu magis quàm ratione habita iure exiſtimes? vt liceat in his poetica illa vti ſententia, τύχη τέχνην ἔτεκεν, id eſt, fortuna artem peperit. At verò quæ à Græcis & cõperta ſunt & tradita, nõ tã homines exploraſſe aut retuliſſe credas, quàm naturã ipſam de ſe ſingula prodidiſſe: atq; adeò vt in cæterorũ ſcriptis illorum ipſorũ hominũ ſermo ſit, in Græcis natura ipſa, quod dixi, loqui videatur.

Quòd ſi aut tempus aut locus pateretur ſingulas nos vel ſcientias proſequi, vel artes, vt quæ à Græcis & inuenta in his & tradita ſunt, cum cæterorum omnium quos ſcimus traditionibus cõferremus: profectò nemo veſtrũm (vt arbitror) relinqueretur qui non tantùm Græca à cæteris diſtare magnitudine fateretur quantum elephantem à culice. Quid enim (vt alia omittam) philoſophia ipſa, omnium ſcientiarum parẽs ac domina, adiumenti vnquam habuit ab alio genere quàm à Græcis? tãtum enim abeſt vt quicquã cæteri cõtulerint philoſophiæ, vt ſi qui etiã è barbaris eius aliquãdo ſtudio incẽſi fuerint, ad Græcos migrarint: atque iidẽ ſiquid ex philoſophia poſteris relinquere voluerint, id nõ ſua magis quàm Græca lingua efferre dignũ iudicarint: nõ tam remunerãdi gratia (vt exiſtimo) eam linguã cui acceptũ referrẽt quicquid ſcirẽt, quàm quòd aut

insolens aut impossibile videretur, vel disci vel tradi rectè philosophiam alio quàm Græco sermone. Hinc Toxaris atque Anacharsis è Scythia Athenas philosophandi studio se contulerunt: Chion è Ponto. Cuius, & superioris Anacharsidis, extant Græcæ quoque epistolæ perquàm elegãtes, nec minus præceptis refertæ. Phauorinus verò è Gallia, non modò plurima Græcè in philosophia conscripsit, sed & Romæ quoque, vbi vixit, multa sæpe Græcè disputauit: quemadmodum Gellius ex nostris, ex Græcis Philostratus, autores sunt. Philon Iudæus non Hebraicè magis quàm Græcè philosophiam illustrare conatus est. Musonius autem omnium Stoicorum Neronis tempestate celeberrimus, quum è Vulsinio esset, Romæ proxima vrbe, Græcis potius scriptis quàm Latinis monumentis philosophiam augere voluit. Prætereo quot Syri, quot AEgyptii, quot Thraces philosophiæ mysteria Græcè scripserint: Orpheum, Musæum. qui tametsi inter poetas connumerantur, attamen possunt & philosophiæ adscribi, quum vetus illa theologia nonnisi carminibus texeretur. Sed quid opus est alios connumerare? quum Aristotelem, ipsum philosophiæ magistrum, Thracia nobis tulerit, Græcia excoluerit. Cuius celebriores quoque expositores nõ Græci, Græcè cum interpretati sunt: Porphyrius è Phœnicia, Iamblichus è Syria, Ammonius & Philoponus ex AEgypto, Simplicius è Phrygia. Quin & in aliis quoque artibus multi multa Græcè scripserunt, non Græci: de grammatica, exactissimè Apollonius & Herodianus AEgyptii: de musica atque astrologia, Ptolemæus itidem: arithmeticam Nicomachus & Iãblichus, Syri: & geometriæ nonnihil. Dialecticæ quoq; ante Aristotelem ab Archyta Tarentino scriptum aliquid legimus. Neque id nunc dico, non posse homines aliter philosophari quàm Græcè: sed quicquid cæteri philosophati fuerint, aut inchoatum quiddam aut non absolutum cõsistere, sed quod extremam & quasi Apelleã manum desideret. At dicet aliquis, Pythagoram, Platonem, atque alios philosophandi studio in AEgyptum se contulisse. Ego verò non negauerim aliquid inde in Græciam retulisse hos viros, ex iis præsertim quæ ad diuinitatem pertinent, quæ ab Hebræis multo antè in AEgyptum pulsis manasse verisimile est. Nã & legisse Platonem Hebraica scripta, & lecta imitatum fuisse, autor est Eusebius, atque ea in Græcam linguã tralata: quãdo & Trismegistum, qui omnem penè veritatem (vt ait Lactantius) nescio quo modo inuestigauit, Græcè scripsisse videmus. Hebraicam tamen veritatem interim excipio. nam de humanis rebus atque artibus agimus, non de diuinis inuentis: quanquam hæc quoque postea à Græcis potissimùm explicata sunt, quum ratio propagandæ veritatis iam non refragabatur. Quid quòd & Indos philosophos Græcæ linguæ ignaros non fuisse scribit Philostratus, & cum Tyanensi Apollonio Græcè nonnunquam fuisse loquutos?

Atque hæc de Græca lingua, quantum vel nobilitate, vel vsu cæteras antecellat, dicta sufficiãt: nunc quantum Latino sermoni adiumẽti præstet, dicemus. Nam aliæ profectò loquutiones sciri sine Græca lingua parum rectè possunt: vt verò optimè loquantur, nihil impedit. At Latinus sermo ne loqui quidem potest exactè sine Græcæ linguæ cognitione: tantum vel cognationis vel coniunctionis cum illa fortita est hæc nostra, vt esse fortasse possit sine illa, bene autem esse non possit. Quemadmodum homo sine virtute vt sit, nihil prohibet: vt verò bene sit, fieri non potest, si virtus nõ adsit. Quare quid aliud esse dicemus Græcam linguam, si ad Latinam referatur, quàm eius virtutem, ex qua tua illi felicitas comparetur? Quod si Ouidianum illud sub eius persona prætulerimus, non ab re fortasse dixerimus,

*Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum.* Minimè autem indignari debet sermo Latinus quòd è Græco manarit, sed gloriari potius. nam quod ab optimo autore initium sui traxerit, fieri non potest quin sit & ipsum optimum, atque illi proximum. Non potest ergo non esse cuiuis rei accommodatissimus Latinus sermo, qui è Græco processerit: ac mihi sanè videtur, quum vtrunque considero, nihil aliud esse Latinus sermo quàm Græci exemplum atque imago: vt quicquid in illo sit, in hoc quoque eniteat. Principio enim si elemẽta, ac literas, earum inter se contextum intueare, eandem in vtrisque inueneris rationem: si verba ac voces, eodem modo significare, eodémque modo necti ac construi, ac penè vim habere eandem. Ideóque si qua etiamnum innouanda nobis ac fingenda sint, ita demum habitura fidem dixit Horatius, si Græco fonte cadant. Nam & multa nos à Græcis accepta transpositis literis nostra fecimus. μορφὼ illi Dorica lingua dicunt, nos formam: illi ἅρπαξ, nos rapax. multa immutatis, φὼρ, fur: νὺξ, nox. multa additis, ἰξ, sex: ἑρπυλλον, serpyllum. multa eadem permansere. Infinitum esset omnia persequi, vt dictionum eadem ratio, vt nominum ac verborum inflexio, vt præpositionum, aduerbiorum, coniunctionũ eadem obseruatio: sed minutiora hæc quàm vt in præsentia examinãda sint, & à nostris grãmaticis abundè tractata. Orationis verò compositio ita pẽdet è Græco, vt quæcũq; à Græcis tradita sint in ratione dicẽdi, eadẽ à Latinis & seruẽtur & seruari iubeãtur. nã & quas dicũt sententiarũ & quas orationis figuras, in vsu à Latinis nõ minus receptæ sunt quàm à Græcis, & earũ nomina aut Græca adhuc vsurpãtur, aut Græcorũ imitatione signi-

ficantur, vim quoque rei appellatione ipſa exprimentia: quam qui non vident, rem quoque ipſam non diligenter animaduertunt. Neque verò caſu euenisſe dixeris tantam hanc conuenientiam, ſed induſtria, ſed prouidentia. quare nonniſi Græca lingua duce procedere Latinam poſſe, veriſſimè affirmari poteſt. Quemadmodum enim, ſi principium rei atque origo neſciatur, ſciri ea res non ſatis rectè poteſt: ita Latina lingua, ſi Græca ignoretur, vt benè teneatur, non fit veriſimile.

Quòd ſi te ad diſciplinas artéſque contuleris, ac rerum cognitionem ſectari volueris: iam verò hic quàm penè nihil effeceris, ſi te Græcis priuaris? Omitto enim grammaticã, quæ, vt multa habet propria peculiariáque in vnoquoque loquendi genere, ſic multa etiam retinet Græcæ Latinæque linguæ ita communia vt quod de altera tradatur, alteri non minus conueniat. quare Græcis quoque niti autoribus ad noſtrum loquendi vſum non renuêre noſtri. At verò Dialectica tam poteſt ſine Græcis literis incolumis ſciri quàm ſine Ariſtotele. niſi fortè à recentioribus vel noſci vel tradi melius exiſtimemus: aut iis libris perdiſci poſſe qui ex Ariſtotele trala ti habeantur: quos ſi aſpiciat ipſe, non recognoſcat, ſed (quod de aquila dici ſolet, pullos nacta non legitimos) reiiciat, ac nolit pro ſuis: quippe qui Ariſtotelici ſolis radios non ferant. Poſſem hoc loco afferre ſingula quoque vocabula quibus vtuntur dialectici, quæ aut Græca habeantur, aut Græcorum imitatione ſint facta: quorum etiam nonnulla malè à recentioribus accipiuntur. in his enim Græca ratio ſequenda eſt: quam qui ignorant, ſæpe falluntur. Quàm multa autem ſunt apud ipſum Ariſtotelem, quæ aut Latinè transferri optimè nequeunt, aut, ſi transferantur, ſenſum ipſum Græcum non vſquequaque reddant? Quod ea de cauſa dictum velim, quòd nonnulli exiſtimant, ſi legant Ariſtotelicas quaſcunque tralationes, ſtatim ſe ſententiam tenere philoſophi. Quæ res pleroſque fallit, & quidem non indoctos: quum & qui transferunt, plerunque ipſi hallucinentur, atque aliud pro alio reddant: & qui legunt, aliter plerunque accipiant quàm ab eo dicãtur. Tam igitur Ariſtoteles ſine Græcis literis intelligi optimè poteſt, quàm ſine ſe. Quomodo enim vim ſaltem ipſam Ariſtotelicæ loquutionis intelligent, quam ille adeò elaborauit vt aditum eo pacto ſuæ philoſophiæ præcluſerit ſocordibus atque inertibus ingeniis? Quanquam ſunt qui hæc ſanè non magni faciant, immo verò & contemnant: qui & dialecticæ vſum longè melius teneri hac noſtra tempeſtate affirmant quàm Ariſtoteles ipſe calluerit. Quæ res vellem equidem, pro mea in noſtros viros beneuolentia, tam verè quàm animoſè diceretur. Sed nos hæc aliorum iudicio relinquimus: ne, quod Græcè dicitur, ἐπὶ τὰ ἰσχαμιδία πηδῶμεν: néue, dum alios arrogantiæ fortaſſe arguimus, ipſi arrogantiores reperiamur, qui ſupra crepidam iudicare audeamus.

Tranſeo igitur ad poeticam, cuius & inuentio & vſus, ita totus Græcorum eſt, vt quod de furore ait Plato, inanem eſſe hominis conatum qui ſine furoris ea quam vult ſpecie ad poeticas fores acceſſerit, de ignaro Græcarum literarum dici poſſit, incaſſum ſcilicet eum laborare. nunquam enim ingreſſurum muſarum penetralia. Nam, vt omittam principem omniũ Homerũ,

*--à quo, ceu fonte perenni,*
*Vatum Pieriis ora rigantur aquis:*

vt alios Græcos poetas, qui quaſi viam ſtrauere poſteris ad quoduis poematis genus: nónne fabulæ ac figmenta ipſa poetica, quibus tota vis atque vniuerſa penè conſtat poeſis, ita Græcorum propria ſunt, vt vel ab illis ſint accipienda, vel illorum more confingenda? Quòd ſi qua etiam à noſtris conſcripta extant, ea aut è Græcis pendent, aut manca ſunt, & ad Græcos nihilominus referenda. Quin & figuræ ipſæ verborum, & quos tropos appellant, tralationes, comparationes, ſimilitudines, (quæ quaſi condimenta ſunt totius poeticæ compoſitionis) vel à Græcis mutuanda ſunt, vel illorum imitatione tractanda. Ideóque inquit Horatius,

*--vos exemplaria Græca*
*Nocturna verſate manu, verſate diurna.*

Inuentio quoque ita Græcorum penè peculiaris eſt, vt noſtri, quotiens aliquid acutius aut elegãtius afferre volunt, id totum à Græcis transferant, integris ſententiis verbíſque ſeruatis. Quid quòd & nomina ipſa vel locorum vel hominum, quibus in poeſi nonnunquam vti cogare, Græca ſunt magna ex parte? in quibus, ſi Græcam originem ignores, plerunque fallare neceſſe eſt. Quod nõ modò noſtræ tempeſtatis hominibus contigit, alioqui nõ indoctis: ſed & veteſtiorũ nõnullis, vt Sidonio, Prudentio, Aratori, Iuuẽco: qui Græcorũ nominũ quantitate ſæpe ſunt abuſi. Carminũ inſuper, numerorũ pedúmq; genera, Græcã habẽt: & originẽ & appellationẽ. quæ tametſi à noſtris quoq; tradãtur, attamẽ à Græcis & copioſius explicãtur, & melius intelligũtur. Rurſus verborũ ac rerũ copia à Grẽcis tota ſumẽda eſt: quibus (vt ait Martialis) nihil eſt negatũ. ſiqua enim ſit apud nos dictionũ cõpoſitio facienda, aut vocabulũ innouandũ, ſequẽda eſt Græca figuratio: ac, ſi quã in ſyllabãrũ quãtitate licẽtia vti velis, niſi Græcã adhibeas obſeruatio-

nem, non probabere, ſed aut argutulè aut imperitè feciſſe videbere. Itaque non immeritò Ariſtophanes nugas ac deliramenta cæteras omnes nationes exiſtimari voluit in iudicandis poetis, exceptis Atheniẽſibus: quos & natura ſapientiſſimos appellauit. Nec iniuria Mineruam iidem totam ſibi vendicant, quum & cæteri dii, qui aut poeticæ aut eloquentiæ numina eſſe creduntur, Græcis & ipſi adſcribantur. nam (vt inquit Horatius)

*Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui.* Ac de poetica quoq; hactenus.

At (puto) orator euadet quis egregius ſine Græcis literis, Cicerone duce. Negari profectò non poteſt, Marcum Tullium, veluti normam eſſe dicendi in ſermone noſtro, ſi tota teneatur in eo vis atque vniuerſa dicendi ratio: ſed id quì fieri poteſt ſine Græcis literis? Quemadmodum enim in diſciplinis, qui ante Ariſtotelem philoſophi mathematicive claruere, vſos eſſe nonnunquam demonſtrandi figuris, ſunt qui ſcribant, ſed demonſtrationem omnino ignoraſſe: eodem modo poteſt & quis ſine Græcis literis loqui fortaſſe ex arte aliquid, ſed id vt ſe facere ſentiat, aut quo modo fiat vt ſciat, vix credi poteſt. Vis enim ipſa dicendi tota pendet è Græco tanquam è ſui autore. Huc accedit, quòd quæ de arte à noſtris traduntur, aut confuſa ſunt & inuoluta, aut parum idonea ad explicanda ſingula quæ in orationis artificio latent: quæ verò à Græcis, anxia penè dixerim diligentia & obſeruata ſunt & perquiſita. denique cæterarum artium aut ſcientiarum poteſt in alios quoque nonnihil redundare: at oratoriæ inuentio atque vſus totus Græcis debetur. Quod ne Virgilium quidem diſſimulare potuiſſe palam eſt, quum inquit, *Orabunt cauſas alij melius.* Nulla enim verborum magis patitur ornatum quàm Græca lingua: atque adeò vt non veritus ſit pronunciare Ariſtides, aliorum omnium non barbarorum modò (vt ait) ſed Græcorum quoque loquutionem, ſi cum Athenienſium ſermone comparetur, puerorum eſſe balbutientium vocem. Quod tametſi nimis magnificè dicitur, attamen non procul abeſt à vero. Idem enim de Attica venere dici poteſt, quod de Periclis eloquutione ſcriptum reliquere tum Eupolis, tum Ariſtophanes: in eius ſcilicet labris leporem ac perſuaſionis deam inſediſſe: atque in eorum mentibus qui audiſſent, quaſi quoſdam aculeos relinqui ſolitos: demum fulgere eum, tonaréque, atque omnia permiſcere. Demoſthenes quoque Athenienſes ipſos eo minus credi à cæteris queritur, quo paratiores ſint ad dicendum quàm cæteri. Hinc Cicero noſter, tametſi tantus in eloquentia, ſe quidem conari, Demoſthenem autem perficere: ſe velle, Demoſthenem poſſe, ingenuè profeſſus eſt. Et Quintilianus Ciceronem à Demoſthene quantus fuit, effectum ſcribit. Quo fit vt non falsò Ariſtides dixerit Athenienſes ſolos trophæum ſibi erexiſſe, nullo ſanguine, ſubactis omnibus gentibus oratione ac diſciplinis: proindéque homines ſe ſuóſque à diis immortalibus petere optaréque vt Athenienſibus potiſſimum ſimiles euadant doctrina atque ingeniorum cultu: qui cibus humani animi eſſe cenſetur: cuius inuentio non minus Athenienſibus deberi creditur, quàm frugum, quas illis primùm largita Ceres dicitur. Nec mirum profectò videri debet ſi ex omnibus orbis partibus Athenas olim homines confluere ſoliti fuerint, diſcendi gratia. vt enim cætera animantia cò præcipuè trahuntur naturali impetu, vbi veſci atque impleri cibo maximè poſſint, ita & homines (qui aut animus tantùm ſunt, vt Platonici volunt: aut potiſſimùm animus, vt Ariſtoteles) illuc ſua ſponte duci veriſimillimum eſt, vbi largiſſima ſit copia ſpiritalis cibi, ac verè diuini: quem diſciplinæ ipſæ ſuppeditant, quæ Athenis in primis claruere. indéque factum eſt vt noſtri quoque poetæ doctas Athenas perpetua quaſi appellatione vocitarint. Sed de oratoria ſatis.

Philoſophiæ verò pars tantùm naturalior recentioribus Latinis in vſu ſemper eſt habita, quam Ariſtoteles diligentiſſimè eſt perſequutus. At diuinior illa quæ Platoni adſcribitur, & quam veteres quoque Romani admirati eouſque ſunt vt diuinitatem quandam ineſſe eius viri ſcriptis intellexerint quidem, explicare autem non auſi fuerint: ac ſequuti poſtea noſtri Græcique theologi Chriſtianæ religioni maximè conuenire demonſtrarunt: intacta hactenus iacuit noſtris his philoſophantibus, nunc verò à pleriſq; deſideratur magis quàm habeatur. Nam ſine Græcis literis deguſtari fortaſſe poteſt, hauriri non poteſt.

At mathematicæ ſcientiæ tam poſſunt ſine Græcis literis perfectè teneri, quàm ſine Græcis autoribus. eiuſmodi enim ſunt quæ ab aliis traduntur, vt ſiquid modò vel paululum à Græcis diuerterint, in profundum labantur erroris, vnde educere ſeſe poſtea atque explicare nequeant. Quemadmodum enim qui iter ingreditur, ſi ſemel excedere eum è via aut aberrare contigerit, quo longius proceſſerit, non magis eò tendit quò vult, quàm recedit inde, ac fugit: ſic qui in diſciplinis, præcipuéque mathematicis, præſcriptum ſemel ordinem liquerit, dediſcenda diſcit. Satius enim eſt neſcire aliquid prorſus, quàm peruerſè ſcire: quum deterior longè ſit diſpoſitionis ignoratio, quàm negationis, vt Ariſtotelicè interim loquar. Quàm autem fallantur qui mathematicas res ſine Græcis literis, & illotis (vt aiunt) pedibus aggreſſi ſunt, facilè intelliget qui Campani expoſitiones in Euclidem cum Theonis editione

ac Procli commentariis conferet diligentius:aut Euclidis eiuſdem perſpectiuam, atque opus aliud de ſpeculis, cum iis quæ Latinè ſcripta ſunt iiſdem de rebus:aut mathematicas Ariſtotelis quæſtiones in libris quos Problematum appellant:atque in omni philoſophia rimentur quemadmodū à Latinis intelligantur. Quòd ſi Boetii quoque arithmeticam,tametſi diligentiſſimi Græcéq; doctiſſimi,ad Nicomachi præcepta,Iamblichi ac Philoponi cōmentaria referāt accuratius,perſpiciēt profectò quàm Græca ipſa nō modò exactiora,ſed & veriora dicātur. De muſica illud ſatis dictu fuerit,omnia inſtrumēta,ſonos,proportiones,conſonātias,neruos,Græcā habere appellationē. Prætereo Græcos muſicæ ſcriptores, Euclidē, Ariſtoxenū, Nicomachū,Ptolemæum,Plutarchum,Briennium,Porphyrium,atque alios: quum apud nos vnicus ſit Boetius,exceptis diui Auguſtini paucis,& Macrobii,ac Marciani Capellæ nonnullis.Nam noſtram hanc muſicam à vetere illa iampridem deſciuiſſe,cùm pluribus indiciis,vt credam compellor, tum Olympiodori quoque grauis philoſophi teſtimonio maximè moueor, qui cæterarum diſciplinarum,arithmeticæ,geometriæ,aſtronomiæ reliquias ſua quoque tempeſtate ſeruari ſcribit: de muſica autem illum verſum vſurpant,

Ημεῖς μὲν κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδὲ τι ἴδμεν.

*id eſt,*

Nos clarum audimus nomen, nihil inde tenemus:

quaſi nihil ſit reliquum veteris muſicæ. In aſtronomia quoque multa mihi videntur eſſe apud Græcos quæ à Latinis deſiderentur. Nam præter Ptolemæi ſcripta,& ea non nimium fortaſſe fideliter ad nos tralata, pauca ſunt quæ ad veræ aſtronomiæ vſum aditum præbeant. Quid enim ſimile apud nos habetur τῶν Εὐκλείδου Φαινομένων, quæ veluti aſtronomiæ elementa traduntur à Græcis.Quin & Theodoſii σφαιρικὰ, vti principia totius aſtronomiæ ſumi debere,autor eſt Philoponus: quippe quæ exactiora ſint, & eandem obtineāt rationem ad aſtronomiam quam geometria ad opticen,ad harmonicen arithmetica. ſiquidem αὐλόπεφα, hoc eſt immaterialiora,ſint,vt ſcribit Dauid,philoſophus non incelebris.Theodoſii autem σφαιρικὰ ſequi dicit Philoponus Autolyci opus περὶ τῆς κινουμένης σφαίρας,hoc eſt,de ſphæra quæ mouetur:indéque poſtea principium ſumere aſtronomiam,vtpote minus exactis minúſque certis demonſtrationibus vtentem quàm ii faciant.quæ enim in Aſtronomia demonſtrentur, ſummam extremámque certitudinem non polliceri dicit,ſed quod proximè accedat. Vmbrarum inſuper ratio non abeſſe ab aſtronomiæ præceptis creditur:cuius rei à Græcis quoque traduntur demonſtrationes.nec deſunt qui de his ſcribant. Sed nos hæc aliis penſitanda relinquimus. ſatis enim habuimus innuiſſe.

Medicina verò eo magis indiget Græcis literis quo maius periculum affert ignoratio medicamenti,aut ægritudinis.quod euenire illis nonnunquā veriſimile eſt qui Græcè neſciant, quādo Græcis vocabulis omnia penè vocitentur apud medicos,& eius artis autores Græci præcipuè in pretio habeantur:à quibus ſiqui in alia lingua claruerūt,veluti riuuli fluxerint manarintque, ac ſi quid habent,inde acceperint, quanquam non purum id ſincerúmque ſecum ferant. Quæres non modò à nonnullis noſtræ quoque tempeſtatis medicis animaduerſa eſt,ſed ſcriptis etiā prodita.Ad ſummam non video quid in quauis diſciplina ſciri rectè poſſit ſi græca ignorentur.

Nec fuerit iuris quoque conſultis hoc inutile.nam & multa habentur in Græcis legum codicibus quæ apud Latinos nuſquam legantur. ſiquidem(ut Politianus præceptor noſter dicere ſolebat)multa Græcis legibus addidit Iuſtinianus,quippe quæ Latinis notiora exiſtimaret quàm vt ſcribi oporteret:Græcis autem ( vtpote alienis admodum à Romanis moribus conſuetudinibúſque)explicanda latius cenſuit,quæ nunc remānſere,illis apertiora quàm nobis,propterēáque inde petenda. Accedit & illud,quòd in Latinis Pandectis quæ nunc Florentiæ viſuntur,integra legum interpretamenta Græcè inueniuntur adſcripta:quæ & ipſi vidimus, legimúſque: & Græca teſtimonia citata,vt Homeri ſæpenumero: & Græca verba addita ſignificātiæ gratia atq; expreſſionis.Quod nō ab re feciſſe videtur Iuſtinianus, inter Græcos magis quàm Latinos referendus:quādo in Græcia ſemper vixerit, quod ex Procopii certè hiſtoriis licet animaduertere.

Et quoniam in hiſtoriæ mentionem incidimus,quantam hac quoque in parte vtilitatē præſtet Latinis hominibus Græca lingua,haud facilè dixerim,quum multa ſint à Græcis petenda & noſtris quoque rebus.non enim omnia adhuc ad nos tralata peruenere,ſed quota pars,atque ea neſcio an ſatis fideliter.qua de re(ne,quod dicitur,cum laruis lucter,mortuos inſectando)dicere nunc ſuperſedeo:præſertim quum iam plerique animaduertere incipiant quàm ſit erratum in hiſtoricis potiſſimum tralationibus: & nos hæc & pleraque alia quæ perperam in ſingulis diſciplinis traducta habentur,copioſiore oratione, non maledicendi certè ſtudio, ſed ad noſtrorum hominum vtilitatem aliquando oſtendemus.

Theologia demum etſi nonnihil à Græcis diſſidet in præſentia, attamen multa eſt ab illis o-

lim mutuata, & nunc quoque poteſt. Sunt enim veteres Græci ſcriptores quibus non minus quàm noſtris veritas ipſa roboretur: quippe quos ſequuti noſtri, quorúmque placitis innixi, totius religionis validiſſima firmiſſimáque iecerint fundamenta. Quis enim (quæſo) Baſilium illũ magnum non complectatur, Chriſtianæ quoque fidei hoſtibus admirandum, incertúmque doctiorémne an eloquentiorem? Quis duos Gregorios, Nyſſes & Nazianzenum, non duo belli fulmina, (vt poetæ Scipiones) ſed duo religionis lumina, vel potius ſoles nunquam obſcurandos? quorum alter theologi cognomentum meruit apud ſuos, & diuum noſtrum Hieronymum quantus eſt, effecit: alter, propter philoſophiæ quendam veluti afflatum, tanto quoque fluit lepore, ornatúque verborum, vt Baſilii fratrem vel potius diſcipulum (vt ſe ipſe appellat) facilè poſſis agnoſcere. Prætereo Athanaſium, minus his fortaſſe cultum, ſed certè non minus diuinum. Tranſeo Damaſcenum, non theologum modò acutiſſimum, ſed acrem & philoſophum & dialecticum. Taceo Chryſoſtomum, non abs re profectò cognominatum aurei oris. Omitto & alios, quorum & ſcripta & ſententiæ ita circumferuntur à noſtris, vt pro oraculis haberi videantur. Quid quòd omnia quæ de Chriſto literis mandata ſunt, Græcè primùm compoſita ferũtur, excepto Matthæi euangelio? Quare fieri non poteſt vt nonnullorum fides è Græco petenda non ſit, quemadmodum eorum quæ à Moſe aut prophetis ſcripta ſunt, ex Hebraicis petitur voluminibus: quod facere nonnunquam videtur diuus Hieronymus, & feciſſe ante eum Origenes credi poteſt, atque Apollinaris, vir vterq; doctiſſimus, & Hebraicæ linguæ ſtudioſus. Quoquo igitur te vertas, præſtò adeſt Græca lingua, operam ſuam in omnia præſtatura: quam ſi refugias, non tam illam reieciſſe quàm te neceſſariis admodum rebus fraudaſſe videare. Atque hæc ſunt quæ de Græcæ linguæ vel nobilitate vel vtilitate dicenda ſeſe nobis obtulerunt: nimium fortaſſe multa Latino homini. non enim videor inuidiam veritus quòd Latinus apud Latinos ita Græca extulerim, vt pene nihil noſtra eſſe contenderim. Quod non tam laudandi gratia aliena, quàm noſtros homines admonendi, dictum exiſtimari par eſt. quippe quum in ea perdiſcenda maiores noſtri ita laborare ſint ſoliti vt vix ſine illa quicquam ſe ſcire putarent. Semper (inquit Cicero) ad meam vtilitatem cum Græcis Latina coniunxi. Quintilianus à Græcis incipiẽdum præcipit. Ouidius quoque inquit,

*Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes*
*Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.*

Claudius Cæſar vtranque linguam noſtram appellare ſolebat: nec iniuria, quum ita Græcam linguam tenerent veteres Romani, vt nihil apud eos differret Græcéne an Latinè vel ſcriberent vel loquerentur. Ennius tria corda ſe habere iactabat, quòd triplicem linguam calleret, Græcam, Latinam, & Oſcam. Ouidius, dum in Scythia exularet, atque aduenarum congreſſum nonnunquam deſideraret: Eius, inquit, qui acceſſerit, ſiue Græca ſcierit ſiue ille Latina voce loqui, certè gratior vſus erit. Nero imperator apud patrem conſulem iuuenis adhuc pro Rhodiis atque Ilienſibus Græcè verba fecit. Veſpaſianus Græcis quoque iocis extemporalibus vſus traditur. Ciceronem tam Græcè quàm Latinè declamare ſolitum, nemo eſt qui ignoret: eundémque Græcè aliquãdo Rhodi oraſſe. quem quum audiſſet Apollonius, exclamaſſe fertur, Græcã quoque eloquentiam Romam à Cicerone transferri. Idem quum de temporibus ſuis Græcè ſcripſiſſet, Græcorum quorundam hortatu, Græcam omnem nationem à ſcribendo deterruit. Scripſit iiſdem de rebus & Pomponius Atticus, qui & cognomentum adeptus creditur quòd Atticam linguam ita referre crederetur, vt natus educatúſque Athenis videretur. Quod Theophraſto, homini Græco ac diuinæ eloquentiæ viro, contingere non potuit, quominus à vetula argueretur tanquam non Atticus, ſed externus, dum cupit nimium Atticus videri. Bruti Græcas epiſtolas (quæ adhuc in manibus habentur) & Plutarchus laudat, & Philoſtratus omnium imperatorũ epiſtolis longè anteponit: & Mithridates quidã regii generis ſummoperè admiratur. Marci quoque Romani imperatoris Græcas epiſtolas vehementer probat Philoſtratus. Quàm multi autem ex Romanis Græcè potius quàm Latinè hiſtorias ſcribere aggreſſi ſunt? Albini meminit Gellius, Luculli Plutarchus. Diui Claudii Græcas hiſtorias, præter Suetonii atteſtationem, citat Stephanus, Græcus autor. Arrianum, cuius de Alexandro Macedonum rege Græcæ extant hiſtoriæ, & de Epicteti Stoici collectionibus opus, inter primates Romanos numerat Lucianus. AElianũ, cuius multa adhuc Græcè ſcripta leguntur, Romanum fuiſſe ſcribit Philoſtratus, & (quod maius eſt) Græcam linguã in vrbe didiciſſe, ac nunquã exceſſiſſe Italia. Germanicum Cæſarem Græca quoque ſcripſiſſe poemata, autor eſt Quintilianus. Quin & Græca eius epigrammata adhuc leguntur: nec non Tiberii, Adrianíque, omnium elegantiſſima. Noſtra quoque tempeſtate non defuere qui Græcè ſcriberent: vt præceptor noſter Politianus, (quem & Ioanni quoque Argyropylo, Græco homini, ſæpe admirationi fuiſſe vidimus) vt veſter Hermolaus, nunquã ſatis laudandus. Nemini igitur mirum videri debet Græcam linguam adeo à nobis probari com-

mendaríque,in qua videam maiores noſtros non minus laboraſſe quàm in Latina: cuius & parentem & altricem illam procul dubio & crediderint & prædicarint:à qua etſi nihil aliud,diſciplinæ certè noſtræ fluxerint, vt ait Quintilianus. Quemadmodũ autem qui de parentibus optimè mereri ſtudent, non ægrè ferre creduntur ſi tota eorum dignitas atque exiſtimatio in eos referatur qui non ſolùm fundamenta iecerint ſuæ felicitatis,ſed eò quoque perduxerint vnde illi nunc apud omnes in pretio ſint:ſic non indignari debet Latina lingua ſi tota eius gloria in Græcam redundet,omnium bonarum artium magiſtram.Quum enim vetus lex ſit (vt Ariſtides inquit) altoribus vniuerſam referre gratiam, quoad fieri poteſt, tantum abeſt vt me Latina offendere putem, Græca laudando, vt & gratificari me magis exiſtimem Latinæ linguæ, quòd gratiam ſi non omnem,ſaltem quam poſſum,eius(quod dicitur) verbis, illi referam,cui & debere ſe plurimum & debuiſſe,ſemper ingenuè profeſſa ſit: quippe quæ nihil vnquam æquè abhorruerit atque ingrati animi vitium.Benignum eſt autem fateri per quos profeceris, inquit Plinius. Studium autem noſtrum hac in re tantum abeſt vt oſtentare in præſentia vobis ſtuduerim, vt vehementer doleam,me non tam hæc dicere coactum, quàm ſentire ac ſequi, veráque quotidie experiri. Neque enim exiſtimetis,me tantum laboris exhauſiſſe ab ineunte ætate, aliena ſectando,- vt penè negligerem mea,niſi peruidiſſem & doctiſſimorum quorumque exemplo, & veterum teſtimoniis,omnem vim Latinæ linguæ in Græca conſiſtere.Quod quum & re ipſa demum cognouerim, non committendum putaui quominus & vos & ſingulos quoſque bonarum artium ſtudioſos, quantum in me eſſet, ad eadem adhortarer, animarem, accenderem, ne difficultate rei deterreremini. Tanta eſt enim illi (quod iam diximus) cum Latinitate coniunctio atque affinitas,vt eadem propemodum vtrique conueniant. Quare non video quid hac in re ſit cuiquam pertimeſcendum, quum nihil penè noui ſit offenſurus.Sed quod de animis noſtris aiebat Plato,reminiſci eos,quum eſſent corporibus obducti, omnium quibus multo antea diuinitus fuiſſent imbuti,id Latino homini euenire credendum eſt Græca diſcenti,eadem quaſi reſumere. quo fit vt non magis præceptore vobis opus eſſe dixerim, quàm mõſtratore,qui in memoriam ſuggerat excitétque Græca veluti veſtigia, quæ ſubobſcura tenuiáque,veſtris ingeniis iamdiu repoſita conditáque ſeruantur. Ad quã ſanè rem Græci fortaſſe hominis opera cõmodior quàm noſtra :ego verò,vt non negauerim,ſua melius Græcos tenere quàm nos:ita affirmauerim, noſtra nos melius noſſe quàm Græcos: inſupérque tam poſſe nos res illorum perdiſcere, quàm illos noſtras. Quum itaque Latini docendi ſunt Græca, neſcio an Græci ſtudium Latinæ ſeduli- tati anteponendum ſit. non tam enim intelligendi (quanquam id quoque) ratio habenda eſt, quàm explicandi. Quòd ſi quis pronunciationis tantùm Græcæ ſtudio, eius ad vnguem perdiſcendæ gratia, Græcum ſibi cupit præceptorem, Quintilianum audiat,præcipientem, non eſſe dandam operam literis Græcis ſuperſtitioſè, vt & plurima oris accidant vitia, & in peregrinum ſonum corruptus ſermo perduret: ſed ita diſcendam eſſe Græcam linguam comite Latina, vt neutra alteri officiat quæ res à Latinis melius quàm à Græcis accipi poteſt. Siquis autem examuſſim vtrunque ſe præſtaturum confidit, -- *illum mirabor & ipſe: Et dicam,monitis non eget iſte meis*. Nos verò operam noſtram,quibus ingrata non videbitur,pollicemur, non magis duces præceptoréſque profeſſi noſipſos quàm comites ſodaléſque: quippe qui nullum laborem, nullam moleſtiã recuſaturi ſimus:dum vos ita Græcis imbuamini, vt diſciplinas inde omnes, quaſcunque libuerit,facillimè adipiſcamini:à quibus eò poſtea perducendi ſitis vbi quum fueritis,liceat iam humanam felicitatem(ſi qua modò eſt in hac vita) quaſi manu prehenſam tenere: quàm ſi dimiſeritis,vobis ipſi defuiſſe videamini.

Non eſt autem cur vos moneam vlterius vti homines eſſe memineritis,quibus felicitas hæc quæcunque ſit,debeatur.nam hoc tam cuiuis notum eſſe debet,quàm quòd viuat. Illud potius noſtra intereſt,confirmare vos atque adhortari,ne laborem reformidetis,qui voluptati ( quam in ipſo ſtatim limine Græcarum literarum percepturi eſtis) adeò iunctus eſt,vt non magis laborãdum nobis eſſe videatur,quàm voluptati honeſtiſſimæ inſeruiendũ: qua vt ampliore quoque perfruamini,nihil mihi videor omiſſurus, nihil præteriturus, quod quæri à vobis aut deſiderari nouerim:ſi modò eiuſmodi ſit futurũ quod & nobis quoque non ignoretur.Quid enim literato homine turpius,aut ab humanitate alienius,quàm ſi aut ſciſſe aut didiciſſe fruſtrà videatur? Fruſtrà autẽ & ſcit & didicit, qui nec commentando nec docẽdo cuiquã prodeſt. Sicut enim in animãtibus propriũ ac naturale maximè opus eſſe cenſetur procreare tale aliquid quale ipſum eſt ſi integrum abſolutúmque ſit:ita erudito homini nihil conuenire magis dixeris quàm efficere relinqueréque poſt ſe ſui ſimillimos in ſtudiis ac diſciplinis: ſi aut homo fuiſſe videri vult,aut non indoctus homo.hominem enim hominis cauſa natum credi par eſt.Quare neque inuidere cuiquam in literis,fas iudico,neque ſupprimere quicquam quod vtile futurum exiſtimes aut viuentibus aut poſteris.Nam (vt ait Theognis)

Χρὴ μουσῶν ἑρμῆνεα καὶ ἄγγελον, εἴπερ ἄριστον
Ξυνέσει σοφίης, μὴ φθονερὸν πλέῳ.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μώσθαι, ἃ δὴ δεινούς, ἄλλα δὲ πιεῖν.
Τί σφιν χρήσῃ, μύθους ὁππόσα μέλπῃς;

*Hoc eſt,*

*Muſarum interpres ſi quid ſapientius vnquam*
*Nouerit, inuidia ſit procul inde mala.*
*Núncque alia inueniat, nunc monſtret, plurima condat.*
*Si ſolus ſapiat, nempe quis vſus erit?*

Quippe (vt Plato aiebat) non minus ad felicitatem pertinet bonos efficere, quàm bonum eſſe: idcóque nulli magis idem familiarius ſe offerre ſolitus erat quàm cui plurimo vſui eſſe poſſet: quanquam ſe ſuiſque rebus maximè frui valeret. Quod mihi quoque video eſſe faciendum, in ea præſertim ciuitate quæ non tam potentia atque imperio ipſius ſit Italiæ metropolis, quàm quibuſuis virtutibus, totius orbis grande ſpecimẽ atque ornamentũ, vel potius naturæ miraculum: quum quæ imperium vitia comitari ſolent, non modò ita refugerit vt non ineſſe poſſint ſuæ reipublicæ, ſed ne excogitari quidem. Quare beatum iudico eum quem cuiuis ſtudio incumbentem degere in ea contigerit: ſed beatiſſimum, quem literariæ facultates exceperint: quũ tot præſertim tantáque vndiq; ſupperãt affluántq; ad eam rem commoda, vt fingi fortaſſe plura poſſint, haberi certè nõ poſſint. Ibi enim (vt alia omittam) tanta librorũ copia, quanta poſt Gothicã ruinam nunquam fuit, nec veteribus verò Romanis aut Græcis florentibus, in his quæ extent, facilè credi par eſt: quum nouo hoc inuento carerent imprimendorum librorum, qui & pulcherrimi iam atque emendatiſſimi prodire incipiunt, Aldi potiſſimùm noſtri opera: de quo illud habeo dicere quod de Porphyrio inquit Simplicius, Omnium bonorum nobis autor Aldus. Vobis verò illud mihi videor accommodaturus quòd Demoſthenes, quem interpretaturi ſumus, Athenienſibus protulit. ferte autem (rogo) æquo animo Græcis me pauculis verbis vos alloqui: ὁ μὲν ὢν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ενετοὶ, μονονυχὶ φωνὴν ἀφιεὶς λέγει ὅτι τὴν Ελληνικὴν ὑμῖν λόγων αὐτῶν πλησιέστερόν ἐστιν, εἴπερ ἄρα διὰ τύχας αὐτὴν φέρεσθε. hoc eſt, Præſens itaque tempus, ô viri Veneti, quaſi emiſſa voce pronuntiat capeſſendas eſſe vobis Græcas literas, ſiquid de felicitate veſtra cogitatis. Nam, vt Virgilianum quoque carmen in vos transferam, Via prima felicitatis (quod minimè remini) Graia pandetur ab vrbe. Expergiſcimini igitur iam, & capeſſite Græcas literas, vltrò ſeſe vobis offerentes. Dixi.

# M. ANTONII ANTIMACHI DE literarum Græcarum laudibus oratio, in Ferrarienſi gymnaſio publicè habita.

IN degenda hominum vita, ii qui alicui prodeſſe conantur, quantopere laudandi ſint, ſpectatiſſimi viri, non vos præterire crediderim: quum & ingenii acumine & longo rerum vſu præſtetis, ac doctrina atque prudentia antecellatis. Qui verò publicæ vtilitati conſulunt, ac non ſolùm ſibi, ſed & patriæ & amicis ac humanæ ſocietati ſeſe natos arbitrantur, quanto laudum præconio extolli mereantur, itidem vos non ignorare exiſtimauerim. A qua ſanè animi ſententia quum nec ab ineunte ætate, nec etiam poſtquam noſtra caneſcere cœpit oratio, vnquam abhorruerimus: nihil præclarius, nihil commodius, nihil conducibilius atque præſtantius in toto vitæ curſu eſſe duxerimus, nihilque magis ex animo vnquam optauerimus, quàm plurimis benefacere, ac de omnibus pro virili mea (modò daretur occaſio) bene mereri: amicorum precibus (quorum beneuolentiæ aliquid recuſare, non ſolùm turpe, ſed propemodum nefarium videbatur) & cohortationibus huius celebratiſſimi gymnaſii inſtauratoris Lodouici Bonacioli, viri planè in omni ſcientiarum & virtutum genere eminentiſſimi, (cui ex iſto hominum flore qui viuunt, paucos admodũ pares inuenias) non ſpe honoris aut gloriæ, cui ſapiens quiſque ſemper ſtuduit, nec lucri cupiditate, ſed potius quò id quod in animo habebã, re facilius præſtare poſſem, Græcè profitendi publicum munus non inuiti ſuſcepimus. Eo itaque conſilio huc acceſſimus, vt quæ ad communem Græcè diſcere cupientium vtilitatem ſpectare videntur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus verba faceremus: non quòd ea dicendi facundia, is verborum ornatus, ea eloquentiæ vis, atque is demum orationis theſaurus & ſplẽdor, qui tam magno oneri ſuſtinẽndo par eſſet ac tantæ rei dignitas poſtularet, necnon tot clariſſimorum virorum conſpectus mihi multò iucundiſſimus mereretur, in me reperiatur: ſed vt fretus humanitate veſtra, qua erga omnes qui virtutibus innituntur, vti conſueuiſtis, huiuſmodi opus aggrediar, ac propoſitam rem pro tenuitate ingenii mei perſequar. Cuius planè tanta eſt magnitudo atque præſtantia, vt nemini vel mediocriter erudito deeſſe poſſit oratio: ſed in exitu inuenies maior omnino, quàm in initio inchoando, dicere vŏlenti ſe offert difficultas.

Tanta eſt profectò literarum Græcarum, ampliſſimi viri, dignitas, & tanta dignitati coniuncta vtilitas, (quarũ notas antiquiſſimis temporibus, ſeu Cadmo, ſiue Danao autoribus, ſiue Orpheo admonente, Græcos habuiſſe, memoriæ proditum eſt) vt eæ non ſolùm apud illos qui cæteras gentes atque nationes barbaras appellabant, verùm etiam apud barbaros ipſos maximo in vſu fuerint, & ab ortu ad occaſum vſque peruaſerint: quãdo Druidas Gallorum religioſos in publicis priuatiſque rationibus literis Græcis vſos fuiſſe conſtat: & Romanorum tẽporibus in Helŋuetiorum caſtris tabulas repertas eſſe literis Græcis cõfectas, & ad Cæſarem perlatas, ex hiſtoriarum lectione latè admodum patet. Quibus in tabulis ratio confecta erat, qui numerus domo exiſſet eorum qui arma ferre poſſent: & item ſeparatim pueri, ſenes, mulieréſque. Brachmanas itidem (è quorum numero celeberrimus Calanus ille fuit) & gymnoſophiſtas Indorum ſapiẽtes, eaſdem in vſu habuiſſe, eaſdem Indorum ipſorum regem Phraotem calluiſſe, compertum eſt. Apud Romanos verò quanto in pretio, quanto in honore ſemper ſint habitæ, (quum penè eædem à principio cum Latinis fuerint, eas in Latium afferente Nicoſtrata) etiam me tacente, vel facillimè poteſtis intelligere.

Nullum enim ſtudiorum genus, quod aliqua ſapientiæ luce præfulgeat, nullas prorſus ingenuas diſciplinas eſſe comperio, quæ non è Græcorum fontibus emanauerint: Latinóſque in omnibus liberalibus artibus illorum ſequutos imitatóſque fuiſſe veſtigia. Nam ſi à grammatica exordiri voluerimus, cuius inuentorem ii qui eam rem diligentius perueſtigarunt, Mercurium ferũt: ſine qua ad nullum ſcientiæ gradum peruenire valemus, quum ea duce orationis cõgruitatem aſſequamur, ac ad alias ſcientias faciles aditus adipiſcamur, nónne eam totam à Græcis habere fatebimur? Quid de poetica, quæ tantopere diuinitatis eſt particeps, vt ſummus ipſe rerum omnium opifex ſtatim penè à mundo, verbo non manibus condito, ſua myſteria per eam literarum monimentis mandari voluerit, dicemus? Quid de oratoria facultate, ac flexianima omnium regina rerum oratione, quæ motus animorum quò vult impellit, loquemur? Quid de

dialectica,quæ differendi artem aperit,verúmque à falso segregat,ac nos ad veritatem ducit,sentiemus?Quid de philosophia,legum inuentrice, morum disciplinarúmque magistra,quæ bene beatéque viuendi rationes demonstrat,ac diiudicato bonorum & malorum fine,quid fugiendú, quidve expetendum sit, proponit,ad sedandos animi affectus atque perturbationes plurimum valet,naturæ secreta rimatur , rerum omniũ causas perscrutatur , humana despicit,cogitánsque cœlestia,hæc nostra & exigua & minima contemnit,immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo(ad summam cuius intelligentiam consideratione nos ducit, quantum homini licet)quàm simillimos efficit,iudicabimus? Quid de medicina, reliquarum artium parente atque educatrice,& altrice,quæ vniuersas scientias complectitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutricatur & continet, ac humanæ vitæ conseruandæ,necnon extincta morbis corpora ab inferis penè reuocandi potestatem habet,rogati respondebimus? nónne hæc omnia nos à Græcis mutuatos esse (nisi ingrati nuncupari velimus) confitebimur? quando ab ipsis & Mathematicas accepimus. Nam arithmeticam,reliquarum ducem, ex cuius numeris animam creari,ac singula constare Pythagorici sentiebant, & quaternarium numerum (in quo prima solida demonstratio inuenitur) rerum omnium opificem causámque esse affirmabant, quòd ab eo,tanquam à radice atque principio,cuncta dependérent:ac geometriam , quæ cum superiori adeò connexa colligatáque est , vt sine ea haudquaquam videatur posse consistere, quũ punctum referatur monadi , linea autem numero binario , ab aliquo ad aliquid,& trinario conueniat superficies:qua (dum eius lineamentis, formis , interuallis ac magnitudinibus vtimur) mare, terras, cœlúmque metimur,quin à Græcis susceperimus,nemo,vt opinor, vel impudentissimus negauerit. Musicam verò à Mercurio numeris, vocibus & modis inuentam,quam veteres omne continere dixerunt, eo quòd eorum quæ sunt , absque symmetria & analogia nihil existat,nec etiam aliquid eorum quæ fiunt,si absque congrua symmetria atque analogia confectum fuerit , vnquam bene habeat , siue arte fabrefactum fuerit, seu natura comparatum:siue sensu comprehendatur,seu solius intelligentiæ speculatione percipiatur:quæ duo nimirum in musica (totius harmonia)reperiuntur,ex cuius cognitione harmonicam mundi rationem coniicimus:& item astronomiam,(cuius scientiam Chaldæi diuturna siderum obseruatione putantur effecisse)quæ temporum varietates,totius anni ordinem, astrorum influxus,ortus,obitus, traiectiones,motúsq; stellarũ,ac cœli meatus conuersionémque explicat,quid cuique euenturum sit prædicit,Græcorum beneficio(quibus tantum debemus)Latinos itidem habere fatendum est.Nec,mea quidem sententia,vllus adeò peruicax,adeò obstinatæ mentis,duræque ceruicis,ac tam peruersi iudicii reperitur,qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sanè rebus quanta hominibus cõmoda quantæ vtilitates humano generi,quot honores prouenient,non meum est dicere, quum res ipsa per se loquatur.Ideo nõ est quòd vos(qui incredibili discendi cupiditate ardetis)ad huiusmodi literarũ studia,ex quibus maximos atque vberrimos fructus percipietis,nisi vobis ipsis deesse volueritis,exhortemur.Currentes enim incitare videtur absurdum: quum tantæ(sicuti accepistis)dignitatis, honoris, commoditatis,splendoris,vtilitatis atque præstantiæ sint, vt vnusquisque qui in bonarum artium studiis proficere exoptat , eas velit nolit cogatur expetere : præsertim quum illis qui eas consequuti fuerint,maxima præmia non sine nominis celebritate proponantur, amplissimi honores non absque immortalitatis gloria reseruentur. Reliquũ est,vt demõstrata tantæ rei maiestate,(ex qua, vt intellexistis, innumerabilia mortalibus bona pariuntur,& ad homines cõfluunt) in ea comparanda operam, curam, diligentiam, industriam ac studium denique meum vobis pollicear. quæ omnia,sine vlla laboris aut temporis intermissione,me libentissimè præstaturum spõdeo: nec aliqua in re,quæ in discẽdo vsui vel commodo esse possit,me vobis vnquam defuturũ recipio.Quod quum contigerit,Bonaciolo,viro non minori experientia quàm doctrina ornatissimo,ac (vt suprà memorauimus)omnibus egregiis animi dotibus atque virtutibus vndecunque refertissimo,qui huius clarissimi gymnasii non minus ornamẽto quàm vtilitati semper studet, mehercule velim referatur acceptum: eo quòd ipse omnium vnus procurauerit effecerítque (ne quod verum est inficiemur) vt Græcè profitendi munus obierimus. Ago insuper humanitati omnium vestræ,si non quas debeo, saltem quas possum gratias : ac si obsequendo & de vobis bene merendo gratia referri poterit,eam me quandoque libenti animo cumulatissimè relaturum,affirmare non dubitauerim:propterea quòd hodie frequenti ac iucundissimo conspectu vestro,me(quæ vestra est benignitas)ornandum amplificandúmque susceperitis,cuius beneficii memoria apud me residcat sempiterna necesse est.

# EX CONRADI HERESBACHII
## oratione in commendationem Græcarum literarum,
### EXCERPTA.

Siue autem autore lauam, linguæ huius, ſicut & gentis, primo fundatore, literarum Græcarum initia è Babylonica illa linguarum orta varietate, atque in Græciam tranſlata, ſiue temporum iniuria neglectus characterum vſus, & à patribus antè repertus, velut poſtliminio à vicinis, ſiue Phœnicibus, ſiue AEgyptiis (apud quos patriarcharum monumenta conſeruabantur) repetitus ſit, etiamſi certò non tradatur, tamen alterum probabile videtur, Græcam literaturam non ſimul cœptam abſolutámque. Primi per figuras animantium AEgyptii ſenſus mētis explicabant: & antiquiſſima monumenta ſaxis impreſſa, literarum inuentores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, traditur intuliſſe Græciæ: hi gloriam adepti ſunt quaſi reperirent quæ acceperant. Quippe fama eſt Cadmum, claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis eius autorem fuiſſe. Quidam Cecropem Atheniēſem & Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem XVI literarum formas, mox alios ac præcipuè Simonidē cæteras reperiſſe. Quum autē Palamedem ad deos retuliſſe hoc inuentum teſtetur Philoſtratus, & Plato ſcribat apud AEgyptios ſe audiſſe deū quendam colui illic nomine Theuth, qui cùm alias artes, tum literas inuenerit: nonnulli ad Aſſyrios referant: alii denique æternum fuiſſe literarum vſum: veriſimile apparet, ſicut Latinæ à Græcis, ita Græcas ab Hebræis mutuatas: quod elementorum ipſorum vicina nomina magna ex parte comprobare, contendit Euſebius, Joſephi & Clementis teſtimonia citans: & ſicubi varient, id non mirum in tam diuturnō & variarū gentium vſu: quum & Græcas veteſtas Cadmeas in tripode inciſas, ab his quibus nunc Græci vtimur, etiam diſcrepare Herodotus referat, & Delphicam tabulam in æde Mineruæ Romæ teſtari ſcribat Plinius: quia verò Græci & Latini earum initia ignorarunt, & ad deorum inuenta, ſicut alia pleraque, ita hæc quoque retuliſſe, quum tamen multis antè ſeculis apud Hebræos fuiſſe deprehendantur. Porrò quum Phœnices & AEgyptios (a quibus literæ primùm in Græciam tranſlatæ memorantur) è poſteritate Cham fuiſſe conſtet, iique mox poſt ſortitionem liberorū Noe, pulſo ſemine benedicto Sem, è ſua hereditaria ſorte ad filios Iaphet migrare compulerint: & poſtea Iſraelitæ, duce Ioſua, hereditaria terra ſancta recuperata, exactam Chami ſtirpem alias ſedes quærere adegerint: quo factum vt profugi vicinas Græciæ regiones occuparint, & illuc artes plurimas & patriarcharum reliquias ſecum adduxerint: (vti etiam idololatriam peruerſúmque per apoſtatam Cham, ciúſq; nepotem Nemrod, inſtitutum deorum cultum Græcos AEgyptiis debere proditum eſt) & ex his fuiſſe Cadmum & Phœnices eius colonias, quas in Græciam deduxerat, veriſimile eſt: quòd ſimul cum deorum portentoſo cultu, & hoc literarum bonum è patriarcharum reliquiis attulerūt: atque hinc eſſe quòd alii Syris, alii Phœnicibus literarum inuentionem acceptam ferant. Syriam autem ac Phœniciam & AEgyptum, Hebræorum fuiſſe ſedes, in confeſſo eſt, apud quos patrum monumenta conſeruabantur: & conſtat Græcos ſapientiæ ſtudioſos diſcendi cupiditate frequentes eò, vt ſacerdotes & proſpheras audirent, protectos fuiſſe, (id quod de Orpheo, Muſæo, Dædalo, Homero, Lycurgo, Solone, Democrito, Heraclito, Platone, aliiſque innumeris memoriæ proditum) & quæ illic didicerant, Græcè tradidiſſe. Vnde quæ de Chaldæorum, Phœnicum, AEgyptiorúmque inuentis prodita ſunt à Græcis & Latinis, ea omnia ad Hebræos & patriarchas pertinere certum eſt: & quæ illi diis ſuis inuentoribus tribuunt, ea conſtat longè antè ab Hebræis reperta vſurpatáque fuiſſe. Cui rei argumentum præbet vini inuentum, quod illi Baccho tribuunt, quum multis antè ſeculis à Noe patriarcha vitis cultura reperta fuerit, vt rectè poſt ſacram hiſtoriam admonuit Lactantius. Ad eundē modum de frugum, medicinæ, aliiſque inuentis iudicare licet, quæ omnia ad factitios mortaleſque deos retulerunt illi: quum apud Hebræos vetuſtiores pleraque vſurpata ſint priuſquam ad Græcos peruenerint. Sed ob id laude ſua minimè fraudandi ſunt, qui ab aliis inuēta, meliora reddiderint, atque ſic excoluerint vt non aliorum ſed ſua inuenta eſſe videantur: vt mox latius declarabitur. Græciam autem felicitſſimam ingeniorum altricem fuiſſe conſtat: adeò vt appareat, huius vniuerſi opificem, & linguarum virtutiſque diſpenſatorem Deum Opt. Max. hominibus qui ſecundum naturam opumam regionem nacti, eam etiam linguā voluiſſe largiri quæ idoneum

tradendarum

tradendarum honeſtarum artium præberet inſtrumentum, & fida virtutis eruditionisq; cuſtos eſſet. idque νῆ τὰς Μούσας citra cõtrouerſiam Græca lingua aſſequuta. Nã etſi initio rudis & contracta,ſic tamẽ exculta propagatáque,vt nulla lingua vel elegantior, vel latius ſe ſparſerit: nulla quam non hæc elegantia & copia omnique ornamentorum ſupellectile ſuperarit: inter omnes tantum emicans quantum ignes inter luna minores. Nam quum linguæ potiſſimùm in hoc diuina diſpenſatione tributæ,vt quæ velis,commodè ac ſignificãter(vt diximus)exprimas:quæ, obſecro,ſignificantionbus magiſque appoſitis vocibus ſingula declarat quàm Græca? Adeò vt non abs re Socrates apud Platonem contendat, Græcorum vocabula imprimis nõ temerè pro inſtituentis voluntate,ſed naturali ἐνεργείᾳ natiuáque perſpicuitate rẽ velut oculis ſubiicere. Vnde exquiſita in Græcis vocibus venus καὶ ἁβρότης, Atticus lepos, Muſa Attica, Laconiſmus, & id genus alia ſingularis cuiuſdam appoſitæque in exprimendo ea lingua venuſtatis prouerbia peperunt. Hinc quod grauiſſimus inter Latinos poetas, Graiis,inquit,dedit ore rotundo Muſa loqui. Adde quòd & Muſas atque adeò deos ipſos aiunt Græco ſermone vſuros, ſi humana lingua vti voluiſſent. Porrò quum ſeptuaginta duæ linguæ numerentur,ex his ſeptẽ præcipuæ, quas recenſet Volaterranus, Aſſyriorum, Arabum, AEgyptiorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum, Dalmatarúmque:tamen nulla ex omnibus his, quæ vel latius ſparſa ſit, vel præſtantiora ingenia nacta ſit,vel denique plures honeſtas diſciplinas tradidit. Neque enim ſolùm hæc lingua ſe continuit ea parte quæ Græcia propriè dicebatur,hoc eſt AEgeo pelago & Ionio atque Iſthmo concluſa:neque ea tandem regione quæ magna Græcia dicebatur:ſed præter inſulas & peninſulas,ampliſſimáque regna,Peloponneſum,Cyprum,Rhodum,Cretam, Aſiam minorem, Macedoniam,Epirum,Myſiam,Illyrium,Thraciam,Dalmatiam,Syriam,AEgyptum,ob Alexandrum victorem longè latéque complexa eſt,ſed Galliæ Germaniæque etiam communis eſt. Nã & Maſſilia celeberrimum Græcarum diſciplinarum gymnaſium habuit: & in nobili Cluenſiũ oppido Menianæ ſcholæ præfectus Græcus rhetor Athenis ortũs,teſte Eumenio: & Druides, Celtarum ſacerdotes,Græco ſermone in ſacris vſi.additque Iulius Cæſar, Gallos in publicis inſtrumentis Græcas literas vſurpaſſe. Britannorum pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ linguæ profitetur. Quid dicam de Germania noſtra,in cuius lingua innumera veſtigia Græcæ linguæ remanent?& nos obſeruauimus aliquando aliquot centurias vocabulorum quæ merè Græca ſunt. Poſtremò neque Scythas à Græca lingua abſtinuiſſe, declarant Anacharſis & alii plerique. De Italia & Roma nihil attinet dicere, vbi Græcorum lingua propemodum ipſa Latina vulgatior fuit:& clariſſimi ſcriptores in Italia & media Roma Græcè ſcripſerunt. Siquidem Aelianus(vt ſcribit Philoſtratus)Romanus fuit,& Italiam nunquam egreſſus,& tamen eius extant Græcæ hiſtoriæ. Item Plutarchus, Strabo, Dionyſius, Appianus, Diodorus,& innumeri alii Romæ vixerunt, & ſcripta ſua illic ediderunt Græco ſermone: quemadmodum in Syria & AEgypto Ioſephus & Philo Iudæi Græco quàm natiuo vti maluerunt. Græca lingua in ipſa Syria Romanos imperatores facundos habitos, Mutianus teſtatur apud Tacitum: eóſque ad exercitum Græcè ioquutos. Adde,imperatores ipſos,non ſolùm Romanos, quos omnes propè Græcè peritiſſimos fuiſſe conſtat,& multorum carmina extant Græca: ſed Germani etiam imperatores(quos alioqui ἀμούσους eſſe ſolitos nouimus)Græcam linguã calluerũt. De Carolo magno traditur quòd Græcos legatos audiuerit,& Græcè reſpõderit ipſe. Otho II, imperator in bello quod in Apulia cũ Saracenis & Græcis geſſerat,inſidiis interceptus quum Græcè ſciret,eóque ſermone vteretur,hoſtes fefellit:vt nõ animaduertẽtes cũ eſſe Germanũ, facilè pecunia ſe redimi paterentur. Porrò,ſi linguæ alicuius vtilitatẽ æſtimare velimus,quid hac vna cõmunius,quid ve vbique ad omnes diſciplinas percipiendas vel tractandas vtilius ac magis neceſſarium? nempe qua,velut Delphico gladio,ad omnia & vbique vti cõueniat:primum quum(vt dictum)nulla gens,nulla ſchola,nullum virtutis ac diſciplinarũ emporium,quod hanc linguam,velut commune vtiliſſimúmque organum,non arripuerit. deinde nulla lingua plures vel diſciplinas, vel bene viuendi præcepta tradidit,& per orbem tranſmiſit, ac fidelius conſeruauit. Quota quæque plures,eóſque clariſſimos in omni diſciplinarũ genere ſcriptores exhibuit? è quorum ſcriptis & inſtitutis, cùm omnis doctrina liberalis,omnis hiſtoria,omnis ſermo elegans ſumi poſſit. Aut quæ tandem lingua vel diſciplina,quæ huic colonias non duxerit?quæ indidẽ, ceu è locupletiſſimo mercatu,ſupellectilem non compararit,aut potius,ceu ex vbere artium eruditionisque fonte,riuos non diduxerit?Nã,vt Homerus de Oceano canit,Ἐξ ἁλὸς πάντης,inquit,πᾶσαι καὶ πᾶσαι θάλασσαι, καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα πάντα νάουσι: ita ex hac lingua, veluti quopiam bonorum omnium mari,diſciplinæ,artes,præceptiones,atque adeò ipſa elemẽta, manarũt. Hinc poetica, rhetorica, dialectica,grammatica, diſciplinæ quæ mathematicæ vocantur: hinc politica, ethica, therapeutica, phyſica, theologia, & (vt vno verbo multa complectar) vniuerſa ipſa philoſophia, diſciplinarúmque omnium orbis, quam encyclopædiam vocamus. quæ omnes artes

Græcos etiam nunc fontes reſipiſcunt, vt ne nomina quidem alia quàm natiua & Græca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoſcamus: eóque iure ſe nobis permittentes, vt à fontibus ſecludi non patiantur. Nam & tota lingua Latina, & diſciplinæ ea lingua traditæ, ex hac fluxerũt, ádque huius ductũ ſe ſic compoſuerunt ut inſtar alumnæ & diſcipulæ παρυφίζωσι ἐκ τῆς δηγητικῆς manu fulciantur ac ſuſtententur, ab illius ductu ne latum digitum diſcedentes. Id quod à literis, velut ab ouo, ordienti per omnes diſciplinas oſtendere, non fuerit difficile. Siquidem literæ omnes, vna duntaxat atque altera dempta, inde mutuatæ ſunt: etiamſi iucundiſſimis illorũ caremus, altera, vocali, altera, conſonante, quibus nullæ apud eos ſpirãt dulcius. Adde quòd nos vix quatuor literis, illi duabus exprimunt: vt apparet in dictione φθία, ἀποφθίσις. Scribendo autem & pronunciando (quæ ſunt præcipuæ Grãmaticæ partes) quàm Græcæ linguæ rudes paſſim labantur ac ſeſe traducant, ſatis liquet, quũ imperiti Criſte pro Chriſte, Eleiſon pro Eleeſon, & ſonent & ſcribant. Neque minus in etymologiis peccatur, quũ innumera nomina (velut exempli gratia, in e primæ inflexionis, & patronymica omnia: itẽ Dido, Sappho, Laches, & id genus ſimilia) citra Græcorũ inflexiones vſurpari legitimè non queãt. Taceo generum rationẽ, articuli in oratione vim. Quid memorẽ ſyntaxeωs, figurarum rationes à Græcis pẽdentes? Taceo quòd Nonius Marcellus vniuerſa ferè Latina vocabula repetit à Græcis. Sed, ne in elemẽtis balbutiamus, ſat fuerit, ſi perſpicuum fecerimus, Latina ſine Græcis, quibus ſuperſtructa ſunt, non poſſe ſubſiſtere: áque ipſis elementorum crepundiis Græca diſcentem, operæpretium facere laboríſque compendium parare.

Cæterùm vt ad ſerias diſciplinas progrediar, inter quas primas facilè ſibi vendicat Poetica, (ſeu vetuſtatis autoritatem ſpectes, ſiue rerum traditarum vtilitatem atque œconomiæ prudentiam) huius & vſus & inuentio Græcorum eſt. vnde Horatius, poetam formaturus, ad Græcos, tanquam ad certiſſimos eius artis magiſtros, relegauit: --*vos*, inquiẽs, *exẽplaria Græca Nocturna verſate manu, verſate diurna*. Nã vt cæteros, Muſæum & Orphea, poetarum antiquiſſimos, præteream, ex vno Homero, tanquã vniuerſæ eruditionis fonte, diſciplinarum omniũ ſeminaria hauſta, cùm per ſe perſpicuũ, tum Plutarchus ſingulari libro conteſtatũ reliquit. neque poetas ſolùm indidem hortos ſuos irrigaſſe, ſed oratores admirabile illud dicẽdi artificium figuráſque, ac denique philoſophos reip. bene viuendi præcepta mutuaſſe declarat. Neque vel conſiliorũ vel litiũ artes, vel ſimilitudines, vel amplificationes, vel argumẽta, vel digreſſiones vllæ, quæ ab illo nõ ſint commõſtratæ. Quid obſecro tentari potuit quod ab illo in ſuis poematis nõ ſit excogitatum vel animaduerſum? Quæ regio, quæ pugna, quæ formæ, quod remigiũ, qui deniq; motus animorũ, quæ ferarũ figuræ, quas ille cęcus nõ viderit? quũ ita nobis eas depinxerit vt eas quaſi videre, quũ legimus, videamur? Ac veriſſimè his ſuccinẽs poeta Latinus de Homero, *Qui quid ſit*, inquit, *pulchrũ, quid turpe, quid vtile, quid nõ, Plenius ac melius Chryſippo & Crantore dicit*. Quibus hoc addere licet ſummę laudis loco, ſingula propemodũ verba eiꝰ poetæ, quaſi apophthegmata eſſe, & prouerbii loco vſurpari, vt teſtatur Macrobius. Et an à Latino Homero, alioqui abſolutiſſimꝰ, ſuperatus ſit, apud eundẽ licet intueri, Homerica cũ Virgilianis cõferentem. Hoc cõſtat, Latinos primarii nominis poetas magna cum laude Græcorũ poemata vel tranſtuliſſe, vel imitatos fuiſſe, inopia magis impulſos quàm ſuperãdi fiducia fretos. Siquidẽ Virgilium, Latinorũ coryphæũ, nemo neſcit bonam Æneidos partem ex Homeri poeſi tranſcripſiſſe, atque in totum ſe ad Homerum æmulandum compoſuiſſe: Georgica ad Heſiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν imitationem feliciter ſcripſiſſe: Bucolica impari conatu ad Theocriti facilitatem expreſſiſſe, critici fatẽtur: etiamſi illorum inuentis iam frueretur. Terentius (cui proximus, mea ſententia, locus inter Latinos poetas debetur) adde etiam Accium, Cæcilium, Pacuuium: nunquid Menandrũ ſolùm interpretantur, víxque leuem illius aſſequuntur vmbram, iuxta Fabii ſententiam? Quãquam in comœdiis aliquid præſtitiſſe Latinos, etiamſi totæ è Græcorũ myrotheciis mutuatæ ſint, fatendũ eſt: tragœdia certè Græca tota eſt. Solius enim Senecæ apud Latinos (quod quidẽ ſciam) extant tragœdiæ, atque illæ ex Euripide interpretatæ. Deus bone quàm non accedit ad illius elegantiam, artificium, ac ſententiarum grauitatem! Iam, ſi vtroſque cum alteris conferas, annon reperies omnia Latinorum inuenta, fabularum ingenioſa ſuauolucra, compoſitiones illuſtres, allegorias appoſitas, affectus acriores, mirandos motus, cõpoſitiones ſignificantiores, ac breuiter ſupellectilem quandam natiuã quadam poeticæ copia affluentem? E regione apud nos pigriora ferè omnia, gratia non ſolùm inferiora, verùm etiam à dignitate plerunque & à decoro aliena. Quanquam non inficior quin noſtrorum poetarum carmina, ſi ſeorſum legas, venuſta appareant & eleganter ſcripta, atque etiam vt iis nihil melius poſſe fieri cenſeas: at ſi componas & conferas Græca ipſa, vnde illa deſcripta ſunt, ac ſingula conſideratè atque aptè iunctis alternis lectionibus committas, comperies vix συναγωνιστὴν τῷ διώκτῃ, vt eſt in prouerbio. adeò iacêre ac putere incipiunt Latina, vt quæ Græcorum, quæ æmulari non poterant, luminibus

gratiſque obſoleſcant. Cœlius quidem ré apud Gellium, linguæ Latinæ acerrimum cenſorem, requirere iudicium atque exempla licebit, vbi Cæcilii cum Menandri, Virgilii cum Homeri & Theocriti, verſus exponuntur, quos ab his mutuati ſunt: Diomedis hercle & Glauci arma nō diſpari magis pretio æſtimari poſſunt. Atque hic mihi Cicero ignoſcat, qui Latinos à Græcis ſumpta, meliora reddidiſſe clamat. Sed quis hæc deprehendet? quis aut artificium aut tranſlata aliunde intelligat, niſi huius linguæ ſupellectile inſtructus?

Poeticen excipit rhetorice, cùm numerorum & figurarum ornatu, tum ſtructura orationiſque filo atque charactere propemodum coniuncta: quæ quū omnia, perinde atque inuentionis & eloquutionis, ita argumenta & formulæ à Græcis fontibus hauriuntur. Quādoquidem in hac illi ſic regnant vt Cicero fateatur hanc Athenis & inuentam & abſolutam: ſiue diuidendi, præparandi rationem, conſilium, ordinem, ſeu affectuum motus ſpectes, figurarum & troporum picturas, eorum ſummatim omnium apparatum inde fluere videas. Et haud ſcio quid aliud poetæ oratoréſque noſtri quàm poeſin & oratoriam ciuitate donauerunt Romana: qui, ſiquid eximium præſtiterint, id ex illorum omniugis pratis, veluti floſculis, decerpſis, illorúmque virtutum imitatione comparauerunt. Cato iam ſenex, Græcis alioqui parum amicus, commentarios ſibi collegit, è Thucydidis orationibus & Demoſthenis, quas in dicendo magno ſibi vſui fuiſſe teſtatus eſt. Quid Ciceronem, Latinæ linguæ principem, in eloquentiæ illam arcem ſubuexit, niſi Græcorum ſtudia, ínque iis æmulandis contentio? Nempe qui totum ſe ad Demoſthenis vim, Platonis copiam, Iſocratis iucūditatem, Periclis fulmina, Thucydidis maturitatem, neque certè infeliciter, compoſuiſſe deprehenditur, beatiſſima quadam immortalis ingenii benignitate ſuffragante: adeóque Græcorum ſtudiis operam nauauit, vt ſe Græcis declamationibus exerceret: Græca vbique cum Latinis coniungens, modò Latina Græcè, modò Græca Latinè vertendo, ſtilum exercuit. Idémque filio (cui non niſi compendioſiſſimam fideliſſimámque rationem præcipere potuit) faciendum ſuadebat. Quod ſi hodie iuuentuti perſuaderi queat, felicius diſciplinæ tractarentur, neque tam exangues ingeniorum venæ exiſterent. Nihil enim mirum omnes bonas diſciplinas iam diu ſepultas, cùm Græca lingua abolita, tum nullo declamandi exercitio: quæ tamen primaria ſunt ingeniorum fomenta in eorum animis qui ad eruditionis aliquem fructum peruenire contendant.

Dialectica, rhetoricæ germana. quum vtraque alteri coniungenda eſſet, noſtri hanc neglecta prorſus altera, veluti dextra manu, ad meras cauillationum ſtribiligines, aniles rixas, protraxerunt: vt nullum hodie veræ dialecticæ in ſcholis remanſerit veſtigium. Quorſum parua (praua dicere debebā) logicalia? quorſum barbara non ſolùm, ſed inepta etiam atque inutilia illa quibus iuuentus in publicis gymnaſiis oneratur commentaria? quorſum pro Ariſtotele, Porphyrió que, genuinis & Græcis elegantiſſimis, earúmque artium peritiſſimis magiſtris, ineptis & corruptiſſimis tralationibus vti coguntur? quas quum nec intelligant ipſi profeſſores, tamē miſeram iuuentutem ediſcere cogunt, ad nihil profuturas. Et tamen ex ipſis fontibus artes hæ facillimè percipi poterant.

Quid de mathematicis loquar? quum peculiares eius artis voces nondum ſint Latinitate donatæ, neque commodè inopia linguæ Latinæ omnes poſſint, fit vt identidem harum literarum imperitus in his explicandis intelligendiſque offendat: quum vbique occurrant trigoni, tetragoni, monades, triades, diapente, diateſſarων, excentrici, ſyncentrici, epicycli, eclipſes, & eius ordinis tanta turba vt annus deficeret ſi omnia vel commemorare vel oſtendere nitar loca vbi interpretes nos in fœdiſſimos ſecum errores traxerunt.

Idque non in logicis ac mathematicis ſolùm ſed per totam philoſophiam euenit. quæ quum tota ſit Græcorum, nos vix faces quaſdam ex illorum fontibus hauſimus, eáſque è tam multis transfuſas. Interim tamen noſtri philoſophaſtri nullis dum vel Græcis vel melioribus literis adoleſcentes ad philoſophiam veluti πτερυγίζοντας ſolùm Alexandri Galli doctrinali, ceu communi omnium copiæcornu, inſtructos, ſtatim Icari in morem ad philoſophiæ ardua (hoc eſt ad volandum ſine pennis) tranſmittunt. Cicero, alioqui Græcorū gloriæ æmulus, philoſophiā declarat citra Græcam eruditionem neque percipi neque ſubſiſtere. Nam quum apud nos pauca admodum eáque à Græcis deſumpta extent digna lectu, (ſophiſtarum enim nugas & delira commētaria nō libet inter philoſophiæ ſcripta referre) apud illos tā copioſa, pretioſa, nitidáque philoſophicæ ſupellectilis monumenta nobis ſunt repoſita, quæ ſi in ſua lingua legantur, & cū Teutonicis his conferantur, (hoc eſt, quæ in Latinā linguam tranſlata) iure dici poterit quod poeta de exanimato Hectore, Hei mihi qualis erat, quantū mutatus ab illo Ariſtotele & Platone! Nā præter hoc quòd parum cōmodè multa verſa, parúmque ſignificāter expreſſa, etiā pleraque prætermiſſa ſunt, quæ nō ſunt ſatis aſſequuti interpretes, nōnulla de ſuo addiderūt: alicubi obſcuriora relinquuntur, quæ ſubinde lectorem diligentē vel cruciāt, vel fallunt: vt cernere licet in libris

meteorologicis,& De cælo, ac physicis Aristotelis, vtilissimis quidem libris,sed à nostris nō intellecti in scholis reiiciuntur.De Platone quid dicam,as nisi sua lingua legatur,nemo iudicare poterit de illius diuina vel doctrina vel eloquentia:reclamāte quadam inexplicabili & copia & suauitate,in qua vir ille in ea lingua supra humanum ingeniū dominatur. Quare doctissimus iuuenis Thomas Lupsetus,quū alterna opera Platonē legeremus Lutetiæ, is subinde versum Platonem, nothum aut Academicam vappam appellare consueuit quoties Latinum cum Græco conferremus:adeò diuinæ illius virtutes extra Græcum sermonem percipi nequeunt. Idem de Xenophonte,Theophrasto,Plutarcho atque cæteris grauissimis philosophis,& doctrinæ castitate & eloquentiæ doubus admirandis,iudicare licet.

Iam verò vt per cæteras philosophiæ partes progrediamur, iatrice ac therapeutice, naturalis philosophiæ & honesta & necessaria disciplina, si purè próque dignitate tractetur, certissimúmque κερδος καὶ ἄλφιτα compendium afferens,sed barbarorum linguæ que Græcæ imperitorū scabie eam occupāte, Deus bone quàm squalida & strigosa reddita, quámque periculosis erroribus & imposturis elegantissima simul vtilissimáque professio deformata est! vbi pro Hippocrate & Galeno, huius artis κορυφαίους, & qui citra Græcorum eruditionem percipi nō poterant,nescio qui barbari Auerroes & Auicennæ in scholas recepti sunt: quum illi interim multorum instar esse poterant,& reuera Homerico encomio digni,ἰατροὶ· αὐδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἄνδρες. Tota enim medicina,sicut & reliquæ philosophiæ partes,à Græcis petita.Idque indicant eius artis pharmacorum, vnguentorum,cataplasmatum,potionum,ceromatum vocabula: item animantium,plantarum,gemmarum,morborum,remediorum,instrumentorum,ponderum, mensurarum innumeræ nomenclaturæ:quæ quum apud nos etiam recepta, circulatorum atque huius linguæ imperitorum abusu detrita corruptáque,non intelligantur,non rarò fit vt indocti medici potiones pro cataplastis, & (vt dicit poeta) φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρά τε καὶ ἀγαθὰ ministrent. Id quod designauit quidam,suppositorium,hoc est pessum,pro pillulis præbens deglutiendum. Et tamen hisce impostoribus non dubitamus vitæ nostræ arbitrium concedere: nempe vt per experimenta mortis agant:quum sit in nulla professione periculum maius : vt de his verè scripsit Plinius.Atqui videmus nunc,Musis benè fortunantibus,ac melioribus literis reuiuiscentibus, quosdam Græcarum literarum adminiculo fretos,strenuam operam nauare vt hæc disciplina suæ dignitati restituatur:huc iam incumbentibus Theodoro Gaza, Leoniceno, Manardo, Copo, Ruellio, & aliis plerisq; ætatis nostræ ἀρχιάτρους, qui Augiæ illud barbarorum medicorū stabulum è Græcorum fontibus abluentes,eius disciplinæ candidatos ad ea collimare docent,sine quibus ἄσκοπα πηδᾶν.

Ad iurisprudētiam(hoc est νομικὴν) venio,professionem & amplissimam & religiosissimam, nempe Reipub.humanæque societatis ac pacis tuendæ magistram. Qua arte quum & hæc Academia maximè celebretur,& nos olim,notidum satis politiorum literarum viatico instructi,ad huius studium perpulsi,atque etiámnum studiorum nostrorum scopum defiximus : ne illotis manibus tam seriæ ac sacrosanctæ artis studium capessseremus,(quæ diuinarum humanarúmq; rerum,iusti & iniusti notitiam profitetur)Imperatoris consilio admoniti existimauimus satius παλινδρομῆσαι ἢ δρασμεῖν κακῶς,vt dicitur in prouerbio:& ad vtriusq; linguæ studia,veluti ad suauissimas pellices reuersi,tantisperdum illarum consuetudine instructis atque exatiatis liceret cū legitima pro dignitate σωφρονεῖν:quum citra illas,nullas seueriores disciplinas exactè tractari posse exploratum sit.Iam verò sat scio esse plerosque sic persuasos,vt existiment ad iurisprudentiæ studia Græcam eruditionem non tantoperè requiri:quos tamen, si me patienter audierint, bonam spem concipio, sententiā eos immutaturos. Primum enim nemo diffiteri potest, iuris nostri originem & reipub.instituendæ formas Romanos à Græcis petitas instituisse.Deinde (vt antè quoque commemoratum,Romanis Græcam linguam familiarem & in deliciis habitam) maiorum gentium iureconsulti,qui iustitiæ magis quàm impostrarum ac litium studiosi,quū vtriusque linguæ periti & in omni disciplinarum genere exculti essent, non existimabāt quenquam fore tam impudentem qui ad hanc religiosissimam artem accederet,nisi & ipse Græca eruditione instructus esset.Vnde subinde è Græcorum thesauris κειμήλια proferunt, quibus vel in respondendo vel interpretando iure vtuntur:non solùm voces & sententias Græcorum philosophorum,poetarum,oratorum,tanquam gemmas & lumina orationis,ad res significātius exprimendas,ádque propositum probādum insulcientes, sed & epistolas & rescripta Impp. atque aliorum iureconsultorum responsa Græco sermone subinde inserunt. Neque id abs re : quādoquidem iurisprudentiam cum philosophia coniunctam, & Cicero & Vlpianus testātur, nempe politicæ ethicæque portionem esse. Philosophia autem cum suis pedissequis orbem disciplinarum complectitur,quam Quintilianus,vir in iureconsultorum seminario cōsularis versatus, causis agendis necessariam exigit. Ad hæc iureconsulti communiter fatentur, in causis dicendis

philoſophorum,poetarum,oratorúmque autoritatem allegandam & recipiendam. Id quod Paulus iureconſ. comprobat: quum Hippocratis autoritate comprobet,ſeptimo menſe partum legitimum naſci. Et Iulianus ſequitur Ariſtotelis ſententiam in reſpondendo,qui tradit quinque ſimul liberos naſci poſſe. Emptionis venditioníſque contrahendæ modus ex Homero allegatur. Vnde hîc Accurſius, quantumuis ab his literis alienus, tamen neceſſitate veritatéque ipſa compulſus, erumpere cogitur: Nota,(inquiẽs) poetarum & philoſophorum autoritates in cauſis allegandas. Idque feciſſe iureconſultos paſſim videre licet,ſuas LL. ex horum ſcriptis locupletantes: vt cùm alias innumeris locis, tum ff. de LL. ex Demoſthene & Chryſippo & Theophraſto, item ex Ariſtotele titulo de vſuris,& Platone,ff. de nundinis l. ſecunda. Sic tit. de pœnis, animaduerſio delictorum ſuppliciorúmque ratio ex Homeri carminibus petitur,quemadmodum eo titulo capitalium cauſarum qualitas è Demoſthenis ſententia ſancitur. ſed quæ loca deprauata lectoribus iudicibúſque ſæpe impoſuerunt. Notarúntque hæc eruditiores litium deciſores, ob linguarum meliorúmque literarum inſcitiam capitaliter hallucinatos pleroſque. Animaduerterunt igitur iureconſulti veteres, non modò lenociniis verborum, ſed ſententiarum etiam grauitate ſcatere literas humaniores: quæ etiam teſtimoniorum & iudicati non rarò obtineant vim. Solon è ſeptem Græciæ ſapientibus vnus, Homeri verſibus ſententiam ſuam iudicibus approbaſſe dicitur: vt videlicet Salamin inſula à Megarenſibus occupata adiudicaretur Athenienſibus, abdicatis Megareis. Quare non temerè à Iuſtiniano Homerus omnis virtutis eruditioníſque parens celebratur. Et quanquã iureconſultis qui iuriſprudẽtiæ ſyluam peruagati fuerint, non eſt obſcurum, leges exactè rectéque intelligere citra Græcæ linguæ peritiam perinde eſſe acſi quis ſine pedibus ambulare tentet: tamen ſiquis hîc mihi ex iis quæ dicta ſunt, ἀμαρτεῖ credere nolit,hunc ego iubebo mox aſpicere ea quæ ſunt ante pedes, hoc eſt ipſa iuris incunabula: & reperiet in ipſa ſtatim iuris diuiſione,ius ſcriptum & non ſcriptum vocari ad imitationẽ Græcorum νόμον καὶ ἄνομον, vbi hactenus imperitum vulgus ridiculè legit,fonoi monoi. Verùm vt hæc leuiora, & quæ §. item pretium, tit. de empt. Et § 1. de iniur. item §. de ſuibus ad l. Aquil. & alia pleraque inſtitutionum loca trãſiliam, vnum proferam de donatione locum, vbi donationis cauſa mortis, ratio è Telemachi Homerici exemplo declaratur, locus hactenus à paucis dum rectè explicatus: ac primùm (quod equidẽ ſciam) à nobis ex Odyſſ. libro, interpretatus. Id quod celeberrimi nominis iureconſ. Claudius Cantiúcula teſtari poterit: qui ex meo exemplari à me adnotata excepit, atq; hinc alii quidam imitati. Quemadmodum & de pub. iud. obſcurato loco è Xenophonte lucem addidimus. Vbi Accurſius, cum Academicis iubet lectorem ἐπέχειν, Græcũ (inquiens) hoc totum: omitte. Sicut aliâs, Hoc Græcum eſt: (inquit) quod legi non poteſt. Quid (obſecro) id aliud eſt quàm cæcum cæco ducatum præbere, & vtrunque in foueam, hoc eſt in errorem, prouoluere. ô infelicia tempora. At verò ipſas Pandectas, hoc eſt apothecas, atque adeò iuris ciuilis campos ingreſſis, Deus bone quàm hîc ſe offerunt multa noſtrum inſtitutum comprobantia. Siquidẽ in ipſo limine, hoc eſt titulo libri, offendere cogitur: ac nec ipſum proœmium intelligere poterit Græcæ linguæ ignarus. vbi pro λύγους, hircos, loco ποικιλίας, coloritæ, hoc eſt, pro gneſiis Græcis neſcio quæ κιβδηλα & carcinomata, Græcæ videlicet linguæ inopia, ſuppoſita atque innata ſunt: quibus tamen nominibus Iuſtinianus iuris ciuilis gradus diſtinguere voluit, quemadmodum & hodie Baccalaureorum & Licentiatorum ac Doctorum vocabula recepta ſunt: vt totius proœmii intellectus ex his vocibus pendeat. Ad eundẽ lapidem impingitur l. 2, C. de vet. iur. enucl. vbi pro κῦ πόδα ſurrepſit nihil niſi, Hoc Græcum eſt. & mox pro ὠοδόκη τλα, natrix: perinde ac ſi quis ſcripturam interpretetur piſcem. Quid (obſecro) excogitari potuit abſurdius? quum tamen totius conſtitutionis ſententia in his lateat vocabulis, quæ de legum interpretatione loquitur. Lib. 5 ff. ex Adriani principis reſcripto Græco, parum fideliter verſo, Accurſius, hircum mulget, & Bartholus ac cæteri cribrum ſupponunt: vtrique æquè inepti, priuatum Athenienſium magiſtratum, hoc eſt ἄρχοντας, ad quoslibet magiſtratus referẽtes, genuinam reſcripti ſententiam peruertunt: ita vt incertum relinquatur quid ſibi voluerit princeps, quum dixerit, magiſtratus cognoſcere de his rebus pro quibus tutores fuerint. non enim rebus tutores dantur, ſed perſonis. Ad eandem erroris regulam exigi poterunt tit. de appellat. vbi Vlpianus diſputat an aduerſus principis reſcriptum appellari poſſit: vt ſi fortè præſes aliquis ad Imp. ſcripſerit, atque reſponſum ſit, an hic appellandi locus. Iureconſultus reſcriptum Græcum citat. eius tã verba quàm ſententia corruptè reddita, tamen oraculi vice leguntur ſuppoſititia, explosis genuinis. Nam pro eo quod Græcè, ὅτι ἂν ὑπάρχῃ τοῖς βουλομένοις ἀποκαλεῖσθαι ἐπὶ τὴν ἀπόφασιν, horum loco legitur, Prouocare ab enunciatione licẽtia exiſtit. Ita vt Accurſius ſenſerit, ab enunciatione, hoc eſt à peruerſè principi narratis, appellari poſſe: quum ſit accipiendum de eo ad quem prouocamus, & ab ipſo reſcripto, non autem à quo. ἀπόφασις enim hîc non enunciationem (vt apud Ariſtot. ἀποφαντικὸς) ſignificat, ſed ſententiam & reſponſum; vt Andreas Alciatus eruditè

animaduertit. Succedunt non minoris momenti errata, inter quæ est Eudæmonis cuiusdam supplex ad Antoninum Cæsarē libellus. Tota lex Græco sermone à Volusio Metriano iureconsulto refertur: ex peruersa autē interpretatione Græcæ legis, iuris aliquot professores magni nominis in eum venerunt errorem, vt huius legis testimonio freti, affirmarint imperium maris ad principem Rom. non pertinere: vt alio errore alium trahente, addiderunt, Venetos non esse sub imperio Rom. quum Græca ipsa, si ritè intelligantur, exertè contrarium probent, atque omnem ambiguitatem facilè discutiant. ἐγὼ δὲ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης. non quòd Imp. non sit dominus maris, sed quòd lege Rhodia iudicet, & non priuata lege. Eiusdem notæ in L. Lucius. ff. de seruit. inb. pr. Bartholi lapsus: nam interpretis imperitia veluti bubulis naribus ductus, nescio quas ἀποσβεννύσας comminiscitur distinctiones de concessionibus personalibus, & quæ ad heredem transeant: quum quod Græcè legitur, χαρίζομαί σοι, nihil ad heredes faciat. Possem innumera rescripta, epistolas, legésque integras, perinde atque alias Græcas & voces & sententias, commonstrare: nisi ab eruditissimis nostræ ætatis iureconsultis Budæo & Alciato petere liceret, quæ passim per totum corpus iuris sparsa, insciticque huius linguæ deprauata, periculosos errores pepererint, at Græcè peritis perspicua sunt. Cuiusmodi sunt, L. 2. ff. de legib. L. pen. ff. quib. caus. pig. vel hypo. L. Ticia, & L. Codicill. ff. de leg. 2. Adde L. cum quis ff. de legat. 3. Item Alex. rescriptum ff. de appell. L. 2. de nundinis. L. septicia, ff. de pollic. Sęuolæ nuncium in L. thais, ff. de fideicommiss. lib. L. natorū, ff. de verb. sign. Postremò totū titulum de excusationibus Tut. Græcè scriptum si Modestinus ipse non fateretur, tamen orationis ductus clamaret, sordidus & incultus, à quodam vtriusque linguæ æquè imperito translatus: quod quiuis facilè deprehendet (nisi prorsus plumbeo sit ingenio) si cum nitido & culto iureconsultorum stilo conferatur. Ridiculum quàm Accursius hîc se torqueat, hæsitās è Latinóne in Græcum sermonem, an contrà, conuersus sit, in omnes formas pueriliter se versans, neque elabi potest. vt taceam voces quæ identidem occurrunt leges peruaganti, non pœnitendi tamē momenti: in quibus simul & is, quisquis est, qui Græca interpretāda suscepit, & cum hoc glossatores fœdè lapsi sunt, vel perperam ipsa Græca interpretando, vel submotis germanis notha insuentes. vt in L. 3. ff. de LL. δῆμ' ὁ πλεῖστον: & in L. obseruare, de off. proconf. δῆμος, κατάπλους, μητρόπολις: & L. athletas ff. de his quæ no. infa. βεβλαμμένοι. Sub tit. de edil. edi. morborum. Sub tit. de grad. nomina propinquitatis, de verb. significat. omnis generis vocabula Græca occurrunt à iureconsultis citata, in quibus interpretādis ridiculus est Accursius. Vnum proferam è quibus cætera, sicut leonem ex vnguibus, licebit æstimare. Paraboſanos inquit medicos esse ab eo quòd multas parabolas habeant & loquaces sint: & Archigerontes, sacerdotes quibus delicta sua in metallum damnati confitentur. Atque hæc tanta fiducia sui profert (tanquam certus suarum interpretationum) vt quicquid, quantumuis ineptum, in mentem illi venerit, pro oraculo recipiendum postulet: reuera quod à Thucydide dictum, τὸν μὲν ἀμαθίαν θέσεις efficere, declarans: quum alibi arrogantius iactare non pudeat, nomen sibi Accursio fataliter inditum ab accurrendo iuris tenebris. Equidem affirmare potius ausim, ab accersendis tenebris nominatum. Sed dicet aliquis, de vocibus iureconsultum, sicut nec medicum, esse solicitum, si de rebus constet. Sed quomodo (obsecro) de rebus constare poterit, si voces quibus res significantur, non percipias? cui tandem diuinare dabitur germanam legis sententiam, si verba quibus ea constet non intelligātur? Annon voces sunt rerum notæ, sicut & scripta vocis sunt symbola? Quorsum attinet iureconsultos tam anxiè de vocabulorum significatis disputare? quorsum titulus de verborū significationibus, & de legatis, aliisque passim locis, vbi iureconsulti in legibus & edictis vocum rationes diligentissimè explicant. Condonari facilè poterat iureconsultis qui in infeliciora secula inciderunt, si non ita terse aut etiam Latinè scripserint, quum alioqui in respondendo plerique ingenioſi fuisse deprehendantur: verùm qui tanta impudentia bona studia corrumpunt atque conspurcant, quò suam ignorantiam tegant, ii per Nemesim digni sunt vt à studiosis omnibus lapidibus obruantur, aut certè stercore conspergantur. Eóque maior gratia habenda Budæo, Alciato, ac similibus viris immortali laude dignis, qui hoc Accursianum nobis sterquilinium exportant. Quanquam hîc non desunt qui obganniant, non esse has cultiores disciplinas de pane lucrando: hoc est, ἀδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα. Certè L. munerum, ff. de muneribus & hono. Arcadii responsum declarat, etiam iureconsulto necessariam esse harum cognitionem: vbi frumenti & olei coemptores, σιτῶναι & ἐλαιέμποροι appellati, à leguleis explosi, ab eruditis Græcæ linguæ restituūtur. Cæterùm hîc de priori iurisprudentiæ seculo. Italia verò & Roma Gothorum irruptione vastata, imperiique sede Constantinopolim translata, ipsa simul iurisprudentiæ schola eôdem commigrauit: & quum tota Italia atque adeò Latino orbe exularet, in Græcia seruata est. Imperator autem qui legum exuuias concenturiauit, quanquam analphabetus, tamen quia Græcus ipse, & in Græcia aulam habebat, ac denique iureconsultis vteretur Græcè quàm Latinè peritioribus, quorum opera leges descripsit:

& quia ad populi vſum eius regionis leges conderet,neceſſe fuit promulgare ſanctiones ea lingua qua populus vteretur. Roma enim barbarorum incurſibus occupata, Beryto terræmotu diruto,ſola Conſtantinopolis & imperii ſedes & iuriſprudentiæ ſchola fuit.Hîc à Iuſtiniano,( vt dixi)Græco principe,Græcæ editæ ſunt Nouellæ,hoc eſt νεαραὶ conſtitutiones: quas poſt Pandectarum,Codicis & Inſtitutionum editionem,princeps ille veluti proprias ac abſolutũ iuris prǒptuarium per ſuos conſiliarios componi iuſſerat,Græcóque ſermone vulgarat. Sed pòſt in Latinum ſermonem tranſlatæ non minus barbarè quàm ineptè,adeò vt ſententiam pluribus locis parum aſſequi queas,helleniſmo ſuboleſcente.Quum autem alibi Græcum exemplar conſeruari dicatur,ſpes eſt fore vt propediem in communem ſtudioſorum vſum & magnam reipub.vtilitatem proditurum ſit. Iuriſprudentia igitur iam in ſolis Græcorum ſcholis verſante,factum eſt vt & Pandectæ κατὰ πόδας trãsferrentur in Græcum,& Inſtitutiones, Pandectarum epitome, quò Romanorum ritus peregrinis gentibus declararentur,explicatius & copioſius in Græcã linguam tranſlatas Politianus teſtatur.Et nos eas è bibliotheca Beſſarionis,quæ eſt Venetiis, exhibitas inſpeximus, & loca quædam decerpſimus:futurúmq; ſperamus vt aut noſtra aut aliorum opera Græcum exemplar Latinis ſcholis illuſtratum in lucem propediem proditurum ſit.

Sed ne diutius vos remorer in iuriſconſultorum ſchola,& veluti in propria arena longius παρεμβαίνειν videar,ad theologiam conſcendimus,eámque profeſſionem quæ ſacroſancta religionis nobis oracula tradit,atque adeò ſalutis noſtræ ſummam. Ea verò quum & ipſa Græco vocabulo à verbo Dei appelletur,neque è ſpinoſis quæſtionibus, aut vanis ſophiſtarum argutiis, ſed ex nouo & veteri inſtrumẽto,éque Prophetarum & Apoſtolorum doctrinis,diuini ſpiritus dono & inſpiratione hauſtis,reuerenter flagitanda ſit: non video quo pacto eam aſſequaris aut certè pro dignitate tractare,déque ea rectè iudicare poſſis,ſi ſermonis Græci, quo hæc tradita ,rudis ſis.Siquidem totum nouum teſtamentum (quod nobis lætum æternæ redemptionis nuncium exhibet)Græcè ab Apoſtolis & Euangeliſtis traditum:quibus reliquiis totus mundus nihil habet venerabilius.Adhæc,vt in Græcia Chriſtiana fides plurimùm propagata,& Chriſtiani primùm appellati , ita theologos nobis præbuit ea regio & ſcripturæ ſingulari peritia & eloquentia vitæque ſanctimonia commendatos.Nam quos tulit,obſecro,ab Apoſtolorum temporibus vlla lingua vel ætas,quos cum Baſilio,Chryſoſtomo,Nazianzeno,Euſebio,Origene,Theophylacto,Athanaſio,Epiphanio,atque innumeris aliis,iiſque grauiſſimis,Græcis theologis conferas?

*Aliquanto póſt.*

Porrò quanquam declaratum ſit,nullas apud Latinos diſciplinas citra Græcarum literarum eruditionem exactè tractari poſſe: idque ita clarè commóſtratum per omnia Latinorum ſtudiorum genera,vt inficiari nemo poſſit:tamen non deſunt paſſim in academiis literarum hoſtes, qui,non dico,muſſitent apud ſe, ſed publicis etiam decretis ab his linguis deterreant. Quorſum (inquiunt)hæc ſtudiorum nouatio?quid nobis cum iſtis linguis, iam plus octingentis annis hìc nõ vſurpatis? & tamen hæc ætas nobis ingentia illa præbuit & theologiæ & aliarum profeſſionũ columina:Thomam,Scotum,Bonauenturam:qui ob ſingularem in ſcripturis vel eminentiam; vel perſpicaciam,doctores ſancti,ſubtiles,ſeraphici,irrefragabiles appellati:item Bartholũ, Baldum,Alexandros,Durandos,iuris monarchas.in medicinis, Auerroem, Arnoldum de villa noua:in philoſophia,Occam,Buridanum, Tartaretum, atque innumeros alios in ſua profeſſione celeberrimos viros , qui Græcas literas nunquam attigerint? Quod autem dicũt hanc linguam eſſe nouam: quid audio ? nouáne hæc lingua?quia ipſi eam non didicerunt ? quum Græcam conſtet ante Latinam fuiſſe , & qua omnes diſciplinas traditas , ádque Latinos velut è fonte deriuatas , ſuprà ſatis demonſtratum arbitror . Certè conſtat , hanc à noſtris olim vſurpatam , & ante bis mille annos Celtas & Germanos hac lingua vſos , cùm in reliquis ferè rebus , tum priuatis rationibus & tabulis , Cæſar oſtendit Comment. belli Gallici. Nihil olim apud Romanos referebat,Græcéne an Latinè loquereris,quum Romanorum literæ in faſtigio eſſent:& Claudius Cæſar vtranque linguam,noſtram appellare ſolebat: qui & ipſe Romanus Græcas ſcripſerit hiſtorias,quas citat Steph. περὶ πόλεων Imò & Romæ natos,neque Italiam egreſſos,Græca monumenta reliquiſſe.Adde,Gallos & Germanos hac lingua non modò in ſcholis,ſed publicis adminiſtrationibus vſos:vt de Carolo & Friderico Impp.Inque noſtra lingua tam multa eius linguæ veſtigia extare,ſuprà admonitum. Et hinc eſt quòd Quintilianus (qui viginti annis iuuentuti inſtituẽdæ præfuit)Græca cum Latinis non ſolùm cõiungenda cenſuit,ſed à Græcis etiam auſpicari. quem morem ſua ætate duraſſe, T. Liuius lib.9, ab vrbe, narrat. Et Pontifices atque Imperatores huc reſpexerunt,quum decretis , priuilegiis ac ſtipendiis harum linguarum profeſſores in publicis ſcholis inſtituerunt. Porrò quòd ætas hæc aliquot ſeculorum præclara tulerit ingenia ex omni ſcientiarum genere,non diffiteor:attamen longè futuros abſolutiores ſi in feliciora ſecula incidiſſent,& huius linguæ præſidio adiuti fuiſſent. Ne

gare enim non possum* quin plerique fœdè huius inopia lapsi sint: & haud dubiè longè rectius & elegantius sua quique scripta tradidissent, si Græcorum literis exornati fuissent.

*Paulo póst.*

Sunt & alterius classis harũ literarũ impugnatores Suffeni, qui etsi scioli & rhetoricastri videri velint, & Latinæ linguæ deos se existimantes: id inde est quia vident huius linguæ peritos præferri, literásq; felicius tractare: vulpeculæ instar AEsopicæ, quæ, quum pira in arbore assequi non poterat, insipida cauillabatur. ad eundem modum & his literis destituti, & tamen erudituli videri volentes, vndecunque sugillandi captant occasionem: acutè se & valde falsè impetiisse studia rati, quoties vel Græculos esuriẽtes per contumeliam appellent: vel illud ζωὴ καὶ ψυχὴ, ex poeta, in Græcorum mores iactent. Mirum autem quàm sibi Ciceroniani videantur, quando illas ex oratione pro L. Flacco calumniæ tabellas proferunt. Cæterùm donemus, quod Cicero testatur, Græciam à veteri illa, quæ gloria, opibus & imperio floruerit, degenerasse: fuerintq;, seruiente Græcia, tales aliquot Græculi, vel leues, vel turpiter quibuslibet quæstibus expositi, quales taxat poeta, & Lucianus notat in libello περὶ τῆς ἐν μισθῷ συνόντων: an ex illis decet vniuersam gentem æstimare, aut linguam execrari tam multis modis vtilem? Peruersum per Nemesin certè iudicium. Quin pro his producunt Agesilaos, Socrates, Phociones, Aristides, & innumeros alios, vitæ continentia morúmque grauitate insignes: & totidẽ quot apud Romanos, qualescunque virtutes spectes: adeò vt Plutarchus in συγκρίσεσι non dubitauerit cum Romanis præstantissimis Græcos modò & virtute non inferiores opponere. Quòd si paulatim veterum morum seueritas vnà cum imperio declinauerit, vt est rerum vicissitudo, vt nihil vsquam stabile: quid mirum? quum idem hodie liceat cùm in aliis gentibus tum in Romanis desiderare, si cum veteribus componas.

*Paulo póst.*

Quòd si Græcis voces sunt ad quamlibet rem significandam, etiam parũ pudicam, appositæ, sunt in eadem lingua quæ sacrosancta mysteria eadem dexteritate exprimant. Quare non vitium hoc, sed laus est linguæ, posse significanter & viuam rem exprimere. quo dono siquis abutatur, id non linguæ sed abutentis vitium. Quòd si ea omnia abiicienda essent quæ in abusum rapi possunt, ipsa elementa tollere è medio necesse foret. Neque Græci solùm blandientibus verbis vtuntur, verumetiam Latini Corculum meum & suauium, animula vagula, blandula, dixere. Quòd siquis re per se non inhonesta malè ad obscœnitatem abutatur, impuri hominis, non linguæ, morbus est. Romanis antiquam seueritatem obtinentibus, Græcorum elegantia, luxus videbatur: nunc mirum si Cicero, Græcis alioqui parum popularis, quò causam suam, hoc est Latinæ linguæ eminentiam, commendatiorem redderet, Græcorum fidem morésque eleuarit apud suum populum, quo nullum numen præsentius duceret, palpando, atq; linguam, cuius ipse princeps fuit, velut simia suos catulos foueret? Non immeritò repetundarum (vt testatur Hieronymus) atque adeò ingratitudinis à Græcis accusatus Cicero: quum ipse fateatur præclara illa ingenii ornamenta, philosophiam & oratoriam facultatem, à Græcis accepisse, atque Athenas inuentrices vocet omnium doctrinarum: in quibus summa dicendi vis & inuenta & perfecta sit: neq; quenquã vel in philosophia vel alio quouis eruditionis genere citra hasce literas posse quicquam laude dignũ præstare. Cuius rei fidem maiorem facit, quòd filium, quem vnicè diligebat, Athenas miserit, vt suo exemplo Græca cum Latinis coniungeret: idque non in philosophia solùm, sed in dicendi quoque exercitatione. Vnde satis liquet, Ciceronem in hac causa perinde atq; in aliis quibusdam, non ex animo sed contra conscientiæ testimoniũ pleraque scripsisse. Neque dubium quin si Græcæ linguæ, vti Latinæ & à se illustratæ, patrociniũ suscepisset, aliis vsus fuisset argumentis, & diuersa longè protulisset. Verumenimuero quum Latinam, etiam (si diis placet) Græca locupletiorem facere contendat, & ostendere, Græcos voce qua inepti significatio exprimatur, carere: hìc quàm fuerit æquus, facilè intelligunt qui Græcè norunt: quum eam significationem non semel exprimant, & vocabulis oppidò quàm appositis. Id quod eruditè simul & copiosè declarat vtriusque linguæ antistes Guilelmus Budęus. Quòd si donetur Gręcos eo vocabulo carere, non tamen ex hoc protinus conuinceretur, Græcam linguam iciunam esse, & Latinam Gręca copiosiorem: si expendamus quàm multa sint quæ quũ Latinè dici cõmodè non queant, Græcis vocibus efferimus: vt liquidius antè demonstratum.

*Paulo póst.*

Iacebant logicę disciplinæ cũ mathematicis: philosophia omnis obscurata, hac lingua semel sublata: medicina cum iurisprudentia, poetica simul & historica: breuiter omnes disciplinæ & monimenta ingeniorũ sic barbarorum commentis conspurcata fuerant, vt, nisi hæc lingua reuixisset, ad solidã eruditionem perueniendi nulla spes affulgeret. &c.

# THESAVRI
## linguæ Græcæ,
## *ab Henr. Stephano conſtructi,*
## TOMVS I.

# THESAVRVS

## linguæ Græcæ,

### *ab Hẽrico Stephano cõſtructus.*

Ἄλφα




Α λ α

A PRIMAE Græcorum literæ nota eſt, cui nomen Ἄλφα, quod à prima Hebræorũ litera mutuatur, אלף, quãuis enim tria hæc elemẽta אלף ſonent *Aleph*, ſequendo ea quæ ה *pe* finali ſubſcribuntur puncta, ſiquis tamen voluerit pro arbitrio alia ſubſcribere, poterit alios etiã ſonos literis illis dare, ex quibus ſit & hic, *Alpha*. Hanc autem alioqui tam manifeſtam & planè indubitatam derivationem ignorantes grammatici, Ἄλφα à verbo Ἀλφῶ originem habere tradiderunt, quum contrà vocem hanc ex alia oriundam dicere, rationi magis conſentaneũ videri potuiſſet, vt infrà docebo. Itidem certè elementũ ſecundum Βῆτα ex Hebraico בית B *th*, manaſſe perſpicuum eſt: nec de hac derivatione ambigent ii præſertim qui qualis fuerit olim בּ ſonus, nouerint. B

Ἄλφα, præter figuras quas illi in fronte huius paginæ dedi, habet & alias quaſdam in manuſcriptis libris vetuſtioribus: quarum vna partim ad Hebraici ב, partim ad Latini a formam accedit: vt aliquãdo (Deo fauente) in meo de calligraphia Græca libro videbis. Sed C vſus illius eſt in iis potiſſimum locis quibus typographi literas quas maiuſculas appellant, adhibere conſueuerunt.

Ἄλφα cur primam inter στοιχῖα, id eſt elementa, ſedem obtinuiſſe exiſtimatum ſit, tunc dicendum erit quum de illa à verbo Ἀλφῶ origine differetur: quæ ſi fabuloſa eſt, (vt certè eſt) ſimul & illi rationi vel potius illis rationibus fidem derogemus neceſſe eſt.

Ἄλφα vnum eſt ex illis elementis quæ nomẽ ſuum apud omnes Græcas dialectos immutatum retinue- D runt, quum aliquæ nonnulla ex cæteris immutauerint. Nam ex Γάμμα Iones Γεμμα, ex Κάππα quidam Κόππα fecerunt: vnde putatur eſſe κοππατίας dictus quidam equus apud Ariſtoph. ab impreſſo videlicet illi κόππα. Nonnullis maior etiam mutatio contigit: vt πῖ Σίγμα, quod Dores Σὰν appellarunt. Μῦ autem à Democrito vocatum fuiſſe traditur Μῶ, eadem forma qua Γῶ.

Ἄλφα indeclinabile eſt, ſicut Βῆτα, & reliqua etiam, vno aut duobus exceptis. Perperam enim Priſcianus E de omnibus elementorum tam apud Græcos quàm Latinos nominibus pronuntiauit, ea eſſe indeclinabilia. Et ſunt indeclinabilia (inquit) tam apud Græcos elementorum nomina quàm apud Latinos: ſiue quòd à barbaris inuenta dicuntur: ſiue quòd ſimplicia hæc & ſtabilia eſſe debent, quaſi fundamentum omnis doctrinæ immobile: ſiue quòd nec aliter apud Latinos poterat eſſe, &c. Debuit certè ex hoc indeclinabilium numero Σῖγμα ſaltem excipere Priſcianus, quod habere genitiuum ſingularem Σῖγματος, pluralẽ Σιγμάτων apud Platonem comicum, nominatiuum & accuſ. Σίγματα apud Xenophontem, alibi oſtendam: vbi & de vocibus agam quæ ex elementorum nominibus factæ fuerunt: cuiuſmodi ſunt ex hoc Σίγμα iſtæ, Σιγματισμὸς ſiue Σιγματισμός, Ἀσιγματιστί, (ex quo vox Ἀσιγματιστὶ) item Πολύσιγμος. Præter iſtud autem nomen elementi Σίγμα, debuit fortaſſis & Γάμμα excipere. nam & hoc declinatum inueniſſe mihi videor. Sed donec exemplum ſuppetat, in dubio relinquatur. Hoc addo, articulos præfixos reliquis elementorum nominibus indeclinabilibus (ſicut & aliis quibuſlibet vocabulis quæ indeclinabilia ſunt) veluti declinationis loco eſſe. Dicitur enim τὸ Ἄλφα, τοῦ Ἄλφα, τῷ Ἄλφα: itidémque in plurali, τὰ Ἄλφα, τῶν Ἄλφα, τοῖς Ἄλφα. Eodem modo τὸ Βῆτα, τοῦ Βῆτα, &c. Semper autem præfigitur neutrius generis articulus, quòd & γράμματα & στοιχῖα (quæ literam & elementum ſignificant) neutrius generis ſint. Poſſunt tamen hunc articulorum vſum præſtare & alia vocabula illis præfixa: veluti quum dicitur in prouerbio, πρὸ τοῦ πάντα τοῦτο.

Ἄλφα numero declarando adhibetur, & primum ſignificat, ſicut Βῆτα ſecundum, Γάμμα tertium, itidémque in cæteris. Sed quadam velut prærogatiua in iſto literarum vſu libri Homerici donati fuerunt. Primus enim liber Iliadis ſiue Odyſſeæ, vocatus fuit Ἄλφα, ſecundus Βῆτα, tertius Γάμμα, atque ita deinceps. exiſtimanturque harum appellationum autores fuiſſe veteres grammatici, ac nominatim Ariſtarchus. Hunc autem iſtorum elementorum vſum videmus in verſibus ſingulis qui libris illis præfixi ſunt, & ὑποθέσεις vocantur, id eſt inſcriptiones, ſeu tituli: quòd ſingulis ſingulorum argumentum contineatur. Verbi gratia: libro primo, Ἄλφα λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν δὲ γραπτὸν, ἐχθοσοδοκίαν τινῶν. Libro ſecundo, Βῆτα δὲ ὄνειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ νῆας Ἀχαιῶν. Iuncto deinde vnicuique horum nominum ſubſtantiuo dicitur ἡ Ἄλφα ῥαψῳδία, (addendo aut ſubaudiendo τῆς Ἰλιάδος, ſiue τῆς Ὀδυσσείας) itidémque in genitiuo, τῆς Ἄλφα ῥαψῳδίας: eodémque modo cum Βῆτα, cum Γάμμα, cæteriſque omnibus

pergendo videlicet illud ſubſtantiuum & per reliquos caſus declinare. Legimus porro & alii ſubſtantiuo iuncta hæc nomina apud Euſtathium, dicentem & τὸ ἄλφα τμῆμα, τῶ ἄλφα τμήματος, & ita deinceps. Vocatúrque τμῆμα vnuſquiſque liber, reſpiciendo ad totum poema, quod eſt velut σῶμα. Sed an Euſtathius hanc vocem τμῆμα in iſta ſignificatione aliunde, an à ſe afferat, non ſatis liquet. Quanuis autem hic ſcribat veteres grammaticos οὕτω τμῆσαι τὸν Ὁμηρικὸν πίνακα τῆς προσβείας τῆς στοιχειωδῶν γραμμάτων, idem tamen & à quibuſdam philoſophis in ſuorum librorum inſcriptionibus factitatum fuiſſe teſtatur. Addit idem, hanc ob cauſam libros Homericos γράμματα etiam fuiſſe vocatos, ſicut Ἄλφα, Βῆτα, & reliqua hoc nomine appellãtur. Vbi quanuis ſingularis numeri mentionem nullam faciat, non dubito tamen quin & ſigillatim vnuſquiſque liber γράμμα dictus fuerit, addita numerali appellatione: hoc modo, τὸ πρῶτον γράμμα, τὸ δεύτερον γράμμα, & ita deinceps. Ex his patet quouſque extendi debeat quod de Ἄλφα, cæteriſque elementorum appellationib⁹ dixi, nimirum numero declarando adhiberi. Alioqui enim paſſim hoc declarandi numeri officio funguntur per ſe ipſorum elementorum notæ. Significat enim α primum, vel primam, β ſecundũ vel ſecundam, & ita deinceps. Sed ad diſcernendas ab aliis has literas, quum numerales ſunt, ſeu numeratiuæ, (ſi ita loqui licet) lineolã illis quidam ſuperpoſuerunt, alii accentum acutum: quidam cum lineola literas quibus terminatur ipſa numeri appellatio addiderunt: pro πρῶτος ſcribentes α habens ſupernè lineolam cui affixa eſſet ſyllaba ος, & quidem minutiore ſcripturæ genere ſcripta: pro πρῶτου, ſcribentes α habens ſupernè lineolam quæ affixam haberet ſyllabam ου cum accentu: pro πρῶτῳ, α habens ſupernè lineolam cui affixa eſſet litera ω, cum accentu itidem. Quorum compendiorum (ita enim compendiariæ notæ vocari cõpendiariè poſſunt) formas margini appoſui. Eadem eſt autem & accuſatiui πρῶτον ratio. ſcribitur enim litera α, cui ſuperponitur lineola affixam habens ſyllabam ν. Quinetiam in ſcribendo fœminino πρώτη & neutro πρῶτον idẽ mos ſeruatur. Hac autem de re monẽdum te eam præſertim ob cauſam exiſtimaui quòd ſciam à nonnullis ignoratam, veteres exemplaria legentibus, negotium illis exhibuiſſe.

α
α
α

Ἄλφα penulatorum, Βῆτα togatorum ioco ſe dixit Martialis, pro eo quod eſt, Primum locum tenens inter penulatos, ſecundum locum inter togatos obtinens. vt videlicet inter literas Alpha, primum, Beta ſecundum locum habet. Eraſmus ἄλφα penulatorum exponit præcipuum & quaſi primatem. Ego, vt ἄλφα penulatorum, primarium penulatorum, ita etiam βῆτα togatorum, ſecundarium togatorum (ſi modò ſecundarius ita vſurpari poſſet) exponendum cenſerem. Scazontes Martialis in quibus ita luſit, ſunt iſti, lib. 5,

Quòd Alpha dixi Codre penulatorum
Te nuper, aliqua quum iocarer in charta,
Si fortè bilem mouit hic tibi verſus,
Dicas licebit Beta me togatorum.

Talem iocum, aut certè talem ioci formam habet diſtichum hoc lib. 1,

Si tibi Miſtyllus coquus Æmiliane vocatur,
Dicetur quare non Taratalla mihi?

Quum enim vtraque harum appellationum ex Homerico iſto verſu ſumpta ſit, qui non ſemel apud eum legitur, Μίσυλλόν τ' ἄφαρ πάλλα, καὶ ἀμφ' ὀϊστοῖσιν ἴπτεσθαι: ita iocatur poeta, Si tu ex primo verſus Homerici vocabulo, μίσυλλον coquo tuo nomen imponere tibi permittis, cur mihi ex ſequentibus vocabulis τ' ἄφαρ πάλλα nomen ei dare non licebit? Sic in præcedente epigrammate, Si te nomine primæ Græcorum literæ appellaui, tu me viciſſim nomine ſecundæ appellato. Scio tamen quibuſdam videri aliquid maioris argutiæ his verſibus ſubeſſe: ſed vereor ne nimis argùti eſſe velint.

Ἄλφα καὶ Βῆτα, Alphabetum, vt vulgò loquimur. Iuuen. Sat. 14, Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ. Aratus autem apud Stephanum, & Anthol. epigramm. lib. 2, pag. 164, meæ editionis, inuerſo pro-



pter metrum ordine dixit, Γαργηϕίων παῖδες βῆτα καὶ ἄλφα λέγον. id eſt, Gargarenſium liberos elementa docens, ſeu prima elementa. Hinc eſt factum pulchra compoſitione VOCAB. Ἀναλφάβητος, ου, ὁ & ἡ, Qui ne alpha quidem ac beta nouit, Omnino illiteratus, Adeo literarum rudis, vt ne ipſa quidem earum elementa habeat cognita. Gallice ad verbum, *Qui ne ſcait ni A ni B*. Quidã interpr. ex Seneca, Qui nec elemẽtarius fuit. Sed in hac interpretatione alius dabitur vſus voci Elementarius quàm habeat apud ipſum Senecam, epiſt. 36. Fuerit enim Elementarius, qui doctus eſt elementa, ſeu inſtitutus eſt in elementis, Qui elementa didicit: quum Senecæ Elementarius is ſit qui elementa docetur, ſeu diſcit. Locus enim in quo voce illa vtitur, eſt hic, Sed quemadmodum omnibus annis ſtudere honeſtum eſt, ita non omnibus inſtitui. Turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex: iuueni parandum, ſeni vtendum eſt. Cæterùm afferunt hanc vocem & vulgaria lexica, ſed nullius ſcriptoris vſu eam comprobant: vti tamen illa Athenæum ſciendum eſt, lib. 4, vbi ſcribit, περὶ [καθαρωδίας] καὶ ὁ Ἀπολλόδωρος παρ' ἡμῖν ἰδιώτης, ὥσπερ τι καὶ ἀναλφάβητος, οὕτως ὀρθῶς σωφρόνως ὡς πάνυ εἰλήχει τὰ περὶ τὰς χορούσας ἀμαθέστατα γεγράφηκε.

Ἄλφα καὶ Ω μέγα quo ſenſu vſurpentur in Apocalypſi, dicetur in litera Ω.

Ἄλφα (vt ad alteram illam deriuationem veniam, de qua, licet vana, dicturum me promiſi) deductum eſſe à verbo Ἄλφω, ſignificante Inuenio, teſtatur Etymologus: eam ob cauſam quòd prima literarum inuenta fuerit. Moſchopulus quoque (ſicut & alii nonnulli) Ἄλφα vult ab Ἄλφω habere originem, ſed aliam ob rationem: quòd nimirum ex Ἄλφα primo elemento inuenta fuerint & cætera. Eius enim in ſua grammatica (eam dico quæ nondum excuſa fuit) hæc ſunt verba, Ἄλφα πρῶτον τὸ Ἄλφω τὸ εὑρίσκω. ἐξ οὗπερ γὰρ εὑρέθη καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα. At Euripidis ſcholiaſtes contra vult Ἀλφεῖον (idem ſignificans quod Ἄλφω) ab Ἄλφα ortum habere. Ego verò non quidem Ἀλφαίω, ſed Ἄλφω, ex quo deinde factum illud fuit, ex Ἄλφα oriundum eſſe arbitror. Quum enim literarum inuentio, quarum prima eſt Ἄλφα, ſupra quanuis aliam celebrata & nobilitata fuerit, eos qui nomen primæ illius literæ audirent, inuentionis omnium recordari ſolitos, (vt ii qui Ἄλφα καὶ Βῆτα vocabant quod vulgò alphabetũ dicitur, ſub duabus illis Ἄλφα καὶ Βῆτα omnes comprehendebant) hinc tandem verbum Ἄλφω deduxiſſe, non abſimile vero eſſe videtur. Quod meum commentum tamen non ita mihi placet vt aliud probabilius non deſiderem. Sed qualecunque illud eſt, plus fidei ſaltem mereri exiſtimo quàm duo illa quibus deriuationis literæ Ἄλφα à verbo Ἄλφω ratio redditur. Vt enim demus (quod dandum non eſt) Ἄλφα non eſſe ab Hebraico אלף, ſed aliam ei quærendam eſſe originem, nõ video quomodo rationi conſentanea loquatur qui dicit Ἄλφα eſſe ab Ἄλφω, quòd primum omnium elementorum inuentum fuerit. quod enim ſecundum eſt, inuentum & ipſum fuit: itidémque quod tertium, atque ita deinceps. Nec video quomodo excuſari commentum iſtud poſſit, niſi (ſi hic iocari licet) prouerbii valde triti auctoritate defendatur, quo dimidium facti habere dicitur qui cœpit. At cauſam quam Moſchopulus reddit, quo patrocinio tuebimur? Ἄλφα, inquit, ab ἄλφω, ſignificante Inuénio: quoniam ex eo & cætera elementa inuenta fuerunt. Hoc certè ſi verum eſt, ſi inquam primæ literæ inuentio cæterarum inuentionem præbuerit, conſentaneum id quoque veteri illi prouerbio eſſe reſpondebimus. Sed vereor ne potius ipſe Cadmus nobis ſit aduocandus ſi ſcire velimus quomodo ex prima litera cæteras inuenerit.

Ἄλφα primo loco poſitum à Cadmo (nam & hæc commenta me commemoraturum ſum pollicitus, quanuis ipſa quoque, ſtante vera illa literæ Ἄλφα deriuatione, concidant) cenſet Ammonius, apud Plut. Sympoſ. 9, quòd Phœnices Ἄλφα nominent bouẽ: cui

quidem non ſecundus aut tertius, iuxta Heſiodum, ſed primus inter neceſſarias res locus debeatur. Moſchopulus autem primam ſedē obtinuiſſe illud tradit quòd à ſeipſo incipiat pariter & deſinat: quum elementa cætera à ſeiplis inchoentur, ſed non itidem finiantur.

Quos vſus habeat α præfixum vocabulis.

A στερητικὸν in quibuſdam vocabulis, in nonnullis contrà ὀπτατικὸν, in quibuſdam ἀφαιρετικὸν à grammaticis appellatur. Præfixum enim illis per compoſitionem (loquor autem de nominibus præſertim) & hos & alios quoque vſus habet. Occurrit autem frequenter στερητικὸν, id eſt priuatiuum, ſeu priuandi vim obtinens: (quēadmodum apud Latinos frequenter particula In, nonnunquam De, vel Ex: interdum verò itidem hæc ipſa litera, vt in Amens & Auius) Exemplo ſunt, βέβαιος, Stabilis: ἀβέβαιος, Inſtabilis. Sic σοφὸς, Sapiens, Doctus, Scitus: ἄσοφος, Inſipiēs, (ſi, exempli cauſa, ſic interpretari liceat) Indoctus, Inſcitus. Sic κακὸς, Malus: ἄκακος, Minimè malus. Item, ἡδὺς, Iucūdus: ἀνήδυς, Iniucundus. (In quo obſerua obiter, accedente per compoſitionem α, mutari ſcripturam, verſo υ in ν. quod in aliis quoque nonnullis vſuueuit. Hoc autem ignorans aliquis mendoſam ſcripturam eſſe putet) Sed quum vocabulum cui α præfigitur, à vocali initium habet, inter ipſum & ſequentem vocalem interiicitur ν, euphoniæ gratia. vt ἄξιος, Dignus: ἀνάξιος, Indignus. ἴσος, Æqualis: ἄνισος, Inæqualis. ἐρατὸς, Amabilis: ἀνήρατος, Inamabilis. Quinetiam in illis quæ ex ſubſtantiuis fiunt, vt ἄνολβος, ex ὄλβος: ἄνιππος, ex ἵππος. Excipiuntur quædam: non tamē quæ reiicere literam ν dicenda ſint, (vt vulgò tradunt) ſed potius ea poſſe carere, poſſe etiam illam admittere. Nam hæc quæ in exemplum afferuntur, ab ο incipientia, Ἄνομος, Ἄνοπλος, Ἄνοζος, minimè reiiciunt ν: quum alicubi quidem hanc ſcripturam habeant, alicubi verò & iſtam cum ν, Ἄνομος, Ἄνοπλος, Ἄνοζος. His autem addo Ἄνυλος: pro quo reperiri itidem & Ἄνυλος cum ν, dico. Aliquando autem hæc litera eodem officio fungens opponitur particulæ εὖ: vt quum dicitur εὔμορφος, Formoſus: ἄμορφος, Deformis. Itidémque, εὔχαρις, Venuſtus, Lepidus: ἄχαρις, Inuenuſtus, Illepidus. Atque hæc quidem, ſicut & præcedentia, ex adiectiuis adiectiua fiunt: verùm ex ſubſtantiuis quoque adiectiua fieri quædam ſciēdum eſt. vt ex νοῦς ſubſtantiuo, quod eſt Mens, fit adiectiuum ἄνους, Amens. (Vbi obſerua quomodo Latini in cōponenda voce iſta Amēs, exemplar Græcæ ἄνους ſibi propoſuiſſe videātur, vel potius propoſuerint. Vtrobiq; enim vna eadémq; litera vim eandem, nimirū priuādi, obtinet: vtrobique ſubſtantiuū nomen in adiectiuum abſq; vlla mutatione tranſit) Itidē ex ſubſtātiuo νόσος, Morbus, fit adiect. ἄνοσος, Morbo carens, Morbi expers. Eodémq; modo ex ſubſtantiuo γάμος quo Nuptiæ ſignificantur, fit adiectiuum ἄγαμος, Nuptiarum expers. Pariter ex ſubſtāt. πόνος, quo ſignificatur Labor, fit ἄπονος, id eſt Illaborioſus. Et in his quidem quatuor adiectiuis, ſicut & in aliis pleriſque, integrum atque immutatum retinetur ſubſtantiuum: ſed ſunt etiā quamplurima in quibus adiectiuum aliam terminationem accipit. Sic ex ſubſtātiuo φρήν, quod & ipſum mentem ſignificat, fit adiectiuum ἄφρων, quo itidem declaratur Amens, Inſipiens. Ex ſubſtantiuo κέρδος quod eſt Quæſtus ſeu Lucrum, fit ἀκερδὴς, Inquæſtuoſus, Illucroſus. (hæc enim aliquando dicta fuiſſe aut putemus aut certè fingamus) Ex ſubſtantiuo βουλὴ, quod eſt Conſilium, fit ἄβουλος, Conſilio carens, Inconſultus. Ex ſubſtānt. χαρὴ fit ἄχαρις: ex γῆρυς, ἀγήρως: ex ἀκωκὴ, ἀκώκητος: (vbi obſerua etiam mutationem vocalis) ex χάρμα, ἀχάρματος: ex αἷμα, αἱμάλεος, & ἄναιμες, & ἀναίμων: id eſt Exanguis, particula Ex σὺν ſignificante.

A eſt στερητικὸν non ſolùm in eiuſmodi nominibus qualia ſunt præcedentia adiectiua, quæ vel ex aliis adiectiuis itidem, vel ex ſubſtantiuis (aut cum mutatione, aut citra mutationem) ſunt facta: verumetiam in quamplurimis eorum quæ verbalia dicuntur. Cuiuſmodi ſunt, ἄφθαρτος, Corruptibilis: ἄφθαρτος, Incorruptibilis. Sic πρεπὴς, Mutabilis: ἄτρεπτος, Immutabilis. Sic λυτὸς, Solubilis: ἄλυτος, Inſolubilis. Sic κλητὸς, Vocatus: ἄκλητος, Inuocatus. id eſt Non vocatus. Sic πλαστὸς, Fictus: ἄπλαστος, Non fictus. Sic βαπτὸς, Tinctus: ἄβαπτος, Non tinctus. Iam verò & non præcedente ſimplici reperitur ſæpe compoſitum verbalis formam habens: id eſt, cui per compoſitionem hoc στερητικὸν α præfixum eſt. Talia ſunt, Ἀκήπητος, Ἀκίνητος, Ἀκόλαστος, Ἀβασάνιστος, Ἀβασίλευτος, Ἀχώρητος, Ἀδάπανος, Ἄδρατος, Ἀμάρυκτος, Ἀμέλγυτος, aliáque propè innumera. Horum certè vix vllum eſſe puto quod abſque iſto priuatiuo α inueniatur: nec memini me vel Ἥπητος, vel Νίκητος, vel Κόλαστος, vel Βασανίστος, vel Βασίλευτος, vel Γύμναστος, vel aliud ex ſequentibus legere: ſed dicitur potius Ἡπημένος, Νενικημένος, Βεβασανισμένος, Βεβασιλευμένος, vel Βασιλευόμενος, Γεγυμνασμένος, itidemq; in cæteris. Præfigitur porro α iſtud priuatiuum iis etiam quæ non ſimplicia ſed cum præpoſitione ſunt compoſita. Cuiuſmodi eſt Ἀδιάτρεπτος, (& quidem non præcedente Διάτρεπτος, ſicut alteram vocem Ἄτρεπτος antecedit Τρεπτὸς) cuiuſmodi etiam eſt Ἀνεξίπαστος, Ἀνέκφευκτος, Ἀδιάλυτος. Deniq; & iis quæ bicompoſita ſunt (liceat enim mihi meis verbis breuitatis cauſa vti) præfigitur α στερητικὸν. qualia ſunt, Ἀδιέξοδος, Ἀδιεξίτηλος, Ἀδιεξήγητος, Ἀδιακρίτος, Ἀναπαμπόδητος. Et hæc quidem omnia quibus α στερητικὸν præfixum eſt, verbalium formam habent ex præterito paſſiuo formatorum, nimirum ex tertia eius perſona ſingulari: ſed inueniri ſciendum eſt præfixum nōnullis etiam nominibus quæ & ipſa originem à verbis ſed aliam tamen formam atque adeo formationem habent. Cuius generis eſt ἄακτος apud poetas. Sed vereor ne iſta ſubtilius perſequi ſit infinitum.

A eſt στερητικὸν in multis etiam verbis, ſed ita vt prius præfixum fuerit nominibus vnde fiūt. Exemplo ſunt, Ἀδοξέω, Ἀπειρέω, Ἀχαριστέω, Ἀγνωμονέω: necnon paſſiuæ horum voces Ἀδοξοῦμαι, Ἀπειροῦμαι, Ἀγνωμονοῦμαι: (omitto Ἀκοσμοῦμαι, quòd nullum eius vſum extare exiſtimem) præcedentibus nominibus Ἄδοξος, Ἄπειρος, Ἀχάριστος, Ἀγνώμων. Nonnunquā compoſitis etiam verbis præfigitur, veluti in Ἀναξιοπαθῶ, quod fit ex Ἀνάξιος. Sed de hoc admonēdus mihi eſt lector, contingere nonnunquam vt verbum nominis ſignificationem non ſequatur. Ecce enim ἄβουλος quod conſilio carentem ſeu inconſultum ac minimè circunſpectum ſignificat: at ecce Ἀβουλῶ, quo declaratur Nolo non ſemel à Platone, itidemque à Demoſthene. Cuius auctoritas facit vt eo magis Suidæ fides derogetur, ſcribēti, Ἀβουλῶ, μὴ βουλεύεσθαι, ἢ μὴ βούλεσθαι, Πλάτων. In iis certè exemplis quæ ex hoc ſcriptore deprompta inuenies, aliiſq; aliquot quæ depromi poſſunt, non illam ſed hanc ſignificationem aperte obtinet. Cæterùm quum talia ſint verba quibus α στερητικὸν præfigitur, ex nominibus præfixum itidem illud habentibus facta, non poſſum quin valde miret participium ἀμορφωθήσας, quod apud Euſtathiū legitur. Eſſe enim verbi ἀμορφοῦμαι, clarum eſt: at quo exemplo id dictum fuerit aut dici potuerit, cogitare nequeo. Nam ſi ex ἄμορφος verbum ἀμορφῶ (præcedat enim hæc vox actiua paſſiuam illā ἀμορφοῦμαι neceſſe eſt) facere poſſumus, quidni viciſſim ἀμορφόω ex εὔμορφος, quidni & alia ex aliis itidē facere licebit? Si tamen Euſtathiū aliquis non ſine exēplo vocē illam vſurpaſſe exiſtimat, eam & ipſe vſurpare non dubitet: ſed ego crediderim potius eum hīc quod & aliis pleriſque locis, in vocabulis etiam contra analogiam fingendis ſibi permiſiſſe.

A geminatum in quorūdam nominum principio, στερητικὸν eſt in poſteriore loco, quū in priore ſignificationi vim addat. Cuius vſus exemplum proferam vbi de α quod ὀπτατικὸν appellatur differam.

A in ἄλοιπος quoque & in ἄλοχος eſt στερητικὸν, ſi Porphyrio credimus: quum pro ὁμοῦ in vocibus illis poni vulgò credatur. Qua de re plura dicam infrà.

A non omnino στερητικὸν, & ex toto (vt ita dicam) ſed ex parte duntaxat eſſe cenſetur in quibuſdam vo-

cabulis: vt pote in quibus ἀλήθω significet. ſicut in nomine ἀμαθής. Hoc enim interdum ſonare ἀληθομαθής teſtatur etiam Euſtath. Atque ita ἀμαθὴς non ſolùm erit Indoctus, ſed interdum Parum doctus. Idem ἀνάφαλτον eodem modo pro βεβαιοπίστως dictum teſtatur.

Tale eſt & α quod μικρὸν indicat: vt ἄφωνος dicitur interdum ſonare μικροφώνως. Ad hunc autem locū pertinere mihi videtur & illud α quod ſignificationē particulæ ἄν obtinere exiſtimatur. vt in ἄβατος, pro διάβατος, & ἀνέφικτος pro διεξέφικτος, item ἀδέμας quaſi δεδεμένος, ſi ſcholiaſtæ Heſiodi credimus. Ad ἄβατος quidem quod attinet, ſicut quum propriè Inacceſſus ſignificet, ſonat interdum Acceſſu difficilis: ita etiam Latinè Auius locus, quū propriè ſit Ad quem nulla eſt via, interdum de illo dicitur ad quē difficilis patet via.

A in vna eadémque voce interdum σύμπτων eſt, interdum κατὰ ſignificat: vt docebo in nomine ἀκυρόης.

A ὑπερσύμπτων, non ſimpliciter σύμπτων, vocatur à grammaticis in voce ἀάατος. Homer. Iliad. ξ, Ἄχετο νωῖν μοῖρ' ὀλοὴ καὶ ἄάατος συνὸς ὕδωρ. in quem locum hæc Euſtath. annotat, Vocabulum ἀάατον tribus α profertur, quorum duo ſunt σύμπτα. ideóque ὑπερσύμπτων vocatur ab antiquis, tanquam geminans σύμπτον, Eſt autem ſecundum, σύμπτων vocis ἄπη: at primum hanc σύμπτον tollit. Vnde ἀάατον eſt τὸ μὴ σύμπτων ἄπης τινὰς ὀπτόρευτος, ſed quod maximè cauſam affert ἄπης. Tale eſt Ἀνάπτορος, & in Odyſſea Ἀνάπτυξα. Nam Ἄπτορος eſt ὁ μὴ ἔχων πτῶσιν: at verò Ἀνάπτορος dicitur ὁ ἐστερημένος τῆς ἰδιαιτέρας σύμπτωσεως. Itidémque Ἄπτυξ eſt ὁ σύμπτωσις τοῦ ἀκουδιῶν: at Ἀνάπτυξ eſt ὁ ἀκουδίας, nimirum σύμπτωσις τῆς τοῦ ἀπτύου σύμπτωσεως. Obſerua autem obiter vſum huius NOMINIS Ὑπερσύμπτων: quo fuiſſe appellatum vocabulum illud ἀάατον innuere videtur Euſtath. quum dicit geminare σύμπτον: ſed α quod σύμπτον tollit, meritò dicetur ὑπερσύμπτων, tanquam ſua σύμπτωσι illam σύμπτον tranſcendens & exuperans.

Hactenus de α priuandi vim habente. Quot enim modis eam obtineat, multo hic à me exactius & fuſius quàm alibi vſquam traditum habes. Duo his addenda ſunt, de ſpiritu nimirum quem accipit, quum hoc officio fungitur, itémque de quantitate eius ſyllabica. Sciendum eſt igitur α σύμπτων tenuem ſpiritum accipere, vt videre eſt in præcedentibus ἄσυφος, ἄλως, ἄτρυπος, aliiſque infinitis: ſed duo à grammaticis excipi, videlicet ἄδης & ἄλιος. nam & quod his duobus nominibus præfixum eſt α, volunt eſſe σύμπτων: licet non ita præfigatur vt in præcedentibus, ſed maiori cum mutatione. Sed conſiderandum eſt, ex nomine POETICO Ἀΐδης factum eſſe hoc ἄδης, in quo Ἀΐδης manifeſtior eſt illius α σύμπτωσις vſus, præfixi videlicet verbo ἰδεῖν, quod eſt videre: quoniam illo nomine Orcus, (qui locus eſt noctis profundæ Maroni: vocarique tenebroſus ac niger à cæteris poetis conſueuit) ſignificatur. Verùm de hac deriuatione quidam grāmatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Placet enim quibuſdam ab ἀΐδω deductum eſſe, per antiphraſin hunc locum, quem Latini Orcum appellant: ſicut ETIAM Χαρών, qui ianitor necnon portitor Orci à Virgilio vocatur, per antiphraſin nomine iſto donatus fuit. Sunt verò & qui ab ἄω factum eſſe contendant: ſed hanc deductionem ſequēdo, eandem ſpiritus mutationem fateri neceſſe foret. Quam certè & ipſe admitto, illi à verbo ἰδεῖν deductioni vt aliis ſimpliciori acquieſcens. Alterius autem nominis Ἄλως deductionem minus controuerſam eſſe puto, à verbo λύειν videlicet, ſeu verbali eius λύσις, præfixo α illo priuatiuo: vt videlicet catena dicta ſit ἄλυσις, ex eo quòd conſtrictum aliquem teneat ita vt ſolui non poſſit. Nunc quod ad quantitatem ſyllabicam huius α σύμπτωσις attinet, corripi certè ipſum multi paſſim poetarum loci oſtendunt: ſed annotatum extipiendum eſſe ἀΐδιος, quippe quod metri gratia, vel potius, vt metrum heroicum ingredi poſſit, productam primam habet. Huic autem addo ἀχάμαθος & ἀΐσιμος, de quibus idem planè dicendum eſt. Sed pro ἀΐσιμος quibuſdam ἀσίμιος ad producendū α ſcribere placuit.



A Eſt contrà ὀπίσσυμπτον in quibuſdam vocabulis: quod ſonat quaſi dicas intenſiuum: id eſt, intendens ſignificationem vocis cui præfigitur, & vim ei addēs. Hoc porro fit interdum magnitudinem, interdum multitudinem denotando: id eſt, ſignificādo τὸ μέγα, vel τὸ πολύ, vt grammatici loquūtur. Magnitudinē denotare exiſtimat Heſych. in voce Ἀχαιὸς, quū dicitur ἀχαιὸς πλάταγος: multitudinem in Ἄξυλος, quum ὕλη appellatur ἄξυλος. Sic NOMEN Ἀχαιὸν vult Nicāndri ſcholiaſtes eſſe πολύχυτον, quòd α ſit ὀπίσσυμπτον in iſto Nicandri verſu, Πῦρ μέν οἱ ἐίζουσι καὶ ἀχαιὸν ἔπρεσεν ὕδωρ Ἀρίστας. Quū expoſitionem habet & vnum ex meis vet. lexicis. Eſt autem πολύχυτον, Per multum ſpatium fuſum, Latè fuſum. Apud Heſych. extat eadem illa vox ἀχαιὸν, expoſita πολύ: ſed non dubito quin potius & ipſe ſcriptum reliquerit πολύχυτον. Saltem πολὺ in πολὺ mutandum fuerit, vt huic Nicandri loco conuenire poſſit. Itidem apud Apoll. Rhodium ſchol. ἀστυὶς ſcribit habere α ὀπίσσυμπτον, & ſignificare πολυστυγὲς. Ita verò & in ἀφρόπους apud Theocritum, α denotat ὀπίσσυμπτον, ſi eius enarratori credimus, valetque ἀφρόπους idem quod πολυφρόπους. Itidem ἄζιος apud Antiphontem eſt ὁ πολὺν βίον κεκτημένος, vt tradit Harpocratiō. Quæ & Suidas habet, ex eo ſumpta. Idem verò & in illo ἀχαιὸς vult α hunc ipſum vſum habere: exponit enim τὸ ὅτι πολὺ κεχυνός: quæ expoſitio & apud alios inuenitur: quum tamen Heſychius (vt ſuprà docui) tradens α nonnunquam denotare τὸ μέγα, in exemplum afferat hoc vocabulum. Verùm eodem res redit, quum τὸ ὅτι πολὺ κεχυνὸς, eſſe μέγα neceſſe ſit. Quod autem ad ἄξυλος attinet, iunctum cum nomine ὕλη apud Homerum, quanuis Harpocration, dicens ἄζιον eſſe τὸν πολὺν βίον κεκτημένον, addat, tale eſſe quale eſt ἄξυλος ὕλη apud Homerum pro πολύξυλος, quānuis item ſcholiaſtes Apollonii ἀστυὶς eſſe dicat pro πολυστυγὲς, ſicut ἄξυλος pro πολύξυλος, quanuis denique alii quoque ſcholiaſtæ ὀπίσσυμπτον α mentionem facientes, hoc ἄξυλος, tanquam & peruulgatum & minimè dubium eius ſignificationis exēplum afferant: aliam tamen huic vocabulo ſignificationem quoſdam tribuiſſe ſciendum eſt: & in eorum numero eſſe Porphyrium, vt docebo ſuo loco, id eſt, inter vocabula quæ ex nomine ξύλον per compoſitionem ſunt facta.

A geminatum in voce ἀάατος, priore quidem loco ὀπίσσυμπτον, poſteriore autem σύμπτων eſſe exiſtimatur. In hac voce (inquit Euſtath.) τὸ μὲν πρῶτον α ὀπίσσυμπτόν, τὸ δὲ δεύτερον σύμπτων· ὡς δηλοῦν τὸ ἄγαν ἀκατασχέτως. Heſych. tamen ἄατον & ἀάατον itidem exponit ἀκατασχέτως.

A in quibuſdam vocibus vel ὀπίσσυμπτον vel ἀφαιρετικὸν eſſe poſſe cēſetur. Exemplum autem vide in iis quæ proximè ſequuntur.

A ἀφαιρετικὸν etiam in quibuſdam vocibus appellatur. q.d. coaceruatiuum, ſeu collectiuum, veluti in ἅπας, id eſt omnis. quod α alioquin vacare hoc in nomine dici poteſt, quum illo omiſſo dicatur πᾶς eadem ſignificatione. (Scio tamē poſſe etiam videri prius eſſe ἅπας quàm πᾶς, & hoc ex illo factum, detracto α. ſed id minimè fit mihi veriſimile) Euſtath. tradens Atticos ἀφαιρετικὰ vocabula aſpirare ſolitos, in exemplum affert ἅλα, & ἅπας, & ἅλις. vnde etiam quoſdam nomen ἅδης (ſed hoc ridiculum mihi videtur) exiſtimaſſe aſpirari, facta ex ἀΐδης contractione, ὅτι πάντα ἐν αὐτῷ ἀφαιρεῖται τὴν ψυχήν. Quod autem α ſemper aſpirari dicitur quum eſt ἀφαιρετικὸν, id in nomine ἀΐδης nequaquam verum comperitur: quare vel excipiendum hoc fuerit, vel dicendum α in eo non ἀφαιρετικὸν eſſe, ſed ὀπίσσυμπτον. Addam & alia de hac voce in ſequenti ſermonis huius tmematio.

A vel ἀφαιρετικὸν vel ὀπίσσυμπτον in nonnullis vocabulis eſſe poſſe exiſtimatur. Euſtathius in hunc verſum Homeri, Il. ζ, Ἔρχεο νῦν Σούνιον, ἀλιπλόα γαῖαν ἱκάνων, annotat, ex eo α quod ſit ὀπίσσυμπτον, vel ex eo quod ἀφαιρετικὸν ſit, poſſe eſſe nō ſolùm ἀλιπλόα, ſignificans εἰ ἐμπεφορημένοι ἢ συνειλημμένοι, (quo in loco reponendū eſſe exiſtimo συνειλημμένοι cū ſimplici μ) ſed etiam verbū ἁλιπλίζω. (ſuperuacaneū tamen fuit verbi ἁλιπλίζω mentionē facere. quum enim ἁλιπλίζω ex ἁλιπλεῖς eſſe manifeſtū ſit,

ſpiritum nominis ἀωμίης in verbo ἀωμίζω, quod ab eo deriuatur, ſeruari debere nemo negare poſſet) Idem alibi ἀωμίης eſſe annotat Homero quod Herodoto ἀλίης. hoc autem deriuari fortaſſe à verbo ἀλίζω, vnde eſſe & ἄλις. Cæterùm annotaui paulo antè ex eodem, Atticos gaudere aſpiratione in vocabulis ἀφοριστικῆς, quibus illud ἄλις annumeratū fuit. Quod certè pro iis non faciet qui α in voce illa ἀωμίης vocare ἀφοριστικὸν malent. Sed ego vt ἀωμίης, licet tenuatum, poſſe vocari ἀφοριστικὸν puto non minus quàm ὁριστικὸν, ita viciſſim ἅπας quanuis aſpiratum, non minus ὁριστικὸν quàm ἀφοριστικόν.

A illi ἀφαιρέσεως ſignificationi vicinam habet eam qua pro ἅμα ponitur. vt in ἄζυγος pro ἅμα βοῶν, & ἀΐαχοι ſiue αὐϊαχοι pro ἅμα ἰαχῇ, apud Homerum: ſic tamen vt aliter etiam exponantur hæ voces.

A vt ἅμα in quibuſdam vocibus, ita etiam ὁμοῦ in nonnullis ſignificare traditum eſt. Plato certè huius ſignificationis exempla affert ἀκόλουθος & ἄκοιτις: dicta eſſe tradens pro ὁμοκλίθης & ὁμόκοιτις. Eius verba ſunt, in Cratylo, vbi de Apollinis nomine differit, κῆ δὲ πῶ μοιρικὴν δεῖ ὑπολαβεῖν, ὡς ἄρα τὸν ἀκόλουθόν τε καὶ πῶ ἀκοίτην, ὅτι τὸ α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ, καὶ σύμπαντα πῶ ὁμοῦ πάντων καὶ ἅμα τὸν αὐχένα, οὓς δὴ πάλεις καλοῦσι, ᾗ πῶ ἅμα πῶ ὀφθαλμῶ καὶ τῇ ὠδῖνι ἁρμονίαν, ἣν δὴ συμφωνίαν καλοῦσιν. Et paucis interiectis, ὧν ἄρα ἐγὼ τὸν ὁμοκλίθην καὶ ὁμόκοιτον, ἀκόλουθον καὶ ἄκοιτον ἐκάλεσα ἐμέ, μεταβαλόντος αὖτε τοῦ ο, α' οὕτω δὴ Ἀπόλλωνα ἐκάλεσα ἐμέ, ὃς ἐστὶν ὁμοπολῶν, ὅπερ ἐγὼ ἐμβαλόντος, ὅτι ὁμοίους ἐστὶν ἐργάζεται τοῖς χαλεποῖς τόμασι. Hæc ille. Sed in his nominibus nihilo minus (meo quidem iudicio) dicere poſſumus α declarare ὁμῶ (id eſt idem) quàm ὁμοῦ. Vt autem hoc dicam, mouent me cum alia, tum vox ἄλοχος, quæ quū illi ἄκοιτις ſynonyma ſit, itidémque vxorem ſignificet, in ea tamen α eſſe potius ὁμὸν quàm ὁμοῦ, vel hic locus Heſiodi teſtari videtur, — καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν. Rationi enim magis conſentaneum videtur vt ὁμόλοχος (pro quo dictum eſſe aiunt illud ἄλοχος) reſoluatur in ὁμὸν λέχος ἔχουσα quàm in ὁμοῦ λέχος ἔχουσα: quod poſſit aliqua ὁμοῦ λέχος ἔχῃ, cui alioqui ipſum λέχος minimè commune ſit. Quæ tamen non ita dico quaſi illud ὁμοῦ excuſari non poſſit. De ἀδελφὸς autem in quo Heſychius vult α ſignificare itidem ὁμοῦ, verba faciam in proximè ſequente tmematio. Sed quo ad illa duo vocabula attinet ἄκοιτις & ἄλοχος, ſciendum eſt Porphyrium in libro quem ἐμπεφυτευμένα ζητήματα inſcripſit, ab iis longè diſſentire qui in illis α indicare putant ὁμοῦ. Se enim credere ait ἄκοιτιν & ἄλοχον propriè appellatam fuiſſe eam quæ virgo eſſet, tanquam videlicet λέχους ἔτι πρῶτα καὶ μεμαχημένα μηδὲ κοίτης: vnde ab Homero dici καινεδίην ἄλοχον. ſed poſtea per catachreſin de aliis quoque vxoribus vſurpata hæc nomina fuiſſe. Ego hæc vero non prorſus abſimilia mihi videri dico: quam tamen addit rationem, ex eo quòd Homerus καινεδίην ἄλοχον appellet, infirmam eſſe nec minus pro altera etymologia facere iudico. Cur enim καινεδίην diſcriminis cauſa additum eſſe minus credibile ſit?

A indicat interdum & ὁμοιότητα, id eſt ſimilitudinem vel ἰσότητα, id eſt æqualitatem. Euſt. ἀπέλαυσιν apud Hom. (vbi Vlyſſem vocat Διὶ μῆτιν ἀπέλαυστον) eſſe dicit πρὸς ἰσοστάθμιον. Hîc enim α denotare ἰσότητα, vt tradiderunt veteres: vel ὁμοιότητα, ſicut in voce ἀδελφός. Quæ quū ſcribit Euſtath. videtur omnino intellexiſſe ἀδελφος dici tanquū ὁμοφέλαφος, non ad ὁμοῦ & θάλπειν, ſed ad ὁμὸς & θαλφεῖς reſpiciens. vt nimirum ἀδελφὸς dictus ſit quaſi ὁμὸς θαλφεῖ, id eſt κατὰ τὸν θαλφεῖν: aut certè, quaſi cui tulerit ὁμὸν θαλφεῖς. Tunc enim meritò dicetur α declarare ὁμοιότητα, quippe quum ὁμὸς ſonet ὅμοιος. Heſychius quidem (vt antea docui) vult α ſignificare ὁμοῦ in iſto vocabulo: ſicut & in ἀκοίτιν, in ἄλοχος, in ἀκόλουθος, ſignificationem hanc illi tribui dictum eſt. Sed in his vocibus parui referrę fateor vtrius vocabuli ſignificationem habere velimus α: at verò ἀδελφὸς ſi dicatur eſſe pro ἀμόθαλφος ab ὁμοῦ & θαλφεῖς, hac etymologia decipi poterit aliquis, vtpote qui ἀδελφὸν arbitraturus ſit vocari eū non ſimpliciter qui in eadem matrice (eſt enim propriè θάλαμος matrix) ſeu qui in eodē vtero: ſed eum qui vnà cum alio in matrice fuerit, id eſt gemellum. Idem verò & de ἀγάστωρ dici poteſt, quod ſonare ὁμογάστωρ traditur, eſtque itidem fratris appellatio, planè eiuſdem generis. Quòd ſi quis tamen in his pertinaciter tueri velit α eſſe ὁμοῦ, at certè in ἀγαλακτεῖς, quod itidem pro ὁμογάλακτεῖς poni perhibetur, à pertinacia deſiſtere cogetur. Miretur forſan aliquis me has minutias tam accuratè perſequi, & ſubtilius fortaſſe quàm par ſit, examinari à me iſta arbitretur: ſed ſciat quaſdam eſſe grammaticas nugas quæ ad ſeria nos ducūt. Quaſdam dico: quippe qui alioqui multas grammaticorum planè nugatorias minutias tanto proſequar odio vt maiore nullus. Dum verò in illis ſunt occupati, alia quæ ad ſeria ducere nos poſſunt, vel omnino prætermittunt, vel tam negligenter atque oſcitanter tractant, vt multis quæ opponere illis poſſint, relinquant. Equidem, etiamſi hic longior iam fuiſſe videri poſſim, pauca tamen (ne quam rudiori [illegible] dubitationem relinquam) addere cogor: nimirum, quum dicitur α præfixum huic vel illi voci valere ὁμός; ſonare potius Latinè Idem quàm Similis. Neque enim ὁμόλοχος vel ὁμοκλίθης (per quod exponūtur ὅλοχος & ἄκοιτις) eſt quæ ſimili lecto vtitur, ſed quæ eodem.

Quod autem attinet ad α ſignificans ἰσότητα, exemplo illi quod affert Euſtathius addi poteſt ἄπεδον. hoc enim exponi etiam ἰσόπεδον, ſuo videbis loco.

A illis quæ proximè præcedūt ſignificationibus, ac præſertim illi qua dicitur declarare ἀφαίρεσιν, contrariam habet eam qua μείωσιν indicat. Huius autem ſignificationis meminit Euſtath. comm. in librum Il. ζ, de ἀμαζόνων nomine loquens, & dicens quibuſdam placuiſſe ἀμαζόνας dictas eſſe tāquam μειομαζεῖς, (cuius etymologiæ meminit etiam in commentariis in Dionyſium περιηγητὴν) quòd ſeipſas vna ex mammis mutilas redderent (in cōment. illis in Dionyſ. dicit, quia dextra māma illis adhuc infantib⁹ adurebatur) ne in emittendis arcu ſagittis obſtaculo illis eſſe poſſet, addit. Literam autem α ſignificare interdum μείωσιν quoque, apparet etiam ex nomine ἀπρωκῶ, quod ſonat μικρὸν πίλον, id eſt ὄν: quaſi quis dicat ἄπιλον: ad differentiā eius quod dicitur διπρωκῶ. Hæc ille, cui fidē adhibebit qui volet. mihi certè iſta etymologiarum commenta parum fide digna videntur: quanuis eas apud etymologum quoque extare non ignorem. Parua enim eſt apud me eius autoritas, & paruam in pleriſque apud alios quoque eſſe debere, ſuis locis docebo.

A ſignificans ὀλίγον, vel μικρόν, vide ſuprà inter illa quæ περὶ τῶ στιγμικοῦ α differui. Ibidem habes & illud quod particula ἄς locum obtinere exiſtimatur.

A ſignificans etiam κακὸν in nonnullis vocabulis reperitur: vt in ἄβουλος & ἀβουλία apud Sophoclē. hæc enim in quodam eius loco exponi κακόβουλος & κακοβουλία, docebo quum de illorum ſignificatione agam. Sic & ἄδωρα δῶρα apud eum ſignificare putantur κακὰ δῶρα. Itidémque apud Homerū ἀμήχανα Ἥρη quidam expoſ. κακομήχανε: & ἀβάκχευτον θίασον apud Euripidem, κακοβάκχευτον. Quibus addi poteſt ἄξενος, ex autoritate enarratoris Apollonii. nam in hac voce α ſignificare τὸ κακὸν ſcribit: ideóque ἄξενον ſonare κακόξενον. Addi denique poteſt & ἄφρων. interdum enim pro κακόφρων accipi creditum eſt. Tunc autem apte reddetur, Qui eſt malæ indolis: meliuſque vis eius exprimetur quàm interpretando Malus, vel Peruerſus. Sed & pro μικροφρὼν accipi, ex Euſtathio ſuprà docui. Cæterùm quemadmodum α priuatiuum (id eſt, cui alioqui priuandi vis propriè conuenit) interdum τὸ κακὸν ſignificat, ita viciſſim apud Latinos aduerbium Malè priuationem nonnunquam indicare ſciendum eſt: præſertimque apud poetas, & ex poetis Ouidium præſertim. hunc enim præ quouis alio iſta aduerbii huius ſignificatione gaudere animadnerti. Reperiuntur certè apud alios Malè ſanus pro Inſanus, (suntq; & illo ſolutæ orationis ſcriptores interdum vſi) Malè fidus pro Infidus, (quibuſdam autem Malefidus itidémque Malefanus coniunctim ſcribere placuit) Malè amicū,

pro Inimicum, Malè concordes pro Diſcordes: apud Ouid. autē leges etiam Malè formoſa pro Nō formoſa, Deformis, Malè fœcunda pro Infœcūda, Malè firma pro Infirma, Malè fortis pro Non fortis, Malè ſobrius pro Non ſobrius, & alia quædam. Adhibendum tamen eſt iudicium iis in locis in quibus aduerbio iſto vtitur: quoniam nonnulli ſunt vbi hunc vſum habere videri poſſit, quū longè alium habeat. Hoc quoque ignorandum non eſt, quibuſdam placere in Malè ſanus aduerbium Malè ſonare Parum. ſed vt dem illis, quibuſdam aliis adiectiuis iunctum, ſignificationem iſtam habere: at cum iſto non facilè illud ſignificare credidero. Cæterùm (quod mirum alicui fuerit) vt alicubi poni pro Parum, ita viciſſim pro Valde aut Nimis vſurpari exiſtimatur: ac certè nō malè quibuſdam Horatii præſertim locis ſignificatio iſta conuenire videtur. Poſſitque credi hunc vſum aduerbio Malè tribuiſſe, exemplo Græci aduerbii κακῶς. Nam & hoc pro Valde poſitum obſeruaui, ſed cum verbis potius quàm cum nominibus. Iam verò (quandoquidem enimvero in hunc ſermonem incidi, progredi longius libet) quemadmodum quum Græcis α priuatiuū (id eſt, quod propriè vim priuandi obtinet) nec rdū τὸ κακὸν ſignificet, Latinis viciſſim aduerbium Malè priuandi vim alicubi habere oſtendi: ita quoque quum α, quod alioqui priuatiuū eſt, nōnunquam Græcis idem valeat quod ἀλλὰ, (vt ſuprà docui de α priuatiuo agēs) Latinos vice verſa aduerbio Parum nonnunquam vim priuandi tribuere dico: & quidem tam cum verbis quàm cum nominibus. Exempla proferrem, niſi finem huic ſermoni tandem imponendum eſſe, & lectorem aliqua ſeperire poſſe exiſtimarem.

A eſſe πλεοναστικὸν cenſetur, (id eſt ſuperuacaneum) ſeu poni κῦ πλεοναζόμ., vbicunque nullum ex præcedentibus vſum habet, vocabulo cuipiam præfixum. Non ſolùm autem quibuſdam nominibus ſed & verbis præfixum πλεοναζει. Nominibus, vt Ἀσαχὶς pro σαχὶς, Ἀσαφὶς pro σαφὶς. Sic Ἀσπουδὴ pro σπουδὴ poni teſtatur Euſtath. Sic Ἄνησις pro νῆσις vſurpatum à Cratino tradit Athenæus. Sic etiam Ἀσπάλαξ pro σπάλαξ dictū fuiſſe nonnulli ſcribunt. Quidam verò & in Ἀσφοδελὸς literam hanc abundare putarunt: dici enim & σφοδελὸς. Verbis autem præfixum vacat, vt Ἀσταλῶ pro σταλῶ, Ἀλαπάζω pro λαπάζω. Qui verò itidem Ἀμαυρῶ pro μαυρῶ dici exiſtimant, longè falluntur. non enim eſt pleonaſmus literæ α in ἀμαυρῶ, ſed eius ellipſis eſt in μαυρῶ: ſicut in μαῦρον pro ἀμαυρόν. Idémque fortaſſe & aliis quibuſdam vocibus vſuuenire poteſt, vt nimirum in iis abundare litera α exiſtimetur, quum potius alteri vocabulo, quod eam nō habet, deeſſe dicenda ſit.

Accentum autem retinent interdū vocabula quibus α præfixum eſt, (ſiue πλεοναστικὸ., ſiue aliquem vſum ex iis habens qui enumerati fuerunt) interdum mutat. Retinent: vt ἀάξιος, ἀστρατὴ, ἀσαφὴς: mutant, vt ἀέκων, ἄσαχις. ἄνησις.

De α vſum præſtante vnius ex partibus orationis, & ita quidem vt vna illarum & cenſeatur & ſit.

Α interdum, præter eos vſus de quibus dictum eſt, alios etiam habet. fungitur enim aliquando vice vnius ex partibus orationis, vel potius vna illarum eſt: ſed aſſumpto accentu cum ſpiritu, aut ſaltem ſpiritu, & eo quidem aſpero. Interdum enim articulus eſt, interdum pronomen, nōnunquam aduerbium. Primùm autem de articulo.

Ἁ articulus eſt præpoſitiuus linguæ Doricæ, cum ſpiritu aſpero, additum non habente accentū: pro ἡ, frequens Theocrito. vt initio primi idyllii, ἁ χίμαρος. Sic apud Moſchum, Ἁ Κυθέρεια τὸν Ἔρωτα τὸν ψεῦτα μακρὸν ἐδίδαξεν. Et apud Bionem, Ἁ μαχέλα μοι Κυθέρεια δῶρον ἐπαύρετο παρίσα. GENIT. Τᾶς pro τῆς. Itidémque DAT. Τᾷ pro τῇ.

Ἃ autem cum accentu articulus eſt poſtpoſitiuus, neutrius generis, pluralis numeri, pro Quæ. cuius vſus paſſim exempla occurrunt. Sed interdum ἃ pro ἅ, interdum pro δι' ἅ vſurpatur. Pro ἅ affert Suid. ex Med. Euripidea, Πεπρᾶξαι ἃ μέλλω καὶ τετόλμηκ' ἃ βούλομαι. quia dicitur τετόλμηκέναι τινί, non τινα. Verùm ita fortaſſis excuſari poſſit ille accuſatiuus vt dicatur referri ad βούλομαι: at τετόλμηκα iungi cum genitiuo ſubaudito ἐκείνων: hoc modo, καὶ τετόλμηκα ἐκείνων ἃ βούλομαι. Illud autem ἃ pro δι' ἅν apud Thuc. poſitū teſtatur eius ſchol. in quodam 4 libri loco. Præterea vt dicitur Ἔστι ἁ ad verbum Eſt qui, pro Sunt qui, id eſt Aliqui, vel Quidam: ſic in gen. NEVTRO Ἔστι ἃ pro Aliqua, Quædam: cum apud alios, tum apud Thucydidem non raro. vt, ἔστι ἃ οὐκ ἐᾶν βουλόμεθα. Et, ἔστι ἃ παρεχόμενος ἄλλα, apud eundem, Alia quædam. Item, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστι ἃ χωρία. Item, καὶ ἔστι ἃ οὐ καλῶς ἐξηγούμεθα. Item particula γὲ interiecta inter ἅ & ἅ: vbi ſcribit, ἔστι γὲ ἃ καὶ αὐτὸς ἐπῃνέσαμεν ἐκείνοις. Dicitur ETIAM ἐδ' ἃ. vt à Demoſth. in Timocr. ὥς γ' ὁ μὲν Εὐκτήμων εἰς χρήματα ἐδ' ἃ κακῶς ἔπραξεν. Affertur ἃ redditum & aduerbio: ἃ δὲ ὅτι τῆς ἑορτῆς, Quatenus ad feſtū attinet.

Quemadmodū item dicitur Ὃς μὲν, ὃς δὲ, pro Alius quidem, Alius verò: in ſingul. NEVTRO, Ὃ μὲν, ὃ δὲ, Aliud quidem, aliud verò, (vt Matth. 13, ἄλλα δὲ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν καὶ ἐδίδου καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατὸν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα) ſic in plur. ἃ μὲν, ἃ δὲ, Alia quidem, alia verò. Interdum redditur etiam, Partim quidem, Partim verò. Phalar in epiſt. ἀφικόμενος εἰς Ἰμέρας εἰδήσας ἵππα θρεμματίας, ἔπεμψα τῷ Στησιχόρου δυγατέρων πτίλματα λυσιζώνων, ἃ μὲν αὐτᾷ Στησιχόρου χαριδίας, ἃ δὲ τᾷ παρθένων ἴδια. Ex Plut. affertur & ἃ δὲ, præcedente ἃ μὲν: vbi ſcribit, ἃ μὲν ἐδίδασαν, ἃ δ' ὑπεπίνεν.

Ἁ pronomen poſſeſſiuum, pro ἑά, Sua. vt ἁ ἁ σφῆς δόμαθ' ἵκανεν, apud Homerum. Idem Odyſſ. ξ, — ἐπεί κεν ἀπῆνες ἰὼν ἁ ἄλοχον δόμαθ' ἵκηαι. Sic ὅς pro ἑός etiam ponitur.

A autem aduerbium non eodem vbique ſpiritu nec eodem accentu notatur, ſed pro ſignificatione modò hunc modò illum ſpiritum itidémque accentum accipit. Dicam autem primùm de ἄ quod eſt motus aduerbium.

Ἄ motus eſt aduerbium apud Dores, ſignificans Quò. Theocr. ὁππᾷ ἄ τόδις ἄγον ἐχώρει, quò pedes ducebant, ibat. Qui Theocr. locus extat in calce idyllii quod inſcriptum eſt Hylas: Ἡ ἔκλειπε μέλιττας· ὁππᾷ ἄ τόδις ἄγον ἐχώρει, Μαγνήσιος. Exiſtimo autem aptiſſimè redditum in hoc loquendi genus ex Horatio, — ille pedes ibat quocunque ferebant. Ita enim Latinus hic poeta dixit, Ire pedes quocunque ferent: ad Græcum hoc loquendi genus, vt credibile eſt, reſpiciens. Extat hoc ἄ & in alio Theocriti loco, ἄ τόδις ἄγον: nimirum in idyllio quod illud proximè ſequitur, eſtque Κωμάζοντας ἔρως inſcriptum: Ὤκυπέτα μελίσσα κακᾶς ἀπὸ δίψακος ἔδραμε πίρα Ἰουδαίᾳ ἀμφιθύρου ἐπὶ δηλίδος, ἄ τόδις ἄγον. Vtroque in loco ſcholiaſt. ἄ exponit ὅπου. Conſtat certè ſignificationem hanc in his locis obtinere iſtud aduerbium ἄ: ſed quum alibi, vbi alium vſum habet, dici poſſit reſpondere aduerbio ἦ, facta duntaxat mutatione Dorica, non video quomodo idem hic dicere poſſimus, quum ἦ talem vſum nuſquam habeat, quod ſciam. Potius ergo peculiarem illi dialecto hunc vſum eſſe exiſtimandum eſt. Ἄ apud eundē poetam longè alium vſum habet, vbi ἄ ταχος pro κατὰ τάχος vſurpat. ita enim exponit eius ſcholiaſtes, addens ſubaudiendum eſſe imperatiuum ἔρχου. Exiſtimo autē iſtud ἄ eſſe pro illo ἦ quod ſuperlatiuo iungi ſolet. (conſtat enim interdum dici ἦ τάχιστα, ἦ ῥᾶστα, &c.) atque perinde fuerit, vt opinor, acti pro ἦ τάχιστα diceretur ἦ τάχος. At verò exponendi alteram lectionem ἄ τάχος (quam editiones quædam habent, & nominatim Aldina atque Germanica) rationem inire nullam poſſum. Locus ille Theocriti extat in fine idyllii cui titulum fecit Κωμάζοντας ἔρως. Quòd autem ibi quædam ſcholiorum editiones habent κατὰ τάχος, non dubium eſt quin ex errore id contigerit, & vera lectio ſit κῦ τάχος.

Ἄ eſt etiam aduerbium ſimilitudinis apud Homerum, Il. ζ, Αἴθ' ὡς ἀκμῆτε ἄ, νόσφι ἀλωῆς καὶ ζωὸς ἁλείη. Sed hic pro ἄ vulgares editiones habent ὡς: ac certè vtriuſque

lectionis meminit Euſtathius. Eſtque obſeruandum, A vt hic quædam exemplaria habent ὦ pro ᾰ̃, ſic ὦ θεὸς in loco Theocriti pro ᾰ̃ θεὸς habere, vt modò annotatum fuit.

Ἄ admiratiuum eſt, vt inquit Suidas, afferens hunc ex Agathiæ epigr. verſum, Ἄ μάλα νηλειὴς κηρὸς ἀείρατο. qui verſus nondum mihi occurrit in Anthologia Græcorum epigrammatum: ſed hic (qui à quibuſdam ſedem illius occupaſſe creditur) Ἄ μάλα νηλειὴς ἔβλεψεν ἀγλαΐην. Extat autem lib. 3, pag. 259, meæ editionis, in epigrammate quod Agathias in imaginem cuiuſdam adoleſcentis immatura morte præreptæ ſcripſit. Non videtur certè ſatis conuenire verſus ille qui à Suida affertur (quem tamen quidam huius locum obtinere putant, vti dixi) cum præcedentibus epigrammatis verbis. ita enim clauditur, — πᾶς δὲ πόθῳ εἰκαία δέρκεται ὄψις Τὼ ἄδικον μοῖραν καθαμάξεται, οὕνεκα τοῖον Ἄ μάλα νηλειὴς ἔβλεψεν ἀγλαΐην. Præterea, quod Suidas dicit ᾰ̃ eſſe θαυμαστικὸν, huic loco nō quadrat. potius enim ἐκπληκτικὸν eſſe liquet. Cæterùm quanuis hoc in loco ſcripſerim ᾰ̃ cum ſpiritu aſpero, Suidā ſequens, tenuatum tamen eſſe in omnibus quæ in manus meas venerunt editionibus profiteor. Atque hanc ſcripturam autoritate Euſtathii tueri poſſumus, vt infrà docebo. Suidas certè hoc diſerte tradit, voculam hanc, quum eſt ἐκπλήξεως, tenuari: at quum eſt θαυμαστικὸ, aſpirari. Verùm & hoc mirum videri poſſit, quòd vtrobique illam geminat: quum ᾰ̓ ᾰ̓ nullo modo legi poſſit in verſu quem affert, ſed ſemel tantùm ᾰ̃. Quinetiam meritò ſuſpectam quis habeat in hoc Suidæ loco fidem librarii, quòd ex Ariſtoph. afferatur ᾰ̓ ᾰ̓ in ſignificatione ἐκπλήξεως: & paucis interiectis addatur, καὶ οὕτω μόν, ἐκπλήξεως ὂν ψιλοῦται· τὸ δὲ ᾰ̃ ᾰ̓ θαυμαστικόν, δασύνεται. Si enim Suidas vocem iſtam in ſignificatione ἐκπλήξεως accentu illo notaſſet, poſt δασύνεται addere hic debuiſſet, (nec dubium eſt quin addidiſſet) καὶ περισπᾶται. Circunflexum certè in ipſis quoque editionibus Ariſtophanis habet.

Ἆ autem cum tenui & circunflexo alios vſus habet. Initium ſumam ab eo qui Homero frequentiſsimus eſt: nimirum, cum vocatiuis ἄεικε & ἄεικες. vbi vocādi aduerbium eſſe tradit Euſtathius. Quoniam porrò frequentiſſimè apud Homerum occurrunt hæc V E R B A, Ἆ ἄεικε, (ſed Ἄ ἄεικ' ob ſequentem vocalem ſcribitur) & Ἆ ἄειλοι, interdum & Ἄ ἄειλω, & diuerſum in diuerſis locis vſum habent: pluſcula proterre exempla libet, deinde de horum verborum ſignificatione (vt φιλομήρῳ lectori gratificer) diſſerere. Legimus igitur Il. λ, v. 441, Ἆ ἄειλε, ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἴσιμος ὄλβος. Et paulo pòſt, Ἆ ἄειλε, οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὧδε καθαρπάξουσι θανόντι πάρος, &c. Atq; vt hic ſubiungitur particula οὐ illis verbis, ſic alibi οὐδέ. vt Iliad. π, v. 857, Ἆ ἄειλε, οὐδέ τι ἴδμεν ἐὼν χεῖρας μενεαίνων Ἀχιλλεύς. Item Iliad. ρ, v. 260, Κινήσας ῥα κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, Ἆ ἄειλε, οὐδέ τι σῷ θανάτῳ καταθύμιός ἐστιν, Ὃς δή σοι ὀχέων ἐστίν. Quinetiam particula illa ἦ, quam habuiſti ſubiunctam hiſce duobus verbis, in verſu quem primum protuli, in aliis quoque verſibus ſubiuncta itidem reperitur. vt in alio eiuſdem poematis loco, Ἆ ἄειλε, ἦ ῥα τοι πάλαι κακὸν ἐστὶ ἀγορεύειν. Alicubi poſt ἦ ponitur & δή. Il. ω, Ἆ ἄειλε, ἦ δὴ πολλὰ κακ' ὤπασε σὸν κατὰ θυμόν. Alicubi ſubiungitur particula τί. vt Il. ε, Κινήσας δὲ κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, Ἆ ἄειλω, τί σεῦαι δόμῳ Πηλῆϊ ἄνακτι Θνητῇ; Sic Odyſſ. φ, Ἆ ἄειλω, πῦ δάκρυ κατείβεαι; Itidémq; eiuſdem poematis libro υ, v. 350, Ἆ ἄειλοι, ἦ καὶν πάντ' ἀκέρσῃ νυκτὶ μιῇ ὑμέων ἐλύσατο κῆρα λαγχάνει &c. (Eſt autem hic verſus, ille ipſe cuius initiū affert Suidas, ſed mendoſe ſcriptum: hoc videlicet modo, Ἆ ἄειλή πακῶν) Sic cū aduerbio interrogatiuo πόσε legitur Od. κ. Ἆ ἄειλοι, πόσε ἴδω, τί κακῶν ἐμείρεται οὗτος; Alicubi poſt ᾰ̃ ἄειλοὶ poſitus eſt alius nominatiuus, ſeu poſiti ſunt alii nominatiui, & in ſequente verſu particula ὡς. vt Il. λ, v. 815, Ἆ ἄειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Ὡς ἐμὲ νῦν ἐμάλεσσε πάλιν φίλων καὶ πατρίδος αἴης Λίσσετο Τρώων ἀκόρητα κτείνας κηλέμενον Διὸς ἐκγεγαῶτα. Inuenitur denique ᾰ̃ ἄειλε & ſequente genitiuo: vt ᾰ̃ ἄειλὲ ξείνων. de quo vſu alius erit dicendi locus:



nunc de particula iſta ᾰ̃ dicendum eſt, ſimúlque de nomine quod illi adiungitur in hiſce tot verſibus quos in exempla attuli. Prius tamen quæ ab Euſtathio de hac particula ſcribuntur, proponam. Vult ille ᾰ̃ hîc eſſe vocandi aduerbium, maiorem habens emphaſin magiſque poeticum quàm ὦ: & ſuccenſentibus atque perterritis, item minitantibus eſſe frequens. Idem alibi ſcribit ᾰ̃ vocem eſſe hominis quiritantis, aut admirantis, vel commiſerantis. Sed ipſamet illius verba afferam. In hunc igitur Od. ξ, Ἆ ἄειλέ ξείνων, ἦ μοι μάλα θυμὸν ὄρινας, Ταῦτα ἕκαστα λέγων ὅσα δὴ πάθες ἠδ' ὅσ' ἀλήθης, iſta annotat, ἰσέον ὅτι τὸ ᾰ̃, καλπικὸν ὄπτιόημα ὂν, καθὰ καὶ τὸ ὦ, ἴσχει ποτὲ τὸν κλῆσιν, ὡς πολλαχοῦ φαίνεται, καὶ ποτὲ πλείοσιν ἔμφασιν, ὅτι ἐκπλαγέντος ἢ θαυμάσαντος, καὶ ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς, ἢ καὶ ἄλλως οἰκτοῦ. Quibus addit, particulam αἰ itidem dici interdum δυσφορικὴν, nonnunquam μεμπτικήν. Idem in iſtum verſum Iliad. ω, Ἆ ἄειλ', ἦ δὴ πολλὰ κακ' ἄῤχεο σὸν κῆρ θυμόν, annotat, ὁ δὲ παῖς, ᾰ̃ ἄειλέ, καλπικὸν σωμῆλος ὀπτίρρημα τὸ ᾰ̃, οὐ μόνον ποιητικώτερον τὸ ὦ, ἀλλὰ καὶ δυσωμοσίας καὶ ἀπληστοσύνης καὶ ἀπιλοῦσι σωμῆλος. Ego autem non lubenter hanc particulā aduerbiū vocandi appellauerim (licet caſui quem vocatiuū grāmatici nominant, itidē iungatur) atque adeo miror Euſtathiū, quum illi ſignificationes illas tribueret, hoc nomine appellandum cenſuiſſe. quid enim tale ſignificat ὦ, quod vocandi aduerbium eſſe conſtat? Nequaquam igitur particulam ó (quæ Latinis eſt vocantis aduerbium, vt Græcis ὦ) interpretandum eſſe cenſuerim: ſed quum eſt quiritantis aut commiſerantis, (nunc enim ſequor ſignificationes quas ille grammaticus ei tribuit) aliqua harum interiectionum, Ah, Hei, Hem: quum perterriti ac perturbati, itidem vocula Hem, vel Eho: quum admirantis, Vah, aut rurſus Eho. nam hæc interiectio modò perturbationem, modò admirationem indicat. Verùm vt iam non ex Euſtathii iudicio pendeamus, ſed ipſimet vim huius particulæ perſpicianus, conſiderandi ſunt ii quos attuli Homeri loci. Dico igitur ἄειλε in illis, duobus modis vſurpari, ſicut noſtrum vocabulum *Miſerable*. quum enim propriè hæc vox dicatur de eo cuius vicem dolemus, aut etiam detlemus, (interdum & præfixa voce alia dicentes, *Poure miſerable*) ſæpe tamen eodem illo verbo compellamus eum quem grauiter increpamus, & quidem minitando etiam nonnunquam. Idémque & de voce *Malheureux* dici poteſt. At vox Latina Infelix non itidem vſum vtrunq; habet, quod ſciam: nec altera illi ſynonyma, Miſer. Vbi igitur ᾰ̃ ἄειλε dicitur deflendo ſortem alicuius, vt in illo loco Il. λ, Ἆ ἄειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες &c. (nam & ipſe poeta hæc eſſe τοῦ ὀλοφυρομένου verba teſtatur, verſu iſto qui illum proximè præcedit, Καὶ ῥ' ὀλοφυρόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα) reddi poterit Heu miſer, vel Ah miſer. (Valla certè vim illorum verborum Ἆ ἄειλοὶ Δαναῶν ἡγήτορες aliis verbis aliáque orationis forma non malè expreſſiſſe videtur: ita interpretans, O indignum caſum luctuoſamque fortunam principum Achiuorum: hóccine fato venerunt vt &c.) Sic etiam in hoc verſu Il. ω, Ἆ ἄειλ', ἦ δὴ πολλὰ κακ' ἄῤχεο σὸν κατὰ θυμόν. Sic & in aliis pleriſque locis. At vero quum verba illa ſunt eius qui ſtomachatur, qui temeritatē vel ignauiam hoſtis ſui increpat, qui illi illudit, qui denique illi inſultat, tunc ᾰ̃ ἄειλε interpretari Heu miſer, vel Ah miſer, nullo modo rationi conſentaneum eſſet. Talis autem locus eſt ille, Ἆ ἄειλ', οὐ μέν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὧδε καθαρπάξουσι θανόντι πάρος, ἀλλ' οἰωνοὶ πολλοὶ ἐρύσουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Nam hæc verba proficiſci ab eo qui ἐπεύχεται, ipſemet Homerus teſtatur hoc hemiſtichio, — ὁ δ' ἐπεύξατο δῖος Ὀδυσσεύς. Itidem certè ἐπευχωλήν verba erant paulo ante hunc locum, Ἆ ἄειλ', ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἴσιμος ὄλβος. Ἦ τοι μὲν ὃ ἔμ' ἔπαινες ὅτι Τρῶάς περ μαχέσασθαι· Σεῖο δ' ἐγὼ οὐδὲν φημὶ φόβον καὶ κῆρα μέλεσθαι Ἠμάτι πῇ σέθεν ἔσσεται, &c. In quibus locis interpretandis Valla non itidem vt in illo cuius mentionem feci paulo antè, iudicium adhibuit. In priore enim loco vertit Infelix, in poſteriore Miſer, omiſſa interpretatione particulæ ᾰ̃. At ego contrà, ſi ex duabus vocibus altera prætermittenda fuiſſet,

vocatiuum quàm illam vocalem omittere maluissem. A Nam vel sola particula Vah stomachantis verba esse indicasset. Sed quoniam prætermittendus ille vocatiuus non est, quo tandem Latino vocabulo in huiusmodi locis eum interpretabimur? Non dubito quin ei ex reliquis duabus significationibus altera dari debeat: nimirum vt reddatur Ignaue, aut Improbe, seu Nequam. (nam ἀλλὰ improbum etiam significare, suo loco ostendam.) Alioqui certè in huiusmodi locis peculiaris quæpiam significatio nomini illi tribuenda esset. B

Ἆ admirantis est apud Antiphilum Anthol. epigr. lib. 1, pag. 84, meæ editionis. Ibi enim primi duo versus epigrammatis sunt hi, quibus Antiphilus admiratur simul & laudat ápum in conficiendo melle industriam: Ἆ καλὸν αὐτοπόνημα· θεὸς αἰθέρος ἄδυμα μελισσῶν, Αἱ πολλαὶ καρπῶν αὐτοπαγεῖς θαλάμαι· Πρόκλος αὐθρώπων βιότῳ χαίρει. Sed quædam exemplaria habent ἀ, non ἆ.

Ἆ exclamantis cum gaudio, vel potius præ gaudio, videtur esse apud Agathiam scholasticum, Anthol. epigr. lib. 6, pag. 419, Εἶτι δὲ καὶ χαίρων ὁ γεωπόνος, Ἆ βάκχε Βάκχῳ Λυσῆς καὶ Σύων μικτὸν ἰδώκατο χέρας. C

Ἄ exclamantis est, non itidem præ gaudio, sed contrà præ dolore, atque adeo quiritantis, seu commiserantis: vt apud eundem Agathiam, in hoc quem suprà attuli loco, — οὐῖτα δ' ἦν Ἄ μάλα νηλεὲς ἔβλαυε ἀγκάλην. Ita enim scriptum esse in omnibus editionibus, (quàmuis Suidas eum aspero scribat) idmonui antea.

Ἄ sequente particula μαί, aduerbium est ὀπτημαντικὸν, quod sonat q.d. increpatiuum. Aristoph. in Pluto, Ἄ, μὴ λέγ' ὥσπερ ταῦτ'. vbi schol. ὀπτήρημα ὀπτημαντικὸν D esse annotat. In vulg. lex. scriptum est ἀ, non ἄ, sed perperam, vt ostendit etiam Platonis locus, eandem scripturam eundémque vsum habens: in Hippia maiore, Ἄ, μὴ μέγα σὺ Ἱππία λέγῃ· ὁρᾷς ὅσα ἀφελήκαμεν ἡμῖν ἤδη παρὰ τοῦ μὴ ὀρθῶς ἡμῖν εἰπεῖν μᾶλλον ὀπτῆρες.

Ἄ est etiam optantis aduerbium, idem valens quod εἴθε, id est Vtinam. vt testantur non solùm Hesychius & Suidas, sed Eustathius quoque non vno in loco: additque veteres huius significationis exempla proterre. Afferunt certè Hesychius quoque & Suidas locum E Callimachi in huius significationis exemplum: sed ita depraua tũ vt hæc significatio minimè in eo animaduerti possit. Habet enim Hesychius, ἀ· πάνυ σωκρικῶς. (affero scripturam quæ apud eum extat, cum aspero, non cum tenui) Suidas autem, ἀ· πάνυ ἢ γε σφόδρα.

Ἄ est præterea temporis aduerbium, significans Nunc, si Suidæ credimus, ita vsurpasse dicenti quendam Euclum χρησμολόγον. Sed hæc Suidæ verba suspecta sunt: quum scribatur, εἰ δὲ φιλοθηκαθέως παίει, τὸ νῦν σημαίνει: tanquam videlicet non facta fuerit prius huius scripturæ mentio. Et tamen paulo antè scriptum est, θεῖ καταίει δὲ καὶ φιλῶς δηλοῖ ἐπὶ. Quinetiam illis F quæ de hac vltima significatione tradit, subiuncta ista, βραχέως δὲ καὶ φιλῶς σημαίνει ἀπορρητικὸν, eiusmodi sunt quæ suspicione non careant. Sed multo magis suspecta est vel potius apertè mendosum quod apud eum legimus de ἄ significante τὸ πάλαι apud Archilochum. Postquam enim dixit ἄ significare etiam ὦ, & attulit Homeri locum, ἄ δεινοί τι κακῶν. (pro quibus reponi hæc debent ἆ δεινοί τι κακεῖ) addit, significare etiam πάλαι & μάλα apud Archilochum: subiungitque hæc verba, ἄ δίκα ἔοικε. quod exemplum aliter apud Varinum scriptum extat: hoc videlicet modo, ἄ, ἔοικεν οἷς τὸ ἔοικε. Sed non video quid commodi ex hac scripturæ illius mutatione (vndecunque sit) percipere possimus. Equidem literam hanc τὸ μάλα & τὸ πάλαι significare, & ipse antea docui, sed præfixam quibusdam vocabulis. Qualiacunque autem sint ista Suidæ, (quorum nihil extat in ea editione quæ olim Mediolano prodiit) omittenda non existimaui, nequis per incuriam potius quàm consultò prætermissa esse putaret. Cæterùm quandoquidem in Varini mentionem incidi, addam ex eo quoque de hac particula aliquid, vndecunque sumptum sit. Eius verba sunt, Ἄ φιλοῦμενον μὲ καὶ σπεισαμένου, δηλοῖ πάντως ὅσον ὀπτῆρημα τοῦ καὶ ἤδη, ὅπερ ἐστὶν ἐπιφθέγγεσθαι τοῦ ἐπιθυμοῦντος. Quibus subiungit illum Callimachi locum quem & suprà ex Hesychio & Suida habuisti. His autem Varini verbis (si tamen eius verba vocari debent quæ illum aliunde descripsisse constat) tribuitur alia significatio huic aduerbio præter eas omnes quarum mentio facta in superioribus fuit: videlicet vt ponatur etiam pro ναί. Quæ significatio contraria illi erit quam Suidas ei tribuit, quum dicit significare ἀπόφασιν ἀφιντικήν: sed loquẽs de eo quod βραχέως & φιλῶς scribitur. quæ verba (vti dixi) suspecta esse possint: diuinatione certè indigere videntur. Quinetiam ex Platone affert idem Varinus pro φιλ. nam post Archilochi locum, addit, καὶ ἐπὶ βεβαιωτικὸν αὐτὸ τὸ φιλ, ὡς παρὰ Πλάτωνι. Quibus subiungit quæ apud Suidam quoque leguntur, καὶ τὸ νῶ, ὡς &c. Quum autem hæc de ista significatione velut interiecta sint inter ea quæ apud Suidam habemus, ex veteri quopiã eius exemplari sumpta putarem: nisi quamplurimi eiusdem lexicographi loci, quos ille à se descriptos dedit quales & nos in vulgatis editionibus legimus, id est deprauatissimos, eum veteris codicis auxilio caruisse mihi persuaderent. Quæ ego consultò dico vt quisque quãta Varini esse autoritas debeat, admoneatur. Hoc constat, multos eum locos inemendatos reliquisse in quibus latentia mendа non magni ingenii erat deprehendere, deprehensa autem, non magni laboris emendare. Sed nec addidisse de suo quicquam quod ad vocabulorum expositionem faceret, existimo: nihil tale certè ab eo additum legere me memini. Quæcunque enim apud hunc leguntur vltra ea quæ apud Hesychium, Suidam & Etymologum extant, (ex quo tamen pauca descripsit, quum contrà ex illis duobus omnia quæ ad vocabulorum expositionem pertinent sumpserit: nisi tiqua per incuriam præterierint) ea ex Eustathio, ex enarratore Aristophanis, aliisque qui scholia in poetas scripserunt, sumpta esse constat. Verùm & ex grammaticis non pauca descripsit, & quidem nullo eorum habito delectu. vt videmus statim initio sui operis (post illa quæ de etymologia nominis Ἄλφα traduntur, quæ ex Etymologo sumpta sunt) quædam de literæ huius significationibus afferre, quæ ex Moschopulo petita esse constat, & eiusmodi sunt vt vix alio quàm Moschopulo digna videri possint: vtpote quibus immixta sint quædã quæ si propius intueamur, inde indigna esse coperiemus. Voles enim ille siue grãmaticulus siue grãmatista de suo quoque aliquid addere iis quæ apud alios de illis significationibus leguntur, nõnulla dixit quæ veteres grãmatici non negarẽt solùm (vt opinor) sed riderent etiã. Cuiusmodi est quod de μάγις tradit, nimirũ poetice significare αἷμα ἰχῶ. Mihi certe tam ridiculũ visum est hoc exemplum istius significationis literæ ἀ proponere, vt prætermittendum potius censuerim. Quæ igitur habet Varinus, ex aliis habet, (vti dixi) & quidẽ sine delectu ex quolibet collecta. Quòd si quid de suo adiecit, rarò id fecit: & qualecunque illud est, alio potius quàm ad expositionem significationis alicuius pertinere comperietur. Illis quidem certè quæ à Suida scribuntur de vsu voculæ ἄ apud Agathiam, videmus adiecta quædam apud hunc esse, quæ de suo illum acculisse, aliaque huiusmodi alibi, credibile est. Vt autem hæc illius esse credam, facit quod annotat pro hoc versu, Ἄ μάγις ἑλμῖνς κῆρας ἀπεπλάσατο, in aliis scriptum esse, Ἄ μάγις νηλεὲς ἔβλαυεν ἀγκάλην. quam tamen scripturam non videri posse locum alterius obtinere, docui suprà. Sed de his hactenus. Quod autem ad illam significationem particulæ ἄ attinet, cuius postremo loco facta fuit mentio, & quam à Platone vsurpari dictum est, conuenit certè cum ea quam habet apud Homerum eadem hæc vocula cum illis nominatiuis δεινὰ & δεινοί: cuius multa exempla protuli antea.

Ἄ aduerbium quidam in VOCAB. Ἄφελε (quod itidem aduerbium est, significans Vtinam) inclusum esse existimant. Vt enim imperatiui ἄγα & φέρε in aduerbia transeunt, sic βάλε imperatiuum verbi βάλλω transire in aduerbium χρησιμοποιῆ, & significare φεῦ,

Heu. Ei autem addi poſtea ἆ, quaſi increpandi & admirandi aduerbium, vt in ἆ δῆτα. Sed ego nihil tale apud vllum ex veteribus grammaticis reperio. Ac fortaſſis vt hanc voculam aduerbio iſto incluſam dicerent, eos mouit quòd produci primam eius ſyllabam viderent. vt Epigr. lib. 1, pag. 73, meæ editionis, Ἀᾶλαι χαμαιέυνα καπήλων κύματα πόντου. Sic quoq; in principio alius cuiuſdam epigrammatis, Ἀᾶλαι μηδ' ἐγέροιτο χάμαι. Id autem epigramma Agathiæ eſt, ſi bene memini. Quod ſi ita eſt, facilè crediderim hunc verſum eſſe illum ipſum quē Suidas protulerat (gaudet enim exemplis ex Agathia petitis) quũ diximus ἀᾶλαι ſignificare σῆτα. Apud eum enim ita legitur, Ἀᾶλαι, σῆτα, ἀᾶλαι. Quod poſterius ἀᾶλαι eſſe initium vel huius vel alius verſus, (quem ille in exemplum afferre voluerit) omnino perſuaſum habeo. Productio inquam illa primæ ſyllabæ in ἀᾶλαι ad comminiſcendam hanc deductionem illos fortaſſis impulerit: ſed etiamſi dicamus in ἀᾶλαι eſſe α ὀπτικόν, exemplo ea productio nõ carebit. Euſtathius tamen tradens α corripi ante β, addit σημειῶσαι hoc ἀᾶλαι.

A A quoque interdum legimus, cum geminatione. ſed quemadmodum quum vnicum ponitur, non vno eodémque modo vbique ſcribitur: quin potius diuerſè etiam ſcriptum in diuerſis exemplaribus, vnus idémque locus habet interdum: (vt ex iis quæ proximè dicta fuerunt, ſatis liquet) ita quum geminatur, variam ſcripturam accipit. Siquidem cum circunflexo vtrunque ſpiritum, nec minus cum acuto (qui in grauẽ mutatur propter orationis ἀκολουθίαν) admittit. Quum autem vtrunque dico, nolim te ita intelligere quaſi vtrumlibet recipere poſſit, ſed pro loco modò hũc modò illum admittere. Quatuor igitur modis ſcribitur hæc vocula in geminatione: vid licet ᾶ᾽ ᾶ᾽ vel ᾶ᾽: & ᾰ᾽ ᾰ᾽. ſed longè diuerſa ſignificatione. De ſingulis autem eodem ordine dicam.

Ᾱ᾽ Ᾱ᾽ aduerbium efficiunt conueniens homini perterrefacto, vel perterrenti aut potius deterrenti. Ariſtoph. in Pluto, ᾶ᾽ ᾶ᾽, πῶς δ' ἆδα μή μοι φθονήσῃς. vbi ineptius poetæ ſcholiaſtes ait eſſe aduerbium ἐκπλήξεως & κωλύσεως: Suidas autem (qui multa paſſim habet quæ ex illo ſumpta eſſe manifeſtum eſt) aduerbium μετ' ἐκπλήξεως καὶ ἀποκωλύσεως. Sed quomodo vim κωλύσεως, id eſt inhibendi, vel ἀποκωλύσεως, id eſt adhortandi, habere poſſit iſto præſertim loco, illi viderint. Multo conuenientius, meo quidem iudicio, fuiſſet appellare hic aduerbium ἐφεκτικὸν, (vt à ſcholiaſte Euripidis vocari docebo paulo pòſt) id eſt, cohibentis, ſeu reprimentis. Nunc de ſcriptura huius aduerbii pauca. Sciendum eſt igitur hic ſcriptum eſſe ᾶ᾽ ᾶ᾽ cum circunflexo & tenui, non in ipſo duntaxat Ariſtophanis contextu, ſed in ſcholiis quoque. Quinetiam in eiuſdem poetæ Veſpis extare quendam locum (fortaſſis autem & alii alibi apud eundem inueniuntur) in quo eandem & ſignificationem & ſcripturam habet: ᾶ᾽ ᾶ᾽, τί μάλλον ἀρᾷ; At Suidas vt de ſpiritu conſentit, ita de accentu diſſentit. Legitur enim apud eum, ᾶ᾽ ᾶ᾽ παρ' Ἀριστοφάνει ὀπτόρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ ἀποκωλύσεως. Afféruntque illum ipſum ex Ariſtophanis Pluto locum, in quo itidem aduerbium illud ſcribit. Ne autem hic ſuſpecta ſit nobis fides exemplariũ eius, prohibent ea quæ verbis Ariſtophanicis ſubiũgit. Poſtquã enim dixit illud ᾶ᾽ ᾶ᾽ legendum eſſe χῶ διαίρετον, non καθ' ἕνωσιν, (quæ verba mox explicabo) & tenuari vtrunque debere: addit, Si enim vna pars orationis eſſent, non opus haberent duobus accentibus, nimirum duobus acutis. Hæc eſt de huius aduerbii accentu Suidæ ſententia. Ex iis autẽ quæ dicit de hoc ſcribendo χῶ διαίρετον, id eſt diuiſim, ſeu diſiunctim, non καθ' ἕνωσιν, ſiue χῶ συμπλοκὴν, (vt paulo pòſt loquitur) id eſt, non coniunctim: colligere nos poſſe arbitror fuiſſe quibus placeret has duas vocu[illegible]s, nullo interiecto ſpatio, quanuis ſuum vtriq; dando accentũ, ſcribere. Nam aliud quàm quod dixi, nõ indicari verbis illis, χῶ διαίρετον ἀναγνώσεσθαι, ἀλλὰ καθ' ἕνωσιν, ex ſequentib⁹ apparet. Si enim (inquit) vnica pars orationis eſſent, &c. Ex his autem Suidæ verbis, duas



orationis partes eſſe ᾶ᾽ ᾶ᾽ conſequetur: duo videlicet aduerbia: ſimulque hinc, eum ſibi non conſtare, atque adeò (ſi verum eſſe id exiſtimandum ſit) errare in ſui operis limine, vbi dicit eſſe ὀπτόρημα, non ὀπτορήματα, arguemus. Adeo nihil in pleriſque huiuſmodi lexicographorum locis eſt certi. Hoc verò inde contingit quòd penè omnia ex variis, & quibus varia iudicia erant, ſunt conſarcinata. Cuius rei euidentiſſimum hic exemplum habes. ecce enim, verba illa à quibus hic, quicunque ſit, Suidas opus ſuum orditur, ᾶ᾽ ᾶ᾽, παρ' Ἀριστοφάνει ὀπτόρημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ ἀποκωλύσεως, eſſe ex enarratore Ariſtophanis deprompta, (ſicut alibi paſſim multa ex iis affert) nemo, vt opinor, negauerit. At quæ ſubiunguntur de hoc eodem aduerbio, aliunde ſumpta ſunt: & quidem ex quopiã qui non pro vno aduerbio, ſed pro duobus habendas haſce duas literas cenſuerit. I nunc, & huiuſmodi lexicographorum ſcripta non adhibita magna cautione lege. Apud Heſychium quoque extant quædam quæ faciunt vt ſuſpicer duas haſce voculas in vnum vocabulum conflatas fuiſſe. In vno enim eius loco legimus, Ἄα, σύστημα ὕδατος: in alio habemus, Ἀ᾽ ἀ᾽ χαταλιασικὸν ὀπτόρημα, ἢ σύστημα ὕδατος: ſed quum σύστημα ὕδατος ſignificari non poſſit illis voculis niſi coniunctim ſcriptis, ſuſpicari quis poſſit eum aduerbii quoque ſignificationi ſcripturã illam dediſſe: quæ deinde mutata fuerit à quopiam non animaduertente ſequentem expoſitionem, aut certè eius rationem non habente. Alioqui dicendum eſſet, quum Heſych. ſcripſiſſet, ᾶ᾽ ᾶ᾽ eſſe χαταλιασικὸν ὀπτόρημα, aliquem temerè addidiſſe ἢ σύστημα ὕδατος, non animaduertentem huic ſignificationi aliam ſcripturam tribui. Sed hoc mihi parum fit veriſimile. Venio ad locum Euripidis in quo ſcholiaſtes ἐφεκτικὸν aduerbium eſſe ſcribit. is eſt in Oreſte, Ἄ᾽ ᾶ᾽, πῶ δῆτα μαίνετ', ἐξαίφνης ἄφνω Πηρᾶς. hic inquam ἐφεκτικὸν eſſe tradit enarrator, id eſt cohibentis, ſeu reprimentis. nam ἐφεκτικὸν ab ἐπέχω deductum eſſe conſtat, quod Cohibeo ſignificat: ita vt ſonet illud verbale, Cohibendi vim habens: quaſi quis dicat Cohibitorium. Magis tamẽ fortaſſe illi Ariſtophanis loco quàm iſti ſignificatio hæc conuenire dici poſſit. niſi dicamus hic cohiberi morã: quod alioqui aptius diceretur corripi vel increpari. Sed quànã Latina particula poſſe exprimi huius aduerbii vim putabimus? Ego aut particulam Hau, ſiue Ahu, aut certè nullam eſſe quæ iſti aduerbio in hac ſignificatione reſpondeat, exiſtimo. Scio ſcribi à Donato interiectionem eſſe conturbatæ mentis, nec conſtantis ſibi: in iſto Eunuchi loco, actus 4, ſcena 4, P Y. — An tu hunc credidiſti eſſe obſecro Ad nos deductum? P H. Nanque alium habui neminem. P Y. Hau, Ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Sed quem vſum habere dicenda ſit hoc loco iſta interiectio, necnon in aliquot aliis eiuſdem poetæ, ſicut & in quibuſdam Plautinis, aliis iudicandum relinquo: geminatam certè hanc in quodam Terentii loco reperiri dico, vbi optimè cum ᾶ᾽ ᾶ᾽ cohibendi vim habente ſeu reprimendi, conuenire aio. Locus is in Adelphis legitur, Act. 3, ſcena 2, — hau hau', mi homo, ſanuſne es? An hoc proferendum tibi vſquam eſſe videtur? Iam verò & Ahu non abſimilem apud hunc poetam ſignificationem habet, in iſto Eunuchi loco, — ahu, tace obſecro. Videtur certè vnũ ex altero factum eſſe, permutata literæ aſpiratiuæ ſede: niſi potius, quoniam altera illa particula Hau multo eſt vſitatior, hanc illius locũ occupaſſe aliquis exiſtimet. Non ignoro interim Donatũ velle hic eſſe interiectionem perturbatæ mulieris: vt apud Græcos ἰοὺ: ſed nihil vetat nos ſimul dicere eſſe ἐφεκτικὸν, ſeu ἐφεκτικὸν ὀπτόρημα (loquendo more Græcorum) in iſto loco: qui enim dicit Tace, is certè πῶ φωνὴν ἐπέχει, ſeu πὶν λέγειν. Et de iſto quidem vſu aduerbii ᾶ᾽ ᾶ᾽ (aduerbiorum etiam dici poſſet, ea ſequendo quæ ex Suida paulo antè attuli) hæc differuiſſe ſit ſatis.

Ᾱ᾽ Ᾱ᾽, VEL Ᾰ᾽ Ᾰ᾽ apud Euripidem quoque alios etiam vſus habere videtur quàm eum quem ex eius Oreſte attuli, conuenientem cum eo quem ex Ariſto-

phane protuleram. Legimus enim in eadem tragœdia A
hæc Electræ verba, — Ἀ ἆ, σύεργος ἔτης ποθὲν Λαέρτου δόμους ἆ φίλα φάνη μοι. Legimus ibidem, nō multis pòst versibus, Ἀ ἆ, ἄδικος ἄδικα πὰτ' ἄρ' ἴλαυν &c. Vbi eum accentum his vocùlis tribuo quem apud scholiastem habent: quum vtrobique nō ἆ ἆ sed ἀ ἀ in textu legatur. Sed quid si in priore quidem horum locorum eundem habere vsum dicamus quem in illo qui primus ex hoc poeta allatus fuit? Certè ἐφεκτικὸν quodāmodo videri ibi possit: vt dicamus, Electrā, quòd hæc verba ἰδοὺ πείσομαι, altiore quàm vellet voce prolata B
fuissent, ostendere hac interiectione illum elatiorē sonum sibi displicere, eumque ἐπίσχειν. At verò in posteriore loco, ἆ ἆ, siue ἀ ἀ, nō aliud esse puto quàm Ah ah. cuius vsus multa passim exempla extant, vt proximè sequente huius sermonis tmematio docebo.

Ἀ Ἀ, vel Ἀ ἀ, sæpe est dolētis atq; adeo ingemiscentis, aut indignantis, seu quiritantis, (eodē modo quo ἀῖ ἀῖ) χαλαστικὸν ὀπτρώτημα, inquit Hesych. & tunc illi cōuenit ea cuius modò mentionē feci interpretatio, videlicet Ah ah: nisi malis Heu heu. Hæc enim particula C
frequentius geminata inuenitur quàm illa. quæ tamē & ipsa apud Plautum geminata reperitur à suspirante: in Milite glorioso: P Y. — habe bonum animū. P A. ah, ah, Quum venit in mentem, mores vt mihi mutandi sient. Sed quoniam particula ista Ah multos alios insuper habet vsus, alteram illam interpretationē adhibere satius esse duco. Hanc porro significationem habens ἆ Ἀ siue ἀ ἀ, apud tragicos præsertim frequēs est. Eurip. in Rheso, Ἀ ἆ, ἰδοὺ μὰ τόδε. Cui loco addi potest alter eorum quos suprà ex eius Oreste attuli: ni- D
mirum posterior, Ἀ ἆ, ἄδικος ἄδικα πὰτ' ἄρ' ἴλαυν. Apud Æschylum quoque extat, cum alibi, tum in Prometheo, duob⁹ in locis, (fortassis & in pluribus) & quidem præfixum alii aduerbio eundem vsum habenti: pag. 11, meæ editionis, ἆ ἆ, ἔα, ἔα, Τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσπίτνει μ' ἀφαυγής; Sic pag. 37, initio. Sed hic ἀ ἀ scriptum est, illic autem ἆ ἆ. quæ scripturæ diuersitas ex veteri exemplari profecta est: quo minus mirari eam apud cæteros debemus.

Ἀ ἀ, inquit Hesychius, ὅτι τῦ μεγάλου. ἔστι δὲ καὶ χαλαστικὸν ὀπτρώτημα. Quibus addit, σωπᾶν δὲ γέλωτα δηλοῖ. E
Vbi quid significare voluerit illis verbis, ὅτι τῦ μεγάλου, non satis liquet. Sed mihil simílius vero mihi in mentem venit, quàm vt his verbis declaretur ἀ ἀ dici cum exclamatione de re quapiam magna: quæ videlicet (nam & hoc subaudiendum fuerit) repentè contigerit, aut certè oculis nostris repentè se obtulerit. Hoc autem modo vocabulum ὀπτρώτημα, quod sequitur, huc quoque pertinere censebitur. perinde acsi dixisset, ὀπτρώτημα ὅτι τῦ μεγάλου. Fateor interim multa fuisse alia verba quibus Hesychius aptius & apertius F
exprimere hæc potuisset. quod facit vt hoc meum cōmentum parum mihimetipsi placeat, vixque illa verba non suspecta mihi esse possint. Quod subiungit, esse etiam χαλαστικὸν ὀπτρώτημα, ex multis quos attuli locis, satis manifestum est. At vero quod tertio loco de his vocùlis annotatur, refellitur, quod ad scripturam attinet, tum Hesychii tum Latinorum comicorum testimonio, vt in proximè sequente tmematio manifestum faciam.

Ἀ ἀ autem longè alium vel potius contrarium vsum habet. est enim ridentis aduerbium. (nisi quis aduerbia



vocare malit, vt non coniunctam vim duæ istæ vocùlæ habere censeantur, sed vnaquæq; seorsum suā. Eodem certè modo ἀ ἀ, vel ἆ ἆ, sequendo alterā scripturam, pro duobus aduerbiis à nonnullis haberi, dictum antea fuit) Testatur autem Eustathius, & quidem ex aliorum obseruatione, ἀ ἀ esse ridentis: testantur idem & Latini comici, Plautus atque Terentius: apud quos frequenter vocùlis istis Ha ha he, risum indicari videmus. Vnum ex illo, alterum ex hoc exemplum proferre satis habebo. Apud Plautum igitur in Pseudolo legimus, Vt ego te hodie accipiam lepidè, vbi effeceris hoc opus. S. Ha ha he. P. Lepido victu, vnguentis, vino. In Terentii autem loco quem attuleram, hoc ipsum dicitur, videlicet vocùlas istas esse ridentis. Is est in Eunucho, actus 3, scena 2, Quid tibi ego multa dicam? domini similis es. G. Ha ha he. T. Quid rides? G. Istuc quod dixti modò. Faciunt igitur apertè tum hi loci, tum ea quæ traduntur ab Eustathio, aduersus ea quæ leguntur apud Hesychium, videlicet ἀ ἀ cum spiritu tenui, risum declarare. Sed omnino mihi persuadeo non penes eum sed penes librarium residere culpam. ab illo enim scriptum fuisse δακρῶν δὲ γέλωτα δηλοῖ: non, σωπᾶν δὲ γέλωτα δηλοῖ. Vel hoc modo, σωπᾶν δὲ καὶ δακρῶν γέλωτα δηλοῖ. Sed illo potius quàm hoc modo emendandum esse censuerim, omisso videlicet participio σωπᾶν: quoniam ne apud Latinos quidem comicos coniunctæ hæ particulæ leguntur. Ac profectò siquis vocem vel potius sonum ridentis obseruet, id est sonum quem aliquis ridendo edit, disiungendas potius quàm coniungendas esse has vocùlas cognoscet. Quinetiam aspiratè potius quàm tenuiter efferri animaduertet: quod & ipsum illam meam emendationem confirmat. Neque enim hoc intelligi volo de iis dictum qui aspiratione præ cæteris gaudent: (vt certè in quadam nostræ etiam Galliæ parte sunt qui Catullianum illum Atrium imitentur, qui Chōmoda nō Cōmoda, Hinsidias non Insidias, Hionios fluctus non Ionios, dicebat) sed de iis potius qui ab aspiratione non abhorrēt. Verùm his opponet fortasse quispiā, alio tum modo quàm nunc rideri solitū fuisse: quod ego prorsus ignotū mihi esse fateor, nec vnde probari possit video. Risum quidē certè multo minus quàm ploratum fuisse tunc temporis, vel ex eo colligerem quòd plurima plorantium, aut saltē gementium, seu quiritantium, paucissima ridentium aut alioqui exultantium aduerbia reperiantur: nisi magis varias hodiéque esse gemebundas voces quàm exultabundas perpenderem: siue ex eo quòd maius doloris quàm gaudii sit ingenium, (vt Naso cecinit, Grande doloris ingenium est) siue aliunde id contingat. Sed hæc περὶ τῦ γέλωτος sicut περιεργάσεα videbuntur, tanquam γελαστικῶς dicta accipiat.

Ἀ ἀ ἀ vel ridentis, vel saltem exultantis aduerbium (siue interiectionem, si loquàr more Latino) efficere manifestum est apud Euripidem in Cyclope. vbi Silenus post præstantissimi vini potum, sibi ab Vlysse donati, erumpit in hæc verba, Βακχαί, χορεύσω Βρομίαλῆ μ' ὁ Βάκχιος. Ἀ, ἀ, ἄ. Ibi tamen legi ἆ, ἆ, ἆ, fateor: verùm quum nemo negare possit eum esse harum particularum quem dixi vsum, itidem retinendam & hic esse scripturam illam quam suprà tum alium de, tum ex Eustathio confirmaui, nemini, meo quidem iudicio, negandum fuerit.

Α᾽Α᾽ΖΩ, Fut. ἀάσω. Præt. αχα, Exhalo, propriè, Calidum halitum efflo. Aristoteles in Probl. sect. 34, φυσᾶσι μὲν γὰρ τὸ ψυχρὸν, ἀάζουσι δὲ τὸ θερμόν. Idem ibidē, ὁ δὲ φυσῶν κινεῖ μὲν ἀέρα οὐκ ἀθρόως, ἀλλὰ διὰ συνεχοῦς τὸ στόμα πᾶς. Paulo pòst, ὃ ἀάζων, ἀθρόον ἐκπνεῖ, διὸ θερμόν. Crediderim autem deductum esse verbum à sonò quem inter exhalandum edimus: quo magis mirum videri possit tenui spiritu illud notari.

Ἀάσμὸς, ὁ, Exhalatio, Halitus, Calidi efflatio. ἔστι γὰρ ἀάσμὸς, ἀθρόου ἐκπνοὴ πνεύματος. Differt autē à φυσασμὸς siue φυσαμὸς, sicut ἀάζω à φυσῶ, in loco proximè præcedēte. Bud.

Α᾽ΒΑΞ, ακος, ὁ, Abacus Latinis, à genitiuo Græco suum nominatiuum formantibus.

Ἄβαξ, Abacus, Persio, id est Tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quasuis figuras seu diagrāmata ducūt. Pythagorica mēsa, veteribus dicta, secūdū quosdam, qui tamen ex particulari appellatione generalem facere videntur, sed Martiani autoritate nitūtur. σανὶς φιλοσόφους χρήσιμος εἰς διαγράμματα, inquit Eustathius. ‖ Ἄβαξ generalius etiam pro quauis tabula calculatoria: vide ἀβάκιον.

Ἄβαξ, Abacus, Macrobio id est Tabula aleatoria, siue Alueus aleatorius. σανὶς πεττευτικὴ, inquit Eustath. quod idē valet ac κυβευτική. Nam & Pollux inter κυβεύτου σκεύη recenset, ἄβακα, ἀβάκιον, κύσκιον, &c. Ath. lib. 10, κυβίστρας δέ τινα αὐτὸ, καί τινος αἰγιαλιτου ὡς Ἀντιπάτρου παίζει, διαπορήσας ὧδέ πως κλίνει τὸν ἄβακα.

Ἄβαξ, Tabula siue mensa cui vasa quælibet ad vsum quotidianum comparata imponebantur: quum generaliori etiam voce vtens Ammonius dicat, Ἄβαξ, ἐφ᾽ οὗ τὰ σκεύη τίθενται. Quum tamen in abaco apud Ciceronem, Liuium, & alios, vasa potius ad ornatum quæsita exponantur.

Ἄβαξ, Canistrum, vt colligit Budæus ex verbis Pollucis p. 232, vbi in mentione καλαύροου, item καναστροῦ & καναστρίου, ex Cratino affert etiam, βυβλίων ἄβακα. Idem verò p. 388, eadem verba citans, ἄβακα coquinariis vasis siue instrumentis annumerat.

Abacus præterea significat Vitruuio tabulam quadram quæ supponitur epistylis siue capitulis columnarum. Idem Abacum in podiis vocat planitiē quæ sedilis vicem præbet, inquit Bud. ‖ Cælius Rhod. Solis corpus orbémque inuenio discum quandoque dici. Paulo pòst, Obseruatum & illud, solis latitudinē scienter abacum dici, eadem qua discus notione.

Ἄβαξ pro ἄλαλος, vide in Βάζω.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, diminutiui forma, pro Ἄβαξ: id est Tabula calculatoria, siue Tabula in qua supputationes fiunt. ἐφ᾽ οὗ ψηφίζουσι, Eustathius, & Ammonius. Polyb. quinto ὄντως παρεῖσιν ὅτι ἀβακίσκοις ταῖς ὀπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. Lysias apud Pollucem, μετ᾽ ἀβακίου ὃ καὶ τραπέζιον πωλῶν ἑαυτόν. Alexis apud Athenæum, ἀβάκιον ψῆφον λέγει. fortasse pro ἀβακίου. Hinc Plinio Abaculi sunt calculi supputatorii, Hermolao teste. Hinc etiam ortum vt peritiam supputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacū vulgaris consuetudo vocauerit.

Ἀβάκιον, sicut Ἄβαξ, Abacus, id est Tabula in qua mathem. &c. vt suprà in Ἄβαξ. Plut. in Catone, καταδεηθὼν ἀβακίου τινὸς γεωμετρικῶν ἀδρανείμονος.

Ἀβάκιον, Vas ad ferenda obsonia commodum. ὅτι ὀλοφόρου σκεύους, Pollux.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, Tessella pauimenti, Budæus Moschion apud Ath. 5, ἔστρωτο δὲ πᾶσα δάπεδον εἶχεν ὡς ἀβακίσκοις συγκείμενον ὡς πανοίοις λίθων. Vbi Eustathius, Ἔστι δὲ ἐκ τοῦ ἀβακίσκοις ἐξ οὗ δῆλον ὡς οὐ μόνον ὅτι σανίδες ὁ Ἄβαξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ᾽ ἰδοὺ καὶ ὅτι λίθων ὁμοιομερῶν ξυλίνοις ἄβαξιν.

Α᾽ΒΡΟ᾽Σ, ου, ὁ, Mollis, Delicatus, Effœminatus. Vel Luxui deditus, τρυφερός. vt ἁβρότερος γυναικῶν, Mollior mulieribus, Mollicie vincens mulieres, Luciano p. 33. Sic quidam apud Suidam, ὁ τρυφερὸς ἰκείνος καὶ ἁβρὸς, καὶ ὑπὸ μαλακίας τοῦ σώματος καταγρὸς. Ἁβρὰ πάλιν, Deliciis frui, apud Theogn.

Ἁβρὸς, Lautus, Cultus, Elegans, Munditiæ studiosus. Philostr. epist. 40, de Ionia loquens, καὶ ὅσης γῆς ἰκείνης ἁβρότερον; Herodot. Melpomene, Λιγάζυροι δὲ ἁβρότατοι μισθρῶν εἰσι, καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Id est, ἁβρότατοι ἱππηλάται, vt loquitur quidam apud Suidam. Eodem modo & Lucianus p. 53, hæc coniungit καὶ χρυστοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν. (Potest tamen & priorem illam significationem in duobus hisce locis habere pro πλουσίος, vel ἀβροδίαιτος.) ‖ Dicitur & de re. vt ἁβραὶ κλῖναι, Athæno apud Suidam. Idē verò Suidas ἁβρὸς λειμὼν exponit καλιόπρας καὶ θαλλὰς, quoniam prata quò floridiora & viridiora, eo sunt pulchriora. ἁβρὸν autem significare καλὸν apud Herodotum (id est pulchrum,) idem testatur. Ἁβρὰ τράπεζα, Lauta mēsa, vel sūptuosa. nā exponitur πολυτελής. B.

Ἁβρὸς, Festiuus, Lepidus. Luc. καὶ μάλιστα ὁπόταν ἀδῇ τὴν ἁβρὸς Ἥλη, ὅτος αἰσχυνέζων, φασί. Idem in Iudicio deorum, τὰ γὰρ ἄλλα κρύειν, τὴν ἁβρὰν μᾶλλον καὶ αἰσχύνην.

Ἁβρὸς, Magnificus, Grauitatem præ se ferens, Elatus. Vnde ἁβρὰ βαίνων exponit Budæus Magnificè sese inferens, in hoc loco quem Suidas affert, Ἐκεῖνος ὕπτιος ἁβρὰ βαίνων ἐδόκει, ἔχων τὰς ὀφρῦς ὑπερηφάνως ἄνω. Sic apud Eurip. in Medea, —ἁβρὰ βαίνουσα παλαίχθονι ποδὶ, Δώμους ὑπερχαίρουσα, &c. Ipse quoque Suidas postquam dixit ἁβρὸν significare καλὸν apud Herodotum, addit αὐθαδίας, σημαῖνον. ad quam significationem respexisse videtur Budæus, vt sit ἁβρὰ βαίνειν quod Gallicè dicitur *Marcher en grauité*, vel *Marcher en pas d'abbé*. Et Lucianus p. 61, ὑπερφυῶς μεγάλα βαίνειν dicit. Potest tamen ἁβρὰ βαίνειν alicubi ad incessum etiam referri quem Quintilianus tractum vocat, qualis esse solet hominum mollium & effœminatorū. vt Propertius de puella dixit, —vt soleant molliter ire pedes. Hesychius quoque ἁβρὰ βαίνων exponit τρυφερόβιος, id est molliter viuens. tanquam videlicet molli incessu mollitiem in toto vitæ genere arguente: vnde Æschylus Persas ἁβροβάτας appellat. Suidas autem non tantùm exponit θρυπτόμενος, sed addit etiam κολακικόμενος, id est, Qui assentatoribus aures patefacit, & se aduladi sinit, vt loquitur Cicero. Sic autem exponere videtur quòd qui ab assentatoribus inflati fuerint, cū in cæteris rebus magnificè se efferre, tum ipso incessu elationē animi ostendere soleant. Animaduertēdum est item ἁβρὰ & ἁβρὸν in hoc loquendi genere (quod velut prouerbiale est) aduerbialiter poni pro ἁβρῶς.

Ἁβρὸς alii ab ἅπτω deducunt, vt sit propriè ὁ ἁπαφής. alii à βαρὸς, præfixo α priuatiuo, vt sit quasi ἄβαρος, ὁ κούφως βαίνων. Vtranque deriuationem habet etymologici autor: posteriorem Eustathius, qui etiam admonet Atticè aspirari contra hanc deriuationem. Quare quin aspirari debeat dubitandum non est: quum item passim in libris etiam scriptis hunc spiritum habeat: at de illis etymologiis dubito, & stultè curiosis potius quàm veras aut verisimiles puto: sicut & alias multas, quas ideo prætermittere in hoc opere statui.

Cōp. Ἁβροσαγὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Mollitie diffluens, ex ἁβρὸν & σαίζω. Quidam ἀνώνυμος apud Suidam, καὶ ἁβροσαγὴς ἔχων ἀεὶ τὸ μάτιον καὶ τοὺς βοστρύχους. In vulg. lex. exponitur ἁβροσαγὴς, crapula diffluens. Ἁβρόζηλος, Ἁβροδίαιτος, Ἁβρομήτης, Ἁβροχαίτης, &c. vide in substantiuis.

Ἁβρῶς, Molliter, Delicatè. Retinet & cæteras nominis ἁβρῶς significationes, pro Festiuè, & pro Magnificè, &c. Eurip. Medea, Αἰαῖ δῆτα λαμπροπάτου βαίνουσα ἁβρῶς αἰθέρος. Hesychius ἁβρῶς exponit ἁπαλῶς.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, Mollities, Deliciæ, Luxus, Xenoph. Pæd. lib. 8, τῇ δὲ Μήδων τοῦτο καὶ ἁβρότητι. Ibidem ἁβρότητα, τρυφὴν, τρυφὰν, μαλακίαν pro eodem vsurpat. Dion hist. pag. 67, τρυφὴν & ἁβρότητα coniungit. Significat & Magnificentiam siue Splendorem.

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἁβρότης, sed magis poeticum est hoc quàm illud. Eurip. in Oreste, de Menelao, —πολλῇ δ᾽ ἁβροσύνῃ δῶλος ἐκᾶτο θεᾶς Ταυγαλίδων ὑπ᾽ αἵματος ὤν. Vbi pro magnificentia & splendore poni videtur. Ab Hesychio & Suida φαιδρότης etiam exponitur.

¶ Ἁβρύνω, Fut. υνῶ (vt καλύνω à καλὸς) Orno, Splendidum reddo. Æsch. Agam. p. 104, Καὶ πᾶλαι μὲν γυναικὸς οὐ δοκεῖ ἁβρύνειν. Vbi schol. exponit καλλωπίζει.

Ἁβρύνομαι, Ornor, Nitesco, Cultum mihi comparo. Gall. *Ie me pare de quelque chose*, vel *Ie me fay bragnard*; ἐκοσμοῦμαι, καλλωπίζομαι, Hesych. Cum dativo rei, Ath. lib. 11, οἷς νῦν ὁ τῆς γυναικῶν ἁβρύνεται βίος. Itē Glorior, Insolesco, Mihi placeo, Magnificè me & lautè infer-

ασμιώμαι, Hes. Plato Apol. ἔχομαι δ' αὐτὸς ἐκπλαττόμενος A πῃ καὶ ἡδυσμένος αὖ εἰ ἐπιστάμενον ταῦτα. Id est, Bud. interprete, Ego quoque, si hæc scirem, nitidè elegantérque me haberem, & glorarer, mihique ipsi placerem.

C. Ἐναδρύω, idem quod Ἀδρύω: & Ἐναδρύομαι idem quod Ἀδρύομαι. Dion hist. p. 154, τῇ πρὸ ἑαυτοῦ χαυνότητα ἐνεδρύετο. Pro quo paulo antè κορυβᾶν dixit.

Ἀδείζομαι, Idem quod ἀδρύομαι, Hes.

ΑΓΑΝ, Nimis, Immodicè, Supramodum. vt ἄγαν λυπεῖσθαι apud Plat. quod Cicero vertit, Nimis mœrere. Vide Cic. Lex. p. 7. interpretationum. ‖ Ponitur & pro Valde, Vehementer. Xenoph. Pæd. 1, περὶ ἀφροδισίων οὐ διαλεγόμεθα πρὸς τοὺς ἄγαν νέους. Iungitur & superlatiuo in hoc Chrysostomi περὶ τῆς ἱερωσύνης loco, πρὸς τοὺς ἄγαν πολυμισοπόνους. Vtranque porro significationem habere videtur ἄγαν in hoc versu, Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν μὰ πίτνει. B

Ἄγαν in vtraque significatione eleganter præfixum articulum habet, & tum nominis adiectiui formam induit pro Nimius siue Immodicus, & pro Vehemens. Frequētius tamen pro Nimius siue Immodicus. Plut. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς, Τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν, ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον. Plat. Pol. 8, ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν. Sic ἡ ἄγαν πλησμονή, Nimia expletio. Apud eundem αἱ ἄγαν σπουδαὶ, & αἱ ἄγαν φιλονεικίαι, Vehementes contentiones, Bud. C

Ἄγαν in compositione aliquando ν amittit, aliquando in aliam literā mutat, vt ἀσχαλάω, ἀχάρμος, &c. quæ omnia simul in Indice, singula autem suis locis in hoc opere habes.

ΑΓΑΝΑΚΤΕΩ, τῶ. F. τήσω. P. τηκα, Doleo, id est Doloris sensu afficior. B. Dioscor. lib. 5. cap. 76, ἀγανακτῶν τοῖς ὀδόντας ὑπὸ τῆ γλώσσῃ. Sic & ἀγανάκτησις verbale à Platone vsurpatur, de dentibus itidem loquente, vt videbis paulo pòst. D

Ἀγανακτῶ, Indignor, Stomachor, Ægrè fero. Item Conqueror. Æsch. in Ctesiphon. ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθήσεται, ἀγανακτῶ, Itidem cum his particulis εἰ μὴ, vlus est Isocr. De pace, ἀγανακτοῦμεν εἰ μὴ πᾶσι αὐτοῖς ἐπιεικῶς ἥμιν ἔχομεν. Sæpe etiam dicitur ἀγανακτῶ ὅτι τινι. vt ab eodem in Busencomio, ἀλλ' οἶμαι ὅτι γε τοῖς ὑπὸ E τοῦ λογισμοῦ οὕτως ἀγανακτήσεται. Idem in Paneg. ἀγανακτῶ σοι ἐπὶ τοῖς παροῦσι. Iungitur & datiuo sine præpositione, vt apud Plat. Phædo. p. 32, ἥδιστα ἂν ἐγὼ οὐκ ἀγανακτῶν τῷ λόγῳ. Dicitur & ἀγανακτῶ ὑπέρ τινος, & πρός τινος, cum genitiuo rem itidem significante. Idem Isocr. ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀπραξίας ἀγανακτῶμεν. Plat. Epist. 7, πολλὰ πρὸς ἃ νῦν πράττουσιν ἀγανακτῶ. Idem præpositioni διὰ cum accusat. iunxit in eodem Phæd. loco, ὥστε διὰ ταῦτα οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ. Inuenitur & ἀγανακτῶ πρός τινα, & κατά τινος sicut & ἀγανακτῶ τινι. Plutarchus in Camillo, ἠγανάκτουν πρὸς αὐτούς, Cum ipsis expostulabāt. Lucian. in Timone, τί οὖν ἀγανακτῶ κατ' αὐτῶν; ‖ Ratior autem præcedentibus constructio est in eadem Phædonis Plat. p. 32, vbi accusatiuo rei iungitur, ἥκιστα δὲ δὴ αὐτὸ, ἀγανακτῶ ὁ πάλαι πρὸς ὑμῶν τοῦτο καὶ ἐπιπλήττων. Vbi Bud. exponit AEgrè ferre vel Queri. F

Ἀγανακτῶ, Gemo, γίνω, apud Platonem, inquit Hes.

Ἀγανακτήσαιμι etiam dicitur voce media pro ἀγανακτοίην, vnde participium ἀγανακτησάμενος, Luc. in Somnio.

Composita, Συναγανακτῶ, Condoleo. Bud. Ὑπεραγανακτῶ, Supramodū indignor, Vehementer stomachor, vel cōqueror. Et ὑπὲρ ἀγανακτῶ τοῦτο pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ τούτου. G

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, Dolor, Doloris sensus. Plato in Phædro, ὑπὸ τοῦ ὀδόντος πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεσθαι ὅταν ἄρα φύσιν, κυρίως τι ἡ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα.

Ἀγανάκτησις, Indignatio, Stomachatio. Thucydides, καὶ μανῆναι οὗτος τοῦ πολεμίου ἐπιλείπειν ἀγανάκτησιν ἔχει ὑφ' οἵων κακοπαθεῖ.

Compos. Συναγανάκτησις, Condolescentia, Budæus apud Aristot. H

Ἀγανακτικός, Adiect. Vnde ἀγανακτικῶς, Indignè ferēdum, Querendum. Plato, ἀνιαρῶς καὶ πάνυ ἀγανακτικῶς. Bud.

Ἀγανακτικός, οῦ, ὁ, Querulus, Qui facilè conqueritur & ægrè fert casus incommodos, ὀργίλος. Plat. Pol. 10, ἀνιαρῶς



πολλὰ μάλιστα καὶ ποικίλως ἔχει τὸ ἀγανακτικόν· τὸ δὲ φρόνιμον καὶ ἡσύχιον, ὡσαύτως ἀεὶ αὐτὸ αὑτῷ. Bud.

ΑΓΑΠΑΩ, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Amo, Diligo. Quidam scripserūt ἀσπῶ, minus esse quàm φιλῶ, vt Diligo minus quàm Amo: sed vt hæc apud Latinos, ita illa apud Græcos differentia confunditur. Et fuerunt qui contrà putauerint ἀγαπῶ plus esse quàm φιλῶ. Isocr. in Helencomio, ἵν' ὅσοι διέξιμεν τοῖς ἀσπασαμένοις καὶ θαυμάσασι ἐπαινῶμεν. Xen. Pæd. 7, ὥστε μισοῦντα ἐν ταῖς ἀσπάλαις τὸν φέροντα αὐτὸν ἀσπαίνεσθαι. Idem Οἰκον. 1, de honesto & de inhonesto amore vsurpauit simul, scribens, ταῖς πόρναις ἀσπαίνεται μᾶλλον ἢ τοῖς ἑταίροις. Hinc etiā ὁ ἀσπάζομαι & ἡ ἀσπασμὸς pro ὁ ἐρωμένος & ἡ ἐρωμένη, vt dicetur infrà. Vsurpatur etiam de amore rerum inanimatarum, vt Isocr. ἀσπάζεσθαι τὸν πλοῦτον, amare diuitias, dixit. Plato Pol. 2, ἀσπάζεσθαι τὰ χρήματα & ἀσπάζεσθαι pro eodem ponit: vt Latinè dixeris, Amare pecunias, vel Amplecti pecunias, pro Pecuniarum studio vel amore teneri. Dicitur autem aliquando ἀσπάζομαί τι μᾶλλόν τινος, vel ἀσπάζομαί τι πρὸ τινος, pro, Præfero hoc illi, Antepono hoc illi, ad verbum, Amo hoc pro illo, vel loco illius: &, Amo hoc præ illo. Demosthen. Pro corona, ἀσπάζεσθαι τὰ δῶρα ἐκ τοῦ κοινοῦ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι συμφέροντα. Plut. in Camillo, ἀσπασάμενοι μᾶλλον ἢ πᾶσαν πρὸ τῆς ἐλευθερίας. Iūgitur & cum μᾶλλον. vt, ἀσπάζομαι μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα, Amo magis gloriam quàm pecunias, pro, Præfero gloriam pecuniis. Item cum infinitiuo, vt Amo apud Latinos. Arist. Œcon. 2, τοὺς Λυκίους ὁρῶν ἀσπαζομένους πεζομαχεῖν φέρειν. ‖ Significat etiam, Amicè & hilariter accipio, Odyss. ψ, Οὕτως ἀσπάζου σ' οὐ τὸ πρόσσοπον ἐπὶ ἴσον, ὡς ἀγάπησα. Vbi Eust. significare dicit ἐφιλοφρονησάμην, & ita sumi vt ἀμφαγαπάζειν. Videtur autem hic vno verbo complecti voluisse Penelope illa beneuolentiæ & amoris signa quæ Vlyssi exhibuerat, manus collo inficiens, & caput deosculans. Vnde autor breuium scholiorum ἀγάπησα exponit hic περιέπλευξάμην, amplexata sum expansis vlnis. ‖ Ἀγαπάω, item, pro Osculor vt ait Eustathius: qui exponens hæc verba ex fine Od. χ, Καὶ νῦν τετάγαπαζόμεθα, scribit hinc videri sumptisse Homeri posteros vsum verbi ἀσπάζειν pro φιλεῖν, & ἀγάπην pro φίλημα.

Ἀγαπᾶν, Contentum esse, Cicerone interprete. quod enim Plato dicit, ἀλλ' ἰσὰ ἄττα μηδενὸς ἧττον ἀποφαίνοντα οἰκεῖα, ἀσπάζεσθαι χρή, interpretatur, Cōtentique esse debetis si probabilia dicentur. Vide Cic. interpret. pag. 14 in meo Lex. Ciceroniano. Sic Isocr. in Panegyrico dixit, ὥστε καὶ τοῖς ἀριστῶσι μηκέτι τῶν ἐλευθερίων ἀσπάζεσθαι. id est, Non iam libertate contenti essent, Non sat haberent esse liberi, Non boni cōsulerent libertatem. (Nam male exponitur in vulg. Lexicis, Vt non iam amplius libertatem affectarent) Sic in ἀριστοβουλ. Libanius, ἀγαπᾶν τοῖς ἀρχαίοις ὅροις, Contenti esse antiquis finibus. Thuc. lib. 6, ἵνα ἀγαπήσαντες τῷ ἐκ τοῦ παρόντος ἡσυχίαν. Demosth. Philipp. 2, οἷς δεῖ μὲν πλουτεῖν τὰ παρόντα ἀγαπῆσαι οἴεται, Contentos fore præsenti rerum statu. Pro eodem sæpe etiam datiuo iungitur, vt significationem ita & constructionem habēs verborū ἥκιστα μαι & χαίρω. Sic apud Lysiā, οὐδὲ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἂν ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀσφαλῶς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι, &c. Non ratò & cum particula εἰ vel ἐὰν siue ἐάν iungitur. Isocr. οὐδ' ἐὰν τῶν πάντων τοῖς κακοῖς ἡδέσπασα τοὺς οἰκείους τοῖς ἐμαυτοῦ δέοιτο φίλοις. Dion. Hal. ἀρχ. 11, εἴτι ἀγαπῶντες ἐὰν τοῖς θεοῖς πολλὰ χάριν οἰδόντες εἶπε πρὸς αὐτοὺς εἴτα τὰ ἑαυτῶν ἔχει ἀσφαλῶς. id est, Et qui boni cōsulebant. vel, Et qui præclarè secum agi putabant, ac magnam diis gratiam habebant si, &c. Xen. Pæd. 8, καὶ ἀγαπᾶν ἐὰν δ' οὕτως ἱκανοὺς αὐτοὺς πρέφειν ἐρῳδόντας λαμβάνειν. Nonnunquam etiam cum infinitiuo. Herodianus, ἀσπάσας αὖθις μάχης ἐκ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα. Sæpe cum participio. Luc. in Timone, ἀγαπῶ ἀποφέρων πίτταρας ὀβολούς. Idem alibi, ἀγαπῶ σωθεὶς μόνος. Cum particula ὅτι apud Homerum, Odyss. φ, Οὐκ ἀσπάζεται ὅτι ἴκτιλος ὑπὸ φιλότητι μιν' ἡμῖν Δαίνυσαι; quod imitatus Lucianus dixit, ὡς ὁπόταν τύχωσιν ἀλλοπρόσαλοι φωναὶ πρὸς ταραχθέντων, ἀγαπᾶν ἀξιοῦσιν ὅτι μόνον αὐτοῖς οὐκ ἐπιβάλλουσι. Vbi male putatur (qui error est & in Lexic. vulgar.) ἀσπάζειν absolutè positum hic esse pro ἱκανὸν εἶναι, satis esse: perinde ac si dixisset ἀγαπητὸν ἦν. quum Græcè dici non possit πρὸς ἀσπα-

πρὸ τοῦ πῶς ἀγαπᾷ δεῖ. non igitur ita verti debet vt illic vertitur, Satis esse rati si solùm aspexerint. nam ἀσπάζεσθαι nō refertur ad eos qui resaluta nt, sed ad obuios qui saluta ntur. Et intelligendum est, ἀξιοῦσθαι τοῖς ἐντυχοῦσι μόνον ἀγαπᾶν: hoc sensu, AEquum esse iudicantes vt obuii contenti sint se fuisse ab ipsis aspectos tantummodo. Ad verbū, Cōtēti sint quòd solùm eos respexerint.

Ἀγαπᾶν, Acquiescere: sed non accipiendo verbum istud pro Cōtentum esse (vt quum hæc Isocr. verba, μηδὲν πρὸς ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, Budæus interpretatur, Non ram acquiescerent in libertate) sed pro Gratum acceptumque habere, & approbare. Interdum cum datiuo, vt ἀγαπῶ τοῖς διαιτηταῖς, Acquiesco iis quæ statuta sunt ab arbitris, Grata acceptaque habeo quæ, &c. vel Approbo quæ, &c. In qua significatione idem valet ἄσμαι τῷ quod ἀρέσκομαι, id est Acquiesco, & Mihi satisfit, & Placet conditio: vt Budæus interpretatur, citans hunc Luciani locum ex Menippo, vbi hæc duo verba copulauit, δεῖ γὰρ ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀχθόμενον οἰκεῖν. Cum accusatiuo autem videtur idem significare in hoc Plutarchi loco, ἠγάπησε πᾶσαν ἐκβῆναι τὴν γυναῖκα. perinde ac si dixisset ἀπηλλάξατο. nam pro ἀπαλλάττεσθαι sumi author est Suidas, ponens etiam optatiuum ἀγαπῴη.

Ἀγαπάομαι, ῶμαι, Passiuum, Amor, Diligor. Aristoteles Rhetor. 1, τὰ δὲ φιλεῖσθαι, ἀγαπᾶσθαι ὅτι αὐτὸν δι' αὑτόν. ‖ Nonnunquam & de amore venereo: vnde participia Ἀγαπώμενος & Ἀγαπωμένη, quæ tanquam nomina vsurpantur pro ἐρώμενος & ἐρωμένη. id est amasius & amasia, seu amica. Luc. in Nigr. ἐξαπατῶσι τὴν τύχην, ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀγαπωμένων. Idem, χώρει σὺν τῷ ἀγαπωμένῳ.

Ἀγάπημα, Dilectio, ἀγάπησις. ‖ Item, Res seu persona quæ diligitur. Crates in quodam epigrammate, Χαῖρε νὰ δόξαιτε, ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα. id est, Virorum bonorum amor. vt Virgil. Nymphæ, noster amor, Libethrides. τὸ ἡμέτερον ἀγάπημα. Sic Cicero dicit Antonium amores deliciasque suas, Phil. 6.

Ἀγάπησις, Dilectio, pro ἀγάπη, Atticorum est: vt φρόνησις pro φρονεσία, vt inquit Corinthus De Attica dialecto. Plut. in Pericle, ἀγάπησιν ἐρωτικὴν vocat dilectionem amatoriam. id est, ex sagittis cupidineis prouenientem.

Ἀγαπητός, οῦ, ὁ, Idem quod ἀγάπησις, siue ἀγάπη. Suidas ait ἀγαπητὸν seu ἀγάπησιν dici etiam τὸν φιλοφρονούμενον. Apud Hesychium per ι scribitur ἀγαπισμός.

Ἀγαπητός, Dilectus, Charus, vel Amabilis. Aristot. Ethic. li. 9. cap. 11, διὸ ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ἐρᾶν ἀγαπητόν ἐστι, id est gratissimum. ‖ Hieronymus annotat ἀγαπητὸν magis sonare diligibile, dignum qui diligatur: quàm dilectū, id est ἠγαπημένον. Sed in mentem venisse debuit Hieronymo, quemadmodum γνωστὸν pro ἐγνωσμένον, & κρυπτὸν pro ἐκκρυβόμενον, item χριστὸν φάρμακον pro χριόμενον capitur, ita ἀγαπητὸν pro ἠγαπημένον vel ἀγαπώμενον sumi. Suidas quoque ἀγαπητὸν exponit ἠγαπημένον. Idem ἀγαπητὰ ἔθη exponit τὰ καλὰ καὶ ἀγαθά, id est, pulchra siue honesta, & bona. ideo (opinor) quòd consequens sit vt quæ talia sunt, sint amabilia. ‖ Idem addit, ἀγαπητὸν, τὸ ἠγαπημένον, ἢ τὸ μονογενές. Plut. περὶ τῆς ὀκνίας χρ. coniungit μονογενῆ & ἀγαπητὸν, sic, Αὐτὴ δὲ φησι δοκεῖν ἑνὸς παιδὸς εἶναι μονογενοῦς καὶ ἀγαπητοῦ. at Hesychius ἀγαπητὸν exponit μονογενῆ, καὶ ἠγαπημένον. id est, vnigenitum, gratum. quòd videlicet filius qui vnicus est, magis diligatur. Plutarch. item περὶ πλουτ. dicit ab Homero vocari ἀγαπητὸν υἱὸν, μοῦνον, τηλύγετον, natum parentibus alium nec habentibus, nec habituris. Locus Homeri est hic, — τῷ οἱ ἐθέλησι γένεσθαι παλλακίδος γε μοῦνος ἐὼν, ἀγαπητός: vnde apparet distinguendum esse apud Plutarchum post μοῦνον, nec coniungēdum cum τηλύγετον. Sic apud Xenophontem in Pædia, παῖς ἀγαπητὸς, & παρθένος ἀγαπητή. Arist. quoque Rhet. 1. elegāter vnicum oculum appellat ἀγαπητόν.

Ἀγαπητόν ἐστι, cum infinitiuo, Satis esse putādum est, Non respuendum est, Boni consulendum est. Xenoph. Pæd. 3, ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ἐξ ὑπαρχούσης δυνάμεως αὐτοῖς ἀλαζονεύσαιντο. Arist. Ethic. 1, ἀγαπητὸν ὃ περὶ ἑκάστων καὶ ὧν ἕκαστοι λέγονται, παχυλῶς καὶ τύπῳ πάλιν ὡδὶ ὑπογραφῆναι. id est, Satis igitur fuerit ostēdere. Quod Erasmus malè interpretatus est, Gratū igitur fuerit, in prouerbio, Tenuiter diducis. Idem Arist. lib. 9. ἀγαπητὸν ἐν φίλοις ὀλίγους εὑρεῖν, id est, Bene nobiscum agi putandū est si vel paucos amicos inuenire possimus. Vel, Boni consulendū est quòd, &c.

— Ἀγαπητῶς, Aduerb. Gratè, Amabiliter. Plat. De fort. R. εἰ πάντας ἀγαπητῶς εἶχε πρὸς ἀλλήλους διεζώσας, id est, (Bud. interpr.) Haud omnib⁹ vsquequaq; vero tōperētibus. Interdū, Cupidè & libēter. Demosth. τὰ ἐκείνου ἐπιτήδεια ἐπῆσαν ἀγαπητῶς. Ildē, Ἐν πλουτεῖ δὲ ἕκαστος ἐν χορηγίαις ἀνθρωπείοις ὅλῃ τῇ περιουσίᾳ ἀγαπητῶς ἐκφαίνεται. id est, Ita vt præclarè tecū agi putares quòd, &c. Herodianus, δεῖ δὲ ἀγαπητῶς ἔχειν ἕκαστον τοῖς αὑτοῦ, Oportet vnumquenque suis finibus contentum esse. pro ἀγαπᾶν ἔχειν τοῖς αὑτοῦ.

Ἀγαπητικός, οῦ, ὁ. Vim diligendi habens. Habes apud Hesychium in ἀγαπήνωρ, vbi tamen videtur esse mendum.

Ἀγάπη, ης, ἡ, Dilectio, Charitas. φιλίας πιστεύομεν ἀρχὴν ἢ ἀγάπης, Plut. Sympos. 7.

Ἀγάπαι, Cōmunia Christianorum cōuiuia, sic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis & cōuiuiorum causa essent instituta. Iudas apost. οὗτοί εἰσιν οἱ τῇσιν ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες. In his autem conuiuiis sacra etiam Domini cœna solebat vsurpari. Tertull. in libro aduersus Gētes, cœna nostra de nomine rationē suam ostendit. vocatur ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Plura de his apud eundem. ‖ In vulg. lex. citatur ex lib. Cōcil. sacr. ἀγάπας ποιεῖσθαι pro Cōuiuia pauperibus dare.

Ἀγαπήνωρ, vide in ἰωρέω.

C. Ἀμφαγαπάω, Deamo, Valde amo, Charissimum habeo, περισσῶς ἀγαπῶ, præpositione ἀμφὶ augente significationem. Poeticū est. Hes. in Op. — ἐν καιρῷ ἀμφαγαπῶντες. Hesychius tamē ἀμφαγαπῶντες exponit simpliciter ἀσπαζόμενοι, id est amplectentes. Vide Ἀμφαγαπαζόμενος.

C. Περιαγαπάω, Valde amo: vnde Περιαγαπαζόμενος voce media apud Hesychium: sed hoc mihi suspectum est.

C. Ὑπεραγαπάω, Idē apud oratores quod proximè præcedens ἀμφαγαπάω apud poetas. Herod. lib. 1, ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸν ὁ Κόμμοδος.

¶ Ἀγαπάζω, apud poetas pro ἀγαπῶ, id est Amo. Item, Comiter & blandè atque hilariter aliquem excipio, Beneuolentiæ signa exhibeo alicui, Amplector seu amplexor, Hom. Odyss. ω, circa principiū, Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέοντα ἀγαπάζει, Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίνης γαίης δυσάμμορον υἱόν. vbi Didymus ἀγαπάζει exponit περιπλέκεται, id est, amplectitur, brachia collo circundans. Vide suprà ἀγάπησα ex Homero. Gall. vno verbo Caresser.

C. Ἀμφαγαπάζω, idem quod ἀμφαγαπάω Dicitur & Ἀμφαγαπάζομαι voce media, Ἀμφαγαπαζόμενος ὡσεί τις ἐὸν μόνον ἔοντα, Vehemēti amore prosequens, Omnia amoris signa exhibens.

F ΑΓΑΩ, 2ō F. ήσω. P. ηκα, & Ἀγάομαι, ῶμαι, Demiror, Cum stupore vel ad stuporem vsque miror, Stupeo. Item Inuideo. Item, Odio prosequor. Homerus Odyss. ω, Τηλέμαχ' οὔ σε ἔοικε φίλον παρ' ἔνδον ἐόντα Οὔτέ τι θαυμάζειν ἀεικέα, οὔτ' ἀγάασθαι. Vbi Eust. ἔστι δέ, inquit, τὸ ἀγάασθαι, ζωτικὸν ἐκπλήττεσθαι, ὅθεν καὶ ἄγασμά τι τὸ θαυμάζειν. Hesiod. Theog. v. 619, Ἡρπύιαι τ' ἔκτισσαν ἀγήμονας ἠδὲ καὶ εἶδος, vbi Tzetzes vult esse pro θαυμάζων vel φθονῶν. Apud eūdē Homerū itidē pro φθονῶ, vel μέμφομαι, Eust. teste, Od. ι, Οἵ τε θεὸς ἀγάασθε παραυδήσαντι ἑταίρῳ. & duobus versibus interiectis. Τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες. Et statim pòst pro eodē ponit ἀγάασθε. quod etiā notat ibi Eustathius. Vnde miror eum alibi ita distinxisse vt ἀγάασθαι esset idem quod ἀγάεσθαι, id est φθονεῖν: ἄγασθαι autē, ἐκπλήττεσθαι. Idem in illum Od. ι locū, annotat ex veterum autoritate, ἀγάασθαι tria significare, Admirari, Inuidere, Odisse: & ab ἀγάω deriuatum esse ἀγάομαι. quum tamen alibi scribat, (vt modò dictum est) ἀγάασθαι non esse simpliciter θαυμάζειν, sed indicare ὀλίγωρόν τινα τῷ θαυμάζειν, pro ἐκπλήττεσθαι. Quod, vel ipso tacente, ex illo Homeri loco & aliis colligi posset. Tertium addam de hac eadem voce in quo non satis sibi constare videtur hic alioqui gramaticorum facilè princeps. Quū in Odyss. θ, non aliunde quàm ab ἀγάζω deducat ἄγασσον, (& abiecto σ, mutatáque tenui in aspiratā, ἄγαφον) sicut à γελάζω inusitato themate, γελασσόν, & ab ἐρεάζω, itidem

inusitato, ἔεσσον & ἐπέεσσιν: & quum in Iliad. ϟ, itidem ἄγεσσον ab ἀγασσάμενοι deriuet: addit tamen, posse etiam ab ἄγασθαι properexytoho fieri ἀγασσόν. Vt autem hic discrepat dissentitque à seipso in iis quæ de hac voce tradit, ita & in aliarum plurimarū deriuatione vel expositione non solùm hunc à seipso, sed cæteros quoque à seipsis, multo verò etiam magis ipsos inter se dissentire sciendum est. Quod quum ita sit, cogitet lector, vbi aliquid apud eos leget non per omnia consonum iis quæ in hoc opere à me scripta fuerint, me diuersorum opiniones, & eiusdem etiam diuersos eadem de re locos, inter se contulisse, & ad illàm collationem aliqua etiam argumenta à meipso allata, aut certè coniecturas, addidisse: atque ita adhibito tanto quantum in huiusmodi rebus adhiberi à me potuit iudicio, pauca quædam multis reiectis excerpsisse: atq; hoc in toto opere meminerit. Vide & quod annotaui initio verbi Ἄγαμαι de eius formatione.

Ἄγη, ης, ἡ, Admiratio, Stupor, Obstupefactio. Etymol. vel ab ἀγῶ vel ab ἄζω deduci vult, sed ab ἀγῶ deduci constat. Hom. Od. γ, Λίην γὰρ μάλα εἶπες· ἄγημ' ἔχει. id est, θάμβος, vel ἔκπληξις, Hesych. & Etymol. Sic loquitur Homerus & Od. ϖ. Sed in vulg. edit. quæ meam præcesserunt, legitur perperam ἄγημ' vtrobique coniunctim, quasi esset ἄγημα ἔχει, non ἄγη μοι ἔχει.

Ἄγη apud tragicos, Honor, Veneratio, τιμή, σέβασμός, Hesych. Ab eodem exponitur μίασμα.

Ἀγαῖος, α, ὁ, Admirabilis. Ità Inuidiosus. Suidas ab ἀγάομαι deducere videtur, scribens, Ἀγάομαι, φθονοῦμαι· ἐξ Ἀγάιος, ὁ ὑπὸ φθόνου. Ego malim cum Hes. & Etymol. ab ἄγη deducere. Esset tamē magis regularis deductio (meo iudicio) si ab ἀγὴ oxytono deduceretur, vt apud illos Ἀγαὶ, ζηλώσεις, & Ἀγαῖος, simul ponuntur. esset enim Ἀγάω, ἀγὴ, ἀγαῖος, vt Αἰσχύω, αἰσχὴ, (pro αἰσχὰ) αἰσχος. Verùm hi ipsi alibi ἀγὴ scribunt in significatione admirationis siue stuporis: & Suidas hoc nominatim dicit, Ἄγη μὲν οὖν παροξυτόνως, ἡ ἔκπληξις· Ἀγὴ δέ, ἡ κλάσις τῶν κύματος. Vnde apparet medosse apud eū scriptū esse paulo antè, Ἀγὴ, θαῦμα, &c.

Ἄγημα, ατος, τὸ, Itidem pro Stupor, annotatur in vulgar. lexicis: sed natus fortasse est error ex illis Homeri locis perperam lectis, de quibus modò dictū est. Quin tamē ab ἀγῶ formari possit ἄγημα, minimè dubium est, nimirum à prima persona præt. passiui: vt ἀγητὸς (quod proximè sequitur) à tertia formari constat. Ἄγημα autē significans apud Macedones πάμπολλον ἀπλέκτων ἱματίων καὶ ὁπλιτῶν (quod & ipsum Eustathius ab ἀγῶ deduci posse existimat, διὰ τὸ ἀγητὸν εἶναι) vide post Ἄγω.

Ἀγητὸς, οῦ, ὁ, Admirabilis, Stuporem excitans. Vel, Cuius præstantia obstupefacit. Od. ξ, εἶδος ἀγητόν. Il. ε, εἴδεϊ ἀγητῷ. Legitur apud Hesychium non solùm Ἀγητὸν, θαυμαστὸν, sed etiam Ἀγητὸν, itidem expositum θαυμαστόν.

¶ Ἀγιόμαι, idem quod ἀγάομαι, Admiror. Ἀγιώδυροι, θαυμάζοντες, Hesych.

¶ Ἀγαὸς, οῦ, ὁ, ab eodem ἀγάω, pro ἀγαὸς, interiecto Æolicè υ (secundum alios tamen à γαίω) Admirabilis, Præclarus, Illustris, Hes. Ità σεμνὸς, Eust. Venerandus, Veneratione dignus. Addit idem Eust. & καλὸς, λαμπρὸς, κόσμιος, ex veterum autoritate. Hom. Od. ι, —ἀγαυοῦ Τηλεμάχοιο. & Od. ο, Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυόν τε ζωόντων. Ἀγαυοὶ μνηστῆρες apud eundem Homerum (id est proci Penelopes) superbi, siue arrogātes, à quibusdam exponitur. Ἀγαυὸς Hesychio est etiam φωτεινὸς, id est lucidus.

Ἀγαύομαι, Admiror. Opp. Hal. 4, Εἶδες ἀγαυόμενοι πολυήρατον. id est ἀγαλλόμενοι, vel poeticè ἀγηγόμενοι, siue ἀγαζόμενοι.

Ἀγαυρὸς, quod ab illo ἀγαὸς quidā deducūt, vide in Γαῦρος.

¶ Ἀγαίω, (ex ἀγάω, vt κεραίω ex κεράω) pro θαυμάζω, i. Admiror, inquit Eust. Idē alibi exponit ἀποπλήττω. i. Obstupefacio, vel Perterrefacio. Idē vbi significare dixit θαυμάζω, addit & μέμφομαι, Succenseo, Indignor.

Ἀγάομαι vsitatius est quàm ἀγάω, (vt ἀγάομαι magis est in vsu quàm ἀγάω) & inter cætera significat etiam Admiror, θαυμάζω, inquit Etym. Et apud Hom. Od. υ, ἀγαιόμενον κακὰ ἔργα, breuiū schol. autor exponit ἄγαν θαυμάζοντες, ἢ χαλεπαίνοντες. Ἀγάομαι pro Succēseo, Indignor, vel Inuideo, cum datiuo personæ, Hesiod. in Ergois, Τῷ δήπου Ζεὺς αἴτιος ἀγάεται. id est (inquit Etym.) βασκαίνει, ὀργίζεται, χολοῦται. Eustathius autem in illo Homeri loco quem modò protuli, ἀγαιόμενον exponit μισοῦντα φθονοῦντα, atque ita ἀγαιόμενον κακὰ ἔργα, erit, Succensentis & indignantis ob facta improba. Sic & in illo Hesiodi loco ἀγάεται exponitur etiam μέμφεται, item ὀργίζεται. Illud autem ἀγαιόμενον κακὰ ἔργα exponi in breuibus scholiis non solùm ἄγαν θαυμάζοντες, sed etiam χαλεπαίνοντες, modò dixi.

Ἀγάομαι, Inuideor, φθονοῦμαι, Suid. Ἀγαόμενον participium Hesych. exponit Inuidiosum, Admirabile. Item Inuidum.

Ἄγαμαι, itidem vt præcedentia, & vt sequens ἀγάζομαι, pro Admiror, &c. sed illa themata poetica sunt, hoc prosæ scriptoribus cum poetis commune est. Deducitur autem ab ἄγημι inusitato, vt ἔεσμαι ab ἵημι. Eustathius tamen existimat potius ἄσμαι passiuū esse præteritum perfectum, incremento carens, eodem modo factum quo ἔεσμαι ab ἰφλ. εἰπεῖν γὰρ, inquit, ὡς ἐκ τοῦ παρὰ αὐτῶν τὸ ἵημι καὶ τὸ ἄγημι, ὁμοίως τῷ ἵστημι, ἀμφότερον ὅτι. Hæc Eustath. in Il. ξ. qui tamen in Iliad. ι, vtranque deriuationē vt æquè probabilē nobis proponit. Hom. Od. ζ, Ὡς σὺ γυναῖ ἄγαμαί τε τέθηπά τε. (qui locus videri fortasse possit pro iis facere qui ἄγαμαι præter. perfect. esse putant, quòd copulatum sit cum eiusdem temporis verbo.) Xenoph. Præd. ϛ, ὅτι ἄσμαι τὸ παρὸν ἢ ὅσα βεβούλευσαι ἢ ὅσα πεπράχαμεν. Isocr. ad Phil. καὶ γὰρ ἐκείνων ἄξιον ἄγασθαι μᾶλλον τὸν πλοῦτον. Plat. Pol. 2, τὸν φύσει Γλαύκωνος ἠγάμην. Et in infinit. ἄγασθαι. Xenophon, δεῖ τὸ ἄγασθαι αὐτὸν, καὶ ἀνικήτως ἔχειν πρὸς αὐτήν. Sic idem OEcon. cū genit. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἄγαμαι τὸ καθαρὸν τοῦ. &c. vbi Cic. interpr. Miror. Vide pag. 44. mei lex. Cic. Ἀγαίμην ἄν, Pla. 189. Mirarer. Et partic. ἀγασθείς. Idem Ἀπομν. 2, ἀγασθεὶς μὲν ἐαυτοῦ, ἐπαγόμενος δὲ καὶ ζηλοῦντας ὑπὸ τῶν ἄλλων.

Ἄγαμαι, Laudo, Probo. Plato Polit. 1, πάνυ ἄγαμαι ὅτι οὐκ ὀκνηθεὶς μόνον καὶ αἰσχυνθείς, ἀλλὰ καὶ ἀπορήσας πάνυ καλῶς. Vbi notanda constructio à superioribus diuersa. Idem cum accusatiuo, ἄγαμαί σου τὴν ἀπόκρισιν, vbi videtur posse eodē modo exponi. Cum accusatiuo personæ & genitiuo rei videtur hanc ipsam significationem habere, apud Iulianum, ἐγὼ δὲ ἐκεῖνον μὲν, [sub. Δαίδαλον] εἰ καὶ τὴν τέχνης ἐπῃνῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Videtur enim hic ἄγαμαι & ἐπαινῶ pro eodem posuisse. Exponitur etiam alicubi à nonnullis Oblector, & (quod malim) Mirificè oblector. vt in hoc Plat. loco ex Pol. 1, ἐξ ἐγὼ ἀγασθείς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα. Sed hoc partic. est ab Ἀγάζομαι, quod vide paulo pòst.

Ἀγαμένως, aduerb. Mirabiliter, vel Mirificè. θαυμαστῶς, Hesych. A participio Ἀγάμενος (cuius & antè positum exemplum fuit) significante Admirās, vel Admiratus. nam Hesychius exponit θαυμάσας. Arist. Rhet. 3, ἐὰν δὲ ἐπαινητὰ, ἀγαμένως [sub. λέγῃ] ἐὰν δὲ ἐλεεινὰ, ταπεινῶς. Vbi schol. Græcus accepit pro θαυμαστῶς. secundum quam expositionem intelligendum fuerit (vt opinor) de mirifico quodam dicendi genere, & admirationem pariente, vel traducente auditores ad magnam admirationem. Admirationem autem excitat grandis oratio, cui aptè opponetur ταπεινὸς λόγος. Quidam tamen doctissimus vir hic interpretatus est ἀγαμένως Libenter & cum voluptate quadam animi. Sed viderit.

Ὑπεράγαμαι, Demiror, Supramodum miror, Vehemēter miror. ὑπερθαυμάζω, Suid.

Ἄγάζομαι, eiusdē cū præcedētibus significationis: à quo hæc tempora frequenti in vsu sunt apud poetas (quædam & apud oratores.) Præt. imperfect. ἠγαζόμην, (vnde ἠάζετο apud Orph. in Arg.) Fut. ἀγάσομαι. Aor. 1, ἠγάσθην. Aor. medius ἠγασάμην. Et participia, ἀγασόμενος, ἀγαστὸς, ἀγασάμενος (& ἀγαστάμενος apud poetas, sicut & ἀγάασται pro ἠγάσται, & ἀγαστάμεθα pro ἠγασάμεθα, item ἀγάασθαι pro ἀγάσασθαι.) Ἀγάζεσθαι, (pro quo oratores ἄγαμαι) Admiror, Suspicio, Admirationi habeo, vel Admiratione prosequor. Habet accusatiuum rei, vel genitiuū, vel etiam datiuū, & quidem interdū cum præpositione ὑπὲρ: personæ autē vel genitiuū, vel datiuum, vel accusatiuum. Cum accusat. rei, Hom. Il. Ϸ, v. 19, Μῦθον ἀγασσάμενος μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευεν, id est θαυμάσας τὸν, vt schol. exponit. Sic Isocr. Paneg. ἀγασθέντα τὴν δύναμιν

αὐτῶν. At Demosth. genitiuo iungens dixit Pro corona, πῶς γὰρ ἂν ἀξιώσαιτο τοῦ αὐδρὸς ἐκείνου τῆς ἀρετῆς; Cum datiuo autem rei, vt apud Xenoph. Pæd. 6, ἀγαστὸς τοῖς λόγοις. Et cum datiuo iūcto præpositioni ὅτι, apud Suidam, ἀγαστότερος ὅτι τῇ σοφίᾳ. Personæ autē genitiuo iungitur, vt apud eundem Xenoph. ἄγαμαί σε αὐτοῦ ἧς ὁπλομαχίας φίλος αὐτοῦ εἶ. Sic Plato Pol. 1, ἧς ἐγὼ ἀγαστὸς αὐτῶν εἰ ἑκάστης ἕξιν. Datiuo personæ, Xen. apud Suidam, ὅταν ἐμοὶ ἀγαστὸν ᾖ τι σοφὸν ποιῆσαι, pro θαυμαστόν τινα, inquit. Sed rara est hæc constructio. At personæ accusat. habet frequentissimé. Hom. Il. γ, v. 181, Ὡς φάτο· τὸν δ' ὁ γέρων ἠγάσσατο, φώνησέν τε. 1. ἐξεπλάγη, Eust. Sic Xen. Pæd. 7, ἀγαστὸς ἦν τὸν γυναῖκα ἧς καλλοφυεχέως ἀπῄει. ¶ Quum autem simul casui rei & personæ iungitur, tum vel personæ accusatiuum, rei genitiuum, vel contrà, rei accusatiuū personæ genitiuum habet: vt ἠγάσθη αὐτὸν τῆς σοφίας, vel ἠγάσθη τὴν σοφίαν αὐτοῦ. Xenoph. Pæd. 2, ὅτι ὁ Κῦρος ἀγαστὸς τῆς τε σοφίας. Idem Sympotio, ἀλλά τι θεοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Hoc enim posterius exemplum proponit Budæus vnius constructionis verbi ἄγαμαι duobus casibus iūcti: (nam mutuatur ἄγαμαι sua tempora ab hoc ἀγάζομαι) pro alterius autē exēplo, hæc Iuliani verba, ἐγὼ δ' εἰ καὶ Δαίδαλον τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι. Verùm sciendum est, quum dicitur ἠγάσθη αὐτὸν τῆς σοφίας & Δαίδαλον τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι, secundum quosdam grāmaticos subaudiri ἕνεκα: (quod & sensisse videtur Suidas.) subaudietes autem ἕνεκα, genitiuum illum rei ab eo regi dicemus. Et sic videri possit in illo quoque Demosthenis loco paulo ante prolato, πῶς γὰρ ἂν ἀξιώσαιτο τοῦ αὐδρὸς ἐκείνου τῆς ἀρετῆς, iungendus esse genitiuus ἀρετῆς cum ἕνεκα subaudito. Quod autē ad alteram constructionem attinet, quum dicitur ἠγάσθη τὸν σοφίαν αὐτοῦ, σοφίαν quidem ab ἠγάσθη, pronomen autem αὐτοῦ à σοφίαν regi, non itidem ab ἠγάσθη, existimo. Sic in illo Isocr. loco in Paneg. ἀγαστὸν τὸν ἀρετὴν αὐτῶν. Sic & in illo quē Budæus ex Xenoph. affert loco, ἀλλά τι θεοῦ πολλὰ ἄγαμαι. Atque ita neutra harū duarum constructionum duplex fuerit. ¶ Interdū copulantur ἀγαστὸν & θαυμαστόν. Plut. in Publicola, ἀγαστὸς καὶ θαυμαστὸς τὸ τρόπαιον. Idem in Theseo, ἐκ τὸ καλὸς ἐπιθυμᾶσι, καὶ πῶς πολλοὶ ἠράσθη. Sic Homerus ἄγαμαι & πίφαυσκε copulauit. vide Ἄγαμαι. ¶ Notādū præterea Hesychiū, sicut vno in loco ἀγάσαι vocem actiuam exponit θαυμάζειν, ita in alio ἀγαστὸς exponere voce passiua θαυμαστὸς, id est Admirationi habitus.

Ἀγάζομαι, Veneror. Anth. epigr. libr. 1, — σὺ μὲ χρυσαυγέι πώλῳ ἧκες, ἢ τλήμων Ἴλιος ἠγασάμην. Hesychio quoque ἀγάζεσθαι inter cætera est σέβεσθαι, quam significationem Etymol. πᾶς ἀγάζειν tribuit.

Ἀγάζομαι, Indignor, Succenseo, Il. τ, — ἔφατο Ποσειδάων ἀγασσάσθαι Ἥρῃ. & Od. κ, Ἀλλ' ἔτι δή μιν ταῦτα ἀγασσάμενος ἐκέρτομες, id est ἐμεμψάμενος, inquit Eustathius. Legitur autem & ἀγαζόμενος Item Il. ξ, — καὶ μή τι κότῳ ἀγάσσεται ἔμμεναι ἔκας. Et cum accusatiuo rei, Od. β, — ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα. Sic idem ὑβριστὴν ἀγασσάμενος dixit. Sed in locis huiusmodi δίκῃ subaudiri grammatici quidam putat: vt paulo antè dictum est ἕνεκα subaudiri in illo genere loquendi, ἠγάσθη αὐτὸν τῆς σοφίας. Sic & apud Latinos poetas Indignari accusatiuo iunctū reperitur. ¶ Hesych. & Etym. has significationes ἀγανακτῶ & βαρέως φέρει (id est Indigitatur, Ægrè fert) tribuunt voci actiuæ Ἀγάζει. Idem Hesych. habet ἀγασμένον, μεμψιμοιρούμενον, fortasse pro μεμψάμενον.

Ἀγάζομαι, Inuideo. Il. ρ, — εἰ μή οἱ ἀγάσσατο φῶτας Ἀπάλκων. Il. ψ, — ἀγασσάμενοι φίλον υἱόν. Cum accusatiuo rei, Od. η, Ἀλλὰ τὰ μὲν πού μέλλεν ἀγάζεσθαι θεὸς αὐτός. Vide suprà Ἀγάσσατο Hesych. quoque ἀγάσασθαι (sicut & ἀγάσθαι) vult esse φθονῆσαι.

Ἀγάζομαι, Hesychio, præter has significationes, est etiam βλασφημῶ, id est Lador: & κάμνω id est Laboro: & λυποῦμαι, i. mœreo: & λιπαρῶ, id est obsecro: & περισσεύω, id est redundo. Quæ significationes tam differentes inter se, & ab iis etiā discrepantes quæ passim apud Græcos scriptores extant, valdè mihi suspectæ sunt. sicut & alia propè infinita apud Græcos lexicographos errores suspecta, plurima iam conuicta etiam erroris leguntur.

A Quā de re semel hoc in opere admonere visum est: ne quis nos, quæcunque huiusmodi sunt, ab eo separasse miretur.

Ἄγασμα, ατος, τὸ, Veneratio, Vel, Quod veneramur. ἀγάσματα, σεβάσματα, Suidas, Hesych. Eust.

Ἀγαστὸς, ἡ, όν, Admirabilis, Admiratione summa dignus. Xenoph. Ἑλλ. 2, ἑαυτῶν ὃ κρίνω τε αἰεὶ ἐς ἀγαστόν. Est alio qui rara vox in oratione soluta. ¶ Apud Homerum autem εἶδος ἀγαστὸν, vel ἐκπληκτικὸν, id est Stuporem afferens: vel ὀπιφθονον, Inuidiosum, Eustath.

B Ἀγαστὸς, οῦ, ὁ, Inuidus, βάσκανος Hesych.

Ἀγάσσος autem (si mendo caret) à secunda persona ἤγασαι (vt ἀγαστὸς à tertia ἤγαστο) fuerit deriuatum. significat autem τὸ ἀγάσσον Hesychio εὔδοξον, id est celebre.

¶ Apud eundem Ἀγαστὸς legitur expositum φθόνος, id est inuidia. item στοιβερὸν. si mendum non est.

¶ Ἀγαθὸς, οῦ, ὁ, ex ἀγασὸς, (inquit Eustath.) abiecto σ, & mutato γ in θ. Idem tamen ἄγαν hac voce includi tradit, vt infrà dicetur. Ἀγαθὸς ἀνὴρ, Vir bonus, Vir probus. ἀγαθὴ γυνὴ, Mulier proba. Plat. & Xen. Cui opponitur κακὸς, siue πονηρός. Cicero apud Platonē ἀγαθὸν vertit Probum, item Virtute præstantem. Idem Xenophontis hæc verba, ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ εὐδαιμονεῖς, interpretatur, Quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. Vide à me editum Ciceronianum lex. Græcolatinum. Καλὸς καὶ ἀγαθὸς, vide in καλὸς. Ἀγαθὴ τύχη, vide in τύχη. Ἀγαθοῦ δαίμονος, vide in δαίμων.

Ὦ γαθὲ pro ὦ ἀγαθὲ, Compellatio quædam illi Latinæ ferè respondens, Bone vir. Nonnunquam (vt & ὦ βέλτιστε, ὦ λῷστε) videtur idem sonare quod Amabo te, Obsecro te.

C Ἀγαθὸς, Fortis, Strenuus, ἀνδρεῖος, ἡγεμονικὸς: vt viciſſim κακὸς, Ignauus, ἄνανδρος. Hom. Il. ρ, Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλτιστ' ἀπέειπας ἔμπεν ἀφεῖναι, Ἠ' κακὸν, ἠ' ἀγαθόν. In eadem significatione opponuntur inter se à Thuc. lib. 2, καὶ οὐκ ἀνδρὸς μὲν φανῆναι οὐδενὶ κακῷ ἡγεμόνι. ὧν δέ τις καὶ βουληθῇ καλὰ εἰπεῖν τῇ πρὸς τοὺς ἐναντίους ζημίᾳ οἱ ἀγαθοὶ πιστοῦνται τοῖς πολίταις ἄθλοις ἀρετῆς.

Ἀγαθὸς, Prudens. Suid. Et in hunc Il. τ, versum, Μηδ' οὕτως ἀγαθὸς σὺ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Eustath. ἀγαθὸς hic vel strenuum vel prudetem significare. Sic verò & apud Thucydidē βέλτιστοι τῶν ἀνθρώπων quidam ex veteribus intellexerunt dictum pro φρονιμώτατοι.

Ἀγαθὸς, Diues, Opibus potens. Od. ο, Οἷά τε τοῖς ἀγαθοῖσιν ὀφέλλουσιν χάριτες.

Ἀγαθὰ πρόσματα, Res secundæ, Res prosperæ. Thuc. lib. 3, ἐν μὲν γὰρ εἰρήνῃ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς πρόσμασιν.

Ἀγαθὴ δαὶς, Lautum & opiparū epulum. Il. ψ, Καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι ἐν κλισίῃσιν. Gall. ad verbum, Vn bon banquet. Eustath. tamen frugale epulum exponit.

D Ἀγαθὸς, Præstans, Excellens: sæpe cum accusatiuo, subaudita præpositione κατὰ, vt -- βοὼν ἀγαθὸς Μενέλαος, passim apud Homerū. Sic ἀγαθοὶ τὰ πέζικα, Xen. Pæd. 1. Idem ibidem, ἐν τοῖς πολεμικὰ ἀγαθοὶ, Excellentes in rebus bellicis, id est bellicosi, strenui milites. Pro eodem, ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον, Plut. in Themistocle. ¶ Aliquando præpositione εἰς accusatiuo præfixa, vt ὧν αἰεὶ ἐς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, Idem Plut. in Publ. ¶ Item cum datiuo, præfixa præpositione ἐν, vt idem ibidem, ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος.

Ἀγαθὸς, Peritus rei alicuius, vel potius, Bene peritus, Aptus ad rem aliquam. Cum infinitiuo, Ælianus, οἱ Κρῆτες εἰσὶν ὀϊστεύειν ἀγαθοὶ, Cretenses artis sagittandi sunt peritissimi. Polyb. 6, ἀγαθοὶ γὰρ μάλιστα εἰσὶν ἐν καὶ ζηλῶσαι τὸ βέλτιστον Ῥωμαῖοι. Sic apud Virgilium, Boni calamos inflare. pro, Periti inflandoru calamorum. ¶ Aliquādo ἀγαθὸς cum substantiuo idem significat: vt quū dico ἀγαθὸς σκυτοτόμος, bonus sutor, id est, artis sutoriæ bene peritus; sic ἀγαθὸς στρατιώτης, bonus miles, id est, artis militaris peritissimus, inquit Eustathius. Item in quodā loco quem citat Suidas, ἀγαθοὶ ἀκοντισταὶ, pro ἀγαθοὶ ἀκοντίζειν, id est, Boni iaculatores, pro Bene periti iaculandi: vt viciſſim in loco Æliani pro τοξεύειν ἀγαθοὶ dicere possis, τοξοβολικοὶ ἀγαθοὶ. ita enim hæc loquēdi genera cōuertūtur. Sic Gall. Bō.

Ἀγαθὸς, Vtilis, cum datiuo personæ, vt apud Homerum, Διὸς νόος οὐκ ἀγαθὸς φίλῳ υἱεῖ αἰδοίῃ περ ἐόντι. Interp-

dum etiam cum datiuo rei, vt ἀγαθὸς τούτῳ, Vtilis ad hoc. ‖ Apud Theophrastum cum genitiuo rei, vt in lib. De hist. plantarum, ἀγαθὸς τῆς ἰερᾶς νόσου, & ἕρπητων, & κολλωδῶν, & ἑλκῶν, pro Vtilis aduersus comitialem morbum, serpentes, &c. ‖ Apud eundem cum accusatiuo, præcedente πρός, idem valet, vt ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη.

‖ Ἀγαθόν, οῦ, τό (substantiuè) Bonum. vt, ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγενόμενος, id est, interprete Cicerone, Ipsum bonum crescēdi accessionem nullam habet. Interdum & præposito articulo τὸ ἀγαθόν, vel τἀγαθόν. Epicurus apud Athenæum, οὐ γὰρ ἔχω ἀνύσαι ποῖόν τἀγαθόν, ἀφαιρῶν μὲν, &c. Quæ verba sic reddit Latinè Cicero, Nec equidem habeo quod intelligam bonum illud, detrahens eas, &c. ‖ Tradunt quidam, à Græcis scriptoribus, ac præsertim ab Aristotele, obseruari, vt ἀγαθὸν non præfixo articulo vsurpetur de quolibet bono: at præfixo articulo, de summo illo bono. Quibus fortasse hic Cicero videri possit ideo pronomen illud addidisse: sed id non perpetuum esse animaduerti.

Ἀγαθόν, Commodum, Emolumentum, Vtilitas. vt, ὅταν τὰ οὐδεμίαν φέροντας, οὐδὲ ἀγαθοῦ κτῆσιν οὐδενός, συμφορὰν δὲ τῇ τυχούσῃ τῶν πολιτῶν, &c. Demosth.

Ἐπ' ἀγαθῷ, Thuc. lib. 5, ἐπειδὴ Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ὅτι καταδουλώσασθαι τὴν Πελοπόννησον ἀπορᾶσι καὶ ξυμμαχίαν πρὸς Ἀθηναίους ἔσεσθαι ἡγοῦνται. id est, ὅτι συμφέρει, vt schol exponit. Aliquando & genitiuus additur, vt, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν, Xen. Pæd. 7. id est, Commodo Cyri & Persarum. Interdum cum datiuo, vt Aristoph. Ranis, Ἐπ' ἀγαθῷ τοῖς πολίταις. Item, σοὶ τοῦ σοῦ ἀγαθῷ Xen. Pæd. 3, σοὶ τοῦ σοῦ ἀγαθῷ πειρωμένοις πωλεῖσθαι, ἢ σοὶ τῇ σῇ ζημίᾳ. Id est, Cum tuo emolumento, aut cum tuo damno, siue detrimento. Opponit enim hic ἀγαθὸν & ζημίαν.

Ἀγαθὸν cum infinitiuo. Hom. Il. ω, -- ἀγαθὸν δὲ γυναικὶ ᾧ ἐν φιλότητι μίσγηται. Sub. ἐστί, i. Cōfert, Vtile est, iuuat.

‖ Ἀγαθά (pluraliter) Bona, Opes, Copiæ, Facultates, Fortunæ. Lysias in oratione κατ' Ἀγοράτου ἐν δίκῃ ἕξεως, Τὸν πατρῷον πατέρα ἀφείλετο ἃ ἐμοὶ ὑπῆρχεν ἐκείνῳ ἀγαθά. Significat & cuiusuis generis bona: vt apud Xenophontem Pæd. 4, πολλὰ μὲν πρόβατα, πολλοὶ δὲ βόες, πολλαὶ δὲ ἅμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί. Id est, Multæ pecudes, multi boues, multa plaustra multis bonis referta.

Ἀγαθά, Commoda, Emolumēta, Beneficia. Xenoph. Pæd. 4, πολλοῖς δὲ πολλὰ δι' φιλανθρωπίαν ἤδη τῶν πάντων ἀγαθὰ διαπέπρακται. Res secundas Cicero interpretatur, quum hanc Stoicorū definitionem, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit, Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas. Atque hic substātiuè ponitur ἀγαθοῖς. Interdum additur substantiuum πρᾶγμα, vt in loco Thucydidis modò citato.

Ἀγαθὸν vel ἀγαθὰ πάσχειν, Commodum vel commoda percipere, Beneficio siue beneficiis affici. ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, Beneficia conferre in aliquem. Lysias, Ἐξ οὗ ἐλπὶς ἐγένετο τούτου τἀγαθὸν πίσεσθαι; Isocr. in Euag. encomio, καὶ ποιῶν καὶ πάσχων πλεῖστα ἀγαθά. Luc. in Toxaride, Ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο. Id est, Siquod aliud beneficium in vos contulerunt, Si qua in re præterea vobis commodarunt, Siquid præterea de vobis benemeriti sunt.

Ἀγαθὰ φρονεῖν τινι, Alicui cupere, Bene velle alicui. Hom. Od. α, -- ἀλλ' ὅ φρίνας Αἰγίσθοιο Πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων. & Il. ω, Οὐ μέν πω τοιόν γε κακὸν οὐδ' ἀεσίφρονα πάμπαν, Ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέουσα.

Ἀγαθά, Virtutes, Dotes. Isocr. De pace, τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτήμασι καὶ παιδείαις ὧν δεόμεθα τοὺς χαλεπωτάτους. Xen. περὶ ἱππικῆς, Οὕτω καὶ ἵππου πολεμιστηρίου οὐδὲν ἂν ὄφελος εἴη, οὐδ' εἰ τἆλλα πάντα ἀγαθὰ ἔχοι, κακὸν τοῦτο εἰ εἴη, Id est Etiamsi alias omnes dotes habeat.

Ἀγαθὸς nullum comparatiuum nec superlatiuum habet (inquit Eustathius) propter significationem aduerbii ἄγαν illo inclusam: sicut nec δῖος, quia summam excellentiam denotat. nam vt δῖότερος aut δῖότατος non dicitur, ita apud nullum Græcum scriptorem ἀγαθώτερος aut ἀγαθώτατος inueniri scribit Ælius Dionysius. Citatur tamen ex calce cuiusdam epistolæ Synesii, τὸν ἀγαθώτατον ἐπαῖρει πλεῖστά μοι ποθοῦντα. Irregulares autē cōparatiui sunt, βελτίων, ἀμείνων, κρείττων, ἀρείων, λωίων. superlatiui, βέλτιστος, κράτιστος, ἄριστος, λῷστος. quorum comparatiuorum & superlatiuorum inuenies vnumquenque in βελτίων.

Ἀγαθῶς (aduerb.) Vtiliter, apud Hippocratem. συμφερόντως, Erotian.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, Bonitas, Probitas. vt à κακὸς fit κακότης.

Ἀγαθότης (inquit Bud.) pro θεότης, de Deo dictū. Greg. 155.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, Idem. At in Ecclesiastico nouc pro felicitate & rebus secundis vsurpatur. Scribi autem debet ita, non ἀγαθοσύνη per ο, secundum Moschopuli & aliorum quorundam regulam.

Ἀγαθεύς, οῦ, ὁ, Adiect. ἀγαθεὰ Suidas exponit σπουδαῖα. id est Proba, Rectè & cum virtute facta vel dicta.

C. Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, Boni principium, vel Boni principatus. Dē Deo dicitur à Dionys. Areopagita. Hinc adiectiuum Ἀγαθαρχικός. vnde ἀγαθαρχικὴ τελετὴ ab eodem appellatur. Ex ἀγαθὸς & ἀρχή.

C. Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, Bonorum dator, vel boni: ἀγαθοδότις, fœm. gen. Bonorum datrix, apud Areop.

C. Ἀγαθοειδής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Boni formam habens. Ex ἀγαθὸς & εἶδος.

C. Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, Bonorum delectus. Suid. Ex ἀγαθὸν & θέλω. Vnde ad verbum sonat, Bonorum voluntas. i. Ipsa affectio qua volumus quæ bona sunt.

C. Ἀγαθολογέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Bonum dico, vel Bene dico, siue Bene loquor de aliquo, Laudo aliquem. Cum accusatiuo, Eustath. Huic opponitur κακολογῶ. Ex ἀγαθὸν & λέγω.

C. Ἀγαθοποιέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα. Bene facio alicui, Bene mereor de aliquo, Beneficia confero in aliquem. cum accusatiuo. Aliquando absolutè, pro Rectè vel Recta ago. In vsu est præsertim apud Eccles. scriptores. Ex ἀγαθὸν & ποιῶ.

Ἀγαθοποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Bonum vel bona efficiens, Bonorum effector. vt, ἀγαθοποιοὶ ἀποῤῥήτων, Alex. Aphrod. Exponitur & Munificus, Beneficus, id est liberalis.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, Boni efficientia, vel Bonorum effectio, seu Beneficiorum collatio.

C. Ἀγαθοπρεπής, ές, ὁ καὶ ἡ, Beneficus, Benignus. Ad verbum, Bonum vel bonos decēns, Bonis conueniens. Ex ἀγαθὸς & πρέπω. Hinc aduerbium apud Areopagitam, ἀγαθοπρεπῶς, pro Benignè, Vt eum decet qui bonus est. Bud.

C. Ἀγαθοπρεπία, ας, ἡ, siue Ἀγαθοπρέπεια, Boni efficientia: aut Boni perfectio: seu Bonitas perfecta. Citatur ex Dionys. Areopagita.

C. Ἀγαθουργέω, ῶ. Fut. ήσω. P. ηκα, Compositum verbum ex ἀγαθὸν & ἔργον, eadem formatione qua εὐεργέω, σπουργέω, &c. Significat, Bene facio, Bene operor, Bonum siue bona facio. Item, Beneficus sum, Beneficentia prosequor.

Eſt αἰὼν & generaliter Concertatio quæuis ſeu contentio, Studium & Contentio vehemens circa rem quampiam. Qua in ſignificatione Iſocrates pluralem etiam numerum vſurpat, ſiue pro conatibus qui ſumma contentione fiunt. Demoſth. Pro corona, τὸν δ' ὑπὲρ τῆς μὲν χώρας ταῦτα αἰῶνα ἴσμεν ὑμᾶς ἅπαντα ποιησαμένους. Quod ita dictum puto vt Lat. lucrari ne hoc fieret, vel Contendi ne, &c. Et εἰς αἰῶνα καθίστασθαι πρέπειν, quod Cic. In cōtentionem venire de re aliqua. Plut. in Symp ſap. de vulpe loquens, ἐπειδὴ μὲν γὰρ εἰς αἰῶνα πανουργίας κατέστησε πρὸς τὸν πάρδαλιν. vbi etiam obſeruādum πανουργίας pro πρὸς πανουργίαν. Dicitur & αἰῶνα ἀγωνίζεσθαι. Cicero αἰῶνα ſtudium cōtentionis interpretatus eſt: ad Atticum lib. 1, Cætera non poſſunt habere eandem neque vim, neque venuſtatem, remoto illo ſtudio contētionis, quem αἰῶνα vos appellatis.

Αἰὼν, Actio fabulæ in ſcena. quæ ſignificatio ad primam reduci poteſt. Non enim eſt ſimpliciter Actio fabulæ, ſed de qua certatur in theatro. Ariſtot. De poetica, ἐπεὶ γὰρ τῆς τραγῳδίας δυοῖν αἴτιον καὶ οἷον αἰὼν ἡ μίμησις ἐστὶν ἡμῖν.

Αἰὼν, Actio forenſis. αἰῶνες, inquit Budæus, dicuntur à Plutarcho Actiones forenſes, id eſt δίκαι. Sed exemplum non profert. puto autem hunc ipſius Plutarchi locum in Alcibiade pro exemplo nobis eſſe poſſe, ὅτι μικρὸν γὰρ ἴδια καὶ πρόχειρα ἰδίων μᾶλλον ἢ φέρει ἀγῶνας ὁ δῆμος. Sic Iſocr, in Paneg. ὥστε οὐ δεῖ τοὺς μὲν ὑπὲρ ἐλαττόνων πραγμάτων [λόγους] ποιεῖν τοὺς αἰῶνας τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων ποιουμένους. ¶ Αἰὼν (inquit Bud.) Iudicium, Periculum: vt καταστῆσαι εἰς ἀγῶνα: & καταστὰς εἰς αἰῶνα, Poſtulatus, Reus, Qui in reatu eſt (vt periculum Latinè reatum ſignificat.) Demoſth. aduerſus Nexarā 145. & alibi. Sic & Lyſ. Apud Plat. Pol. 6, εἰς ἀγῶνα καθιστάναι, Periculū creare, In diſcrimen vocare, Accuſare. quum dicit, καὶ ἰδίᾳ ὀλιγωλιάσαντες, καὶ δημοσίᾳ εἰς αἰῶνα καθίστης. Hactenus Budæus. qui interpretatur etiam Negotium faceſſere: ſed hanc interpretationem omiſi, vt quæ ſignificationem det his verbis nimis latè patentem. Libanius ἀγῶνα καθιστάμενον ἀπαγγέλλειν dicit. Notandū eſt autem ἀγῶνα & κρίσιν ab Iſocrate, itidem ἀγῶνας & κρίσεις à Demoſthene copulari: quum dicit in orat. Pro corona, οἶμαι περὶ πάντων, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀγῶνος, καὶ κρίσεως πικρᾶς καὶ μεγάλης ἐχούσης τὸν ὄρθιμα. Iſocr. in Panath. εἰς αἰῶνα καὶ κρίσιν καταστάντων. Idem Demoſthenes contra Midiam ἀγῶνα & κίνδυνον copulat: dicens, εἰ μὴ ἦν ἐν τοῖν αἰῶνι μηδὲ κίνδυνος. ¶ Sciendum eſt & hoc, αἰῶνα non ſignificare periculum eo dumtaxat ſenſu quo pro reatu vſurpatur à Latinis, ſed & ſecundū primam vocabuli ipſius ſignificationem: vt apud Xenoph. Præd. 3, νῦν γὰρ πρὸς ψυχῶν ἤδη ὑμῖν ὁ αἰὼν. Id eſt, Nunc enim vita vniuſcuiuſque veſtrûm adducitur in periculum, Nūc quiſque veſtrûm venit in diſcrimen de vita. Sic & apud Euripidē in Medea, Καὶ περὶ αἰῶνι μεγάλῳ ἢ κακὸν λαβεῖν, Ἢ χρηστὸν, &c. Id eſt, Et hac in re magnum diſcrimen eſt. vel potius (vt ego alibi interpretatus ſum) Res eſt plena aleæ & periculi. Eodem modo vſus eſt Thucydides hoc nomine, cum duobus infinitiuis, præfixam habentibus particulam ἢ, lib. 2, ὁ δὲ αἰὼν μέγας ὑμῖν ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἀλκὴν τῇ ναυτικῇ, ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι, &c. Exiſtimo Ciceronem ad iſtam ſignificationem vocis huius alludentem, certamen & diſcrimen aliquando copulaſſe. Sed & dimicationem eodem ſenſu & eodèm reſpiciens vſurpaſſe mihi videtur, quum dixit, Qui me amor ſubuenire olim coegit impendentibus periculis, maxima cum dimicatione capitis. ¶ Ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις pro Moleſtiam exhibere hominibus, citatur ex Eſaiæ cap. 7.

C. Προαγών, (q.d. Præcertamen) Præludium certaminis, vt Plut. ἀγροῦ θηρεύοντος τὸ μεγαλῶνος, ὡς ἔχει ὁ αἰὼν πόλεως ὁπλιτεύοντος. Idē. in Bruto μεγαλῶνες, excurſiones ante pugnā, inquit Bud. ¶ Προαγών, Præluſio actionis oratoriæ, inquit idem Bud. Sic δίκης μεγαλῶνες, Plut. in Pompeio, ἐθηρεύοντο δὲ αὐτοῦ τὰς δίκης μεγαλῶνες ὡς ὀλίγοι πρὸς τὸν κατήγορον. Æſch. 61, Demoſth. 255. Ἀνδροπίωνος. Erant autem μεγαλῶνες apud Demoſthenem καὶ οἷς εἰσάγονται αἱ γραφαὶ, πρὶν διαγινώσκεσθαι, vt notatur apud Demoſthenem 203. Vulgaria lexica teſtantur in priore illo Plutarchi loco μεγάγωνος legi, non μεγαλῶνος: ſed mendoſa eſt illa ſcriptura.

C. Ἀγωνάρχης, ου, ὁ, Certaminū præſes. Sophocles in Aiace, Καὶ πάμα πύκα μάλ' ἀγωνάρχαι ξυνὸς Θήσευ' Ἀχαιοῖς. Suidas ἀγωνάρχαι exponit per ἀγωνοθέται, quod nomen paulo pòſt declarabitur. Euſtathius ait Bœotis αἰῶνα dici ἀγεραί. vnde ἀγερασιόμος qui ἀγωνάρχης.

C. Ἀγωνοδείκης, ου, ὁ, Deſignator. nam ἀγωνοδείκας Heſychius exponit βραβεῦτας. Deſignatores, inquit Vlpianus, quos Græci βραβεύτας appellant. Videtur autem ἀγωνοδείκης ex αἰὼν & δίκη eſſe compoſitum: vt ſit iudex certaminum. βραβεύτης tamen potius reſpondet τῷ ἀθλοθέτῃ, id eſt Munerarius. Vide aliud compoſitum ἀγωνόθετης quod proximè ſequitur.

C. Ἀγωνοθέτης, ου, ὁ, Agonum præſes & iudex, id eſt certaminum, Certaminum arbiter, Certaminum moderator. Componitur ex αἰὼν & θέτης, quod in compoſitione tantùm vſurpatur, & poſitorem ſignificat, vt in νομοθέτης: ſed hic diſpoſitorem potius ſonat. nam Euſtathius ἀγωνοθέτην exponit μὲ ἕξιν αἰῶνας διατιθέμενον, id eſt, qui certamina bene diſponunt & adminiſtrant. hoc eſt, omnia quæ ad certamina pertinent. Luc. in Nigrino, λαμπρὸν μὲν γὰρ πᾶν τὸ πολιτῶν ἀγώνων ἐφεστὼς τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βασιλεὺς ἔχων ἐμάστευε θεωρούς. Iudicē ludis præſidētem, B.

Ἀγωνοθέτην, inquit Valla, Græci vocant eū qui certa-

mini præsidet propositis præmiis, vt apud Homerum Achilles,& apud Virgilium Æneas.Idem Valla munerariũ vertit.Sed munerarius potius est ἀθλοθέτης. siquidem ἀθλοθέτης ex ἆθλος & θέτης est factum, quasi Præmii aut præmiorum positor. Ait autem Suidas ἀγωνοθέτειν esse in scenicis(sub.certaminibus:)ἀθλοθέτειν in gymnicis.Hesychius ex Nicandro eãdem differentiam affert, musica vocans quæ Suidas scenica.

Ἀγωνοθετέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Præsum certaminibus, Omnia moderor & rego in certaminibus. Thucydides, αἵπερ ἐπ' ὑμᾶς ταύτῃσι ἀγωνοθετοῦσιν. id est, Qui perperam hæc certamina constituitis, vt vertit Bud.

Ἀγωνοθεσία, ας, ἡ, Agonothetarum munus, siue officium. Constitutio & ordinatio certaminis,id est eorum quæ ad certamen pertinent. ¶Ἀγωνοθέτης per ι citatur ex Sophocle pro ἀγωνοθεσία.

¶ Ἀγώνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, Ad certamen pertinens. Pindarus in Isthm. hym. 4, ἀγώνιους ἄεθλους vocat labores certaminũ,qui sunt circa certamina, periphrasticè pro ἀγῶνας, vt opinor. alioqui enim ἄεθλος & ἀγὼν itidem certamen significant. Ἀγώνια ἀγαθὰ vocat Gregorius Nazian.in lib. De vita in solit. transf. Bona contentione summa comparanda,Bud.interprete.

Ἀγώνιος Mercurius à Pindaro dicitur in Isthm.hym.2, certaminum præses: πάντα δ' ἐξεπιστᾶν ὅσα ἀγώνιος Ἑρμᾶς Ἡροδότῳ ἐπόρευ, &c. Eodem sensu ἐναγώνιον eum appellat in Pythis. Hesychio quoque ἀγώνιοι θεοί sunt certaminũ præsides. At Eustathius ἀγωνίους θεοὺς vult esse apud Æschylum ἀγοραίους, id est fori præsides,aut qui in foro coluntur: vt Suidas ἀγοραῖον Mercurium appellari ait ex eo quòd colatur ἐν ἀγορᾷ,id est in foro.

Ἀγώνιος, Angulo carens,vide infrà. item Ἀγώνιος ab ἀγωνία,vide post ἀγωνία.

C. Ἐναγώνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, Ad certamina pertinens, Certaminibus conueniens,seu iudis aut spectaculis.vt Plut.Symposio dixit de Arione, τὸν γὲ ἐναγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος κόσμον, ornatũ certaminum,siue commissionum. id est,quo solebat vti in certaminibus & commissionibus. Lucianus autẽ ἐναγώνιον νόμον dixit legem athleticã, vbi scribit, μονομαχοῦσι πρὸς νόμον τὸν ἐναγώνιον. Sic & ἐναγώνιος appellatur Mercurius ab Aristoph.in Pluto, tanquam certaminum præfectus & ἀγωνοθέτης, vel ἀγῶνας ποιῶν,sequendo genus loquendi quo ibidem vtitur. ¶Ἐναγώνιος,Qui in certamine versatur.Bud.exChrysost. in epist.ad Titum,cap.1,τοῖς μὲν παλαιοῖς ἀνδράσιν ἅπας ὁ βίος ἦν ἀγὼν καὶ ἐναγώνιος,ἡμῖν δὲ ῥᾳθυμίας μεστός. Itẽ Ἐναγώνιος Ad certamen compositus & comparatus, Certamini accinctus.Synes.epist.67, ἔστι γὰρ εὐεξία,καὶ ὁ δῆμος παρῇ πάλιν ἑστὼς καὶ ἐναγώνιος. A Plut. ἐναγώνιος ἐσθὴς appellatur quæ & στρατηγική,(Lat.paludamentum) quæ in prælio gestabatur.q.d. Vestis militaris. In vulg.lex.ex Bud. epist.post.citatur ἐναγώνια ἔργανα,pro instrumentis quibus in bello vtũtur.Et ex Polybio, προσκαλούμενος ἐξ ἀμφοῖν ἐναγώνιος,pro Certamẽ vtrinque adhortatio. At Budæus apud eundem Polybium κατὰ τὰς ἐναγωνίους πυκνώσεις interpr.In pugna conferta. ¶Et quia ἀγὼν vocatur interdum actio forensis, ἐναγώνιος pro forensi ponitur nonnunquam,vt à Dionys. Halic. qui etiam ἐναγώνιον ac δικανικὸν pro eodem interdum vsurpat,vt Bud. obseruauit.In vulgaribus lexicis ex Sulpitio Victorino ἐναγώνιος λόγος exponitur Certatiua oratio, vt idem sit quod ἀγωνιστικός.

Ἐναγώνιος, Trepidus,vide post Ἀγωνία.

C. Ἐξαγώνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, Ad certamen no pertinẽs, Qui est extra certamẽ, ἔξω τῆς ἀγῶνος.Metaphoricè ἐξαγώνια vocantur Quæ ad causam non pertinent, vel ad ipsam quasi concertationem causæ : aut generalius Quæ ad rem de qua agitur non pertinent:quæ sunt παύεργα, vel ἀπροσδιόνυσα.Luc.ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐξαγώνια, καὶ πόρρω τοῦ πράγματος,(quod alibi dicit ἔξω τοῦ ἀγῶνος, vt suprà docui)id est, Hæc ad rem de qua agimus, non pertinent, Hæc sunt per digressionem dicta,vt interpr.Budæus: addens, παρεξαγωγὴν opponi ἐναγωνίῳ. Talem huius vocis ἐξαγώνιος vsum Suidas ex Æschine affert.

¶ Ἀγωνίζομαι. F. ίσομαι (& Atticè ἀγωνοῦμαι, vsitatissimũ) P. ίσμαι,Certo, Certamen ineo,In certamen venio,Dimico.Absolutè positum aliquando, vt ἐπειδὴ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγωνιῶντο. Apud Philostratum nonnunquam cum accusatiuo, vt ἀγωνίζομαι τὰ ὀλύμπια. Sic ἀγωνίζομαι ἀγῶνα, apud Platonem, & ἀγωνίζομαι μάχην,apud Plutarchum & ἀγωνίζεσθαι σταδίου, apud eundem Currere stadium, vt loquitur Cicero. id est, inire certamen cursus in stadio. Sic autem & ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα (quod exponitur Agere fabulam) proprie est Actione fabulæ certare aduersus alium. Vide infrà. Dicitur & ἀγωνίζομαι πρός σε, aut σοί(Tecum certo, Congredior tecum) cum accusatiuo personæ, præfixa præpositione,aut cum datiuo. vt Xen. Pæd. 1, ἴσως ἔστιν ἃ οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον. Vbi non solùm accusatiuus est personæ,sed & accusatiuus rei.vt ita dicere liceat,ἀγωνίζομαι τοῦτο πρός σε, Hanc rem decerto tecum.pro,hac de re tecum certo.Cum περὶ autem,vt Dem.Pro corona, ἀγωνιζόμενον περὶ τοσαυτίων καὶ τιμῆς καὶ δόξης.Dicitur & cum ὑπὲρ, sed alio sensu.nam ἀγωνίζεσθαι περὶ δόξης dicitur is qui de gloria certat siue dimicat,aut assequenda,aut conseruanda: at ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ ἐλευθερείας,apud eundem Demosth. ibidem est dimicare pro tuenda & conseruanda libertate.

Ἀγωνίζεσθαι,Præliari, Prælium inire,πολεμεῖν, apud Xenoph.in ἵππαρ. vt ἀγὼν significat aliquando πόλεμον.Sic apud Thucydidem lib. 1, ἔξεσι πρὸς αὐτοὺς πλέοσι ναυσὶν ἀγωνίζεσθαι.

Ἀγωνίζεσθαι, Agere fabulam, id est ὑποκρίνεσθαι. vt ἀγὼν Actio fabulæ,apud Aristotelem De poetica.Est autem propriè ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα, Actione fabulæ certare aduersus alium, Agere fabulam proposito aduersus aliquem de ea certamine. quo sensu ad primam significationem pertinet τὸ ἀγωνίζομαι. Ponitur tamen ἀγωνίζεσθαι δρᾶμα simpliciter pro ὑποκρίνεσθαι. nam pro eodem à Demosth. ponuntur eodem in loco orationis περὶ παραπρεσβείας ἀγωνίζεσθαι, διηγεῖσθαι(inquit Bud.) Aristot.de poeta in persona sua loquente.

Ἀγωνίζεσθαι, Certare iudicio, vt faciunt qui causam orant apud iudices.Ἀγωνίζεσθαι, inquit Budæus, dicitur de oratoribus pro Orare causam,apud Demosth.vnde ἐναγωνίζεσθαι, Secũdo loco orare.Sic ἀγῶνες à Plutarcho appellantur δίκαι.Hactenus Budæus.Ita autem apud Plutarchum intelligi debet ἀγωνιζομένων in lib.De audiendo, δεῖ δὲ τῆς μὲν λέξεως καὶ τοῦ προφέρειν τοὺς ἀγωνιζομένων ἀμείνω καὶ πλουσιωτέρῳ θεατῇ. Apud Lucianum autem ἀγωνίζεσθαι ἔφεσιν, Prouocationis causam iudicio persequi, Appellationem in iudicium deducere.

Ἀγωνίζεσθαι, inquit Budæus,Causam dicere,Periclitari iudicio, Demostheni vbiq;. vt ἀγωνίζεσθαι ψευδομαρτυρίων, Falsi causam dicere,Reum falsi esse.Et ἀγωνίσασθαι ξενίας,peregrinitatis postulatus. Quin & ὁ Τιμοκράτης vocat ἀγωνιζόμενον νόμον quem ipse accusat vt abrogandum.Hactenus Budæus. Videndum autem num in hoc postremo loco ἀγωνιζόμενον in passiua significatione accipiendum sit, vt & in hoc loco contra Midiam,ἀγωνιεῖται δὲ καὶ κριθήσεται τὸ πρᾶγμα νυνί. vbi de re loquens hæc duo verba copulauit,vt de persona alibi,vbi dicit, οὐ γὰρ ὅτι τοῖς κεκριμένοις ϗ ἠγωνισμένοις ὁ νόμος, ἀλλ' ὅτι τοῖς ἀκρίτοις. ¶Sciendum est præterea, vt ἀγὼν non solùm de periculo dicitur eius qui adducitur in iudicium & qui accusatur: sic ἀγωνίζεσθαι pro Periclitari generaliter accipi.

G Ἀγωνιστέον, Aduerb. positionis, Certandum est.Xenophon Pæd.1, ἴσως ἔστιν ἃ οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἀγωνιστέον. & Ἀγωνιστέος, στέα, στέον, quasi gerundiuum nomen Latinis, Certandus,da,dum.Herodot. Terpsichore, φάμενοι οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέον εἶναι τὸν ἀγῶνα.

Ἀγώνισμα, ατος, τὸ, ab ἠγώνισμαι prima præteriti τοῦ ἀγωνίζομαι,Certatio,Certamen. Plut. Sympos. 8, κούφων δὲ καὶ βαρέων ἀγωνισμάτων ὄντων. ¶Itẽ Palma,id est præmium certaminis,vt tradunt Suidas & Hesychius: & hoc fortasse significat apud Thucydidem lib.vlt. ἐπὶ ξυμβάσει τὸ ἀγώνισμα ποιεῖσθαι.

Ἀγώνισμα, à Suida exponitur σπουδὴ, ὀπτιδόσια, i.Studium,Diligentia,hoc in loco,ἀγώνισμα ἔδοξεν αὐτοῖς συλλαβεῖν αὐτόν. Sic Aristid.in Panathenaico, ἐν ἅπασι τούτοις ἀγώνισμα ποιούμενος,In hoc vnũ omni studio & omni virium contentione incumbens. Apud Herodotum autem ἀγωνί-

σμα videtur sumi pro egregio facinore: quum dicit, καὶ ἀγώνισμα τῶν μάχαι πεποίηται, κτήσονται ὁμοίως μύρμηκαί τε καὶ ἵπποι.

Ἀγώνισμα, Ostentatio quæ fit in turba, siue apud turbam, ab eo videlicet qui specimen ingenii sui vult edere. ἀγωνισμάτων enim exponit Hes. ὀχλικῶν ὀπτασιῶν. Dicitur autè de sophistis sæpissimè ὀπτασία & ὀπτάσιος. & fortasse ἀγώνισμα significationē huic affinem habet apud Thucyd. lib. 1, quū dicit, κτῆμά τε ἐς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται. vt (à sophistis translatione sumpta, ingenii ostentandi causa decertantibus orationum politarum & comptarum scriptione) ἀγώνισμα vocet iudicrum quandam & ostētationis plenam orationem. Ac tale quid esse videtur cōmissio Latinis quale ἀγώνισμα, exponendo cum Hesychio ὀχλικὴν ὀπτασίαν. adeo vt apud Suetoniū Cōmissionibus reddi possit ἀγωνίσασθαι, quum dicit in Augusto, Admonebátq; Prætores ne paterētur nomen suum commissionibus obsolefieri. Scholiastes Thucyd. ἀγώνισμα exponit dulcē sermonem, itidem, vt opinor, alludens ad sophistarum orationes. Aut ἀγώνισμα (inquit) Spectaculum, Ludicrū, (ita expono apud eum παιδιὰ) Poeticum ἀγώνισμα comicorum, aut tragicorum.

Ἀγώνισμα, Actio fabulæ. Apud Aristotelem, de scenicis, ἀγώνισμα ποιεῖν, pro ἀγωνίζεσθαι, fabulam agere. Item Recitatio ab Aristotele ita dicitur, vbi loquitur de poeta narrante, vt Bud. ait.

Ἀγωνισμός, οῦ, ὁ, Certatio, itidem vt ἀγώνισμα, & itidem ab ἠγώνισμαι formatum. Dion historiæ lib. 16. μάχη καὶ ἀγωνισμὸς πολὺς ἀμφοτέρων ἐγένετο. Hes. ἀγωνισμὸν exponit ἀντιλογίαν, id est disceptationem, altercationem.

Ἀγωνιστής, οῦ, ὁ, Certator, Qui certat gymnica certamina, Athleta, Pugil. Lucianus, οὐδὲ παλὼ, ἀλλ' ἀγωνιστὴν ὀλυμπίων παρῆγον ἑαυτόν. Libri 2 Epigr. titulus primus est εἰς ἀγωνιστάς, id est In pugiles. quanquam pugiles peculiari nomine dicuntur πύκται. Apud Plut. in Themistocle, ἵππων ἀγωνιστάς, equi certatores, i. equi ad certamina exercitati. Horatius dixit equum in certamine primum, primum inter equos ἀγωνιστάς. ‖ Interdum genitiuo iungitur hoc nomen pro certante de re qualibet. vt ἀγωνιστὴς ἀληθείας, apud Plutarchum, Certans pro veritate. ad verbum, Certator veritatis: Latinè, Propugnator veritatis. Sic apud Xenophontem, ἀγωνιστὴς ἡγεμονίας.

Ἀγωνιστής, Actor scenicus, Ludio, Histrio. ἀγωνισταὶ, οἱ ὑποκριταὶ, Hes. Sic apud Athen. 12, πάντες οἱ ἀγωνισταὶ ἐπιτύδεια ζῶσι πάντων τὸν βασιλέα. Demosth. contra Midiam, μεγαλοφρόνως ζῶντα τοὺς κριτὰς τῆς ἀγωνιστῶν αἱρέσεως.

Ἀγωνιστήριον, Locus certaminis, id est, In quo certamen committitur, inquit Hesychius. Aristid. in Panath. ἀλλ' ὡς ἂν ἀγωνιστήριον τοῖς θεαταῖς αὐτῶν. ‖ Item ἀγωνιστήρια, Quæ dantur certatoribus, ait idem Hesychius: & ita ἀγωνιστήριον idem valebit quod ἔπαθλον.

Ἀγωνιστικός, οῦ, ὁ, Certatorius, ad ἀγωνιστὰς pertinens, id est certatorius. ἀγωνιστικὴ τῶν σωμάτων ἕξις, Aristot. Rhet. 1. Idem ibidem, ἀγωνιστικὰ δυνάμεις, Apta corporis constitutio ad obeunda gymnica certamina. Ἀγωνιστικὸς etiam dicitur is qui aptus est ad certamina.

Ἀγωνιστικὸς λόγος (inquit Bud.) ab Aristotele dicitur sophistarū, eodē sensu quo ἐριστικός, qui & ipse est sophistarū. quorū ars non solùm ἐριστική, sed etiam περὶ λόγους ἀγωνιστικὴ à Platone dicitur. Hactenus Budæus, non explicās Latinè ἀγωνιστικὸς nec ἀγωνιστική. sed videtur reddi posse λόγος ἀγωνιστικός, oratio altercatoria, vel disceptatoria. itidem ars ἀγωνιστικὴ, altercatoria.

Ἀγωνιστικῶς, Aduerbium, Certatoriè, Certatorum more. Budæus dixit ἀγωνιστικῶς ἔχω, pro Certare cupio, Certandi desiderio teneor. ‖ Alex. Trall. pag. 241 editionis patris mei, ψυχρᾷ δὲ χρῆται μὲν πολὺ αἰχμαλώτῳ τῷ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς. ὅταν δ' ἐπιμαίζῃ εἰσδήλως, ὅτου ἅπαξ τις ἢ ψυχρότητος καὶ πολὺ δάκνῃ. Id est, Frigida autem in vigore morbi vtendum est ἀγωνιστικῶς. Dicimus autem ἀγωνιστικῶς, quum semel & frigidissimam & multam damus.

Ἀγωνιστὶ pro eodem, in vulg. lex.

C. Ἀναγώνιστος, ος, ον, Qui non certat. vt ἀναγώνιστος ἀθλητὴς apud Xenoph. Qui certamen non experitur, Iners. Ex Platone autem De legibus citatur ἀναγώνιστος περὶ ἀρετῆς pro Ad virtutis certamen impotens seu ineptus. Sed malim abesse περί.

C. Πρωταγωνιστής, Δευτεραγωνιστής, Τριταγωνιστής, Histrio qui primas partes fabulæ, Qui secundas, Qui ternas agit. (nam tres tragœdi fabulam absoluebant, vt Bud. ex Laertio obseruauit, Comm. pag. 113.) vnde verba Πρωταγωνιστῶν, Δευτεραγωνιστῶν, Τριταγωνιστῶν. Πρωταγωνιστής, οῦ, ὁ, Qui primas partes in scena agit. Plutarchus in Politic. præcept. ἄτοπον γὰρ ὅτι τὸν μὲν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα μιμούμενος τὰ περὶ λύπην πολλάκις ἔπαθε, &c. Vbi pro τὰ περὶ reponendum censeo τὰ περὶ τῶν, vt declarabo mox in Τριταγωνιστῶν. Interdum additur genitiuus δραμάτων, vt apud Lucianum De cal. τοσοῦτον μὲ δεῖ εἰ δίκῃ, ὥστε καταγέλωμαι τὸν πρωταγωνιστὴν τῶν δραμάτων λέγω ἢ τὸν ποιητὴν τῆς ὑποκρίσεως. vbi Phil. Mel. πρωταγωνιστὴν τῶν δραμάτων vertit Actus principem, & quasi præsultorem. Sic apud Pollucem, παρὰ τὸ πρωταγωνιστεῖν ἢ δράματος, vt paulo post dicetur. ‖ Πρωταγωνιστὴς Œcumenio in Acta, est Antesignanus, ὥσπερ γὰρ πλέων ὁ πολίτης, ἵνα καταπέσῃ δεῖ τοῦ πρωταγωνιστοῦ ἔδους. Transfertur & ad quemlibet qui primum in quouis certamine atq; adeo in quouis negotio locū tenet, princépsque est. HINC Πρωταγωνιστεύω, σῶ, id est πρωταγωνιστὴς εἰμί, Primas partes in scena ago. ‖ Non solùm autē de actoribus scenicis dicitur, (inquit Bud.) sed etiam de oratoribus, ὅτι τὴν πρώτην ἀγορὰν λαχόντων, Primam orationem habeo in iudicio. Liban. apud Demosthenem pag. 190, πρωταγωνιστοῦντος Λυκούργου, καὶ μικρὰ, μᾶλλον δὲ οὐδέν, καταλιπόντος εἰς ἀπόδειξιν τῆς προαιρέσεως. Sic διπροσωπῶ pro διπροσωπέω. ‖ Apud Plutarchum πρώτοις μοιρῶσαι pro Primas partes obtineo, id est præcipuas, pag. 661, πρωταγωνιστούσης δηλονότι τῆς πίστεως. Ab Aristotele iungitur accusatiuo, & dicitur πρωταγωνικῶ τοῦτο (inquit Budæus) pro Imprimis polleo hoc certamine, vel Primas partes huius certaminis obtineo, Pol. 8, ὥσπερ τὸ καλὸν ἀλλ' οὐ τὸ ἡδὺ θηρεύοντες δεῖ πρωταγωνεῖν, In honesti certamine ante alios eminere, nō in feritatis atq; immanitatis. hoc est πρωτεῖον ἀγωνίζεσθαι τὸ καλόν.

Δευτεραγωνιστής, Qui secundas fabulæ partes agit. ‖ Lucianus metaphoricè vsus est in Peregr. pag. 391, καὶ μάλιστα ὁ ἡμέτερος ὁ ἐκ Παφλαγόνων, δᾷδα ἔχων, οὐ φαῦλος δευτεραγωνιστής. Demosthenes itidem metaphoricè δευτεραγωνιστὴν appellauit quasi optionem & secundas partes negotii suscepti tractantem, quasi secundarium proditorem, ὁ ὢν περὶ Φίλιππον. pag. 144, καὶ ἔχων ἕκαστον δευτεραγωνιστήν. Sic apud Ciceronem Marci Crassi quasi secundarius, id est ὃς ἐμοὶ τῷ Κράσσου οἴεσθαι δευτεραγωνιστὴς, inquit Budæus comm. pag. 123. HINC Δευτεραγωνιστῶ pro Secundas fabulæ partes ago. Item Δευτεραγωνιστῶ, Secundā orationem habeo in iudicio, δευτερολογῶ, Bud. 123.

Τριταγωνιστής, Qui tertias fabulæ partes agit & vltimas. vt in vita Æschinis legitur, ἠρώμην ὁ μισεάκιον φασὶν ὑποκριθῆναι τραγῳδίαν, ὥσπερ τριταγωνιστήν. vnde hoc illi Demosthenes probrosè obiicit, Pro corona, πομπὸν ὄντα τὸ πρῶτον καὶ παράσιτον καὶ τριταγωνιστήν. Ibidem, ἐμὲ δὲ τὸν τριταγωνιστὴν τὸν περὶ, &c. Et in oratione περὶ παραπρ. dicit τριταγωνιστὰς fuisse tanquam χύτρας πρὸς ἑξαίρετον, τὰ πρὸς τυράννους καὶ τοὺς τὰ πανήγυρα ἔχοντας εἰσιόντας. Æschinem (inquit Suidas) τριταγωνιστὴν appellat Demosthenes, ὡς ἀδοκιμώτατον τῶν ὑποκριτῶν ὄντα καὶ τρίτην τάξιν κατειληχότα. Hinc fit vt τριταγωνιστὴς de vili & contempto homine dicatur.

HINC Τριταγωνιστέω, Tertias fabulæ partes ago, Demosthenes Pro corona, ὑποτριταγωνίστας, ἵνα δὴ ἐνθάδε. Sciendum est autem Demosthenem τὰ περὶ τὴν λύπην dicere pro τριταγωνιστῶν, paulo ante illum quem citaui ex orat. περὶ παραπρ. locum, vbi scribit, πάντα δὲ τὸ δρᾶμα οὐδενὸς ὄντος τῶν Θεοδώρου, οὔτε Αἰσχύλου τοῦ ὑποκρίνασθαι, οἷς ἔστι τὰ περὶ τὴν λύπην δεινὰ ποιῆσαι· ἀλλὰ Μόλων ἠγωνίζετο, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν. Ex hoc autem loco emendo illum Plutarchi à me modò citatum in πρωταγωνιστὴς, & τοῦ τὰ περὶ τὴν λύπην repono. cuius emēdationis alibi iampridem admonui. Obseruandū est autem, etiam Theodori histrionis ab vtroque fieri mentionem.

C. ΑΝ παλαιζόμενος, In certamine oppono me alicui, Prælio aliquem excipio. Cum dat. Xenophon Pæd. 1, πού μοι δοκῶ αἰχμὴν τῇ τοιούτους αὐτοὺς ὄντας ὑποπῆξαι, καὶ μὴ ἐθέλειν ἰέναι αὐτοῖς αὐτομαχησομένους. Item Ἀντιπαλαίζομαι pro

Aduerſor, id eſt Refragor, apud Thucydidem.

Ἀνταγωνιστὴς, οῦ, ὁ, Qui in certamen prodeunti ſe opponit, Qui certamen ſuſcipit aduerſus alium, Aduerſarius. Plut. Alex. πρὶν περὶ αὐτὸν ἀνταπιρωμένων βούλοιτ' ἂν ὁλομιᾶσαι ἀγωνίσασθαι καθίστη (ὡς γὸ ποδάκης) εἴγε ἔστι βασιλεῖ ἀμμων ἰξεῖν ἀνταγωνιστάς. Vbi animaduerte priore loco eſſe poſitum ſimplex ἀγωνίσασθαι, & ἀνταγωνιστὰς eſſe qui ſe opponunt τοῖς ἀγωνιζομένοις. Apud Iſocratem exponitur Æmulus: ἄξιος καλέσαι σεαυτὸν πρὸς μὲν ἐλαττόνων κριτὴν, πρὸς δὲ μειζόνων ἀνταγωνιστήν, Ita te compara vt inferiorum ſis iudex, ſuperiorũ æmulus. Sic ἀνταγωνιστὴς περὶ τῆς βασιλείας, æmulus regni. Dicitur & ſine præpoſitione, vt apud Demoſthenem Philipp. 2 & 4, ἀρχὴν βουλῆ· τοῦτο δ' ἀνταγωνιστὰς μόνους ὑπολήψεσθε ὑμᾶς, de hoc autem ſibi aduerſus vos ſolos eſſe certamen exiſtimat.

c.2. Ἀνταγώνιστος, ον, ὁ καὶ ἡ, Cui nullus in certamine ſe opponit, vel ſe opponere poteſt, Aduerſus quẽ nemo certare poteſt. Vnde pro inexpugnabili & inuicto ponitur. Thucyd. lib. 2, φθόνος γὸ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸν ἀνύπαλον τῇ μὲν ὑμπόδων ἀνταγωνίσῳ δυσία πέφυκε. Herodianus ἀρχὴ ἀνταγώνιστον & σφαῖρ ἀνταγώνιστον, inuictum, inſuperabilem, vel inexpugnabilem, dixit.

c.2. Δυσανταγωνιστὴς, in vulg. lexicis, Moleſtus aduerſarius.

C. Δ Ιαγωνίζομαι, Decerto, Dimico, Prælior. vt διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, apud Xenophontem Pæd. 1. Dicitur & διαγωνίζομαί σοι τοῦτο, vt apud eundem, ὅσα διαγωνίζονται οἱ ἥλικες πρὸς ἀλλήλους. ¶Item Διαγωνίζομαι, Certo ad finem, ſiue ad extremam dimicationem, vt διαμάχομαι, Eud. ex Æſchine. Sic ex Luciano citatur διαγωνισμένος μέγαν ἀγῶνα pro Magno certamine liberatus. ¶Gaza διαγωνίζεσθαι accepit & pro Conari, quum apud Eſic. Tanta conati ſunt, vertit τοσαῦτα διαγωνίσαντο.

C. Ἐναγωνίζομαι, vt ἀναγωνίζομαι τούτῳ τῷ πάτῳ, hoc in loco certo. Plutarchus, πάντας ἀναφυείσας τοῖς ἱππικοῖς ποσὶν ἀναγωνίζεσθαι. ¶Thucydides, ὅτοι καὶ ἥρωες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ παρέσχοντο ἀμύνειν ἀναγωνίζεσθαι τοῖς Ἕλλησι, qui fauſtis Græcis aduerſus Medos pugnantibus, Bud.

C. Ἐπαγωνίζομαι, Poſt alium certo. vt Greg. in Encomio Macc. ἐπηγωνίσατο τὸν πατέρα, ἐπαγωνιουμένους παῖδας. Et ἐπαγωνίζεσθαι, Secundo loco cauſam orare, vel Perorare, vt inquit Budæus, citans hæc ex Libanio in argum. orat. in Androt. κατηγορούντων γὸ αὐτοῦ δύο ἐχθρῶν, προσέρχεται ἐμοὶ ὁ Εὐκτήμων· δεύτερος δὲ ὁ Διόδωρος ἐπαγωνίζεται τούτῳ τῷ λόγῳ. ¶Apud Plutarchum autem in Fabio, ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, exponitur, Certamẽ cum Annibale repetens, Iterum cum Annibale certans. Apud eundem autem in Numa, ἐπαγωνίζονται τοῖς ἔξωθεν τεκμηρίοις, nituntur externis coniecturis. Secundum quam interpretationẽ ὅπη vacaret, aut epitatica eſſet.

C. Καταγωνίζομαι, Certamine vinco, Expugno, Debello. καθ' ἑαυτοῦ. Lucianus, τὰ θηρία καταγωνιζόμενος. Plutarch. Numa, καταγωνισάμενος Πομπήιον, qui ſuperauit vel debellauit Pompeium. Apoſt. ad Hebr. κατηγωνίσαντο βασιλείας. HINC Καταγωνισμὸς, Expugnatio, Subactio, citatur ex Thucydide.

c.2. Ἀκαταγώνιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inexpugnabilis. Chryſoſt. De ſacerdotio, τὸ δυσθεραπεύτου τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον καὶ αἰνιγμῶδες θηρίον. ET Δυσκαταγώνιστος, Expugnatu difficilis, δυσκαταμάχητος, apud Thucydidem. CONTRA Εὐκαταγώνιστος, Expugnatu facilis. vnde ex conſequenti accipitur pro parum valido.

C. Προαγωνίζομαι, Ante alium certo, aut pugno. vt in illo loco quem modo ex Gregorio citaui in Ἐπαγωνίζομαι. Προαγωνίζομαι, Antea pugno. Herodianus libro 3, αἰφνιδίως αὐτοῖς ἐπιπεσούσης ἱππικῆς καὶ οὐ προηγωνισμένης ὑφ' ἡμῶν δυνάμεως, quæ antea non pugnauerat. Sic apud Thucyd. lib. 4, pag. 161, ἐξ ὧν τι προηγωνίσατο τοῖς Μακεδόσιν αὐτῶν, id eſt προεπολέμησαν. at Valla erraui in ſua interpr. quã tamen ſequuntur vulg. lex. ¶Προαγωνίζομαι, Certo pro aliquo, ſiue Pugno, Propugno. Philo, ὧν ἐπιθυμαχεῖν καὶ προαγωνίζεσθαι, πυνθάνεσθε πάνυ. HINC Προαγωνιστὴς, Propugnator, Defenſor. Luc. De ſalt. ὥσπερ τοῖς προστάταις καὶ προαγωνισταῖς αὐτῶν, προορχηστῆρας ἐκάλουν. ET Προαγωνιστικὸν in vulg. lex. Præiudicialis cauſa.

C. Συναγωνίζομαι, Vnà cum alio certo, q. d. Concerto, Certantem adiuuo, Certaminis ſocius ſum. Ponitur pro Opem fero, Auxilior: Thucydides lib. 1, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦτο μόριον ξυμπολεμήσω, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀπάσης ξυναγωνιουμένης. Sic & alibi ſæpe apud eundẽ. Συναγωνίζομαι ἕνεκα apud Demoſth. Ad hæc conficienda operam meam vnà impẽdo. ¶Συναγωνίζομαι apud eundẽ Dem. pro συνηγορῶ, Patrocinor, inquit Bud. Qua in ſignificatione citatur & ex Platone in epiſt. πολλοῖς συνηγωνισάμην, Multos meo patrocinio iuui. HINC Συναγωνιστὴς, Certaminis ſocius, Certanti opitulans.

Ἀγωνία, ας, ἡ, Certamen, ἀγὼν apud Xenophontem, Suida teſte, qui tamen exemplum non profert: ſed poſſit in illius Pæd. 2 inueniri. Verùm & Iſocr. ita vſus eſt in Euagora, εἰ δεῖ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ἔντιμος εἶναι. Sic & Plato in Gorgia, δεῦρο μέχρι οὗ Σώκρατες τὴν ἀρχαιικὴν χάριν, ὡς ἐγὼ φημὶ τὴν ἄληθη παιδιὰν ἀγωνίαν. ¶Φιλεῖ εἰπεῖν ἀγῶνα, ἀγωνίαν ἔνιος, pro eodem apud Platonem de certaminibus loquentem, inquit Budæus. Idem ait ἀγωνίαν pro gymnaſtica poni hoc in loco, qui eſt libro De legibus 6, μετὰ δὲ ταῦτα χειρῶν ἀγωνίας αὐλητικὰς αἱρεῖσθαι τοὺς περὶ τὰ γυμνάσια αὐτρώπων τινὰ καὶ ἵππων. Quanquam non ἀγωνία per ſe ſignificat hic gymnaſticam, ſed ἀγωνία ἡ περὶ τὰ γυμνάσια. ¶Heſychius ait ἀγωνίαν palæſtram ſignificare, item bellum, apud Eurip. in Troadibus.

Ἀγωνία, Angor, Trepidatio, Animi æſtuatio. Ἀγωνία, (inquit apud Etymol. Orion) de eo qui in certamen deſcenſurus eſt· per catachreſin autem pro timore ſimpliciter ponitur. Id eſt, Ἀγωνία propriè eſt timor quo corripitur is qui in certamen deſcenſurus eſt: ſed per catachreſin ponitur pro quouis timore. Laertius ἀγωνίαν exponit φόβον ἀδήλου πράγματος, id eſt timorem rei incertæ ac dubiæ. Ariſtot. in Probl. ἀγωνίαν eſſe ait timorem quendam quo percellimur opus aliquod aggreſſuri: Damaſcenus ἀγωνίαν eſſe dicit φόβον κτησιχίας, id eſt metum excidendi, incepto videlicet, aut ſpe. Demoſthenes: Pro corona, οὕτω δ' ἐμοῦ ὁ Φίλιππος οὐ φόβῳ καὶ πομπῇ ἀγωνίᾳ. quo in loco aliquid amplius ἀγωνία ſignificat quàm timorem, alioqui enim contentus fuiſſet Demoſthenes dixiſſe φόβῳ. Vide alia in verbo ſequenti Ἀγωνιῶ, ab hoc nomine deducta.

Ἀγωνία ab Heſychio exponitur etiam Fractio, item ἀγωραία. Vt fractionem ſignificet, ab ἄγω deducendum eſt: vt ἀγωραῖαν, id eſt forenſem, ab ἀγῶ Bœotorum lingua ἀγορὰν ſignificante, ſicut antea dictum eſt. nec pro ſubſtantiuo nomine ſed pro adiectiuo accipiẽdum eſt, vt ſit ἀγώνιος, ἀγωνία, ἀγώνιον. quanquã & ἀγώνιος vtrique generi ſeruit.

Ἀγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Trepidationem aut angorem afferens, ſeu habens, ἀγωνίαν καὶ φόβον ἐμποιῶν. Soph. Aiace, σκέψῃ ποτ' ἂν δεῖ' ἀγωνίᾳ χολᾷ. vbi tamen & ἐναγωνίᾳ poſſe ſignificare tradit Demetr. Trichinius. Alter autem ſcholiaſtes priorem deductionem ſequitur ex ἀγωνία.

C. Ἐναγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pauidus. Apud Baſil. 94, ἔντρομος & ἀναγώνιος pro eodem poni ſcribit Budæus: qui tamen miſcet cum ἐναγώνιος ſignificante Compoſitum vel accinctum ad certamen: at ego ad ἀγωνία referendum putaui.

¶ Ἀγωνιάω, ῶ. F. ἀσω. P. ακα, Certo, ἀγανίζομαι, apud Iſocratẽ, teſte Suida.

Ἀγωνιᾶν, Anxium eſſe, Dolere vel angi metu, vt ſcribit in lexico Budæus, citans hunc Plutarchi locum in Cæſare, de Bruto, ἐφ' ᾧ λέγεται μὴ ταχὺ αὐτὸν ἀγωνιάσαι σωθέντος ὑπὸ τοῦ θεραπεύοντος πρὸς αὐτὸν, ἀθυμῆσαι. id eſt, Doluiſſe tanquam ob mortuum, vel Sollicitus & metuens ei fuiſſe. Et in Demetrio, ὡς οἰκεῖός τις ἀγωνιῶν τοῖς περὶ τὸν θεραπόντων ταπεινότητι ἀγωνιῶντας. Item Ἀγωνιᾶν, Vereri, Timere, cum accuſatiuo. Polybius, ἀγωνιῶν τὸν ἐπιτυχόντα τῶν ἐπιτηδείων. Hactenus Bud. Notandum eſt autem ἀγωνιᾶν dici etiam eum qui alioqui metu vacuus ſit: vt apparet ex hoc Ariſtotelis loco, Rhet. 1, καὶ δεῖ ὧν ἀγωνιῶσι, μὴ φοβούμενοι, [καλὰ ὄντ'] δεῖ γὸ καὶ πρὸς δόξαν φέρουσιν ἀγαθῶν τινὰ πάσχειν. id eſt, Honeſta ſunt etiam ea de quibus agonia percelluntur, metu carentes. nam de bonis quæ ad gloriam tendunt, ſic animo afficiuntur. Idem libri eiuſdem Rhet. 2, ἀλλὰ δὴ πιὰ ἐλπίδα ἐπιεῖναι τῷ πείας δεῖ οὐ ἀγωνιῶσι. Damaſcenus (recens quidem autor, ſed veteres, vt opinor, ſequutus) ἀγωνία, φόβος διαπε-

σεως, ἤγουν ἀπιστίας. φοβούμεθα γὰρ ἀπιστῆσαι τῆς ἐφέξεως, ἀγωνιῶμεν. Dicendum igitur puto ἀγωνιᾶν duobus modis vsurpari: Nonnunquam simpliciter pro Timere, & tum non solùm accusatiuo iungitur (vt in superiore exemplo Polybij) sed & infinitiuo: vt apud eundem, τὸ μὴ ἀγωνιᾶν λέγειν τὰ φαινόμενον. item cum subiunctiuo, præfixa particula μὴ, vt apud eundem, ἀγωνιῶντες μὴ δι' ἀσφαλῶς τῆς ὑπολοιπῆς. Nonnunquam verò significare Anxiũ esse ob dubitationem de euentu rei alicuius, non tam ne malum aliquod nobis accidat, quàm ne bonum aliquod speratum non eueniat, aut ne voti compotes esse non possimus. Breuius, ἀγωνιᾶν esse Æstuare dubitatione de sperato bono. Sic & ἀγωνίαν, quum ἀπὸ τοῦ φόβου distinguitur, æstuantem dubitationem de sperato bono intelligemus, sequendo definitiones paulo antè expositas. Sed & æstum vel æstuationem simpliciter interpretari poterimus non malè, quum vehementissimũ quendã metũ declarare voluerimus. Qui autem ἀγωνίαν reddunt angorem, videntur voce quidem significatissima vti: sed ἀγωνία existimo esse aliquid magis repentinum quàm angorẽ. Nec verò prætermittẽdum est quod tradit Græcus quidam grammaticus, Qui timent ne excidant eo quod cupiunt, (id est ne non assequi possint) dicuntur ἀγωνιᾶν, vt Hector cum Achille pugnaturus. nam alij qui solùm spectatores erant, modonon tremebãt: at ille quum in ipso periculo constituturus esset, duntaxat agonia percellebatur, vtpote magna animi fortitudine præditus. ¶ Hesychius præterea ἀγωνᾷ explicat κινδυνεύω, id est periclitor. ¶ Passiuum Ἀγωνιάομαι, ᾶμαι, idem valet quod quædam exemplaria habẽt in loco Aristotelis modò citato ex Rhet. 1, nam pro ἀγωνιῶσι legitur in illis ἀγωνιῶνται.

Ἀγωνιάτης, ου, ὁ, pro Trepidator, Formidator, ponitur apud Diogenem Laertium, vt notat in lexico Budæus: hunc (vt opinor) locum intelligens qui est in Menedemi vita, οὕτως ἦν ἀγωνιάτης ὥστε καὶ τὸν λίβανωτὸν ἐλθὼν ἐπέμενε τῷ θυμιατηρίῳ.

C. Διαγωνιάω, ῶ, Valde anxius sum, præpositione διὰ vim τοῦ ἀγωνιᾶν augente. Citatur ex lib. 2 Maccab. cap. 3 ἀγωνιῶντες pro Trepidantes. Item Διαγωνιάω μή, Vereor ne, vnde διαγωνιάσαντες apud Suidam, quod exponit ἀλλαξῆντες, id est Veriti: in hoc quem ex innominato autore affert loco, οἱ δὲ διαγωνιάσαντες μὴ διὰ τὸ προπάσχειν δόξωσι κατατεθλῆσθαι ὑπὸ τῶν ὅλων, ἀξιόχρεον ἅμα φωτί.

C. Συναγωνιάω, Vnà cum alio anxius sum, Anxietatis alicuius vel trepidationis particeps sum, aut socius. Plut. De Socr. dæmonio, αὐτὸν δὲ καὶ τοὺς φίλους σφόδρα συναγωνιῶντας οὖσθαι καὶ κύκλῳ περῆναι.

¶ Ἀγωνιάζω pro Ἀγωνιῶ in vulg. lex. legitur: itidem ἀγωνιάζομαι pro ἀγωνίζομαι ex Philostrato.

Ἄ Δ Ρ Ο Σ, ου, ὁ, à Suida & Hesychio exponitur Multus, Magnus, Abundans, Opulẽtus, Crassus. A Gaza quibusdam locis Crassus redditur. Gellius lib. 7. cap. 13 ait tres characteres esse, id est tria dicendi genera, ἀδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον: id est, vt interpretatur, vberẽ, gracilem, mediocrem. Apud Herodotum libro 1, καρπὸς ἀδρὸς exponitur Fruges adultæ. ἄδρυν δίνδρυν apud Dioscoridem lib. 1, Crassa arbor, vt Hermolaus: Dura arbor, vt Ruellius: speciosa & fortis, vt Marcellus interpretatur. adnotans ἀδρὸν significare ἀπταῖς, id est pingue & feliciter nutritum, ex eóque, cum decore validum & forte. Sumit autem Marcellus hanc expositionem ab Hesychio, qui ἀδρότερον comparatiuum ab ἀδρὸς, exponit μᾶζον, ἀντὶ τοῦ ἀφισταμένου. Apud Plutarchũ ἀδρὸς apertè magnum significat: nam opponitur μικροπρεπῶς, in Lycurgo, ὅπου μὲν δὴ τοῖς μὴ ἀδρᾶς ξύλα φέρειν, τοῖς δὲ μικροπρεπῶς λάχανα. Sed & apud Athenæum copulantur μέγας & ἀδρὸς, lib. 6. Idem Plutarchus in Solone πῦρ ἀδρὸν appellat igẽdem validum. Ælianus apud Suidam ἀδρὸν μισθὸν vocat magnam mercedem, id est amplam, apud Aristophanem autem ἀδρὸς πόλεμος magnum bellum: accipiendo magnum pro acri seu vehementi. Ἀδροπρεπὴς explicatur etiam habentior. & ἀδροπρεπῶς διαιτᾶν, liberalius & largius cibare, Apud Galenum. Cæterùm ἀδρὸς Etymol. exponit χονδρὸν, deriuãs ab ἅδω, id est Delecto, nam (inquit) ἁδόμεθα τοῖς μεγάλοις καὶ χονδροῖς, id est, Delectamur magnis & χονδροῖς. accipit autem χονδρὸν pro crasso, vt opinor. Gallicum nostrũ Dru hinc originem habere existimo.

Ἀδρὸς, ad animum translatum. Athen. 6, μέγας & ἀδρὸς τὸν ψυχὴν. Isocrates in Panathenaico, ὡς ἀδροπόρους αὐτῶν καὶ πολὺ βελτίους ὄντας. Sed & quum dicitur χαρακτὴρ ἀδρὸς, character vber, (Gellinterpr.) est metaphora ad res ad animum pertinentes.

C. Ἀδρόβωλος, ου, ὁ, ἡ, Plenas glebas habens, seu crassas, aut grandes. ἀδρόβωλον de thure vel bdellio apud Dioscoridem. Ex ἀδρὸς & βῶλος. Huic opponitur μικρόβωλος.

C. Ἀδρομερὴς, οῦς, ὁ, καὶ ἡ, Crassis particulis constans, Crassio rem substantiam habens. De pane, Galenus, ὁ διπτυρὸς ἄρτος, ἀδρομερέστερος. De vino Dioscorides, ὁ δὲ Ἀλβανὸς ἀδρομερέστερος τοῦ Φαλέρνου. Huic opponitur λεπτομερὴς. Fit autem ἀδρομερὴς, ex ἀδρὸς & μέρος: vt λεπτομερὴς, ex λεπτὸς & μέρος.

C. Ἀδροχῶρος, Qui vberem regionem vel vberes regiones habitant. Hes. ex ἀδρὸς & χώρα.

Ἀδρότης, ητος, ἡ, Magnitudo, Robur, Hes. Proceritas, Suidæ Exponitur etiam Crassitudo, Abundantia. Homerus Il. ω, de anima loquens discedente de corpore, — λιποῦσ' ἀδρότητα καὶ ἥβην. sed in aliis exemplaribus legitur αἰδρότητα, & hanc lectionem agnoscit Eustathius. Vide igitur in Αἰδρ. Constantinus Lascaris hanc vocem in vltima tradit acui, ἀδρότης, ῆτος.

Ἀδροσύνη, ης, ἡ, Idem quod ἀδρότης. vt ab ἄβρις dicitur ἀβρότης & ἀβροσύνη. sed vt ἀβροσύνη magis est poeticum quã ἀβρότης, ita ἀδροσύνη magis poeticum quàm ἀδρότης. Hesiodus in Ergeis, Ω δέκτε ἀδροσύνη τάχυς ῥοιζοῖο ἔεργε. Id est, præ vbertate, præ copia, præ densitate.

¶ Ἀδρύω, Fut. υνῶ. Crassum reddo, In iustam magnitudinẽ vel crassitudinem consummo, In plenum augeo, Gazæ. Theophrastus De cauris pl. 4, ἀδρύνει τὰς ὄψεις, reddit crassiores. Aliquando ἀδρύω neutrum est, & idem valet quod ἀδρύνομαι. vt apud eundem, ὥστε μήπω ἀδρῦναι τὸν καρπὸν, ἀλλὰ μᾶλλον αὐξῆσαι μόνον καὶ φῦναι δεῖ, id est proficere, vt Gaza vertit.

Ἀδρύομαι, Passiuum, Crassesco, Crassus fio. Iustã crassitudinem aut magnitudinem acquiro, aut Ad iustam crassitudinem peruenio, Turgesco, Grãdesco. Hesych. ἀδρυνθέντες exponit μεγαλωθέντες. Herod. 1, ἀρτιυόμενον μὲν τὸν ὀπὸν τῆς πόας ἀδρύνεσθαι τὸ λεῖον. Sic apud Nicandrum Theriacis, Τὼ μὲν, ὅτ' ἀδρύνηται, ἐρεμνοῖο βατῆος Κόψαντες, &c.

Ἄδρυνσις, εως, ἡ, Crassatio. Apud Aristotelem & Theophr. Maturitas, Perfectio fructuum.

¶ Ἀδρύω, ῶ, F. ύσω. P. υνα, Ad maturitatem vigorémque perduco. Vnde passiuum Ἀδρύομαι, ῦμαι, Ad maturitatem peruenio, Adolesco. Plato Pol. 6, ἧς δὲ ἁβρότητος ἐν τῷ βλαστάνειν τι καὶ ἀδρύνεται, δῆλα ὀπωρινὰ ἐστί.

¶ Ἀδραίνω, ῶ, F. ήσω, P. ηνα, Idem quod ἀδρύω. Nonnunquam & neutraliter ponitur, sicut ἀδρύω pro ἀδρύνομαι. vnde apud Dioscoridem ἠδρηκὼς, Adultus, Maturus factus.

Ἄδρυσις, εως, ἡ, Maturitas, apud Basilium.

Ἄ Ε Θ Λ Ο Σ, ου, ὁ, Certamen. Herodot. 2, ὅπλα τε πάντων δὴ τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον. Homerus Odyss. φ, Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντες ἐπέφνομεν φρένα ἄεθλος. Etymol. ait significare etiam locum certaminis. Sic ἀγὼν & pro certamine & pro loco certaminis poni diximus antea. ¶ Ἄεθλος, Labor. vt ἄεθλοι Vlyssis, Od. α. Vbi Eustathius ait ἄεθλους appellari honorificè ab Homero Vlyssis labores, tanquam certantis aduersus fortunam: aut simpliciter vocari labores: & ἄεθλος dici quasi οὗ τις οὐκ ἄν τις ἐθέλοι, quos quis nolit. vt videlicet sit ex α priuatiuo & verbo ἐθέλειν conflata hæc vox. At Etymol. ἄεθλον (in neutro genere pro præmio certaminis) vult ex ἐθέλειν esse compositum & α epitatico: vt sit ἄεθλον quasi quod quis valde velit & cupiat, τὸ πάνυ ἐθέλητόν. Idem ponit & aliam etymologiam: vt videlicet à τλάω id est tolero factum sit τλὸν, & α præfixo ἄτλον: mutato τ in θ, ἄεθλον. quam posteriorem etymologiam tenendo, necesse foret dicere ex ἄεθλον factum esse ἄθλον, non contrà. sequendo autem alteram, vt ἄεθλον sit quasi τὸ πάνυ θλητόν, contrà ἄθλον ex ἄεθλον factum esse dicere-

mus. sed ex vtraque cõsequeretur prius nomen impo- A
situm fuisse præmio certaminis quàm ipsi certamini. loquitur enim de ἄεθλον & ἄθλον, non de ἄεθλος & ἆθλος. Atqui rationi cõsentaneum nõ est posterius etymum, vt videlicet ἆθλον, præmium certaminis, dictum sit à tolerando. Ego igitur confusa omnia in his duabus posterioribus etymologiis cernens, primam sequor, ab Eustathio duobus locis notatam: sed ita vt illam voci ἄεθλος, non tantùm quum significat laborem, sed & quũ primam significationem habet, pro certamine, accommodandam putem. quotusquisque est enim qui certa- B
men non refugiat?

Ἄεθλον, ου, τὸ, Præmium certaminis de quo reportata est victoria. Il. ψ, Νηῶν δ' ἐκτὸς ἄεθλα λέγοντό τε τείποδές τε. Theocr. Idyl. η, Χρύσεος ἢ ἔτι ὧν ἐσορᾷς; χρύσεος καὶ τοῦτο Διώνα ἄεθλον;

Ἆθλον pro ἄεθλος videtur vsurpasse Diotimus in Anthol. Epig. hoc in versu, Ταὶ ἧς ἐν ἀίδα ἄεθλα πάλας ἔσκεν κραταιάς. nisi fortè posuerit quod consequitur pro eo quod præcedit, id est præmium certaminis pro certamine. In eodem libro ἄεθλα pro ἄεθλοι, id est labores, hoc versu, Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

C. Ἀεθλοθέτης, ου, ὁ, Qui præmium certaminis statuit. Compositum ex ἄεθλον, & θέτης, quod in compositione positorem significat. Vide infrà ἀθλοθέτης.

C. Ἀεθλοφόρος, ου, ὁ, Præmiũ certaminis ferens, Victor in certamine. Herodot. ι, ἀεθλοφόροι ἀμφότεροι ὁμοίως ἦσαν. Dicitur etiam equus ἀεθλοφόρος, siue ἀθλοφόρος: vt Iliad. χ, circa principium, Σθενέλῳ ὡς δ' ἵππος ἀεθλοφόρος. At Iliad. ι, — δώδεκα δὴ ἵππους Πηγοὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἄεθλα πορὼν ἄροτο. I

Ἀεθλοσύνη, ης, ἡ, Certamen, Certatio. Item κακοπάθεια, Miseria. Ab Hesychio exponitur ἀγωνία.

Ἀέθλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præmium reportans, ἀεθλοφόρος. de homine & de equo dicitur. Callimachus hymno in Delum, — ἵνα μιν ἵππον ἀέθλιον ἁμαξεύσῃς. Archias, Ὅν Φοίβου χρησμῳδὸς ἀέθλιον ἵππον ἔτισε Πυθώ. Potest & ἀέθλιος ἵππος intelligi simpliciter ἀγωνιστὴς, certator equus, aptus ad certamen: vt deriuetur ab ἄεθλος. & ita videtur accipi apud Theognin, quum dicit, Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀέθλιος, &c. J At verò ἄθλιος ab ἆθλος miserum significat, vt videbis paulo post. a

Ἀέθλιον, ου, τὸ, Idem quod ἄεθλον, Certaminis præmium. Il. ι, — δώδεκα δὴ ἵππους Πηγοὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἄεθλα πορὼν ἄροντο. Il. χ, — ἅπερ πορὸν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν. Dicitur autem ἀέθλιον ab ἄεθλον, vt ἴσχιον ab ἴσχος, inquit Eustathius: qui alibi admonet non esse diminutiuum, sed denominatiuum siue deriuatiuum ab ἄεθλον.

¶ Ἀεθλέω, F. ήσω. P. ησα, Certo, Dimico. Pugno. Il. ω, Ἀλλ' ὄγ' ἀεθλεύειν ἐπεκαλίζετο.

Ἀεθλεύειν, Mala perferre, Mala tolerare, Malis exerceri. κακοπαθεῖν Eustathius exponit hoc in loco, Il. ω, Ἀεθλεύων περὶ αἰσαπες ἀμωλίχου. Ita enim legitur in vulg. edit. Vide Ἀθλεύω.

Ἀεθλητήρ, ῆρος, ὁ, Certator, qui in prosa oratione dicitur ἀθλητὴς, Athleta.

¶ Ἀεθλίω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα. Idem quod ἀεθλεύω. Herodot. ι, σωὶ χρόνῳ ἀεὶ κακῶς ἀέθλιον πρὸς ἐκείνους Τεγεήτας, pugnabant aduersus Tegeatas.

Ἀεθλιτήρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀεθλητήρ.

ΑΘΛΟΣ, ου, ὁ, Certamen. Idem quod ἄεθλος. ex quo etiã fit, crasi literarũ α & ε. vt ex ἀείδω fit ἄδω. Ἆθλοι Πυθικοὶ, Soph. in Electra: certamina Pythica. ἆθλοι Ἡρακλείους, qui à Latinis dicuntur Herculis labores. Isocr. ad Philippũ, ἄλλοι τὸν αἰθρείαν Ἡρακλέους ὑμνοῦντες καὶ τοὺς ἆθλους ἅπαντας θαυμάζοντες διηπιλοῦσι. Apud Eusebium in Præp. Euangelica, αἰδρὶ δὲ ῥηθέντι ὦ Ἡρακλεῖ Εὐρυσθεὺς ὁ τὴν βασιλείαν ἔχων τῆς Ἀργείας ἐπέστησε δώδεκα ἆθλους πονέσαι δώδεκα. Dicitur & de quouis labore, seu laborioso negotio. vt Plutar. in Camillo, ἐπεὶ ἔστιν τὸν ἆθλον ἐκείνως. J Apud Lucianum H
in Iudicio dearum τὸν ἆθλον pro τὸ ἆθλον ponitur, aut, (quod potius credo) malè legitur.

— Ἆθλον, ου, τὸ, Certaminis præmium, quod videlicet victori datur. Xenophon Pæd. ι, καὶ οὕτω τὸ τῆς πόλεως μέγιστον ἀγαθὸν παντὶ τῷ γένει αἰεὶ ἆθλα προτίθησι. Idem Hell. ς,



ἆθλον & νικητήριον pro eodem ponit. Nec verò pro certaminis duntaxat vsurpatur, sed & pro cuiusuis egregii facinoris præmio. Thucyd. ι, οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἐμφύονται ἐπὶ πρόσωπον ἆθλοις ἀρετῆς. Id est, Strenui autem decorabuntur præmiis virtutis quæ eos decebunt. Apud Thucydidem scholiastes ἆθλα exponit κέρδη, id est lucra, hoc loco libri ι, τὰ δὲ καινὰ λόγῳ προεκπύστως, ἆθλα ἐπικείμενα. J In malam partem etiam vsurpatur ἆθλον pro præmio seu mercede alicuius sceleris, id est pœna: vt apud Lysiam, οἱ γὰρ τοιαῦτα πρεσβεύοντες, ὁρῶντες εἰς τὰ ἆθλα προκείμενα τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσονται. Id est, Nam qui talia perpetrant, videntes quales merces delictis huiusmodi propositæ sint, minus in alios delinquent.

Ἄθλον pro ἆθλος, id est Labor, ærumna. Antiphilus in Epigr. — δεκέτευ τ' ἆθλα λιγὰ πολέμου. id est labores decennalis belli, siue ærumnas. Potest etiam exponi certamina. Apud Demosth. autem ἆθλα τοῦ πολέμου in propria significatione dicuntur belli præmia, id est præmia quæ manent victores in bello.

C. Ἀθλοθέτης, ου, ὁ, Præmii propositor, Præmii statutor: sed propriè præmii certaminis. Qui certamina exhibet præmiis propositis. Munerarius à Valla exponitur, Designator ludorum, ab aliis. Sed genitiuum illum omittendo designatorem simpliciter malim appellare, cum Vlpiano: qui designatores esse ait quos Græci nominant βεκεδύπας. Videtur autem βεκεδυπῶν appellatio & ἀθλοθέται & ἀγωνοθέται complecti, de quorum differentia diximus suprà in ἀγωνοθέτης. quanquam, vt Budæus notat, qui præmium proponebant, iidem erant iudices & arbitri: vnde ἀθλοθετῶ significat etiam ἀγωνοθετῶ. Lucianus Ἀναξίωα, Εἰπὲ καὶ σὺ ἀθλοθέτα μαστιγοῦν ἐώθασιν ὧν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποκρινόμενος, μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο, μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν. id est, Athlothetæ flagris cædere consueuerunt eum histrionem qui Mineruæ aut Neptuni aut Iouis personam repræsentans, actione non decora nec diis digna vtatur. vbi obseruandum est ἀθλοθετῶ significare eum qui sit iudex & arbiter in scenicis etiam certaminibus: non seruata illa quam ex grammaticis annotauimus differẽtia in ἀγωνοθέτης. J Dicitur ἀθλοθέτης & qui quoduis præmium proponit (vt & ἀθλοθετῶν generale est) vnde & Dionysius Seruatorẽ nostrum ἀθλοθετῶ vocat, vt qui sequentibus se præmium proposuerit, & quidem luculentissimum. Fit ἀθλοθέτης ex ἆθλον, & θέτης, id est positor, in compositione, à τίθημι. C

Ἀθλοθετέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Præmium certatoribꝰ propono, Sum athlotheta, Athlothetæ munus exerceo. Significat & ἀγωνοθετῶ, inquit Budæus. Est autem ἀγωνοθετῶ, Sum iudex & arbiter certaminis. quanquam in exẽplo quod affert Budæus, non verbum ἀθλοθετῶ pro ἀγωνοθετῶ, sed nomen ἀθλοθέτης pro ἀγωνοθέτης vsurpatur. est enim illud exemplum ex loco Luciani petitum, modò citato in ἀθλοθέτης. J Ἀθλοθετῶ, Præmium seu præmia propono, generaliter cuilibet, non certatoribus duntaxat. Athenæus ιβ, ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἀθλοθετῶν τοῖς ταῖς ἡδοναῖς αὐτῷ χαριζομένοις, Persarum rex præmia proponens iis qui voluptatum ei cognitionem dabant.

Ἀθλοθεσία, ας, ἡ, Præmii propositio, Præmiorum constitutio. apud Aristophanem, Ipsum munus & officium athlothetarum, vt ἀγωνοθεσία munus & officium agonothetarum. Dionysius ἀθλοθεσίαν, vt Budæus tradit, vocat vitam Euangelicam ab ipso iudice & athlotheta institutam & propositam. J Ἀθλοθεσίαν aiunt etiam nominari mutuam depositionem vtriusque concertãtium. C

Ἀθλοθετὴρ etiam dicitur pro ἀθλοθέτης: vt αὐλητὴρ pro αὐλητὴς, sicut modò docuimus.

Ἀθλοφόρος vide suprà in Ἀεθλοφόρος.

C. Ἔπαθλον, ου, τὸ, idem quod ἆθλον, Certaminis præmium, quod videlicet accipit victor: vnde & νικητήριον exponitur. Sed accipitur generaliter pro quouis præmio, seu mercede. Herod. lib. ι, τεσσαίρων ἑνὶ ἑνὶ μάτῃ Ναξίων ἡγεμονεύων καὶ ἀκμαζόντων πίστιον εἰσελθόντα τὸν Κόμμωδον ἐπινεῖξαι μεγάλα δώσειν ἔπαθλα ἐσπεμφθέντι. H

C. Πεντάεθλον siue Πένταθλον, Quinquertiũ, Quinque certamina, videlicet πυγμὴ, δρόμος, δίσκος, πάλη. Herodot.

πένταθλον ἐπασκήσας. Sic Pauſanias in Lac.pag.72,οὕτω πέν- A
ταθλον Ὀλυμπιάσιν ἀσκήσας,ἀνέλλην ἢ βάρβαρος.vbi πένταθλον ap
pellat quod dixerat πέντε ἀγῶνας,ambiguo tamen voca-
bulo. Apud Sophoclē plurali numero πενταέθλ' ἀγωνί-
ζεται,perinde ac ſi ſeparatim πέντε ἄεθλα dixiſſet.

Πένταθλος,ου,ὁ,Quinquertio,Qui illis quinque certaminibus victor euaſit, vel Victor quinque gymnaſticorum certaminum.Quidam, Vir quinque palmarum, vel omnium palmarum: quòd eſſent tantùm quinque illa ſolennium certaminum genera. Item, Qui ſe illis quinque certaminibus exercet.Pauſanias Eliacōn 2,πεν- B
τάθλους μὲν ἐν αὐτῷ κατεστήσασι ἓξ δρομεῦσιν αἱ μελέται. ¶Me-
taphoricè apud Laertium in Democr. pag. 465, καὶ ὡσ
ἐν ἀληθῶς ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ πένταθλος, qui omnes philoſo-
phiæ partes complexus eſt,Bud.

Πενταθλίω,ῶ,Quinque certaminib⁹ me exerceo,Quinque generibus certaminum certo. Pauſanias Eliacōn 2,ὃς δὲ
Ἡλεῖον Τισαμενὸν πενταθλοῦντα ἐν Ὀλυμπίᾳ κατεσκάλαμον. I-
dem paulo inferius, ἐφοίτων γὰρ δὴ πάλαι οἱ παῖδες καὶ ὕστερον
πενταθλήσοντες ἐκαλλίσθησαν.

¶ Ἀθλεύω.F.σω.P.κα.Certo,Certamen ineo: (vt ἀεθλεύω)a- C
pud Apollon. lib.2. Aliquando ſignificat κακοπαθῶ, id eſt Mala tolero,Exerceor malis.Sic autem fortaſſe & a-
pud Homerum legendum Iliad.ω, Ἀθλεύων περὶ αἴσχεσι ἀμυνέμεν, non ἀεθλεύων. ſicut idem poeta & ἀεθλοφόρος & ἀθλοφόρος dicit, prout ratio verſus poſcit.

¶ Ἀθλέω,F.ήσω. P.ησα. Idē quod ἀθλεύω. nam vt ἀεθλεύω & ἀεθλέω in carmine, ita in oratione ſoluta ἀθλεύω & ἀ-
θλέω pro eodem ſumuntur:ſed illic ἀεθλεύω, hìc contrà ἀθλέω frequentius eſt,& multa à ſe deriuata nomina ha
bens,quæ ſubiungam. Notandum eſt præterea ἀθλεῖν D
verbū id eſſe à quo athletæ denominati ſunt, & quod de illis certantibus dicitur.

Ἄθλημα,ατος,τὸ,Certatio, Certamen. Aliquando ipſum certamen athleticum quod certatur,vt Plut. Sympoſ.2,de luctæ loquens, πυκνώσαντα καὶ πανυρρήσαντα τὰ ἀθλήματα. Aliquando ipſa certandi actio,id eſt ἄθλησις. ¶Exponitur etiam ἀθλήματα,geſta,apud Aphthonium. ſed geſta non poteſt ſignificare ſimpliciter: verùm cum labore geſta. nam ἀθλεῖν,vt & ἀθλεύειν, dixim⁹ ſignifica re κακοπαθεῖν. Fit autem ἄθλημα ex ἤθλημαι prima præteriti τῦ ἀθλέομαι.

Ἄθλησις,Ipſa certandi actio,Certatio athletarum, ſiue exercitatio athletica.à ſecunda ἤθλησαι,vt ἄθλημα à prima ἤθλημαι.Aliquando & de quauis certatione,ſiue exercitatione,pro ἄσκησις.

Ἀθλητής,οῦ,ὁ, Certator, Athleta. nam retinuerunt Latini Græcā vocē. Qui autē exponunt ἀθλητὴν pugilem, aut luctatorem, pro generali ſignificatione particularem huic nomini tribuunt. neque enim pugilem vel luctatorem ſignificat peculiariter, ſed ex æquo quemlibet certatorē gymnicū: adeo vt ἀθλητὴς ſit certator gymnicus,id eſt vel παλαιστὴς luctator:vel δρομεὺς,curſor:vel πύ-
κτης,pugil:vel δισκοβόλος,diſci iaculator: vel ἅλτης, ſaltus velocitate valens,& de ea contendens.Gymnici,inquit Pollux,propriè athletæ dicūtur ἀθλητὴς ἀξιόνικος ἑξαέθλους, Xenoph. Pæd.1, de quolibet ex illis quinque intelligens. ſic Plut. Pericle, ἀθλητὴν νικηφόρον dixit, de quouis. Vbi autem peculiariter de aliquo ex illis quinque dicatur, præcedentia aut ſequentia docere ſolent. vt apud eundem De audiendo τοῖς ἀθληταῖς ponitur pro C
πύκταις id eſt Pugilibus:quia illis dat ἀμφωτίδας.

Ἀθλητής,Qui in quolibet certaminis genere exercitatus eſt.præſertim genitiuo iunctum.vt ἀθλητὴς πολέμων in loco quem Suidas citat.Philoſtratus,ἀθλητὴς γὰρ ἦν τού-
των ὁ Ἡρακλῆς ἐξελόμενος,μεγαλοπρεπέσι ἐπαγῶν.

Ἀθλητήρ,ῆρος,ὁ,Idem quod ἀθλητής,Certator.ſed poeticum eſt.Od.ϑ,— νέμεσις ἀθλητῆρας ἔοικας.id eſt ἄθλων δαήμοσι, perito certaminum,vt paulo antè dixerat.

Ἀθλητικός,οῦ,ὁ,Athleticus, Ad athletas pertinens. vt apud Plutarchum Symp.8,ἀθλητικοὶ ἀγῶνες,athletica certamina.Idem Symp.5, ἀθλητικὰ dicit athletis conuenientia. ¶Ἀθλητικὴ ἕξις, Athletica corporis habitudo,id eſt firma & robuſta. Sunt qui corpulentam habitudinem exponant: ſed habitudo hac in ſignificatione ferè adiunctū habet genitiuum corporis.dicitur enim habitudo corporis bona:verùm habitudo corporis corpulenta, durè diceretur. Præterea corpulentum Feſtus exponit obeſum:quo ſenſu cōuenire huic explicationi non poteſt. Ariſtoteles Pol.8,πῶς μὲν αἱ μάλιστα δεικνῦσαι τὴν πόλεων ὀλι-
γωρίαν τὴν περὶ παῖδων,αἱ μὴ ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιοῦσιν. Sic Plut. in Fabio ἀθλητικὸν σῶμα dixit firmum ac robuſtum corpus. Quanquam & ſimpliciter alicuius athletæ corpus intelligi poteſt.

Ἀθλητικῶς,Aduerbium, Athleticè, Athletarum more. Plutarchus in Apophth. σῶμα γεγυμνασμένον οὐκ ἀθλητικῶς μό-
Ἁγνίσιον. F. σω. P. κα, pro ἁγιάζω, inquit Suidas. Idem exponit, Perago quæ ad sacrificium pertinent. Hesychius, Veneror. Item, Pietatem colo. intellige autem pietatẽ in deos. & ita fortasse exponi in hoc Platonis loco possit, ἁγνίσιόν σοι πρὸς θεοὺς ἥδιον. Item, Castimoniam seruo. in qua significatione videtur sumi apud Demosthenem κατ' Νεαίρας: vbi tale est iusiurandum sacerdotis Bacchi, ἁγνίσιμι καθαρὸς καὶ ἁγνὸς ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων καὶ ἀπ' οἴκου σωφρονίσας. Scribitur & Ἁγνίσιῶ, ῶ, vnde ἁγνίσιῶν infinitiuus apud Hesychium.

Ἁγισία, ας, ἡ, ab Ἁγνίσιῶ (Ἁγισία autem esset aliunde, vt mox dicetur) Sanctimonia, Puritas. Item, Cultus deorũ, inquit Suidas. Idem exponit ἱεροπλοΐαν, id est, sacrorum vel rerum ad sacra pertinentium peractionem: aut breuius, ceremôniarum peractionem. Possumus & sacrum vno verbo interpretari. Plut. in Romulo, ἡ περὶ τὸ πῦρ ἁγισία. Sed & ipsæ ceremoniæ ἁγισίαι dicuntur ab Isocrate in Busiride: vbi de Pythagora dicit, καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας τι καὶ τὰς ἁγισίας τὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁπόσαις ἴστιον πρὸς ἄλλων ἐπανύσασθαι. Plato Axiocho (aut quicunque huius dialogi est autor) ὥσπερ τοῖς μεμυημένοις δοκεῖ τις περιουσία, καὶ τὰς ὁσίας ἁγισίας κρείττων σωτηρίαν. id est, Rem diuinam obeunt, Sacra faciunt. Chrysostomus eucharistiã ἁγισίαν appellat, sicut & πανηγύριν. Quanquam apud eum ἁγιασία legitur. & fortasse idem vtrunque valet: estque error in Suidæ exemplaribus, vbi scribitur, ἁγιασία, ἡ

ἁγιωσύνη· ἁγιστία δέ, ἡ ἱεροπραγία, διὰ τοῦ ι. Nam Suidas quum diphthongo scribi ait posterius, ostendit se hoc vnum discrimen statuere: adeo vt legendum sit & hoc posterius cũ ἁ ἁγιασία. Varinus tamen ἁγιστία ex eo descripsit. Etymol. ἁγιστία habet sine diphthongo, quod ita format, Ἁγιάζω, ἁγιάσω, ἡγίακα, ἡγίασμαι, ἡγιάσαμην, ἡγιάσθην, ἁγιασὸς, ἁγιαστὰ, & per syncopen ἁγιστία. exponit autem ἁγιασία per ἁγιωσύνην. Verùm illi non attentior: sed si ἁγιστία sine diphthongo scriberetur, ab ἥγισται tertia persona singul. præterit. verbi ἁγίζομαι, aut ab ἁγιστὸν contracto (cuius infinit. ἁγίστιν apud Hes.) deduci putarem.

C. Καθαγίζω, Consecro, σωματικῶς καὶ καθαγιστικῶς, Hes. Exponitur etiam, Soluo iusta, Perago exequias, Offero mortuo sacrificium aut epulum super sepulcro. Luc. De luctu, τὰ φέροντα ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς καὶ οἷς καθαγιζομένοις ὅτι πλεῖστα. Ponitur sæpe pro Adoleo, sicut & Valla vertit apud Herodotum. Plutarchus καθαγίζειν & καθαγιάζειν τὸ σῶμα τοῦ Καίσαρος, dixit Cremare corpus Cæsaris. Apud Pausaniam autem, pro Vrere ad odorem excitandum: τῶν δὲ ἱερείων τοῖς μηροῖς θύουσι, τἄλλα δὲ φρυκτοῦ ξύλοις καθαγίζουσι κηρωθέντες δὲ ὁμοῦ τοῖς μηροῖς φύλλον τῇ παιδέρωτος συγκαθαγίζουσι. ‖ Apud Soph. Καθαγίζω contraria significatione pro Polluo, teste Hesychio. HINC Καθαγισμὸς, Consecratio. Item, Parentatio. Erasmus Parentalia vertit in hoc Luciani loco in libello De luctu, ἐπὶ τῷ ὅτι τὴν καθαγισθεῖσαν, καὶ αὐτοῖς, &c. Idem illa eiusdẽ opusculi verba, modò citata, ταῖς παρ' ἡμῶν χοαῖς καὶ τοῖς καθαγιζομένοις ὅτι τὰ φέροντα, interpr. Nostris libationibus inferiisq; quæ sepulcris inferuntur: sed vtrobique de iis quæ adolentur, intelligi, videntur ostendere quæ sequuntur apud Lucianum verba post illud καθαγισμῶν. vt sit καθαγισμὸς ipse adolendi actus.

c.r. Συγκαθαγίζω, Vnà consecro, Vnà adoleo. Item, Vnà vro, vt in loco illo Pausaniæ, qui modò citatus fuit, συγκαθαγίζουσι. vbi καθαγίζειν quod ibidem habetur, est simpliciter vrere ad odorem excitandum, vt scribit Bud.

C. Ἐναγὴς, Idẽ quod ἀγὴς. Bud. hæc synonyma, ἐναγὴς, & ἀλιτήριος, & ἐξάγιος, & ἐπάρατος, & τὴν ἀρὰν ἔνοχος, exponit, Execrabilis, Deuotus manibus, Impurus & sacer. Hæc Budæus: quibus addo Piacularis. nam vt ἄγος Piaculũ dicitur, sic ἐναγὴς commodè Piacularis posse reddi existimo, quod & de persona nonnunquam dicitur. Idem Budæus ex Thucydide affert, καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ φόνου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῷ θεῷ ἐκαλοῦντο, quasi quorum capita deuota deæ atque sacrata essent. Citat & ex Æschine, ἐναγὴς ἴσθι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ Ἀθηνᾷ τῇ Πυθίᾳ. In quorum locorum vtroq; genitiuũ habet: sed & sine illo sæpe ponitur: vt Plutarch. περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. vocat φιλαπόδημον ἐναγῆ.

Ἐναγὴς in contraria significat. ab ἄγος significante venerationem, vide in sequente aduerbio Ἐναγῶς.

Ἐναγῶς, Piè, Cum veneratione, Sancte. Philo De vita Mos. lib. 3, ἓξ ἡμέρας ἐναγῶς ἀγάλλωμαι καὶ δύο μόνον καὶ τρεῖς δύο. Vbi Turnebus exponit Rite. Potest autem & cum ὁπλίσασθαι iungi hoc aduerbium. Cæterùm si non mendosè legitur hic ἐναγῶς pro ἁγνῶς (quod aliquando suspicatus sum) nomen itidem ἐναγὴς pro pio & sancto sumi posse constat.

Ἐναγικὸς, κὴ, κὸν, Piacularis. de re dicitur, vt ἐναγὴς de persona. Plut. Pol. præc. ὅσα τῶν χρημάτων ἐναγικῶν προσαγορεύθη τῶν τοῖς καθαγισταῖς ἐνωκοδόμησαν.

C. Ἀναγὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Impurus, Suida: at Hesychio, Purus. quas expositiones ita posse inter se conciliari existimo, vt dicamus ἀναγὴς impurum significans esse ex α priuatiuo & ἁγὴς significante purũ: at verò ἀναγὴς pro puro, esse ex ἁγὴς significante impurum. Quam tamen posteriorem expositionem solam posui in Ἁγὴς, quòd exemplum alterius non haberem.

Ἐναγίζω, Sacra mortuis facio, Parento. Pausanias pag. 231, τὸν δὲ ὁ Ἐπαμινώνδας Σκεδάσῳ καὶ τοῖς παισὶν ἐναγίζει τε ἐς μάλιστα. Et cum accusatiuo, pro Immolare vel pro simpliciter Offerre parentandi causa, siue pro parentatione. vt apud Plut. in Solone, ἐναγίζειν βοῦν. Idem in Catone, ταῦτα χρὴ πρὸς γονέων ἐναγίζειν, οὐκ ἀργύρια οὐδ' ἐλέφους, ἀλλ' ἐχθρῶν δάκρυα καὶ κατάρας. Citatur ex eodem Plut. in Numa, τοῖς φυτοῖς ἐναγίζουσι πόπ. quod exponitur, Germinibus tũc



parentant. ‖ Etymol. vult inter cætera significare φονεύειν, id est occidere.

Ἐνασισμὸς, οὐ, ὁ, Parentatio. vt apud Plut. ποιεῖσθαι ἐνασισμοὺς τοῖς πεπτωκόσι, parentare mortuis. Herod. 4, ἐκατόμβας τε οὐκ ἀπέμβας καὶ λοιδορηθεὶς ἀποφορήσαι, ἐνασισμοὺς τε ποιησάμενος, id est, parentationis omne genus, vt Pol. interpr. DICITVR & Ἐνάσισμα pro ἐνασισμὸς, vel pro libamine quod parentationis gratia offertur. Exponitur etiam ἐναγίσματα, Inferiæ. Hesychio ἐναγίσματα, sicut & ἐνασισμοὶ, sunt ὁλοκαυτώματα.

B C. Εὐαγὴς, ἐος, ὁ ἡ, Sãctus, Sacer, Purus. vt ἁγνὸν ἐπὶ θυηλαῖς, Sacris victimis, & ἁγνῶν ἱερουργιῶν, citatur ex Nono. Εὐαγὴς ταὶ χεῖρας, Purus manibus, Puras manus habens, id est cæde non contaminatas. Et Philo De vita Mosis lib. 2, πράξεις οὐκ ἀγαθὰς appellat impuras actiones, id est flagitiosas. Interdũ ἁγὴς ὅσιος exponitur Fas est. vt apud Plut. Lycurgo, ἔστιν ἁγὴς ἢ θεμιτὸν εἰπεῖν. Apud Aristot. autem De mundo κόσμος λαμπρότητι ἁγίστατος exponitur Mundus claritate syderum purissima præditus.

Εὐαγὴς μέλισσα, Anthol. epigr. lib. 1, Agiles apes, quòd per aerem citò ferantur & facilè, vt in vulg. lex. exponitur ex Iani Lascaris viri doctissimi sententia, deducentis ab εὖ & ἄγω. Sic & apud Suidam ἁγὴς exponitur εὖ πεφημισμένος. Ad hãc autẽ deductionẽ ἀπὸ τοῦ εὖ & ἄγω referri etiã posse existimo ἁγὴς πνεῦμα ad Herodotum pro vento secundo, in Euterpe, ἁγαθόν τι πνεῦμα πρόσχημα καὶ παλαιὸν ἐπιλέγουσι, vt sit ἁγὴς πνεῦμα τὸ εὖ ἄγον, vt dicuntur venti ferentes pro secundis. Sed malo ver. exempl. sequi in quibus reperi ἀγαθὸν, ab ἄω. ‖ Εὐαγὴς πύργος ex eorundem epigr. libro 4 citatur pro turri patente & aperta, id est liberum prospectum habente. Quæ significatio aliam rursus deductionem poscere videtur. Non malè autem fortasse ibi quoque ἀναὴς legeretur: quia quæ in patenti loco sita sunt, ventis magis sunt expolita. Vult tamen Hesychius quoque ἁγὴς inter cætera significare εὔοπλον. ‖ Est & Εὐαγὴς, Quod facilè frangi potest, (ità enim malo quàm cum Suida exponere καλῶς κεκλασμένον) ab ἄγω, frango.

Εὐάγνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purus, Splendidus. Aristoph. Nub. ipsis nubibus tribuit ῥοσπρεπὴ φύσιν ἁγνὸν, quod Suidas exponit καθαρὰν & λαμπρὰν: schol. autem, non solùm λαμπρὰν, sed & παντελῶς φερομένην. secundum quam expositionẽ erit ab εὖ & ἄγω, vt & de ἁγὴς dictum est: in altera autem significat. sunt qui ab αἴγω deducant.

C. Παναγὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Omnino sanctus, vel purus, Sanctissimus, Purissimus, Hes. Apud Suidã παναγῆς χωνευτὴς. ET Παναγὴς, ἐος, ἡ, Dies sacra, in vulg. lex. ET Παναγίαι, Hes. exponit πανηγύρεις.

C. Ἐξάγιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sceleratissimus, Impunissimus. habet enim quandam superlatiui formam, meo iudicio: vnde & λίαν ἐναγὴς a Suida exponitur. Et cum nomine superlat. iungitur a Demosthene in Aristog. τοὺς δὲ πατρῴους καὶ τοὺς ἐξαγίστους ἐνημαζομένους ταῖς συμφοραῖς ἀφανίζειν κέλευσι. Iungitur tamen & cum positiuo: vt apud Æschinem, λιμὼ ἀνὼ ἐξάγιστος καὶ ἐπάρατος ὠνόμασε κύριος. id est, Sceleratus portus & nefastus, inquit Bud. Sic apud eundem, τὴν ἐξαγίστων καὶ ἐπαράτων χρημάτων. Quinetiam præpositio ἐξ significationem intendere videtur. Exponitur & ἀκάθαρτος atque πανηρὸς ab eodem Suida, apud quem legimus ἐξάλιστοι πόνοι. &, τὸ ψεῦδος ἀπηρείσατο πανδαισίαν ἄλλο τι πλὴν ἐξαγίστων. Citatur & ex Plut. in Public. πρὸς πατέρα, Βρουτιανῶν ἐξάλιστα κατηγορεῖν.

ἍΓΙΟΣ, Sactus. vt ἁγιοπάτρωσσαν, Call. in hymno in Delũ. Plut. in Probl. τῇ ὑ ἁμῇ ποιοῦσιν αἰτὸν ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. vbi ἱερὸν καὶ ἅγιον, pro sacrũ & sanctũ ponit, quod vocabulo copulato Latini sacrosanctum appellat. & hoc nomen exprimere fortasse voluit Plutarchus, de Romanorum tribuno hic loquens. Ἅγιος fœminino genere dixit Isocrates, pro ἁγία, id est sancta, in Hel. enc. θυσίας ἁγίους καὶ πανηγύρεις. si modò caret mendo locus. Cæterùm Etym. vult ἅγιος ab ἄζω esse, à quo factũ sit ἄζιος, deinde ἅγιος. sed ab ἄζω fieri fatendum est, immediatè ab eo fieri negandum est. nam ex ἄζω fit ἅγος, ex ἅγος autem ἁγιος & ἁγνός. quod posterius tamen minus vsitatam formationem habet: quam non considerans Orion inepta quædam de alia huius vocabuli origine af-

tul.t:vt in eo dicetur.

Ἅγιος ab Heſychio exponitur etiam καθαρός, id eſt purus:& σεβάσμιος, id eſt venerandus ſeu venerabilis: & ὁσιώτης, id eſt pius, pietatem colẽs. Idé ἅγια in plur.neutro exponit ἁγνά, hoc eſt honorata, ſiue honorabilia.

Ἅγιον, τό, Subſtantiuè poſitum: vt ἅγια ἁγίων, Sancta ſanctorum, locus templi ſanctiſſimus. Sic autores eccleſiaſtici appellarunt, ſequuti LXX interpretes. Gregor. εἶτα ἐφ' ἑαυτῷ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τῆς σκηνῆς συνεκαλύπτετο ταῖς, καὶ, &c. Apud D. Paulum ἅγια etiam dicitur pro ἅγια ἁγίων.

C. Πανάγιος, ου, ὁ, Omnino ſanctus, Sanctiſſimus. vt & dicitur παναγής.

C. Ἁγιόγραφος, ου, ὁ ἡ, Ad verbum Sanctoſcriptus, ſi ferre poſſet Latinitas adiectiuum nomen ita compoſitum. vt ἁγιόγραφοι πάτερες, apud Dion. Areopagitam, Sanctoſcripti libri, id eſt Sanctæ ſcripturæ libri.

Ἁγιόγραφα, τά, Sãcta ſcripta. Hac appellatione comprehenduntur certi quidam Bibliorum libri: de qua lege Hieronymum, Damaſcenum, & alios.

Ἁγίως, Aduerb. Sanctè.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. pro quo & Ἁγιωσύνη dicitur.

Ἁγιωσύνη, vel potius Ἁγιωσυνή, Idem. Apud D. Paulum ſuperioris temporis editiones ἁγιοσύνη per ο habebãt: at in editione patris mei ἁγιωσυνή per ω poſitum fuit, ex conſenſu veterum exemplarium in quibus omnibus (ſaltẽ in antiquioribus & fide dignioribus) ipſe hanc ſcripturam inueni. Quinetiam regula eſt quædam apud grammaticos ſecũdum quam vt ἱροσυνή, ἀγαθωσυνή, ita & ἁγιωσυνή ſcribi debet. Non ignoro tamen ἁγιοσύνη multis in locis ſcriptum reperiri. Vide ἁγιόω, quod proximè ſequitur.

¶ Ἁγιόω, ῶ, Sanctifico, Sanctum reddo. pro quo frequentius eſt ἁγιάζω. Cæterùm ſi ab ἁγιόω formetur ἁγίωσις, erit Sanctificatio: ſed pro ἁγιότης potius ponitur, vt dictum eſt.

¶ Ἁγιάζω. F. άσω. P. αχα, Sanctum reddo, Sanctifico, vel Purifico. Et paſſiuum Ἁγιάζομαι, Sanctificor. paſſim in Nouo Teſtamento. Significãt etiam Conſecro & Conſecror. Heſych. ἁγιάζειν exponit etiã Venerari. Item, In ara adolere. Suidas dicit, Sanctè vrere. Eſt etiam Victimas comedere, ſecundum quoſdam, vt ait idé Heſychius. Suidas ἁγιάσαι exponit etiam περιδυτρεπίσαι, & κηρύξαι. Heſychius habet tantùm κηρύξαι. quod verbum accipiendum videtur in ea ſignificat.one quæ ad ſacra pertinet: de qua vide ſuo loco.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ, vel Ἁγίασμα, ατος, τό, Sanctificatio, Purificatio. ab ἡγίασται prima præterita ab ἁγιάζομαι. Gregorius Nazianzenus, ἁγιασμὸς καὶ καθαρότης, ἵνα χωρῆται τὸ καθαρὸν καθαρότητι. Ab Heſ. exponitur etiam ἁγιστία. Vtitur D. Paulus nomine ἁγιασμός, non item altero.

Ἁγιστία, ας, ἡ, Sanctitas, Sanctimonia. Chryſoſtomus, Σώσει καὶ ἐξ ἑτέρου σώματος τὴν ἁγιστίαν ταύτην ἰδίᾳ τῷ ἐκείνου λόγῳ. At ἁγνεία ſignificat ἱεροπρέπειαν, vt ex Suida paulo pòſt docebitur.

Ἁγιαστήριον, ου, τό, Sãctuarium, vt vertunt ſcriptores Eccleſiaſtici.

C. Καθαγιάζω, Conſecro, ἁγνίζω. Suid. Item pro καθαγίζω ſignificante Cremo, vide in Καθαγίζω.

ΑΓΝΟΣ, ός, ὁ, Caſtus, Purus, Pudicus. Plut. in Artoxerxe fœminam ἁγνὴν hoc ſenſu vocauit, ὅπως ἁγνὴ διάγῃ τὸν ὑπόλοιπον βίον. Naumachius δίκας ἁγνὸν, corpus caſtũ virginis appellauit. Corpus impollutum vel non polluctum vertere poſſumus, Catulli exemplo, qui de puella dixit, Quum caſtum amiſit polluto corpore florem: caſtum florem vocans virginitatem. Aliquando in eadẽ ſignificatione additur genitiuus ἀφροδισίων. vt ἁγνὰ τῆς ἀφροδισίων, purus à rebus venereis, Plut. κυρ. ῥωμ. Sic ἁγνὸς γάμων, purus à nuptiis, Plato De legibus. Apud Demoſthenem Aduerſus Neræam, Bacchi ſacerdos ita iurat, ἁγνεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ πάσης ἄλλης τῆς οὐ καθαρεύοντος καὶ αἰεὶ ἀπέχω σωφροσύνης. Sic apud Homerum Diana dicitur ἁγνὴ, vtpote virgo.

Ἁγνὸς, Purus, Nullo ſcelere contaminatus, καθαρὸς, Ἀκηλὶς. Sophocl. Antigone, Ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοῦτ' ἐπωιδὴν τῷδε τῷ



κτέρῳ, id eſt, Nos enim puri ſumus quod ad hanc puellam attinet. hoc eſt, nullum ſcelus ſiue piaculum admiſimus. οὐδὲν ἁγνὸς ἐφεξάμην, inquit ſcholiaſtes. Dicitur autem hoc à Creonte apud poetam, quòd eam manibus ſuis non occideret. Sic Latinè puræ manus abſolutè dicuntur aliquando pro puræ à cæde. Aliquando additur genitiuus φόνου, vt ἁγνὸς φόνου, Purus à cæde, Nõ pollutus homicidio. Dicitur item ἁγνὸς qui alio quouis modo pollutus non eſt: vt quum dicit ἐν κυρ. ῥωμ. Plut. ἁγνοὺς non eſſe eos quorum funus curatum fuiſſet, & quibus ſtructum ſepulcrum, tanquam mortuis. Qua in ſignificatione ἁγνὸς (vt opinor) poſſumus interpretari, Non funeſtatus. nam funeſtæ ſeu funeſtatæ domus pro pollutis habebantur. Huc pertinet quod ἁγνεύειν (quod declarat ἁγνὸν εἶναι) dicit ſignificare Purum eſſe à rebus venereis & à mortuo. Dicitur ἁγνὸς & aliis modis. vt ἁγνὴ ἑορτὴ, Purum feſtum, ob purificationes & expiationes quæ in eo fierent: & Proſerpina ἁγνὴ, ob purificationem & luſtrationem mortuorum quæ fit igne. Cæterùm ſi Orionẽ ſequeremur, ἁγνὸς ſcriberemus. Is enim apud Etymol. ἁγνὸν eſſe dicit ab ἀγάζω: facto inde ἀγανὸς, à quo per ſyncopen ἁγνὸς: vt à παίζω fit παγνός. Sed apud eundem tamen Etymol. legitur paulo antè ἁγνὸς ab ἄζω deductum: vt ſit ἁγὸς, ἁγανὸς, & ἁγνός. Vide ſuprà in ἅγιος.

Ἁγνὸς cum genitiuo de aliis etiam rebus dicitur: vt, εἶδος Δήμητρος, apud Eurip. Panis expers. ad verbum, Purus à Cerere, id eſt à pane. Sic ἁγνὸς θήρης, Purus à venatione, pro, Qui non attigit venationem, in Anthologia epigrammatum.

C. Ἄναγνος, Non caſtus, Impudicus, Impurus. Gregorius in Enc. Maccab. ὡς ἀνδρὶ σῶμα φαύσειν ἄναγνον ἁγνοῦ καὶ θηλυκοῦ σώματος.

C. Παράγνος, Omnino caſtus, Caſtiſſimus, Puriſſimus. Heſychius παναγὴς exponit πᾶν ἁγνός.

C. Ἀγνοπάλος pro ſimplici ἁγνὸς, Orph. Argon. ἀγνοπάλον πὰ καθαρμόν.

Ἁγνὴς, ῆος, ὁ καὶ ἡ, Pro ἁγνὸς ſiue ἁγνὴ etiam dicitur apud poetas. Ἁγνᾶν item Purum Heſych. exponit.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, Caſtitas, Caſtimonia. pro quo ἁγνεία ſæpius vſurpatur.

Ἀγνιὼν, ῶνος, ὁ, Locus vbi virginibus pudicitia eripiebatur: per antiphraſin ſic dictus, apud Athenæum, lib. 12, qui tamen dicit ex ipſo facto nomen hoc inditum loco fuiſſe. Sed videtur intelligendum per antiphraſin, quaſi ex contrario eius quod illic fiebat.

¶ Ἁγνεύω, F. σω. P. κα. Caſtus ſum, Caſtitatem ſiue caſtimoniam colo. Purus & impollutus viuo, vt faciunt ſacerdotes. Sic in κυρ. ῥωμ. Plut. δίκαιον νομίζεται τοὺς ἁγνεύοντας ὁσιοτέρων ἀπέχεσθαι. Plinius apud Dioſcor. idẽ ἁγνεύσαι γυναῖκας interpr. Caſtitatem cuſtodientes: quem locum citant in Ἅγνος. Heſychius ἁγνεύειν ſignificare ait, Purũ eſſe à rebus venereis & à mortuo. id eſt (opinor) quum quis non attingit cadauer, aut non intereſt funeri, alióve modo funeſtatur. Æſchylus ἁγνεύειν de aue etiam dixit, Οἰωνὸς ὄρνις πᾶς ἂν ἁγνεύοι φαγών; His autem in locis neutrum eſt, abſolutè poſitum.

Ἁγνεύω, cum genitiuo, Purus ſum, Impollutus ſum hac vel illa re (pro ſignificatione genitiui qui illi ſubiungitur) Abſtineo hac vel illa re, caſtitatis gratia. Plutarchus, ὅταν τὴν ἀφροδισίων ἁγνεῦσαι καὶ οἴνου καὶ ψευδολογίας. Lucianus, ὁ δὲ ἁγνεύων ἔρωτος ἄρρητος, εἰς γυναῖκας ἐπίη τε. Demoſthenes aduerſus Timocratem, τὸν βίον ὅλον ἡσυχάζειν τῆς διούτων ὑπερβολῆς. Syneſius, ἡμῖν δὲ ἀπόχεν ἁγνεῦσαι ἀκεὰς βλασφημοσυνῆς ἀλιτομύθου. Iũgitur etiam infinitiuo apud Herodotum lib. 1, οἱ μὲν γὰρ ἁγνεύοισι ἐμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. pro, Puros ſe conſeruant & impollutos in eo quòd nõ occidũt, &c. ¶ Ἁγνεύω cũ genit. in actiua ſignificatione, pro ἁγνίζω, Purũ reddo, Expio, Luſtro. vt ἁγνεύειν τὴν πόλιν, Ciuitatem luſtrare, expiare ab homicidio, apud Antiphontem. Idem de eo qui cædem admiſerat, loquens, ἁγνεύσας τὴν αὑτοῦ, καὶ, &c.

Ἁγνεία, ας, ἡ, Puritas, Caſtitas, Caſtimonia, apud Iſocratẽ in Buſiride. Sic Antiphon, οὔτε εἰς τὰ περὶ Φόνον, τὴν ἁγνείαν τὴν ἐμαυτοῦ παρέχομαι, vtpote qui non ſim cædis reus. Phocylides, Ἁγνείαν ψυχῆς, σοὶ σώματός εἰσι καθαρμοί. Soph.

βῶσιλοι ἀγνείας λόγον ἴσχον τινὰ τούτων. Sumitur etiam in a- A ctiua significatione pro Expiatio, Lustratio: sicut ἁγνίσιον pro Expiare, vt modò dictum est.

Ἁγνίσμα, ατος, τὸ, pro ἁγνεία, apud Euripidem.

Ἁγνόσωτος, ος, ὁ, Castitatis aliquid habens, Castitatē aliquatenus seruans. ita verti posse existimo per periphrasin, quum vno verbo reddi nullo modo possit. Ἁγνόσωτα ζῶα Aristot. opponit τοῖς ἀφροδισιαστικοῖς. erunt igitur animalia ἁγνόσωτα, Minus libidinosa, Minus in venerem prolivia. Gaza vertit, Quæ minus venere valent.

Ἁγνοστήριον, ου, τὸ, Bud. interprete, Locus in quo mens ex- B piari debet & à contagione vitæ ciuilis expurgari. vel, Locus religiosus in quo animi à contagione vitæ ciuilis purgantur. Gregorius aduersus Iulianum, ἐπὶ ἧ κατα-γώγια πήξασθαι, καὶ ξυνῶνας, ἁγνοστήρια τε καὶ παρθενῶνας καὶ φροντιστήρια.

Ἁγνίζω, F. ίσω. P. ιχα, Purifico, Lustro, Expio. Plut. in Romulo, καθαρμοῖς ἥγνισαν τὰς πόλεις. Vnde Ἁγνίζομαι passiuum. vtroque simul vtitur Apollonii Rhodii schol. in librum 4, χοιρίδιον μικρὸν ὃ πρῶτοι ἁγνίζοντες δύσεντες, ταῖς χεῖρας τῷ ἁγνιζομένου τοῦ ἅρματος αὐτοῦ βρέχουσιν. Et ἡγνισμένος, Expiatus, C Purificatus, apud Greg.

Ἁγνίζω, Adoleo. Apollonius Rhodius, — ἤγνισαν ἵερμα μήλων. id est, κατέκαυσαν καὶ ἔκαυσαν. Hes.

Ἁγνίσσω, Sacrificare. Item Corrumpere, apud Soph.

Ἁγνισμός, οῦ. ὁ, Purificatio, Expiatio, Lustratio, Plut. κεφ. ῥωμαϊκῶν, Καὶ τοῖς μαθηταῖς ἔθυσι σκυλακείοις ὃ ἐς ἁγνισμοῦ δεομένοις. Itē Adolitio, ab Adoleo. Pro eodem dicitur etiam Ἁγνισμα, ατος, τό.

Ἁγνιστὴς, οῦ, ὁ, Expiandi siue lustrandi vim habens, Expiandi facultate præditus. vt ἁγνιστὴν πῦρ, Eustathio in D Hom.

Ἁγνιστήριον, ου, τὸ, Locus vbi fit expiatio. vel, Id quo fit expiatio. Hes. ἁγνιστήριον salem esse dicit.

Ἁγνίτης, ου, ὁ, Expiatus à scelere. aut, Qui expiauit aliquem, vt ait Hesychius. ἁγνίτης ἅλς, Diuinum sal, apud Lycophronem. Eust.

C. Ἀφαγνίζω, Purifico, Expio. Suidas ἀφαγνίσαι exponit ἀποκαθάραι & ἀφαγνίζω. Gregor. de Iuliano loquens, αἷμα τι μὴ οἰκοθεν ἀπορρύπτεται, καὶ ταῖς χεῖρας ἀφαγνίζεται. id est, ἀποκαθαίρεται, vt ibidem.

¶ Ἄγνος, ου, ἡ, Frutex quidam in arborem assurgens, qui Latinè Vitex. Quanuis autem ἄγνος non solùm accentus sedem mutauerit, sed & spiritum, dicitur tamen ἅγνες tanquam ἁγνὸς, vt colligere possumus ex his Dioscoridis verbis, lib. 1. cap. 136, ὠνόμασται δὲ ἄγνος διὰ τὸ ταῖς ἐν τοῖς θεσμοφορείοις ἀγνευούσαις γυναῖξιν εἰς ἐπίστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. Pro quibus Plinius hæc, Alii ἄγνον vocant quoniam matronæ Thesmophoriis Athenæsium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt. At scholiastes Nicandri agnoscit quidē & ipse ἄγνον in Thesmophoriis vsum, sed tamen ἄγνον tanquam ἁγνὸν dictum tradit: ac certè prò eo facit spiritus tenuis quo passim hæc vox notatur. Apud Theophrastum ἄγνος exponitur à Gaza Amerina. Dioscorides in illo loco addit, ἄγνον dictam esse etiam λύγον, διὰ τὸ ταῖς ῥάβδοις αὐτῆς δύπτειν. HINC Ἁγνώδης q. d. Viticeus. vt ἁγνώδης φύλλον apud Theophr. Viticeum folium, Viticis folium.

Ἄγνος, auis cuiusdam nomen apud Suidam, εἶδος ὀρνέου.

Ἄγνος, ex Athen. lib. 8. affertur pro pisce Vranoscopo, qui Callionymus à Plinio dictus sit, atque ab ipso A- G thenæo.

Α Η Ρ, ἀέρος, ὁ, Aer, vnum ex quatuor elemētis. ἀέρος δὲ κρασία, apud Athenæum 8, Aeris temperies, vel Cæli temperies. Nam in hoc genere loquendi vsurpatur interdum cælum pro aere. Apud eundem lib. 1, μαλακὸς ἀήρ, Mollis aer: cui opponitur σκληρὸς ἀὴρ lib. 14. Apud Theophrastum, De caus. plant. 2, cap. 10, ἀὴρ ὑγρότερος, aer humidior. ἀνασπᾶν τὸν ἀέρα, dicit quidam poeta apud Plutarchum, id est aerem attrahere: sed Latini dicunt potius Haurire vel carpere aerem. Πρὸς τὸν ἀέρα διατρίβειν, apud Aristophanem, Sub dio commorari. id est, ἐν ὑπαίθρῳ διατρίβειν. Plutarchus autem τὸν ὑπαίθριον ἀέρα dicit qui vndique patet, & nulla parte clausus est. ¶ Vsurpatur etiam in plurali numero, vt ἀέρων φθοραὶ, Aerum corruptiones, Pestilentiæ. sic ἀέρων ἀνωμαλίαι, apud Chrysostomū. Vtitur & Plutarchus plurali in Solone, & in Præceptis de valetudine tuenda. Itidem aeres plurali numero dixit Vitruuius. ¶ Quidam malè tradunt communis esse generis apud Homerum. quum enim in fœminino ponitur, caliginem significat. ¶ Etymol. vult ἀὴρ deriuatum esse vel ex ἄημι, quia in eo animalia quædam ἄρονται, id est sursum attolluntur (vel quòd sit ἀῦτμος, id est leuis. quia ἄημι est κινῶ ζέω, & ἄημαι, κινοῦμαι ζέω) aut ex ἄω, id est spiro, flo: quòd eius motus vētum efficiat. Apud Platonē habentur tres etymologiæ, vel quia ἄειρε τὰ κάτω τῆς γῆς, vel quia semper fluit, vel quia ex eo fluente fit spiritus. In vulg. lex. Græc. ponitur vnica, & ea quidem falsissima, vt ἀὴρ sit factus ex α priuatiua & ἠρᾶν. cuius etymologiæ occasionem dedit ea significatio qua pro tenebris ponitur & ἀιδρεκίη. Ego à spirando dictum esse aerem facilè crediderim: sed malim ab ἄημι quàm ab ἄω formare. Quid si verò dicat aliquis ἄημι ex ἀὴρ esse deductum? Ei fanè non valde repugnabo. nam facilè crediderim non aliunde deriuatum esse nomen ἀὴρ, ab eo autem multa esse deducta. Quod enim vocabulum non deriuatum esse dicēdum est, si & huic deriuationem tribuamus? ¶ Habet autem ἀὴρ lōgum α passim apud poetas. Greg. tamen corripit (licentia vtens nescio an concessa) quum dicit in enumeratione plagarum Ægypti, Τὸ πεῖπε αὖ σκότισσεν ἀὴρ καὶ χάος κατέλυσεν.

Ἀήρ, fœm. genere, Caligo, Aer tenebrosus, Aer nubilus: vt contrà αἰθρία, Aer serenus. Exponitur etiam ἀιδρεκίη. hoc est inuisibilitas, ad verbum. Il. ε, Οἵη δ' ὁπὸ νεφέων ἠερίων φαίνεται ἀήρ. Od. ε, Ἀὴρ δὲ πάντη νηχε βαθεῖ ἐνί. Cuius loci meminit Gellius, lib. 13, cap. 19, scribens, Contrà verò idem Ennius in Annali duodeuicesimo, aere fulua dicit, non fuluo. non ob id solùm quòd Homerus αἰθέρα βαθεῖαν dicit: sed quòd hic sonus, opinor, vocalior est vt sus & amœnior. ¶ Apud Theocritum Idyl. 17 sunt qui αἰθέρα pro infernis tenebris accipiant, hoc in loco, — τὰ δ' ἀμφεία κεῖνα ὅσσα μέγαν Πελάμιο δόμον κτιλάπασαν ἰλύος, Αἰεὶ τᾶ κίχροπλαι, ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος. atque hic citant illud ex Virgilio Æneid. 6, Aeris in cāpis, & locū ex Ausonio in Cupidine afflicto. Sed potest & generaliter pro tenebris accipi, atque ita exponi hic Theocriti locus, At infinita illa quæ comparārunt [Atridæ] ampla regia Priami euersa, tenebris condita iacent, vnde reditus minimè patet. Sic poetæ quæcunque perierunt, dicunt tenebris esse condita, seu caligine, vel cæca nocte: ac præsertim metaphoricè hoc de iis dicunt quorum memoria periit ac planè abolita est. Fateor tamen posse & de infernis tenebris intelligi, iuxta illud eiusdem Theocriti (vulgò enim autor putatur) in Adonidis epitaphio ad Proserpinam, — τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἔς σε καὶ ἄδλιον. ita enim illic legere nonnulli malunt quàm Κρῆ aut ἔρρει: harum lectionum mendosam vtranque esse existimantes. Illam autem sequendo, videri possit Catullus in epigr. de passere ad vtrunque locum Theocriti à me citatum alludisse. nam iter tenebricosum, vnde nemo redit est ἀὴρ ὅθεν πάλιν οὐκέτι νόστος. Quod autem sequitur apud Catullum, — malæ tenebræ Orci, quæ omnia bella deuoratis, meritò videri possit ex hoc Theocritico expressum, — τὰ δ' ἀμφὶ καλὸν ἔς σε καὶ ἄδλιον. Hos autem locos inter se confero, vt ostendam posse αἰθέρα in illo Theocriti versu, itidem pro infernis tenebris accipi.

Ἀὴρ, iuxta Erotianum in suo Lexico, pag. 14 meæ editionis, est etiam noster spiritus, τὸ ἐκ τῶν ῥινῶν πνεῦμα. id est, opinor, ἀὴρ ὃν ἐκπνέομεν, id est, Aer quem efflamus. nam aer in prima significatione est ὃν εἰσπνέομεν. Sophoclis autem schol. dicit ἀὴρ ὃν ἀναπνέομεν. ¶ Ibidem ait esse τὸν δι' ὕδρας δυσώδη πνεῦν, id est, Graueolentem halitum per sedem, siue anum.

Ἀὴρ, notatum est etiam poni pro balnei parte: ex hoc loco Galeni ad Glauconem lib. 1, ὅτε τις ἀέρα τοῦ βαλανείου ζητοίη. H

C. Ἀεροβατέω, F. ήσω, P. ηκα, Incedo per aerē, Gradior per aerem. Lucianus, ἅτε μὲ ἀεροβατοῦντα δρυούσης καὶ πτερύγων σωθέντα. quod sumpsit ex hoc loco Aristophanis in Nubibus, ἀεροβατῶ, κἀπιφρονῶ τὸν ἥλιον. Id est, interprete Hieronymo, Scando per aerem & pluris me esse pu-

quàm ſolem. Bud. ſcribit Ciceronem pro ἀεροφανῆ dicere In ſumma inanitate verſari. Ex ἀήρ, & βαίνω (quod βατέω in compoſitione tantùm vſurpatur) factum eſt βαίτης, quod & ipſum à βάλλω deductum eſt. Sic dicitur ἀβροβατῶ.

C. Ἀεροδλάω, ῶ, Tendo, Extendo. ἀεροδλᾶι Heſychius exponit πείρᾳ. In quo verbo ἀεροβλᾶι videtur βλᾶι dictum eadem ſyncope qua βλᾶο apud Homerum.

C. Ἀεροδρομέω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Per aerem curro. Lucian. De vera hiſtoria, ἐπὶ ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας ἀεροδρομήσαντες. Ex ἀήρ & δρομέω, quod in compoſitione ſolùm vſurpatur, pro τρέχω.

C. Ἀεροειδής, ίος, ὁ ἡ, Aerius, Aeris ſpeciē ſeu formam habens. Ex ἀήρ & εἶδος. Vide ἠεροειδής.

C. Ἀεροκόμος, ου, ὁ, Sublimiloquus, Grandiloquus, Altiloquus. ὑψηλὸς ἐν τῇ λέξει, inquit Heſychius: id eſt, Elatus in loquendo. hoc eſt, elato ſermone vtens. Exponitur ab eo & κομπηρός, id eſt, Cum iactatione loquens. vel, Iactabundè loquens. Poteſt fortaſſe ſignificare & eum qui inania quædam loquitur, vel potius de rebus quibuſdam inanibus, & quæ in imaginatione duntaxat poſitæ ſunt. Poſſumus etiam pro Qui loquitur, dicere, Qui ſermocinatur, Qui verba funditat. Ex ἀήρ, & κέχυμαι, vnde & ἀδόλεσχος.

C. Ἀεροκοπέω, F. ήσω, Aeriam quandam pugnam pugno. (vt σκιαμαχῶ, vmbratilem pugnam pugno) vel, In aere pugno. VNDE Ἀεροκοπία, Aeria pugna, id eſt, inanis quædam & imaginaria. Item, Pugna in aere, vt apud Lucianum περὶ ἀληθοῦς ἱστορίας.

C. Ἀερόμελι, τος, τὸ, Aerium mel. Quidam eſſe putāt quod in Bibliis manna dicitur. Athen. lib. 11.

C. Ἀερομετρέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα, Aerem metior. Apud Xenophontem Socrates ita loquitur, ὃς ἀδολεσχῶν τι δοκῶ & ἀερομετρεῖν. Quaſi videlicet Socrates non reliquorum hominum more vellet γεωμετρεῖν, ſed ἀερομετρεῖν. & per hoc generaliter intelligitur rerum nimis ſublimium & captum humanum excedentium inanis cōſectatio. quod & per ἀεροβατεῖν exprimitur. Fit autem ἀερομετρέω, ex ἀήρ & μετρέω, ῶ.

C. Ἀερομιγής, ίος, ὁ ἡ, Aeri permixtus. Ex ἀήρ & μιγής, quod in compoſitione tantùm vſurpatur, factum ex μίγνυμι: ex eius videlicet paſſiui aoriſti poſterioris perſona tertia ἐμίγη.

C. Ἀερονηχής, ές, ὁ ἡ, In aere natans. Ex ἀήρ & νήχομαι: Ariſtophanes Nubibus nubes ἀερονηχεῖς appellat, in aere natantes: quum ait, Εἶτ' ἀτελείας δίκας γαμίλους εἰωθυῖας ἀερονηχεῖς.

C. Ἀεροπετής, ίος, ὁ καὶ ἡ, In omnibus vulgar. lex. Græcolat. exponitur In aere volans. ſed perperam: quum exponi debuerit, Ex aere delapſus. vt οὐρανοπετής, Ex cœlo delapſus. Sic Διοπετής, à Ioue delapſus: vt Διοπετὴς παλλάδιον. Fit autem ἀεροπετὴς ex ἀήρ, & πίπτω, quod in compoſitione tantùm ponitur, factum ex πίτνω. Quòd ſi ſcriberetur ἀεροπέτης accentu in penultima, tum ſignificare poſſet In aere volans, vt ὑψιπέτης, altè volans, In alto volās.

C. Ἀεροπόρος, Aerigradus. vt ναῦς ποντοπόρος, navis pontigrada. Poteſt ἀεροπόρος exponi etiā Aeriuagus. Cicero apud Platonem πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον vertit Pennigerum & aereum: vt inuenies in Cic. lex. Græcol. à me edito. Ex ἀήρ & πόρος. HINC & verbū Ἀεροπορέω, ῶ, Per aerem gradior. vt aues à Baſilio dicuntur ἀεροπορεῖν.

C. Ἀερσὴς exponitur ab Heſychio κοχλίας, Limax. De cuius nominis compoſitione vix quicquam certi afferri poteſt. propinquum eſſet ἀεῖρω: ἀείρω & ἔαρ. ſed quorſum? Fortaſſe γλωσσηματικὸν eſt vocabulum, ideóq; in eo non quærenda compoſitio. ¶ Ponitur & Ἀέροψ in vulg. lex. Græc. tanquam nomen proprium viri: ſed perperam illic ponitur ἀέροψ tanquam nominatiuus, quum ſit genitiuus à nominatiuo ἀήρ. ¶ Item Ἀέροπες, apud eundem Heſychium, gentis nomen Thraciæ incolentis: & in Macedonia Aeropes familia quædam. ¶ Præterea ἀέροπες, aues quædam. ¶ Eſt & Ἀέροπη nomen proprium mulieris, videlicet vxoris Atrei.

C. Ἀεροφοίτης, ου, ὁ, Aerem frequentans, Ad aerem ventitās. Ex ἀήρ & φοιτάω, ῶ. vt dicitur ὀρεοφοίτης.

C. Ἀερόχρους, ου, ὁ καὶ ἡ, Colorem aeris habens, ἀεροειδὲς τὴν χρόαν.

Ἀερσίποδες, Aerios pedes habens, AEripes apud Virgilium. A Suida autem ἀερσίποδες exponitur, Qui in altum pedes erigit, quæ ſignificatio conuenit potius nomini ἀειροπόδες, quod vide inter tōpoſita ab ἀείρω, quæ ipſum ſequuntur.

Ἀέριος, παρὰ τὸ ἀήρ, Aerius. Ἀέριον ὕδωρ, inquit Suidas, Aqua quæ eſt in aere. & ἀέριος, qui eſt in aere. Apud Ariſtotelem De mundo, ἀέριος φύσις, Aeria natura. Ibidem ἀέρια ζῶα, Animantia aeria, id eſt in aere viuentia. Lucianus οἷς δὴ τὰ ἀέρια λεπτολογοῦμεν, id eſt, res ad aerem pertinentes. Gregorius De theologia, loquens de araneis, αἱ δὲ δὴ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων κρόκων τὴν πρόσταιν πολυειδῶς διαπλέκουσι πολυπλόκους τοῖς ἱστοῖς ἐξυφαίνειν. Id eſt, Hæ autē per adeo tenuia & propemodum aeria ſtamina multifariam extenſa, telas multiplices texunt. Sed in vulgaribus lexicis Græc. hic ἀερίζων legitur nō ἀερίων, & quidem citatur hic locus ob hoc ipſum nomen ἀερίζων, ex non deprehenſo videlicet errore (alioqui tamen manifeſtiſſimo) exemplaris habentis ἀερίζων pro ἀερίων.

C. Διαέριος, pro ἀέριος, à Luciano nouè & iocoſè dictum ad imitationem Homerici vocabuli διάνειος, in Icaromen. μὴ θαυμάσῃς εἰ ματίοισι καὶ δέρμασι δίκῃ σοι λέγω.

Ἀέρια, ſubſtantiuum, Caligo, apud Ætolos: vt inquit Heſychius: addens, inſulam Thaſum, Ægyptum, Libyā & Cretam, Siciliam, Æthiopiam & Cyprum dictam fuiſſe aeriam. Gellius quoq; lib. 14. cap. 6, Ægyptū, ſicut & Cretam, ἀερίαν nuncupatam tradit. Stephanus autem ita ſcribit, Aeria, Ægyptus ab aere dicta. nam ἠφόωσαν eam vocāt. Homines, Aerii. Et ἀερίτης ex genitiuo ἀέρος factum eſt. Item Celtica vrbs ἀερία, vt ſcribit Apollodorus Chronicorum quarto. Eſt & alia vrbs Cretæ non ignobilis, quæ appellabatur ἀερία, item ἰδαία, item δολιχή, propter longitudinem.

Ἀερώδης, Idem quod ἀέριος, aerius. Dicitur & Ἀηρώδης pro eodem. vt Dioſc. ὑ ἀηρώδη τὴν χρόαν. Apud Ariſtotelem De mundo ἀηρώδης, Aeriam naturam habens, vel naturam ſpirabilem, vt quidam exponunt. ¶ Ἀηρώδης ſignificat etiā Obſcurū, Caliginoſus. (vnde & Heſychius ἀηρωδέστερα exponit ἀφανέστερα) iuxta id quod dictū eſt ἀέρα eſſe aliquando caliginem & ἀέρασίαν.

Ἀερώης, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀερώδης. Item, Multus, Immenſus, Heſych.

Ἀερσίς, ίδος, ἡ, Apis. ἀερσίδες, μέλιτται, Heſych.

Ἀερόεις, εσσα, όεν, Obſcurus, Caliginoſus. Eſt autem poeticū ἀερόεις. quāquam ſæpius vſurpant poetæ ἠερόεις (de quo paulo pòſt) mutato α in η. Fœmininum eſt ἀερόεσσα, Neutrum ἀερόεν. Explicat autem ἀερόεν Heſychius, Nigrum, Profundum, Magnum. A Suida explicatur duntaxat μέγα, id eſt magnum.

Ἀερίζω, Aerius ſum, aut Aeria natura ſum' præditus. Dioſcor. lib. 1, οὐ γὰρ κατ' ἴσον ξυμμεθίστησι τὰ ἀερίζοντα τῷ ἀτμῷ, ἀσθενῶδες δὲ καὶ οὐ καθαρόν. Hic ἀερίζοντα Budæus exponit aereo & puro. Item, Qui purus eſt aeris modo, non craſſus. Dicitur autē ἀερίζω eadem forma qua κωφίζω vt κωφίζω τὴν χρόαν.

¶ Ἠέρ, έρος, ὁ, vel ἡ, Pro ἀήρ apud poetas. quāquā pro Tenebris, Caligine, ſeu Nubilo aere vtplurimum vſurpatur (quo modo & ἀήρ accipitur) non pro aere. quæ in ſignificatione opponitur τῷ ἄβρῳ apud Homerum, Iliad. ρ, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος ἥδε Ἀχαιούς, Πεῖσον δ' αἴθρην. Interdum ἠέρα & νεφέλη coniungit. vt Od. ϛ, Ἠέρα καὶ νεφέλην κεκαλυμμένοι. Nonnūquam ἠέρα & ὀμίχλη, vt Il. ρ, Αὐτίκα δ' ἠέρα μὲν σκέδασεν καὶ αἴθρην ὀμίχλης. Eſſe autem tam maſculini quàm fœminini generis hoc nomen, ex his eiuſdem locis apparet. Maſculini, vt Iliad. ι. πεδὶ δ' ἠέρα πολλὰ ἶχνος. Fœminini, vt Od. ε, — ἀμφὶ δ' Ἀθήνη Πολλὴν ἠέρα χεῦε. Ac certè frequentius vſurpat in hoc genere. nam ſic & Il. ω, Ἠέρι γὰρ πολλῇ κεκαλυμμένος αἰπὺν Ὄλυμπον. & Iliad. φ, — κεκάλυπτο δ' ἄρ' ἠέρι πολλῇ. Ibidem aliquanto pòſt, — κάλυψε δ' ἀρ' ἠέρι πολλῇ. Sic ibidem ἠέρα βαθεῖαν dicit, item Iliad. υ. Deniq; videtur Homerus magis probaſſe genus fœmininum. nam in illo loco vbi poſuit ἠέρα πολλήν, ponere ἠέρα πολλὴν non permiſit ei metrum. Heſiodus tamen vtroque genere & ipſe vtitur. apud eum enim in Theogonia legitur, — κεκαλυμ-

μβάτης πέλεκυς &. & ibidem, πέρα δίαν. Eustathius in illum locum Odyss. ν, Πολλὼ πέρα χεῦε, annotat πέρα significare ἀφανείαν (q.d. Inuisibilitatem) & fœminini nominis formam ei dari ab Homero, more Ionico. ¶ Πέρα quidam exponunt Nimbum quo dii inuisibiles homines efficiunt, ex aliquot Homeri locis hanc expositionem colligentes. sed πέρα quanuis caliginem significare, etiam composita ex eo nomina satis declarant. Eustathius exponens ἠερόεις, dicit significare σκοτεινὸν, id est tenebrosum, quòd natura niger sit aer: vnde & πέρα pro tenebris accipi. A B

C. Ἠεροδινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Aerem agitans, vt vulgò exponitur: sed potest & in passiua significatione accipi, pro Qui in aere agitatur. vt in Anthol. epigr. ἠεροδινὴς αἰετὸς, Aquila per aerem agitata, aut Quæ agitatur per aerem. vt sit ἠεροδίνης pro ἠεροδινητος, eo modo quo dicitur ab Æschylo οἰσεροδίνητος. Est enim ἠεροδινὴς ab ἠὴρ & δινέω.

Ἠεροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ad verbum, Aeris formam habens, ex ἠὴρ & εἶδος, vt ἀεροειδὴς ex ἀὴρ & εἶδος. Eustathius tradit ex Porphyrio, antrum ἠεροειδὲς vocari Odyss. ν, mūdum allegoricè δηλῶ τὸ τῆς ὑλικῆς οὐσίας αἰσχρὸν καὶ ἀειδέστερον. Sed vt plurimum exponitur simpliciter Tenebrosus, Caliginosus, Præ profunditate caliginosus. vt ἠεροειδὴς πόντος, Od. β, — ἐπ' ἠεροειδέα πόντον. vbi tamen Eust. vult ἠεροειδέα significare secundum veteres, vel Nigrum aeris modo: vel Profundum, aut Patentem & Latum ex quo solus aer conspicitur nauigantibus. Idem alibi κοίλοι αὐλῶνες ait idem esse quod αὐλῶνες ἠεροειδεῖς. siquidem, quæ profunda sunt, aeris nigrore tenebrosa reddi. Hesychius quoque ἠεροειδέα exponit Nigra, Tenebrosa. Item Patentia, eo sensu videlicet quo campi patentes dicuntur. D

C. Ἠερόπομπος, ου, ὁ καὶ ἡ, In aere apparens. si emendatè legitur apud Hesychium, ἠερόπομπα, ἐν τῷ ἀέρι φαινόμενα. Mihi enim videtur significare potius τὰ ἐν τῷ ἀέρι πεμπόμενα.

C. Ἠεροφοῖτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Per aerem itans, Aerem frequentans. Componitur enim ex ἠὴρ & φοιτάω, quod non simpliciter Ire significat, sed Ire sæpius, id est Itare, Ventitare, Frequentare locum aliquem. Sic ἠεροφοῖτις dicitur apis à Phocylide, hoc in versu, Κάμνει δ' ἠεροφοῖτις ἀριστοπόνους πολίτας. Idem, Ὅπλον ἑκάστῳ δῶκε θεὸς φύσιν ἠεροφοῖτιν. Ὄρνισι μὲν πολλὼ παχυτέρην, ἀλκὴν δὲ λέοντι. vbi si ἠεροφοῖτιν iungamus cum versu sequente, dicemus datam naturam aeriuagam auibus. & Bud. ita videtur intellexisse, scribens in lexico, ἠεροφοῖτις, epithetum volucrum Phocylidi. Durè tamen videtur iungi cum sequenti versu: sed nisi cum eo iungatur, vicissim dura quæpiam explicatio quærenda erit. Vulgò exponunt naturam aeripetam, dicentes aeripetam significare diuinam. E

Ἠεροφοῖτις, pro ἠεροφοῖτης dicitur ab Homero, mutata declinatione, Il. β, — τῆς δ' ἠεροφοῖτις ἐέλδεται ἐκλυέμεν ἐξ ἐρίηφιν. & Iliad. τ, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς. Id est, Furia per aerem itans, seu vagàs. vel, Inuisibiliter contra hos vel illos itans. Hesychius enim inter cæteras explicationes ponit hanc, ἠεροφοῖτις φοιτῶσα: Eustathius addit καταπτῶν. Scribit enim, ἡ ἀεροφοῖτις φοιτῶσα κατὰ πτῶν. Potest etiam intelligi ἠεροφοῖτις, quæ per infernas tenebras ambulat & vagatur. F

C. Ἠερόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex ἠὴρ & φωνή. Apud Homerum præcones vocantur ἠερόφωνοι, id est, vt ait Hesychius (nō dubium est enim quin ἠερόφωνοι ex hoc Il. σ versu sumpserit, Σκῆπτρα δ' κηρύκων ἐν χερσὶ ἔχον ἠερόφωνων) Elatam vocem habentes, seu altam. vel, Voce aerem replentes. Quæ posterior explicatio mihi valde placet, quòd simul etymologiam vocis ostendat. Eustathius in Iliad. ι, huius nominis proprii Ἠερίδοια etymologiam declarans, Ἠερίδοια, inquit, si fit à nomine βοὴ, ita vocari dicetur tanquam altiloqua: eo modo quo dicuntur ἠερόφωνοι. G

Ἠερόθεν, aduerb. Ab aere, Ex aere. pro ἀπ' ἀέρος, in Anthol. epigramm.

Ἠερόεις, εντος, ὁ, Tenebrosus, Caliginosus. vt πάρπαρος ἠερόεις apud Homerum: & πάρπαρα ἠερόεντα, apud Hesiodum. Hom. Iliad. λ, circa initium, Ἡμὲν ἐλαὼν ῥίμφα διὰ Τάρταρον ἠερόεντα. Hesiodus, Τάρταρά τ' ἠερόεντα. Eustathius ait ἠερόεν τὸν ὑλικὸν vocari ab Homero, vel viam ad inferos, seu per inferos: vel simpliciter, iter per aerē. Quo in sensu commodè ἠερόεντα ὑλικὰ ad verbū exponeremus Vias aerias, ex Ouidio. H

Ἠέριος, ου, ὁ, Aerius, Per aerem gradiēs, aut potius volans. Qui est in aere. Il. γ, de gruibus loquens, Ἠέριαι δ' ἄρα τοί γε κακὴν ἔριδα προφέρουσαι. Id est, Aeriæ grues, ex Ouidio, qui aeriam auem dicit in aere volantem. Aerias grues Seruius vult esse Virgilio vel aerii coloris, vel altùm volantes. ¶ Ἠέριος est etiam Matutinus, πρωϊνὸς, ἑωθινὸς. vt Iliad. α, Ἠέριον δ' αὐτὲ θεὰ μέγαν οὐρανὸν ὤλυμπόνδε. id est Matutina, Manè profecta, vel Manè iter faciens. vel simpliciter, Ascendit cælum matutina, id est manè. Sed & hic pro Aeria sumi potest ἠερίη: vt vicissim in illo Il. ζ, loco, ἠέρια accipi pro πρωΐα volunt quidam. At Odyss. ι, ἠέριος vnico modo exponitur, videlicet Matutini. vbi dicitur, Ἦλθεν ἐπὶ δ' ἔσαν φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ἄρη, Ἠέριος. vbi tamen aliter posse legi, & aliam expositionem inueniri, dicam in ἦρ, vnde deducitur ἠέριος quum hanc significationem habet. I

C. Διηέριος pro simplici ἠέριος, Aerius. vnde διηέριαι πτέρυγες, Apoll. Arg. 2, pro ἠέριαι, vel quasi δι' ἠέρος.

ΑΘΗΡ, ἕρος, Arista, Pars spicæ acuta. A Galeno ἄθηρ exponitur Quod in hordeo acuminatum est. ab Erotiano autem ἄθηρες (pag. 19 meæ editionis) Illa tenuissima quæ sūt in summitate hordei. Et sic Dies condes quoque ἄθηρας de auena vsurpat. ¶ Sciendum est tamen ἄθηρ generale esse. nam certè & de frumenti aristis (quæ proprie dicuntur Latinis arista) à Xenoph. vsurpatur, quum dicit, τὰ πλέον τοῖς ἀθήρας ἔχουσι. Sic & à Luciano in Anacharside, πρὸ μὲν ἄχλου καὶ τοῖς ἀθήρας ἀποφυσῶντα. Vnde & generaliter ἄθηρες exposuerunt quidā veteres grāmatici, στάχυες ἀκμῆνες (q.d. spicæ degeneres) quæ explicatio habetur & apud Eustathiū. Gaza quoq; quas Cicero vocat aristas in libro De senectute, loquēs de tritico, vertit ἀθήρας. Sciendum est autem ab Eustathio poni hanc etymologiam nominis ἀθήρες significantis τοὺς ἀκμῆνεις στάχυας, vt sint ita dicti quasi οὐκ ἔτι θερίζειν. Vide in Ἀθερίζω. D

Ἄθηρ (inquit Gal.) significat apud Hippocratem non solùm quod in hordeo acutum est, vt in lib. 2 De morbis: sed & eius partis summum quæ in cuspide sagittæ πώγων (hoc est barba) appellatur, vt ἄθηρ ὀϊστοῦ. lib. 5. Citatur ex Plut. ἄθηρ pro Mucrone gladii, in hoc ex Catone loco, τὸ ἰσχειδιον λαζῶν ἐπασσατο καὶ κατηκόντισεν. ὡς δὲ εἶδεν ἐπὶ τῷ ἄθηρα καὶ τῷ ἀκμῇ δηλαδὴ σεσιδηρωμένον. vbi tamen alii rectius aliquid particularius esse putant ἄθηρα, quum addat ἀκμῇ. Hesychius Æschylum ait ἄθηρα vocasse τὴν ὀπίδος ἀκίδα, id est lanceæ cuspidem. E

Ἀθηρώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Aristatus. vt ἀθηρώδης στάχυς, Aristata spica, Gazæ.

Ἀθηρογλυὴς (siue ἀθηρεογλυὴς) Aristas generans, siue producens. Aristas habens, Aristatus. Nicander Theriacis, Ἔν δ' ἀθηρογλυέος καρπὸν κέσσα ο κυμίνου. vbi schol. scribit, ἐπειδὴ τῷ κυμίνου ὁ στάχυς ἀθήρας ἔχει, καθάπερ καὶ ἡ κριθή. F

Ἀθηρολογὸς, ου, ὁ, Ventilabrum. Hom. Od. λ, Φὴν ἀθηρολογὸν ἔχτασα φαιδίμῳ ὤμῳ. Ita dicitur quasi quòd sit aristarū pernicies & exitium, pro ἀθηρολογὸν. ab ἄθηρες & λοηὸς. vt dicitur βροτολοιγός. ¶ Apud Hesychiū Ἀθηρολὸν etiam legitur, & exponitur τὸ τῷ ἀθέρων ὀλοφυδνόν. quibus verbis Eustathius & alii explicant ἀθηρολογὸν. Ipse autem Hesychius τῷ ἀθηρολογὸν quoque dat hanc expositionē τὸ τῷ ἀθέρων ὀλοφυδνόν. sed mendosè apud eum legitur ᾧ ἀθηρολόγον pro ᾧ ἀθηρολογὸν, si rationem habeamus sequentis etymi. Sed aliquando suspicatus sum deesse aliqua verba ante τὸ τῷ ἀθέρων ὀλοφυδνόν: & Hesychium posuisse alteram etiam etymologiam ab Orione traditam, vt videlicet ἀθηρολογὸν dictum sit, τὸ πλέον quasi τὸ τοῖς ἀθέρας δηλαδὴ καὶ διαχειρίζον. secundum quam deriuationem dixerit Hesychius ἀθηρολογὸν quasi ἀθηρολόγον (non ἀθηρόλογον, vt apud eum legitur.) De altera autem significatione quæ datur huic vocabulo, dicam in nomine ἀθηρόκρωτον, quod proximè sequitur. H

Ἀθηρόκρωτον ὄργανον, Sophocles vocauit quod Homerus ἀθηρολογὸν, vt inquit Eustathius. qui ait Homericorum verborum esse hanc Sophocleam paraphrasin, Ὧμοις ἀθηροκρότου ὄργανον φέρων. At Hesychius scribit ἀθηρόκρωτον ὄργανον

ver esse θρυλλω ἢ πλω ἀθηρα αἰακτοῦσα. quam Eustathius dicit esse alteram expositionem vocis ἀθηρηλοιγὸς apud Homerum: sed ἀθήρλω habet, non ἀθήρα, vt videlicet sit rudes aut cochlear quo agitatur in olla puls quædam ἀθήρη dicta siue ἀθηρά. Eustathius certè ibi θρυλλω & δοιδυκα pro eodem ponit, quæ tamen distingui solent.

¶ Ἀθηλίζω, F. ίσω, Vilipendo, Paruipendo, Contemno. Propriè, Contemno tanquam ἀθήρας. Quanquam & alia etymologia datur, vt sit videlicet ex α priuatiuo & verbo θηλίζω, id est meto: ducta metaphora (inquit Etymolog.) à fructibus qui meti non possunt, qui ex area abiiciuntur, & ad vsum non colliguntur. nam qui ventilant, abiiciũt ἀθήρας. Quæ ab Etymol. confusè dicuntur. Eustathius autem dicit ἀθηλίζειν dici sumpta translatione ἀπὸ τῆς ἀθήρων, quas agricola οὐκ ἀξιοῖ θηλίζειν, id est metere dedignatur. Sed non dubium est quin sequi potius oporteat priorem etymologiam, vt ἀθηλίζω sit Contemno quasi ἀθήρα. sicut Floccifacio Latini pro Contemno dicũt. Iungitur autem accusatiuo hoc verbũ, vt Il. α, — καὶ ὥ πατί μ' οὐ τί γ' ἀθηλίζει. Od. ξ, Τοῦ δ' ἄλλων οὐ πάντ' αἰάομαι, οὐδ' ἀθηλίζω. Apud Apollonium Rhod. Arg. 2, genitiuo iungitur, — πάμφης ἀθηλίζε λεπαίων. Sic & in 4, Παλαιμῶν Αἰσονίδαο λιταομένου ἀθηλίσαι.

C. Ἐξαθηλίζω compositum idem quod simplex ἀθηλίζω.

Ἀθηλίνη, ης, ἡ, Atherina, piscis: Aristæ, Gaza interprete apud Aristotelem lib. 6. De historia anim. cap. 17. Apud eundem inter pisces gregatiles enumerantur ἀθηλίναι, lib. 9. cap. 2, vbi Aristuli ab eodem forma diminutiua exponuntur. Fortasse autem legendum est ἀθηλίναι non ἀθερίναι. Apud Eustathium certè legitur ἀθηλίνα in recto: dicentem ἀφύλιον miscellum esse pisciculum, magis etiam quàm sit qui apud Athenæum habetur ἀθερίνα. Et alibi ab ἀθηρίζω deductum videri ait. Athenæus lib. 8, ὡς πᾶς ἀκανθας ἀεὶ ἀναλίσκ ἰχθυῶν τε καὶ ἀθερινῶν.

¶ Ἄθηρ, ερος ἡ Ἄθηρα, ης ἡ Ἄθηρα, (quæ & ipsa ab ἄθηρ quidã putant deriuata) Pultis seu polentæ quoddam genus. Eustathius dicit ἄθηρίλω esse πλω ἐψηθέλω σμίδαλιν, quæ à comico (id est Aristophane) vocetur ἄθηρα. Hesychius ἄθηραι esse vult apud Ægyptios quoddam ẽduliũ ex tritico quod cum lacte fit coctum. In vulgar. lexicis Ἄθηρα ex Dioscoride affertur lib. 2, & exponitur Sorbitio seu medicamentum ex zea minutissimè molita confectum: vel puls triticea, aut ex alia fruge. vnde Ἀθήρωμα, q. d. Pultatio. (de quo vide paulo post) Quod autem ad Ἄθηρα attinet, in hunc Aristophanis versum in Pluto, — ἀλλά μὰ Ἄθηρης χύτρα τις ἐξέπεσε κιβδηλος, annotat schol. ἄθηραν esse μόλιβδον σμίδαλιν, & ab Atticis ἄθηρης, ab Æolibus ἄθηρας, at cõmuni lingua ἄθηρας dici. (vbi fortasse legendum est ἄθηρη, ἄθηρα, ἄθηρα) Idem schol. alibi scribit τὸν κοῖλον ἄρτον μυστιλλῶν vocari, ἤγουν ἄθηραν. Galenus ad Glauc. lib. 2, scribit multos apud Alexandriam inter alia ἄθηραν edere. quod facit pro Hesychio in eo quòd ἀθηρᾶς esum tribuit Ægyptiis. Galeni verba sunt, ὁι Ἀλεξανδρεῖς πάμπολλοι δι' ὅλης ἡμέρας ἐσθιουσι τῶν ἄθηραν δὲ ἐδίοισι, καὶ φακὴν, καὶ κοχλίας, &c. Apud Plinium quoque ἄθηρα legitur, qui hanc vocem Ægyptiam esse tradit. quod si verum est, ab ἄθηρ deriuata falsò existimatur.

Ἀθήρωμα (quod & ἀθήρωμα) Tuberculum in capite nasci solitum, cui subest aliquid pulticulæ simile, vt scribit Celsus lib. 7 cap. 6. Affertur & ex Galeno hæc definitio, esse neruosam tunicam in quà pulticeus humor continetur. Quum autem ab ἀθήρα deduci appareat, rectius scribitur ἀθήρωμα.

ΑΘΕΡΙΞ, & per pleonasmum literæ ν, ΑΝΘΕΡΙΞ; ικος ὁ, idem quod ἄθηρ, Arista. Apud Hesychium ambo leguntur. sed ἀνθέρικας inter cætera significare ait non solùm τὰ ἄκρα τῶν καλάμων ἄκρα, sed etiam τὰ ἐν τοῖς καλάμοις κόκκα. Heliodus de Iphiclo loquens, Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν ἔσω, οὐδὲ κατέπνυε, Ἀλλ' ὅτι περιμήκων ἀκρων δρεμάσασι πόδεσσιν, &c. quò alluisisse Virgilium credibile est in his versibus quibus claudit Æneidis liber 7, Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Sic autem & apud Homerum quidam exposuerunt ἀνθερίκων, in hoc versu qui illi similis est, Il. υ, Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν ἔσω, οὐδὲ κατέπνυε. Alteram autem expositionem vide in iis quæ proximè sequuntur.



Ἀνθέρικος, ου, ὁ, Asphodeli fructus, & secũdum alios, Asphodeli caulis. Eustathius in dubio ponit, scribens, Ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς ἢ καυλός. At Theocriti schol. in hunc eius versum qui est Idyllio 1, Αὐτὰρ ὁ γ' ἀνθερικιὰν καλαὶ πάλαι ἀκρεδάπται Σχοῖνοι ἰφαρμόδων, scribit, ἀνθέρικος ὁ τῆς ἀσφοδέλου καρπὸς, ὃς τὸ φύλλον ὡς πρὸς τοῦ ἀγρίου ἀχείου, μείζω δὲ καὶ παχύτερος. ὁ δὲ καυλὸς ἀνθέρικ καλεῖται, ὅσον πήχεως ὤν, καὶ μείζων. Quod & à Theophrasto tradi addit. Apollodorus autem Doriensis (vt idem subiungit) negauit asphodeli fructum sic appellari. Neoptolemus autem ridiculè putauit ita vocari τὸν ἀθέρα τῆς κόμης. (nã ibi mendosè ἀνθέρα) Sed alia ibidem sequitur expositio, vt δι' ἀνθερίκων fiat δι' ἀκανθῶν. In vulg. lexicis habetur, Ἀνθέρικος, Albucũ, herba est quam Græci ἀσφόδιλον nominant: Latinorum quidam sandaracham, quidam hastulam regiam. Theophrastus pro planta asphodeli posuit: at Plinius pro caule tantùm, vt in iisdem scriptum est. Dioscorides autem lib. 2. cap. 199, asphodelum describens, dicit, φύλλα ἔχειν πρασίῳ μεγάλῳ ὅμοια, καυλὸν δὲ λεῖον, ἔχοντα ἐπ' ἄκρου αὐτοῦ καλούμενον ἀνθέρικον. Videe Eustathium. pag. 1106. Hesychius ἀνθερικας non solùm esse dicit τὸν ἀσφοδέλου καρπὸν, sed & βοτάνης εἶδος. Fortasse autem de illa intelligit herba quam quidam eiusmodi esse tradiderũt vt manibus velli, sicut linum, necesse habeat, quòd meti non queat: déque ea factum esse prouerbium ἀνθερικων θερίζειν. quod & Gorr. annotauit.

HINC Ἀνθερικώδης, Antherici formam referens.

ΑΘΡΕΩ, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Video, Cerno, Intueor. Item, Dispicio, Circunspicio, Considero, Perpendo. Obseruaui, ἀθρῶν apud poetas ad oculos corporis magis referri: apud scriptores orationis solutæ, magis ad oculos mentis, vt ita dicam. quod & de ροᾶν dici potest, præsertim vt ab Homero vsurpatur. Pro Intueor, interdum accusatiuo iungitur sine præpositione, interdum cum præpositione εἰς. vt Iliadis κ, Ἦτοι ὅτ' εἰς πίδακ τε Τρωϊκὴν ἀθρήσητε. Pro Considero, Perpendo, accusatiuo sine præpositione. vt apud Isocratem, ὅπως ἀθρήσετε καὶ σκέψασθε τὰς τῶν ἄλλων συμφοράς, siquis consideret & perpendat aliorum calamitates. Interdum sine casu cum ὅπως, vel πότερον, vel μή. Xenoph. Sympos. ἀθρητέον δὲ καὶ πῶς ποτε, &c. Plato in Critone, οὐ τοῦτον δὲ ἀθρεῖ πότερον, &c. Idem in Gorgia, ἀθρει μὴ οὐ τοῦτο ἦ τἀγαθὸν, &c. Vbi vertendum potius, Vide ne, quàm Considera ne. Sic apud eũ sæpe ἄθρει δὴ pro πότερα δή, vide. Cæterùm & pro Intueor aliquando ab Atticis etiam vsurpatur. Aristoph. Nubibus, ἀθρήσας τοῦτον ὅ, τι δρᾷ. Hoc verbum si deriuatum esse dicendum est, à verbo θεωρῶ per syncopen, præfixo α epitatico, vel à ὁρῶ, id est Cerno, præfixo α itidem epitatico, & ρ verso in θ, deductum esse putatur. Vtranque etymologiam habent Etymol. & Eustathius: & iuxta vtranque α denotat epitasin: eam si exprimere velimus, poterimus exponere ἀθρῶ, Oculis perueſtigo, Oculis intẽtis cerno, Peruideo. vt Horatius, Quum tua peruideas oculis, &c. Aspirari autem illud α, secundum Atticos, tradit idem Eustathius, exponens ἀθρεῖ σκοπεῖ & μετ' ὀξπαίσιως ὁρᾷ.

C. Ἀναθρέω, ῶ, Perspicio, Attentè considero. Apud Thucydidem autem lib. 4, pag. 149. ἀναθρεύμενα exponitur à scholiaste φανερὰ γιγόμενα, vbi dicit πρᾶγμα ὁπὸ τῆς λόγου ἀναθρεύμενα.

C. Διαθρέω, ῶ, Dispicio. Themistius in Sophista, fol. 115, καὶ διαθρῆσαι εἰ δή τις εἶσι φαρμακεὺς ἀληθιμιμήτης. Apud Aristophanem in Nebulis Socrates discipulo dicit, φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει.

C. Ἐξαθρέω, ῶ, Conspicio, Conspicor. Il. γ, Εἴπω ἐξαθρήσῃσιν Ἀλεξάνδρου.

C. Περιαθρέω, ῶ, Circunspicio, Attentè siue diligenter considero, περισκοπῶ, Hesych. HINC Περιαθρησις, Circumspectio, Diligens consideratio.

ΑΘΡΟΟΣ, οα, ον, Confertus, In vnum collectus, Coaceruatus: aut per nomina, Densus, Frequens, interpretari debemus, pro loco. Nec malè alicubi Simul totus verti poterit, vel Simul omnis. vt ἀθρόα πόλις, apud Thucydidem, & σύμπασα pro eodem,

eodem, Tota ciuitas, Simul omnis, vel, Vniuersa ciuitas, vt Curtius dixit Vniuersus fluuius. Sic ἀθρόος ὁ λαός, Vniuersus populus, In vnum collectus, Simul omnis. Xenophon Pædiæ 4, καὶ τὸ ἀθρόον τοῦ πολεμίων. Alciphr. in epistolis, καὶ πλοῦτον ἀθρόον ἀγαθῶν ἔδειξεν, confertas & cumulatas bonorum diuitias. id est, conferta & cumulata bona. vel magis propriè, Magnam bonorum congeriem. Bianor in epigramm. Ἔπιπτε δ' ἐξ ἄκρης δόμος ἀθρόος, Ruit à tecto domus cota simul. id est vniuersa, non paulatim. itidem apud Theocritum, —κατίεπε δ' ἐς μέλαν ὕδωρ Ἀθρόος, simul toto corpore. Alii exponũt, Vno ictu. μείζόν τι καὶ ἀθροώτερον, Xen. Hellenicῶν 5. κίνωσις ἀθροωτέρα, effusior euacuatio, vide Paulo pòst. ¶ Frequenter in plurali numero vsurpatur. Iliad. τ, —ἀλλ' ἀθρόοι ὁρμηθῆτε, Simul omnes, Vniuersi. quod & Cuncti sonat propriè Latinis. Lucianus in Pseud. δισμυρίων που ἁπλῶν ἀθρόων ἀπολομένων. Plato in epist. ἐγὼ γὰρ πάλιν ὅπως ἐθέλω πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγκάσω καὶ μάλιστα μὲν ἀθρόους ἐν δι' μὰ, καὶ δύο γοῦν. id est Omnino, si fieri potest, simul omnes. vel in vnum congregatos. nam ἀθρόοι opponuntur aliquando τοῖς διεσπαρμένοις, id est dispersis. Xenophon Hellenicῶν 1, πρῶτον μὲν ἀθρόοι, ἔπειτα δὲ διεσπάρησαν. Imitatur autem Homerum, Iliad. ο, —ἕατο δ' Ἀθρόοι, οὐδ' ἐκίδναντο. Sic ex Homeri imitatione dictum est illud, ἀθρόα πάντα εἴρηκε πρεπέστατα. nam ἀθρόα πάντα sæpe dicit. vt Odyss. α, —τὰ δ' ἀθρόα πάντ' ἀνέτλην. Iliad. χ, τὰ δ' ἀθρόα πάντ' ἀνύτουσι. Odyss. β, —τὰ δ' ἀθρόα πάντα πύθηαι. vbi tamen ἀθρόα sunt qui aliter exponant: vt dicam in aduerbio Ἀθρόως. ἀθρόα ποιεῖν, vniuersa & simul omnia: cui opponitur κατὰ μέρος. Apud Galenum ad Glauconẽ 1, ἀθρόαι κινώσεις, effusæ euacuationes. vt & κίνωσις ἀθροωτέρα, ibidem.

Ἀθρόν, aduerbialiter positum pro ἀθρόως, exponitur à Valla Identidem, vbi dicit Thucydides, ἀθρόον ἐμβοήσαντες. Idem alibi, ἀθρόον ἐμβοήσαντα σφᾶτον. sed verti etiam potest (& melius tortasse) Contertim, Simul. vel in priore loco, Simul omnes vociferati: in posteriore, Exercitũ simul omnem vociferatum, vel vniuersum. aut aduerbialiter, Vniuersè.

Ἀθρόον aiunt Eustathius & Etymologicus significare etiam αἰφνίδιον, id est repentinum. Sed apud Etymologicum error est. ait enim θροῦς θροὸς significare αἰφνίδιον, id est repentinum: & præfixo α epitatico fieri ἀθρόος, pro ἄνευ θρόου καὶ ψόφου, id est absque strepitu: ἀψόφητα, strepitum non facientes. At quomodo α erit epitaticum in ἀθρόος, si ἄνευ θρόου significet? Imò verò erit priuatiuum. Deinde hæc etymologia ostendit significare strepitum non facientem, vel Strepitu carentem: non autem Repentinum. Sed videtur intellexisse Strepitu carentem pro Repẽtino accipiẽdum. nam & Eustathius ait, ὅτι μὴ πᾶν αἰφνιδίου, οἱονεὶ τὸ δίχα θροῦ. tradens Atticos hac in significatione solitos tenuare, ob α priuatiuum: at quum significat ὁμοῦ, tunc aspirari (vt moris est α collectiuum) quòd sit ἀθρόον quasi ἅμα θροῦ, id est vnà cum strepitu: vel ἀθρόον dicatur quasi ἅμα θορόν, id est πηδῆσαν. Quanquam miror cur velit Eustathius, quòd fit sine strepitu, esse repentinum, non autem quod cum strepitu. Ait præterea Etymologicus hanc vocem prorepentino παροξωύνεσθαι, pro collecto παροξωύνεσθαι, simul & διασώνεσθαι. Suidas postquam ἄθροι καταῤῥίπτης exposuit ὁμοῦ, addit oportere παροξωύνειν hoc nomen, & aspirare primam syllabam Attico more. sed hoc de ἀθρόοι non de ἄθροι videtur dixisse: ac fortasse ἀθρόοι reponendum est. neque enim diceret acuendum in antepenultima nomen dissyllabum. At rursum ἄθροι hac in significatione παροξωύνεσθαι mirum si dixerit Suidas. nam ἄθροος est ὁ ἀθόρυβος, vt etiam Eustathius docet: ἀθρόος, Collectus. Puto igitur apud Suidam legendum ἀθρόοι pro ἄθροι, & παροξωύνεσθαι pro παροξυνθῆναι, vt vera comperiantur quæ dicit. Nam & Arcadius (cuius librum de accentibus in Regia bibliotheca vidi) ἀθρόος quũ est παροξύτονον significare ait ἅμα: at παροξύτονον, esse ἄφωνον. (de qua significatione dicam & in Θρόος) Sed illum in eo non sequor quod ait ἀθρόος significare ἅμα. Quinetiam Eustathium miror dixisse ἄθρόον interdum pro αἰφνίδιον poni, interdum pro ὁμοῦ.



Neque enim ipsa vox ὁμοῦ significat, sed α duntaxat quod in principio est, denotat ὁμοῦ, vt in aliis multis vocabulis. Nisi dicamus ὁμοῦ exponi, respiciendo certos locos in quibus aduerbio ὁμοῦ explicatur, vt apud Homerum Iliad. β, ἀθρόοι ἐγένοντο, id est ὁμοῦ. Sic apud Suidam ἀθρόοι καπήλευον, id est, ὁμοῦ. Verum malim ὁμοῦ πάντες, vt Hesychius habet. Porro notandum est quod Eustathius subiungit iis quæ modò protulimus ex eo, solitum suo tempore tenuari α in ἀθρόος pro vtraque significatione, eo quòd præfixum esset literæ aspiratæ. Ἀθρόον autem aduerbialiter pro αἰφνιδίως, id est repentè, sunt qui exponant in hoc Apollonidis versu, libro epigrammatum primo, Τὰς δὲ πρεσφορὰξας ἐχθρὸς ῥόος ἀθρόον ἄφτω, vt videlicet ἀθρόον & ἄφτω posita sint ὀνομαστικῶς. sed videtur & aliter posse accipi, videlicet pro Vniuersè, vel Simul omnes.

Ἀθρόως, Aduerbium. Cõfertim, Vniuersè, Cicero, Vniuersim: Gellius, Summatim, vniuersimque. Oppositum habet aliquandò κατὰ μέρος, id est Paulatim. ¶ Suidas exponit πεζῇ, id est Confestim. & sic apud Homerum in loco paulo ante citato quidam ἀθρόα πτήσσω exponunt Confestim fiant.

Ἀθροότης, ητος, ἡ, Vniuersitas: eo sensu quo Vniuersus dicitur pro Simul omnis, vel confertus. Sunt qui ἀθροότητα verterint Confertitudinem, vt ἀθρόος confertus, ἀθρόως confertim solet verti. sed nimis durum est illud. Vtitur autem nomine hoc ἀθροότης Alexand. Aphrod. in Probl.

¶ Ἄθροις (non ἄθρος, vt in vulgaribus lexicis Græcolatinis) idem valet quod ἀθρόος. & est factum ex eo per synæresin. quoniam autem ἄθροις in ἀθρόος resoluitur, sunt qui cum circumflexo scribendum putauerint ἄθροις: sed consuetudo obtinuit vt cũ acuta priore proferretur, quẽad modum & vt tenui spiritu notaretur, licet Attice aspiretur. In Rhetoricis autem lexicis proferuntur hæc exempla, ἄθροις ἐπλησαν ὁ στρατηγός, Vniuersus imperator pro, cum vniuerso exercitu. Aristophanes, ἐξῆσαν ὡς πρὸς ὁπλομάχους ἄθροις. ¶ Habet & comparatiuum ἀθρούστερος, apud Athenæum lib. 3, καὶ τὸν δῆμον χώρησιν ἀθρουστέραν, καὶ δῆμον ἐκκλησιαστικώτερον.

¶ Ἀθροίζω, F. σω. P. κα, Congrego, Colligo, Congero, Coaceruo. Plato epistola 7, εἰς μίαν πάλιν πᾶσαν Σικελίαν ἀθροίζειν, in vnam ciuitatem congregare totam Siciliam. Isocrates De pace, μὴ ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων εἰκῇ πολλοὺς πολίτας ἀθροίζουσαν, non ex omnibus hominibus temere multos ciues colligentem. ἀθροίζειν πυράν, Struere rogum. quod & πῆγαι πυράν dicitur.

Ἀθροίζομαι, Passiuum, Congregor, Colligor. ἀθροίζονται πρὸς αὐτούς, Confluentes ad illos, Multi simul conuenientes. ἠθροισμένοι ὅτι θύραις, Congregati. ¶ Budæus in suo lexico, ἀθροίζεσθαι εἰς ἑαυτὸν, apud Platonem in Phædro significare Contrahi in seipsum, hoc est, apud se esse: & sic sæpe eum vti ait. Vide in verbo Συναθροίζω, ex eodem Platonis dialogo citatum συναθροισθῆναι ψυχὴν αὐτὴν εἰς αὑτὴν quomodo ex Cicerone exponatur.

Ἀθροιστής, οῦ, ὁ, Congregator, Collector, à tertia ἤθροιστα.

HINC Ἀθροιστήριον, Locus cõgregationis. vt ἱερὸν ἀθροιστήριον apud Eustathium, Locus in quo dii sunt congregati. ITEM Ἀθροιστικός, Congregatiuus, Collectiuus. vel Vim congregandi habens. Ab Eustathio aliisque nonnullis grammaticis ἀθροιστικὸν α fuit appellatum illud à quo incipientia vocabula congregandi siue colligendi vim habent. vt quum dicunt τὸ ἀθροιστικὸν α δασύνεσθαι in ἅπας. Sed & vocabula quæ congregandi significationem habent, ἀθροιστικὰ nuncupantur, cuiusmodi sunt ἅπας & ἅλις.

Ἄθροισμα, τος, τὸ, ¶ Ἀθροισμός, οῦ, ὁ, ¶ Ἄθροισις, εως, ἡ, Coactio, Congregatio. ἄθροισμα & ἀθροισμός ab ἤθροισμαι prima præterita ab ἀθροίζομαι: ἄθροισις ab ἤθροισμαι secunda. sed ἄθροισις, ac vt plurimum ἀθροισμός etiam, ipsam congregationem, id est ipsam congregandi actionem, ἄθροισμα ipsam congregationem, id est rem congregatam, cœtum, vel aceruum seu congeriem significat. Suidas ἄθροισμα exponit σώρευμα, id est cumulum, siue congeriem: Hesychius πλῆθος, id est multitudinem. ἄθροισμα τινός, in quodam

huius libri loco Multitudinem nauium congregatarum seu coactarum interpretatus sum. A B Ἄθροισις fit & Ἀθροίσιμος, vt ἐξοίσιμος ἡμέρα, dies quo populus congregatur. quasi dicas Dies congregatoria, siue congregatiua. Greg. ὦ δὶ ἡμέρᾳ σὺ ὁπφαίων καὶ ἀθροίσιμος.

C. ΣΥΝαθροίζω, Coaceruo, Colligo. Synes. epist. 141, ἐπὶ πᾶσι μὲ ὥραιον λύπῃ τῆς μοίρας αὖτε συναθροίσῃ. Platoni in Phædone, συναθροισθῆναι ὑφ' ἑαυτῆς καὶ αὐτὴν εἰς αὑτήν, videtur esse quod Cicero dicit Tusc. 1, Animus à negotio omni seuocatus, & secum esse coactus. Sunt qui ex Claudiano, initio libri 1 De raptu Pros. interpretentur Mens congesta. vbi tamen congesta aliam etiam expositionem admittit.

Συνάθροισις, εως, ἡ, E T Συναθροισμὸς, οὗ, ὁ, Coaceruatio, Congeries. Est tamen Συνάθροισις potius Ipse coacernandi actus, at Συναθροισμὸς declarat & id quod coaceruatum est, ideóque rectè exponitur Congeries. ¶ Συναθροισμὸς est etiam nomen figuræ apud rhetores. Quintilianus libro 8. cap. 4, postquam dixit, Potest adscribi amplificationi congeries quoque verborum ac sententiarum idem significantium, & exemplum attulit, subiungit, Simile est hoc figuræ quam συναθροισμὸν vocant: sed illic plurium rerum est congeries, hic vnius multiplicatio. Vide ibi exemplum: vide & apud Rutilium Lupum.

Αἰ, pro εἰ, si. Vtuntur autem hac particula Dores. Theocritus, Αἴ τι πιεῖσαι μι. Apud Thucydidem, Dorico sermone, καὶ αἴ τινα τῶν Λακεδαιμονίων παῖδα ἔχοιτε. Plutarchus in Lycurgo, αἴ δὲ λῆς, πῖραν λάβε. Itē αἴ κα Doricé. vt apud Thucydidem, eodem libro, statim post verba modò citata, αἴκα αὐτοῖς δοκῇ. Apud Homerū frequēter cū particula κε siue κεν. Iliad. φ, ὄφρ' ἐῶ, — αἴ κε πίθηαι, si parueris, si pareas. Iliad. η, — αἴ κέν τι φόως Δαναοῖσιν ἀρήγῃ. Et αἴ κέν πως apud eundem, Siquo modo, Siquo pacto, Si fortè aliqua ratione. vt Iliad. β, Ἀλλ' ἄγετ' αἴ κέν πως θωρήξομεν υἷας Ἀχαιῶν. & α, — αἴ κέν πως βέλτιον. Apud eundem αἴ κέ ποθι, vacante ποθι. ¶ Αἰ μή, Nisi, εἰ μή, apud Theocritum, Idyll. 5, Αἰ μὴ τὸ φιλάσαιμι. Nonnulli αἰμὴ coniunctim scribunt. ¶ Vt autem εἰ pro εἴθε interdum ponitur, sic & αἰ, & quidem frequentius quàm εἰ. Ferè autem subiungitur γὲ particulæ αἴ. vt Iliad. β, Αἴ γὰρ Ζεὺς πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων, Ἡδυμενὲ οἷος, &c. Odyss. ν, Αἴ γὰρ πόντοξ ἔπος τι πολίσσῃ Κρονίων. Vtitur & Herodotus libro 1, αἴ γὰρ τόνε θεοὶ ποιήσειαν ὀπισθοτόνον τινὰ γενέσθαι. Gregorius Nazianzenus iunxit aoristo indicatiui, Αἴ ἔφυν, ὡς τί με μὴ βροτὸν εἰνὶ καλάμοισιν ἔθηκας. Est autem αἴ pro αἴθε, per apocopen, vt Suidas tradit. qui tamen (vt & Hesychius) in hac significatione vult tenuari & circunflecti. sed apud Homerum passim in omnibus exemplaribus tenuatur & acuitur: & ita habetur etiam apud Eustathium. Etymologicus autem vult αἴ dici pro εἰ significante εἴθε, id est Vtinam, mutato ε in α.

Αἲ vel Αἶ, Hei, Heu, Eheu. Αἲ (inquit Eustathius) est etiam διφορικὸν, id est, quo vtimur nos aliquid ægrè ferre significates. item μεμφτικὸν, i. quo vtimur alicui succensentes. vt apud Aristoph. αἲ πάλαι, Hei miser. Suidas autē scribit, αἲ cum tenui & circunflexo esse θρηνητικὸν ὁδύρμα, id est aduerbium (Latinis interiectio diceretur) luctus significationem habens, vel, luctui aptū. Itidem scholiastes Euripidis ex Herodiano annotat hac in significatione circunflecti. At Eustathius αἲ pro εἴθε, vtinā: & pro εἰ, si: item quum est θρηνητικὸν, διφορικὸν, μεμφτικὸν, eodem accentu, acuto videlicet, notat. Ac reuera multo pluribus in locis αἲ pro Heu cum acuto reperio quàm cum circunflexo, passim in omnibus exemplaribus. Rarò autem solum positum, frequenter geminatum reperitur hoc aduerbium. In Adonidis epitaphio inuenitur & solū & geminatum. vt Κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺ Ἀδώνιδι Κύπριδες. αἲ αἲ. in versu sequenti, Ὥρα καὶ Κύπρις λέγετε, καὶ αἱ δρύες, αἲ τὸν Ἄδωνιν. Ibidem circa finem, Γᾶ μάτηρ σύναιμ' ἀπολώλεκας ἄμπαυμον μέλος ἄδεται, αἲ αἲ. Αἲ αἲ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πάλιν, αἲ υἱὸν ἄμπαυμον. Vtrobique autem obseruādum αἲ non geminatum, cum accusatiuo. Sic Heu Latini accusatiuo iungunt, vt, Heu me miserum. Sic, Heu dementiam. Interdum datiuo: vt apud Plautū in Milite. Heu mihi: nequeo quin fleam. Idem in Mercatore, Heu misero mihi. Notandum etiam, quum absque casu ponitur Heu, fere geminari solere, vt αἰ apud Græcos. In Bionis epitaphio, Αἰ αἰ τὰ μαλάχα μὲ ἐπὰν χὠ κᾶπος ὅλωνται. Ibidem, Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ Λάμψασα τοῖς πετάλοισι. id est, Nūc hyacinthe eloquere tuas literas, & amplius quàm antea accipe αἰ αἰ in tuis foliis. Hoc autem ideo dicitur quòd florem hyacinthum poetæ fabularentur ex Aiacis sanguine productum esse, vnde & αἰ seruasse primas nominis Aiacis (qui Αἴας Græcis) literas. Sophocles Aiace, Αἰ αἰ, τίς ἂν ποτ', &c. vbi animaduertendum est in textu quidem esse αἰ αἰ cum circunflexo, apud scholiasten autem cum acuto αἰ. Aristophanes Acharn. Αἰ αἰ, οἵαν ὁ κήρυξ ἀγγελίαν ἤγγειλέ μοι. Apud Antipatrum tamen in epigrammate circunflexum habet in editionibus vulgatis, Πολλάκι σ' ἐξ ὑμέων ἐστυφέλιξε λιτάων, αἰ αἰ. ¶ Non solùm geminatur, sed tērque quatērque repetitur interdum, vt apud Lucianum in dial. qui Philopatris inscribitur, αἰ αἰ αἰ αἰ τῆς κεφαλῆς ἐλπίδων.

C ¶ Αἰάζω. F. ξω. Lugeo, Lamentor. Fit ab αἰ, id est Heu, vt docent grammatici. Et Aiax apud Sophoclem quum exclamasset αἴ αἴ, subiungit, Quis vnquam putasset fore vt nomen meum congruam meis malis significationē haberet? nunc enim mihi est vnde debeam tērque quatērque αἰάζειν. Vbi αἰάζειν suspicor ipsum accipere pro clamare αἴ: eodem videlicet modo quo ἀλάζειν, est clamare ἀλαί: ὀιμώζειν est (ni fallor) clamare οἴμοι. Iungitur autem accusatiuo αἰάζω, vt in epitaphio Adonidis, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες. Anthol. lib. 2, Αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πίτρῃσι καθῆται, Id est, Diotimi sortem deploro. Ἐπαιάζω autem datiuo iungitur, vi præpositionis ἐπὶ: vt apud Lucianum, ἐπαιάζω τῇ νεκρῷ.

Αἰαγμα, τος, τὸ, Gemitus, Lamentatio. Eustathius Αἴασμα dictum ait ὡσεὶ τὸ ἄξιον αἰαγμάτων παθεῖν. id est, ex eo quòd passus esset digna gemitibus.

Αἰακτὸς, οὗ, ὁ, Deflendus, Gemitu dignus, Lamentabilis, Luctuosus, Lugubris. Citatur ex Aristoph.

C. Δυσαίακτος, ου, ὁ ἢ ἡ, Grauiter aut miserabiliter defletus. Id enim puto hic significare δυς. Exponitur tamen & Qui non facilè lugetur. vt δυς difficultatem indicet: secundum quem sensum interpretarer, Cui vix luctus vllus par esse potest, Quī vix satis lugeri potest. Citatur ex Maccabæorum tertio, αἰπὺ πικρὸν καὶ δυσαάκτου θανάτου. Simili etiam voce exponitur, videlicet δυσθρώπτος. Redditur & Lugubris, vt sit pro simplici αἰακτός. ¶ Item significatione actiua, Qui non facilè luget, ἀσυμπαθής.

C. Ἐπαιάζω, Allamentor, Illacrymor. Lucianus de hyacintho loquens, ὥςπερ λύπῃ τῷ αἵματος αὖθις αἰαδεῦσαι πλὴν γλῶ ἐποίησα, ἵν' ἡ χάμματα ἔχοι ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Idem in libro De luctu, ἐπὶ αἰῶνος ἐξάρχειν χρὴ τὸ μέλος ἐπαιάζοντας. In epitaphio Adonidis, cuius autor putatur Bion, repetitur aliquoties hic versus, Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

¶ Αἰανὸς, οὗ, ὁ, vel Αἰανὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Grauis & acerbus. vel, Luctuosus. Nam Pindari scholiastes vult esse αἰανὸς ab αἰ αἰ factum. quem sequutus, pono hoc in ordine hanc vocem. Ponit & aliam etymologiam, videlicet ab αἰών. nam exponens hæc Pindari verba, χαρὶ δὲ πᾶς τις ἀμώτων λιμὸν αἰανῆ πέφαται, ait λιμὸν αἰανῆ appellari vel famem grauem & molestam, ab αἰ αἰ: vel perpetuam, ab αἰών. At Sophoclis scholiastes in hæc ex Electra verba, ὡς ἴμολες αἰανὴς τᾷδε γᾷ, vult contrà ex hoc nomine factā esse illam particulam αἰ: & esse hic αἰανὴ pro θρηνητικὴ, id est Lamentabilis, Luctuosa. Idem tamen in hoc Aiacis hemistichium, — νυκτὸς αἰανὴς κύκλος, ait αἰανὴς κύκλος sonare ὁ σκοτεινὸς vel ἀδιάλειπτος. id est, tenebrosus, vel perpetuus. nullam etymologiam ponens. In qua expositione obiter animaduertendum est, illum non αἰανῆς legere, vt sit genitiuus fœmininus ab αἰανὸς qui iungatur cum νυκτὸς: sed αἰανὴς in nominatiuo, primæ declinationis nominum contractorum, Hesychius habet duntaxat αἰανὲν, χαλεπὸν, αἰνόν. fortasse intelligens αἰανὸν esse id nomen vnde per syncopen factum fuerit αἰνόν.

ΑΙΓΛΗ, ης,ἡ, Fulgor, Splendor, Nitor. χαλκοῦ αἴγλη, apud Homerum, Iliadis β, χαλκοῦ ἠκαστοίο Αἴγλη παμφαάουσα. Item αἴγλη ſolis aut lunæ, Odyſſeæ λ, Ὡς ὅτε ἠελίου αἴγλη πίλνησι σελήνης. qui verſus repetitur & Odyſſeæ π. Cicero αἴγλην interpretatur lumen. quum ἀείδη αἴγλην de ſtellis dictum ab Arato, reddit — tenui cum lumine. Eſt autem poeticũ vocabulũ, vſurpatum tamen & in proſa, vt ab Ariſtide in Romæ encomio, πόλεις τι σωῖ ὕδη λάμπουσιν αἴγλη καὶ χάεσι. A

Αἴγλη eſt etiam placẽtæ genus. Itẽ ſacrificiũ quoddam quod Delphos mittebatur. Itẽ iactus alearius. vt ex Pauſania Euſtathius refert. Heſychius ait eſſe nomẽ mali iactus aleatii. B

Αἴγλη, Proprium nomen filiæ Panopei, quam ſibi Theſeus, Ariadne relicta, adiunxit: vt Plut. in Theſeo. Item, Ægle Naiadum pulcherrima, apud Virgilium.

Αἰγλήεις, ιτος, ὁ; Splendidus, Fulgens, Coruſcus. vt αἰγλήεντος ἐλύμπου. In fœminino genere αἰγλήεσσα, Splendida.

C. Στρεπταίγλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fulgorem auertens. Ariſtophanes in Nebulis ex Philoxeno, νεφελαῖ στρεπταίγλαι· δώριον ὁρμαὶ, Doricè pro νεφελῶν στρεπταίγλων, id eſt πλῆ αἴγλῃ στρεφουσῶν, quod ſumatur pro ἀποστρεφουσῶν. Apud Suidam malè exponitur στρεπταίγλαν per accuſatiuum ſingularem. C

ΑΓΛΑΟΣ, οῦ, ὁ, Splẽdidus, Clarus, Fulgens, Illuſtris. Aratus, Αὐτὰρ μὲ αἰνοφελὲς τι καὶ αἰγλαὸν. id eſt, Fulgentem ſine nubibus atris, Cicerone interprete. Apud eundem αἰγλαὴ interpretatur, illuſtri prædita ſigno. vbi in propria ſignificatione ſumitur vocabulum Illuſtris. Sic Homerus αἰγλαὸν ὕδωρ dixit Odyſſ. γ, Aquam ſplendidam, quæ propriè dicitur limpida. Ab αἴγλη, quod ſplendorem ſignificat, vel ab ἀγάλλω per metatheſin literarum factum volunt. nam Euſtathius αἰγλαίζεσθαι ab ἀγάλλω deducit. eſt autem αἰγλαίζεσθαι ab αἰγλαός. Significationi quam diximus, magis conuenit vt ſit ab αἴγλη, quod vicinum eſt: & inde factum adiectiuum αἰγλήεις ſignificat itidem Splendidus, Clarus. Sed quum αἰγλαία pro ornatu ponitur, item pro lætitia, tum verò aptior videtur eſſe ab ἀγάλλω etymologia. Sed malè deducitur ab ἄγαν ἄσιγμ. nam hoc etymũ non eſt nominis αἴγλαος aut verbi αἰγλαίζεσθαι: ſed verbi ἀγάλλεσθαι, vnde factum αἰγλαίζεσθαι. D E

Αἴγλαος, metaphoricè, Splendidus, Clarus, Illuſtris, Inſignis. Item, Pulcher. vt αἴγλαα πίτνα, Odyſſ. ξ. — αἴγλαα ἄπτυνα, Iliadis α, — αἴγλαα μηρία, Heſiod. Erg.

Αἴγλαον, teſte Heſychio, Cretenſibus & Cypriis idem quod ſλαφυρὸν, id eſt, Scitum, Feſtiuum & elegans.

Ἄγχαυλος, pro αἴγλαος, Splendidus, Pulcher. Nicander in Theriacis, Ἠτοι ὁ ἄγχαυλος γε ἰείδεται. Sed & hic & in alio eiuſdem poetæ loco lego αἴγλαυρος, ex vet. cod. vt admonui in annot. meæ editioni adiunctis.

Αἴγλαια, ας, ἡ, Splendor, Nitor, Heſiodus in Scuto, — αἱ δ' αἴγλαιαι πῆλαι ἔσαν, id eſt veſtimẽtorum ſplendore, vt ſchol. ait. Sic Odyſſeæ τ, videtur ſignificare nitorem circa veſtitum, non lætitiam, vt vertit Valla, Αἴγλαιαι, τῇ τοῦ γε μετ' ἀμφοῖν εἵκασται. Sic & Odyſſeæ ρ, αἴγλαιας φορεῖν accipiuto pro Veſtimenta geſtare nitorem habentia & munditiẽ. Item αἴγλαιη, Pulchritudo, κάλλος. Odyſſeæ σ, Αἴγλαιῶν δ' ἔμοιγε θεὸς ἐπὶ οἱ ὄλυμπον ἔχοισι Ὧλισσαι. id eſt, τὰ κάλλη, inquit ſcholiaſtes. Poſſit tamen fortaſſe & aliter exponi. Item Ornatus, Decus. Homerus Odyſſeæ ρ, — ἀγλαΐης δ' ἔντεσιν κόμαισιν ἄσασης. vbi θεὸς τὴν περιζώσαν αὐτὴν loquitur. quam ſignificationem ex Homero mutuatus Xenophon, dixit equo datam à Deo iubam αἴγλαιας ἵππου. Heſychius αἴγλαιες plurali numero exponit, Delicias, Decoramenta, Ornamenta. F G

Ἀγλαΐα etiam exponitur à ſcholiaſte Sophoclis, ἡδονὴ, & δόξα, id eſt Voluptas (ſiue Lætitia) & Gloria: in hoc Electræ loco, Μηδέποτ' αἴγλαιας ἀπονασάμην Τευθρᾶ' αἰὼν ἀπούσης ἔργα. Apud Heſiodum plurali numero αἴγλαιαι itidem vſurpatur, pro voluptatibus ſiue gaudiis, & hilaritatibus, ſi Latinè dici poſſet. In Scuto, — Τοῖσι δ' αὖθρης ἐν αἴγλαιαις τε χορῆς τε Τέρψιν ἔχον. & paulo pòſt, — πᾶσαν δὲ πόλιν θαλίαι τε χοροί τε, Ἀγλαΐαι τ' εἶχον. H

Αἴγλαια, nomen vnius ex tribus Gratiis, Vulcani vxor, apud Heſiodum in Theogonia, Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν. cuius nominis meminit & Plutarchus. Vocata fuit Αἴγλαια & Nirei mater, teſte Homero, Iliad. β.

Αἰγλαίζω, F. ίσω. Paſſiua, Illuſtro, id eſt, Illuſtrem & ſplendidum reddo, Splendeſcere facio. Theophylactus, καὶ πῶς μεμυθολογῆσθαι τὸν ἀκλάμψαντα τῷ παλαίσαντι ἀκτίνων δίκην αἰγλαίζειν, id eſt, Illuſtrabat radiorum more. Vno verbo, Irradiabat. Quod ſignificat & apud Dionyſium Areopagitam. Item, Honeſto, Orno, Decoro. Euſtathius in Odyſſ. σ, οὐ πρὸς ἀρίστειαν ὑμᾶς ἑαυτῷ ἀγλαίζειν. Apud Heſychium ἀγλαίζει exponitur θάλλει, id eſt Floret. & ita neutram ſignificationem haberet.

Ἀγλαίζομαι, Paſſ. Splendeo, vel Splendeſco, Niteo, Splendidus reddor. Apud Dionyſium Areopagitam pro Irradior. Item, Illuſtro, Illuſtris reddor, Ornor, Decoror. Iliadis κ, — αἶψά σι φημὶ δόξεμεν αἰγλαιέσθαι. Pindarus Ode Olymp. ι, αἰγλαίζεται δὲ καὶ μαιόμενος ἐν αὐτῷ. Hinc participium ἠγλαϊσμένος, Illuſtratus ſiue Illuſtris, Lucidus, Splendidus. nam ἠγλαϊσμένον explicat Heſychius φωτεινὸν, λαμπρὸν, videlicet participio ſignificationem nominis tribuens. Item ἠγλαϊσμένος, Ornatus, Decoratus. Suidas ἠγλαϊσμένη exponit etiam χαίρουσα, id eſt Gaudens. & ita ἀγλαίζομαι inter cætera ſignificabit & Gaudeo. C

Ἀγλαΐσμα, ατος, τὸ, Nomen verbale, formatum ab ἠγλαϊσμαι, prima perſona præteriti ἀγλαίζομαι. Significat Ornamentum, Honeſtamentum, Æſchylo pag. 217, & 235, meæ editionis. A tertia autẽ eiuſdem præteriti perſona ἠγλαΐσται formatum videtur ἀγλαϊστὸς, id eſt Optabilis, Pretioſus. Nam Heſychius ἀγλαιστὴ exponit ἐπιθυμία.

C. Ἀγλαόγυος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchra membra habens. vt αἰγλαόγυος ἥβα, apud Pindarum. Ex αἴγλαος & γυῖον.

C. Ἀγλαόθριξ, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchricomus, Splendidam ſeu nitidam comam habens. Ex αἴγλαος & θρίξ.

C. Ἀγλαόθρους, ου, ὁ καὶ ἡ, Tenerum. Heſ. Ex αἴγλαος & θρύω: vel certè ex αἴγλαος & πέθηλα præterito verbi θάλλω. vnde etiam deducitur.

C. Ἀγλαόκαρπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum fructum habens. Odyſſeæ π, — καὶ μηλέαι αἰγλαόκαρποι. Cuius epitheti rationem vide apud Plutarchum Sympoſ. Nonnus ἔτος (id eſt ætatem) ἀγλαόκαρπον vocat: id eſt, Pulchros fructus ferentem, vel Pulchrorum fructuum datricem. Ex αἴγλαος & καρπός.

C. Ἀγλαόκοιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum cubile habens. Ex αἴγλαος & κοῖτος, vel κοίτη, id eſt Cubile, Lectus. Exponitur tamen ἀγλαόκοιτος à Suida, Valde honoratus. quæ ſignificatio aliam etymologiam exigit, & aliam fortaſſe ſcripturam.

C. Ἀγλαόκουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendens & quaſi florens iuuenibus, Pulchros iuuenes habens. Corinthum ἀγλαόκουρον appellat Pindarus, Olympiorũ Ode 13. Ex αἴγλαος & κοῦρος.

C. Ἀγλαόχορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram choream habens. Pindarus Olymp. Ode 3, φωνὰν ἀγλαόχορον vocat canticũ pulchram choream inſtituens. Ex αἴγλαος & χῶρος.

C. Αἰγλαομήτης, ου, ὁ, Conſilio clarus: & Ἀγλαόμητις, ιος, ἡ, Conſilio clara, vt legitur in vulgaribus lexicis Græcolatinis: & hæc compoſitio analogiam ſeruat. Apud Suidam autem & Etymologici autorem Ἀγλαομήτια legitur, & exponitur ἡ μεγάλη βουλή, id eſt magnum conſilium. Apud Heſychium quoque habetur: ſed is exponit λαμπρόβουλον, pro λαμπρὰ βουλή, vt opinor: id eſt, Præclarum & illuſtre conſilium. Componitur autem ex ἀγλαὸς & μῆτις, vt Etymologicus ait. Rara tamen eſt hæc terminatio deriuatorum à μῆτις, id eſt conſilium: at frequens altera, ἀγλαομήτης, ſiue ἀγλαόμητις. Talia ſunt enim quæ in μῆτις habebimus αἰνολομήτης & αἰνολόμητις: talia ποικιλομήτης & ποικιλόμητις. Quod autem dicitur de αἰνολομήτης (ex quorundam grammaticorum opinione) à verbo μήδω deriuatum eſſe: at αἰνολόμητις, à μῆτις: idem & de αἰγλαομήτης dici poteſt. I K

C. Αἰγλαόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchram formam ſiue faciem habens, libro Epigrammatum 1, de Apolline, Δέξοπτ,

αἰλαὶ μορφαι, ἐκφαντικῶς, ἐκβριχαίτιον. Ibidem tribuitur Bacchho hoc epitheton. Ex αἰλαὶς & μορφή. A

C. Αἰλαιόπαις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, Pulchros liberos habens, aut pueros. Nonnus. Ex αἰλαὸς & παῖς.

C. Αἰλαίστως, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclarè fidelis. Hes. Ex αἰλαὸς & πιστός.

C. Αἰλαίτιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Splendidè vel pulchrè honoratus. Sic Hesychius, qui antea ἀγλαότιμον eodem modo exposuit. Orpheus in thymiamate Herculis, Εἰρεσίων πυρόεσσαν, αἰλαότιμον. Ex ἀγλαὸς & τιμή.

C. Αἰλαόφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præclaram vocem habens. Ex ἀγλαὸς & φωνή. B

C. Αἰλαόπις, ιδος, ἡ, Pulchrè oculata, Pulchros oculos habens. Empedocles apud Plutarchum, Νυκτὸς ὑπηνεμίης, ἀγλαόπιδος. In vulgaribus lexicis habetur Ἀγλαόωψ, ωπος, ὁ, Aspectu splendidus. Sunt ex ἀγλαὸς & ὤψ ὠπὸς composita.

**ΑΙΔΩΣ**, οῦς, & per crasin οῖς. in datiuo, αἰδοῖ. in accusatiuo, αἰδῶ, vel αἰδοῦν, vt quidam. Verecundia, Reuerentia, Veneratio. Nonnúquam generaliter idem sonat quod Pudor. Xenophon Pædiæ primo, ἐπὶ τῷ ἄλλων αἰδοῖς τυγχάνει, Reuerentiam consequeris ab aliis, aut venerationem, Venerationi eris aliis, Te reuerebuntur alii & venerabuntur. Aristides in Panathenaico, ἄξιον οὖν καὶ τὸ τῆς αἰδοῦς εἰπεῖν ὅσον παρ' ἁπάντων ἔχει καὶ χρόνον τῇδε τῇ πόλει, id est, Operæpretium est ergo commemorare etiam quanta reuerentia præstetur & præstita fuerit ab omnibus huic ciuitati. Alii autem vertunt, Quanto in honore sit ac fuerit hæc ciuitas apud omnes. Sed ego interpretationem meam veriorem esse puto. certum est enim αἰδῶ sonare aliquid amplius quàm τιμήν, id est honorem. Vnde & Homerus postquam dixit τιμῆς, subiungit αἰδοῦς, tanquam significantius, Odyss. ξ, Τιμῆς ἠμείρου εἰσὶ καὶ αἰδοῦς. Budæus αἰδῶ observantiã vult significare in hoc Synesii loco, καὶ ὡς ἔχοιεν πρὸς ἀλλήλους αἰδοῦς. subaud. οἱ ναυήται. Hesiodus, — ἣν ὡς ἐκάστοτε Αἰδοῖ μαλ' ἐγχίῃ, id est, Cum reuerentia. Aristides, οὕτω τιμῶσιν, αἰδοῖ τῇ θεῶν, id est, ita honore prosequuntur, deorum reuerentia. accipiendo passiuè reuerentiam, pro reuerentia quæ diis præstatur. Sic apud Synesium αἰδοῖ μουσῶν, verterim, Reuerentia Musarum. quum dicit, αἰδεῖ γὰρ μουσῶν, ὡς ἱερεῦς αὐτῇ ἄξιον σεβίσαι. Id est, Nam reuerentia Musarum, sacerdotes earum par est tueri. Budæus tamen, αἰδοῦς μουσῶν interpretatur, In honorem Musarum. Sic αἰδὼς τοῦ βασιλέως, Regis reuerentia, Plutarcho in Romulo. Denique dico αἰδῶ hac in significatione (quæ vsitatissima est) esse obseruantiam per quam ætate aut sapientia aut honore aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. ¶ Item αἰδὼς, Verecundia, quæ censetur virtus à vulgo: at Aristoteles virtutem esse negat, quamuis laudetur qui ab ea dicitur αἰδήμων, id est Verecundus. Hanc αἰδῶ ita distinguit Damascenus ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, vt αἰδὼς sit metus ob expectationem vituperii: αἰσχύνη metus ob aliquid turpiter commissum. eius verba sunt, αἰδὼς, φόβος ἐστὶ προσδοκίᾳ ψόγου αἰσχύνη δέ, φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πραγματι γινόμενος. Hanc αἰδῶ sæpe Homerus commendat atque adeo requirit in militibus. vt Iliadis ο, Ὦ φίλοι, αἴρεσθε καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ, Ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε. sic Iliad. γ, — ἀλλ' ὅ γε φρονέει θεὸς ἔπλετο Αἰδὼς καὶ νέμεσις. Interdum cum genitiuo, vt rursus Iliadis ο, — καὶ αἰδῶ θέσθ' ἐνὶ θυμῷ Ἄλλων αἰδοίων. sed Verecundiam aliorum hominum Latinè non dixerimus. quare potius ita redderem, Verecundiam vobis incutiant alii homines. aut, Pudorem incutiant: accipiendo pudorem in bonam partem. Quo etiam modo apud Sophoclem Aiace, αἰδῶ λαβεῖν verti possit, Pudore tangi. non, vt alii vertunt, pudore affici. nam αἰδῶ λαβεῖν ad verbum sonat Pudorem accipere, à seipso videlicet: at qui pudore afficitur, ab alio intelligitur pudore affici. ¶ Αἰδὼς dicitur etiam generaliter de quouis pudore. vt apud Homerum, Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ καὶ ἀνδρὶ κακῷ αἰδήρῃ παρεῖναι. Id est, Pudorem viro egeno non bonum est adesse. & Iliad. ω, — οὐδέ νύ οἱ αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μάλα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι. Apud Eustathium nescio quis duplicem faciens αἰδῶ, καλὼ & τιμήν, ait αἰδῶ bonam & laudabilem dici ἀπὸ τοῦ ἀεὶ τὸ δέον· id est, ex eo quòd semper habeat quod rectum & honestũ factu est. malam autem, ἀπὸ τοῦ αἰεὶ τὸ δέος αἰτίαν ἔχ). id est, semper causã fit egestatis. Sed quisquis is est qui hoc dixit, videtur ioco non serio dixisse. Certè constat à non videndo dictam esse αἰδῶ, quasi ἀνοπτίαν. (quòd pudor oculos cogat auertere) ex α priuatiuo & verbo ἰδεῖν. ita enim malo quàm ab αἴδω, cum Etymologico, vt ex ἀεσδὼς fiat αἰδώς. Huius autem etymologiæ fidem facere videtur ipsum prouerbium, αἰδὼς ὀφθαλμοῖς, id est, Pudor in oculis. quod apud Erasmum habes expolitum, & meam annotationem in illam eius expositionem, in Chiliad. à patre meo excusis. C

Αἰδὼς, Membrum genitale, Inguen, eodem modo quo Latini plurali numero Verenda & Pudenda nominant à Pudore. ab Ouidio dicitur etiam Pars pudibunda. Virilitatem quoque appellauit Martialis. Iliad. β, Χλαῖναί τ' ἀΐδι χυτῶνα, τό τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει. Dionysius Halicarn. in ἀρχ. Τὰ πέζ. ἰδίους τῶν αἰδῶ τοῖς δορᾶς. D

Αἶδος, ους, τὸ, Idem quod αἰδώς. & ab hoc αἶδος videtur fieri αἰδόφρων, id est verecundus: quasi verecundiam sapiens: vt dicitur ἀγχίφρων, & alia. Posset tamen & ab αἰδὼς deriuari.

C. Κιναιδὸς, Cinædus, Pathicus. κίναιδος, ita dictus ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν αἰδοῦν, id est τῶν αἰδοίων. Potius quàm secundum alteram etymologiam quasi κενὸς αἰδοῦς. Dicitur κίναιδος, & πόρνος, & καταπύγων, & ἡλωσάριος, & αἰσχρουργός, aliisque nominibus, quæ vide apud Pollucem. Plutarchus in Politicis præceptis, μηδὲν διαφέρειν ὅπως ἂν πράττῃ ἀμφοτέρων τὴν κίναιδον. HINC compositum Κιναιδολόγος, Turpiloquus. quasi dicas, Cinædiloquus, id est Cinædica impudentia in loquendo vtens. Eustathius pagina 746, 20 τοῦ κατὰ λόγον exponit κιναιδολόγον, qui καπήλου dicatur αἰσχρορρήμων. Athenæus libro 14, τὸν Ἰωνικὸν λόγον vocari etiam κιναιδολόγον tradit. HINC & Κιναιδία, Cinædica obscœnitas, siue impuritas, aut impudicitia. Alch. ἐν παισὶ μὲν οὖν ἐκλήθη δι' αἰσχρουργίαν πρὸς ἡδονὴν κιναιδίαν βάπτελος. ET Κιναιδίζομαι, Cinædice me gero, impuritate & obscœnitate cinædos imitor. vnde Κιναίδισμα, Obscœnitas cinædica, apud Eustathium.

Κιναιδὸς (in vulgaribus lexicis) Gemma quæ & ἰρυθραῖος λίθος, & λίθος Ἰνδικὸς, & μαργαρίτης, Gallice Perle, Margarita, Vnio, Bacca conchea, Virgilio in Culice, Granum rubri maris, Hieronymo. Erythræus etiam lapillus appellatur. Arrianus, Ἡσθῆναι λίθοισι κίναιδον ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικείου, ὄντα καὶ εἰς τοῦτο ἐπιτήδειον· οἱ γὰρ ἐξ Ἰνδῶν τὰς χώρας τὸ ἀφόρισμα παρ' ἡμᾶς ἀγινέοντες αὐτοὺς ὡς ἀριθμοῦ οὐκ ἀξιοῦσι, τὸν μαργαρίτην τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλοῦντες. E

C. Αἰδόφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Verecundus. Poeticum est.

C. Αἰναιδὴς, ους, ὁ καὶ ἡ, (quod compositum possit & ab αἰδοῦμαι deduci) Impudens, Inuerecundus, vt Odyss. ρ, Ὡς τις θαρσαλέης καὶ ἀναιδὴς ἶσα πεφύκῃς. Et Iliad. α, Ἀλλά σοι ὦ μάλ' ἀναιδείᾳ ἅ τε κύντατε πάντων. Plut. in libro περὶ δυσωπίας, eum qui δυσώπητος dicitur, ab eo qui ἀναιδὴς, sic distinguit, ἀναλγὴς μὲν γὰρ ὁ ἀναιδὴς πρὸς τὸ αἰσχρόν, ἀπαθὴς δὲ καὶ πρὸς τὸ φαινόμενον αἰσχρὸν ὁ δυσώπητος. Vt Latinis oculus dicitur impudens, sic & ὀφθαλμὸς Græcis ἀναιδὴς: iuxta prouerbium, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς. Demosthenes dixit ἀναιδὴς εἰς χρήματα, in Androt. οὔτω δ' οὐ μόνον εἰς χρήματα ἀναιδὴς, ἀλλὰ καὶ σπαταλᾷς ὅτι. Affertur autem & ἀναιδὴς, pro eo cuius nos non pudet, vt ἀναιδέστατος τῶν ἀκολάστων, minimè pudendus intemperantibus. ¶ Apud Homerum aliquoties λᾶας dicitur ἀναιδὴς, vt Iliadis σ, Ἀμφοτέρω δὲ πίτνοντε καὶ ὅσσα λᾶας ἀναιδὴς Κλῖνε πεσών. Sic & Sisyphi saxum λᾶας ἀναιδὴς ab eo appellatur, Odyss. λ, — ἔνθα πέδονδε πάλιν ἐλίασκε κυλίνδων λᾶας ἀναιδής. Sic & ἀναιδὴς πέτρα, Iliad. ν. Eustathius autem non aliud dicit (quod sciam) quàm ἀναιδῆ vocari metaphoricè, eo modo quo ferrum crudele appellatur. Hesychius λᾶας ἀναιδὴς exponit σκληρὸν, at scholiorum breuium autor, πάχυν, in loco illo Iliadis σ. Quas expositiones planè alienas esse puto, & potius vocari existimo saxum impudens respiciendo ad vastam eius molem: eo modo quo Gallicè de quibusdam rebus dicimus *Homme effronté grand*. Cui affine est quod frequentius vsurpatur, *Vilai-*

*sement grand.* Item, *Vn grand vilain.* pro eo quod alio genere loquendi dicitur *Despit en sement grand.* extra metapho ram autem, D *sne sur ecement grand.* Eustathius pag. 1702 quum dicit ὁ Σίσυφος ἰσῶν θεὸς τὸν ὦμον πέτρον μεγαν καὶ ἐμόχθη, videtur per hæc intelligere λᾶαν αἰαιδῆ.

Τὸ αἰαιδὲς pro substantiuo ἡ αἰαίδεια, Impudentia, interdum ponitur. Interdum autem aduerbialiter: ve quum dicitur αἰαιδὲς βλέπειν (eadem forma qua δριμὺ βλέπειν, & alia) pro Impudente aspectu esse, Impudentiã oculis præ se ferre.

Αἰαιδῶς & Αἰαίδως, Impudenter. Sed αἰαίδως magis poeticum est. In vulg. lex. αἰαίδως exponitur etiam Liberé: quæ expositio αἰαίδως confundit cum ἀναίδως.

Αἰαίδεια, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecundia. Demosth. Pro corona, εἰς τὴν ὑμετέραν αἰαιδείας ὥστε ζημιᾶ λέγειν. Apud Homerum Iliad. α, & ι, dicitur αἰαιδείλιον ὀπιπεμφὼς, qui est impudens. q.d. Impudentia amictus. Od. χ, — αἰαιδείης ἐπίσχεσον. Alibi, — αἰαιδείηφι πιθέσθαι.

Αἰαιδεύομαι, Impudentia vtor, Impudenter me gero, αἰαιδεύομαι τῶ. Dicitur autem αἰαιδεύομαι (quo Atticos vti negat Phrynichus) eadem forma qua ἀκρατεύομαι, ἐγκρατεύομαι, & παιουργεύομαι, & αἰσωπεύομαι.

¶ Αἰδοῖος, α, ον, (ab αἰδὼς fit αἰδὼς, & mutato Bœoticè ω in οι, αἰδοῖος, vt Etymologicus ait) Venerabilis, Veneratione dignus, Venerãdus. vel, Cui præstari debet reuerentia, Reuerendus, Reuerentia dignus. A Liuio Verendus dicitur. Od. ι, — ξεῖνοι αἰδοῖοι. Od. ξ, Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετ' Κρήτεσσι πέτυμαι Od. θ, Ὡς κεν Φαίηκων φίλος ἠδ' ἐπιείκτος ἅπασι, Δεινός τ' αἰδοῖός τε. Sic & alibi, vt Odyss. τ, φίλος & αἰδοῖος copulat, vt αἰδὼ & φιλότητα, Iliad. ω. vnde & comparatiuus αἰδοιότερος cum φίλτερος, Odyss. λ, Καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην. pro quo & αἰδεσίμτερος dicitur, vt Eustathius annotat. ¶ Αἰδοῖος ἱκέτης (inquit Budæus) Dignus qui exoret quod petit. Videtur autem Budæus hanc expositionem accommodare voluisse huic Homeri loco, Odyss. ο, — αἰδοίοισιν ἔδωκα. Vbi Eustathius dicit αἰδοῖς ἀξίοις, ξένοις δηλαδὴ καὶ ἱκέταις. ¶ Αἰδοίη παρθένος, Odyss. ω, vult dictum esse ὡσεὶ τῆς σώφρονος, id est de casta. sed fortasse αἰδοίη παρθένος ita dicitur ab Homero, vt παρθένος αἰδοίη, Iliad. β. id est (vt ego interpretor) virgo verecunda, virgo pudibunda. vt hic αἰδοίη significationem actiuam habeat, non passiuam, vt αἰδοῖος in superioribus exemplis: & vt Penelope dicitur αἰδοίη, Odyss. τ, matrona venerabilis, verenda. ¶ Αἰδοῖος in actiua significatione, Verecundus. Odyss. ρ, circa finem, — κακὸς δ' αἰδοῖός γε ἀλήτης.

Αἰδοίως, Aduerb. Cum reuerentia, Cum obseruantia. Od. τ, Αἰδοίως δ' ἀπέπεμπον, &c.

Αἰδοῖον, ου, τὸ, Substantiuum, Inguen. nam ex iis vocabulis quæ in vulgaribus lexicis Græcolatinis ponuntur pro interpretatione huius nominis, nullum conuenit: quum αἰδοῖον tam mulieris sit, quàm viri: vix autẽ aliud nomen Lat. sing. num. commune sit vtrique, quàm Inguen. Plurali numero sæpe dicitur αἰδοῖα pro eodem, Iliad. ν, Αἰδοίων τε μετὰ ὀμφαλοῦ. Thucyd. ι, δηλοῦσι τὰ ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταί. Et αἰδοῖα de muliere, Herodot. ι, ὁκόσαι περὶ αἰδοίων τὰς ὀχέας. In singulari autẽ numero, Plutarchus κερ. ῥωμ. Sabinos enim aiũt mulieris αἰδοῖον appellare spurium. Sic autẽ Græci ab αἰδὼς dicunt αἰδοῖα, vt Latini à nomine pudor vocant pudenda, & Verenda à verendo. quare vana est altera etymologia, vt sint αἰδοῖα dicta ὡσεὶ τὰ οἰδαίνοντα ἐν τῇ συνουσίᾳ ὀργῶντα. neque enim οἰδοῖα dicitur, sed αἰδοῖα. & Homerus ipse αἰδὼ pro αἰδοῖα vsurpat. ¶ Αἰδοῖα Gaza testiculos alicubi vertit, item coles.

Αἰδοιώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Formam inguinis habens, Inguinis speciem referens. Ath. —. λέγεται δὲ καὶ πολυποδῶν τὰ ἄρρενα ἃ καὶ αἰδοιώδεις ἢ ὅτι μακρὰ καὶ πλατέα.

Αἰδοιϊκὸς, οῦ, ὁ, Ad inguen pertinens. αἰδοιϊκὰ φάρμακα apud Æginetam, Medicamenta quædam ad inguen pertinentia. id est, morbis inguinis medentia. Item αἰδοιϊκὰ, Quæ pudendis adnascuntur, apud eundem.

C. Αἰδοιοκακία, Morbus περὶ αἰδοῖον, id est pudendorum, vt satyriasis & priapismus, In vulgaribus lex. Potest & ab αἰδὼς deduci significante τὰ αἰδοῖα.

¶ Ἀπαιδοιόω, ῶ, quasi dicas, Pudẽda mutilo, pro Præputiũ



seco, Circuncido. Pollux libro secundo, Æolibus ἀπαιδιῶσαι significasse tradit ἀπισχολύσαι. Is autem dicitur ἀπισχολύσας qui caret præputio: Recutitus Martiali, Apella Horatio. ἀπαιδείωτος, ἀπεναιχμώτιστος, πέτμωτος, Hesychius. Animaduertendum est autem ἀπαιδοίωτος legi apud Hesychium, non ἀπεδοίωτος, sicut apud Pollucem ἀπαιδοιῶσαι, non ἀπεδοιῶσαι.

¶ Αἰδέομαι, εῦμαι, Fut. ἐσσομαι & ήσομαι. Præt. ᾔδεσμαι. Aoristus primus, ᾐδέσθην. Idem quod ἐντρέπομαι, Veneror, Honori habeo, inquit Budæus. Addi etiam potest Reuereor. Hac autem in significatione accusatiuo iungitur. Xenophon Pædiæ primo, αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους, Reuerentiam præstans maioribus natu, vel, Maiores natu venerans. Honore prosequens, quidam. sed malim, Veneratione prosequens. vt & αἰδὼ non luhenter interpretor honorem, sicut antea dixi. Sic αἰδεῖσθαι θεούς apud Homerum, Reuereri deos. αἰδεῖσθαι τὸν πατέρα apud Sophoclem, Patrem suum reuereri. vt apud Terentium, Imperium patris reuereri. Apud Homerum αἰδεῖσθαι & ἐλεήσαι sæpè copulantur. vt οὔτ' ἐλεήσει, Οὐδὲ πεφείσεται, Iliadis ω, & Odysseæ ξ, Οὐ γὰρ ἔτ' ἐκ τοσσήκε ἐγὼν ἀδήσομαι, οὐδ' ἐλεήσω. Quibus in locis obiter notandum duplex futurum αἰδέσομαι & ἀδήσομαι. Habet autem in hac significatione non tantùm accusatiuum personæ, sed & accusatiuum rei. vt Iliadis ι, Αἴδεσσαι δὲ μάλα θεόν. Sic Il. χ, — τόν τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον. ¶ Nonnũquã αἰδοῦμαι est magis Timeo, Vereor, quàm Reuereor, (in qua tamẽ significatione potius infinitiuo iungitur) vt Il. χ, Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. qui versus & alibi habetur. loquitur autem hic de metu ignominiæ & dedecoris à Troianis. Sic eum à quo metuebat ne obiurgaretur, dicit αἰδέομαι & δείδια, Odysseæ ρ, Ἀλλὰ τὸν αἰδέομαι καὶ δείδια μή μοι ὀπίσσω Νεικείῃ. sic Iliadis λ, Αἰδεῖσθαι βασιλῆος ἔπος αἰδοίοιο, veritus increpationem regis: sed veritus ipsius regis increpationem, ob reuerentiam quam illi præstabat. additur enim αἰδοίοιο. ¶ Apud Euripidem αἰδοῦμαι πάλαι exponitur, horum me pudet. vt sit pro αἰσχύνομαι. quanquam notatur à grammaticis αἰδεῖσθαι in bonam partem accipi, αἰσχύνεσθαι in malam. id est (opinor) αἰδεῖσθαι esse Veteri aliquem seu reuereri, ob honorẽ quem virtutis ergò, aut ætatis, aut consanguinitatis, aut huiusmodi rei alicuius causa deferimus, aut Rei alicuius honestæ reuerentia tangi: αἰσχύνεσθαι autem aliquem, esse Pudore affici ex eo quòd mali alicuius, aut rei alicui turpis sit nobis conscius. aut Pudere nos eum facere illius conscium, aut etiam pudere nos alicuius rei, cuius ipsi soli simus nobismetipsis conscii. Plutarchus eos qui hæc confunderent, reprehendens, ait, αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ αἰδεῖσθαι χαίρειν, καὶ τοὺς φοβοὺς ἀλαζονείας. Videtur tamen apud Lucianum quoque αἰδεῖσθαι pro αἰσχύνεσθαι accipi in loco qui citatur proximè sequente annotatione. Apud Homerum certè videtur propriè vsurpatum αἰδέομαι, etiam absolutè positum, pro Verecundor, Verecundia tangor, à muliere dictum, Odysseæ ε, Οἴη δ' οὐ κεῖθ' εἶμι μετ' αἰδῶ. αἰδέομαι γάρ. Apud eundem cum infinitiuo, Odysseæ ζ, — αἰδέομαι γὰρ Γυμνοῦσθαι.

Αἰδεῦμαι, Timeo, Non audeo, cum infinitiuo, Iliadis ν, Αἴδετο μὲν κείνεσσι, δίησε δ' ὑπὲκ δίχεσθαι. Odysseæ ξ, — καὶ οὐ πάρος ἦν ὀκνέζειν Αἰδεύμην. Eustathius exponit δειλαίνειν. Quanquam aliquis fortasse dixerit inesse his in locis verbo αἰδεῖσθαι timoris cum quadã reuerentia significationem. vt sit αἴδετο αἰνέεσθαι (obiter autem notandum αἴδετο per syncopen pro αἰδέσθησαν, ab αἰδέομαι aoristo primo, pro ᾐδέσθην) reuerentia tacti non ausi sunt, timuerunt recusare. Sed apud Sophoclem quoque αἰδὼς pro δέος, id est metus, ponitur: vt infrà dicetur. ¶ Apud Lucianum autem αἰδεῖται cum participio, significat Eum pudet: quum dicit, ὁ δὲ χαλκὸς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ὑπηφανεύμενος πρὸς αἰσχύνεσθαι τῷ χάλκου. & ita αἰδεῖται erit pro αἰσχύνεται, quo non vsus est ob sequens nomen αἰσχύνη.

Αἰδοῦμαι, inquit Budæus, non modò ἐντρέπομαι significat καὶ μετ' αἰδοῦς ὑπολαμβάνω, hoc est veneror & honori habeo: sed etiam πτήσσω, placor, & initiariam

remitto,Iram cõdono. Demosthenes πρὸς Ναυσίμαχον, Ὡς τ' αὐτὸν ἑκὼν τις ἀκουσίῳ φόνου, καὶ σαφῶς ὁμολογήσας μὴ κατακοῦσαι, ὡς ταῦτα αἰδέσοιτο καὶ ἀφῆ, &c. Vt siquis propter eædem non voluntariam alium arcessierit, reum etiam peregerit,manifestóque conuicerit,deinde à reo placatus quoquomodo culpam criménve condonarit: &c. Gregorius,καὶ φιλίας αἰδεσθῆναι εἰδώς,homo qui in tempore rationem habere amicitiæ nosset,& amico exorabilem se præbere.Significat αἰδοῦμαι etiam Placo,Exoro. Demosth.contra Aristocratem,καὶ φεύγειν ἐᾶν αὐ αἰδέσονται πατὴρ ὀργιζόμενον τὸν παῖδα, extorrem esse quoadusq; aliquem exorarit gentilium mortui. Vide Harpocrat. & Hesychium.

Αἰδοῦμαι non solùm vsurpatur in significatione actiua(vt verba quæ deponentia vocant Latini) sed & in passiua, vtpote cuius inueniatur actiuum Αἰδῶ. sic apud Demosthenem contra Aristocratem ἠδεσμένος,Exoratus,placatus. Verbum autem actiuum αἰδῶ vide cum composito καταιδῶ.

Αἴδομαι etiam dicitur barytona coniugatione:vnde αἴδετο apud Homerum Od.η,Αἴδετο γὰρ Φαίηκας. & Od.ζ,— αἴδετο γὰρ ῥα Παλλὰς Ἀθηναίη. & Αἰδόμενος apud eundem aliquoties. Vsus est & Plut.Sympos.ζ,ἐκβάλλειν τὴν ὀμμάτων τὸ αἰδούμενον.

Αἴδεσις,ιως,ἡ,(à secunda præteriti ἤδεσται) Veneratio,Reuerentia. Item αἴδεσις,vt inquit Budæus, Venia & Misericordia,& Personæ periclitantis respectus & tuitio, Vltionis animaduersionisq; remissio.Demosthenes contra Midiam, τοὺς δ' ἀκουσίως ἀποκτείναντας οἱ νόμοι αἰδέσεως καὶ φιλανθρωπίας πολλῆς ἠξίωσαν, id est, Clemētia dignos censuerunt. Lege enim licebat cædis non voluntariæ crimen euadere, si is qui cædis reus erat, quendam ex consanguineis precibus exorare potuisset,& ad clemētiam adducere. cuiusmodi exorata placabilitas, αἴδεσις vocabatur.

Αἰδέσιμος,ν,ὁ καὶ ἡ,in oratione soluta, pro poetico αἰδοῖος, Venerabilis, Veneratione & reuerentia dignus, Verendus. Hesychius αἰδέσιμον exponit σεβάσμιον, ἔντιμον. Liuius,Clarus genere factisque,tū etiā ætate verendus. id est,διὰ πολὺ πλείονα σεβάσμιος,vel αἰδέσιμος. Luc.in Nigrino, τῷ μορφώματι τὸ αἰδέσιμον, pro ἡ αἰδεσιμότης. vide paulo pòst. Apud Gregorium αἰδέσιμος est dignus qui exoret. Theophyl. in epist. ἀλλ' οὐκ αἰδέσιμα δῶρα παρ' αὐτῆς,ὡς ἔοικε,id est,Dona non exorant,non videntur illis digna quæ exorent. ‖ Pausan. in Laconicis, ὧν δὲ ἕδρα τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐκ παλαιοῦ Πελοποννησίοις αἰδέσιμον, id est ( interprete Budæo) inuiolatum, & in quo supplicibus ius asyli: constabat. hoc enim αἰδέσιμον significat. hoc est,intactum,ἄσυλον.

Αἰδεσιμότης,ητος,ἡ,Veneratio,vtvulgò exponitur:sed magis passiuam quàm actiuam habet significationē. & vt αἰδέσιμος vertitur Venerabilis, ita αἰδεσιμότης verti deberet Venerabilitas,si Latinè dici posset. Elegantius autem vsurpatur αἰδέσιμον pro hoc substant. αἰδεσιμότης,vt apud Lucianum in Nigrino,τῷ μορφώματι τὸ αἰδέσιμον,pro ἡ αἰδεσιμότης.id est,Oris venerabilitas. id est, oris quidā habitus sui venerationem & reuerentiam excitans. Latini Oris dignitatem dicunt. Notandum est autem αἴδεσις ab ἤδεσται secunda præteriti esse deductum: αἰδέσιμος autem ab αἴδεσις:at αἰδεσιμότης ab αἰδέσιμος.

Αἰδεσίμων,ωνος,ὁ,Reuerentia dignus . idem quod αἰδέσιμος, sed minus vsitatum . Fit autem ab ἤδεσται tertia præteriti: vt αἴδεσις ab ἤδεσται secunda. Plutarchus εἰ πρεσβ. πολ. Φοβεροὶ μὲν ὄντες τοῖς ἁμαρτάνουσιν, αἰδέσιοι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πολίταις.id est,Tales vt iis qui delinquunt,sint terrori: at bonis reuerentiam sui & desiderium excitent.

Αἰδήμων,ονος,ὁ καὶ ἡ, Verecūdus. nā actiuā habet significationem.vnde nō intelligo cur à Suida & Hesychio per αἰδέσιμος exponatur. Αἰδήμων, inquit in Comm. Bud. est verecūdus,ὁ αἰσχυντηλός. Athenæus de Isocrate,ὁ πρὸ ῥητόρων αἰδήμων γενόμενος . Aristoteles τὸν αἰδήμονα in virtute ponit, mediumque facit inter κατάπληξα & ἀναίσχυντον, in Ethic. 2. Idem in 4, καὶ ἐπαινοῦμεν τοὺς νέους τοὺς αἰδήμονας.quos etiam αἰσχυντηλοὺς appellat.Hactenus Budæus. Possit αἰδήμων(vt opinor)verti etiam Pudens,eo sensu quo Ouidius pudentem petulanti opponit. Possit etiā fortasse Pudibundus reddi,ea significatione qua Horatius matronam pudibundam dixit. Notandum est autem,vt αἰδοῦμαι duplex habet futurum , per σ & per ν, αἰδέσομαι & αἰδήσομαι,sic ab eo deducta,quædam σ.quædam ν seruasse. αἴδεσις σ seruauit & ab eo deducta , quæ proximè præcedunt,vtpote à præterito per σ,consimiliter futuro: sic & αἰδεστός.at αἰδήμων ν retinuit tanquam à præterito ἤδημαι, consimiliter futuro αἰδήσομαι . dico autem tanquam à præterito: quia in vsu non est, quod sciam : sed vnde nisi ab eo formari possit αἰδήμων , non video. ‖ Ab αἰδήμων cōparatiuum αἰδημονέστερον vsurpat Xenophon in Lacedæmoniorum politia, διὸ παρέλιπε καὶ αἰδημονεστέρους ἢ τοῖς παῖδας . ibidem ; αἰδημονεστέρους παρθένων.

Αἰδημόνως,aduerbium, Verecundè, Pudenter. Xenophon αἰδημόνως & ἁβρόνως opponit in Symposio. Suidas αἰδέσιμος exponit, sicut αἰδήμων,αἰδέσιμος.sed tamen αἰδέσιμος & αἰδεσίμως passiuam potius habent significationē, αἰδήμων & αἰδημόνως actiuam.Imò nec eo tantùm differunt : quum αἰδέσιμος non eum significet quem verecundari oportet,(si ita loqui conceditur)sed quem venerari & reuereri. Nisi fortè in passiua etiam significatione vsurpatum reperit Suidas αἰδήμων & αἰδημόνως.

Αἰδημονέω,ῶ.F.ήσω,Verecundus sum, Verecundiam seruo, αἰδήμων εἰμί.

Ç. Ἀναίδητος, ὁ καὶ ἡ, q. d. Non verecūdatus. Accipitur pro αἰσχυντηλός, impudens. Sed fit ἀναίδητος,à verbo αἰδοῦμαι, (à tertia videlicet singulari præteriti)ideóque sonare dixi Non verecundatus.

C. Ἐπαιδέσμαι,οῦμαι, pro simplici αἰδέομαι, Erubesco,Verecundia afficior.ἐπαιδεσθήσομαι, Eurip. Me pudebit. ἐπαιδεσθείς,Reueritus,Plut.De leg.

C.Καταιδέω,δῶ,(quod & Αἰδῶ,sed rarius)Erubescere facio. Pudore perfundo,& ad venerationem cogo vel impello, Flecto animum, inquit Bud. citans ex Plutarcho Pol.præc.pag. 581,παραύτουσα πιθοῖ καὶ καταιδοῦσα τὸ δήμου πάθος.In Comm.autem pag.678 & 679 affert & alia exempla.Vbi & vnum simplicis Αἰδέω (quod alioqui multo rarius est) ex Basin orat.ad iuuenes, ὅπως ἂν ἐξ Ἴλιον. &c. qui dicit Vlyssem αἰδέσαι reginam , Areten videlicet, pro Flexisse oratione sua & aspectu calamitoso.

C. Καταιδέομαι, οῦμαι, Reuereor, vel, Valde reuereor. Aristoph.Nubibus,καταιδέσθη πατέρων Δία. Item Καταιδέομαι, pro Perpudet, vt ait Bud. citans hæc Plutarchi de Cicerone,ὅμως καταιδέσθη μὴ χρήσασθαι τῷ παρεστηκότος ἀειθαλεῖ τῆς παιδείας.

ΑΙΘΩ, Vro,Incendo,Accendo, cum accusatiuo.Herodot . Melpomene, τί θέλοντες ἥκοιέν τινες πῦρ χώρην καὶ πῦρ αἴθειν. ‖ Interdum est neutrum absolutum,& quidem frequenter, Ardeo,Fulgeo.pro αἴθομαι. Sophocl.Aiace,— ὡς ἐξαπίνης Λαμπῆνες οὐκέτ' ἦθον.id est ἤθοντο,ardebant. vel ἔλαμπον,fulgebant.

Αἴθων,ονος,ὁ, Particip.Qui vrit,aut Qui vritur. Ardēs, Splendens . Fœmininum αἴθουσα , Quæ vrit aut vritur, Quæ ardet,Quæ splendet. ‖ Sed transit in nomē participium hoc,ac significat porticum domus,apud Homerum:dicitúrque αἴθουσα hac significatione,vel quasi αἰθομένη ὑπὸ τοῦ ἡλίου, id est,quæ calefit aut illustratur à sole:vel διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐτῇ τὸ χειμῶνος . id est , quòd hyeme calefiant homines in ea. vt Etymol. ait. Homerus Od.σ,— ὄφρ' ἴκηται αὐλὴν Αἰθούσης τε θύρας. Il.υ, Ἐλθόντες δ' ἐς δῶμα Διὸς κατελαχήσαο Ξάνθου αἰθούσῃσιν ἐφίζανον . Sunt autem αἴθουσαι ξύσται,vt Eustathius ait , subdiales porticus ex politis lapidibus factæ. Idem alibi Homerum αἰθούσας appellare στυλωτὰς ἕδρας ait:vocans ἕδρας, meo quidē iudicio,quas Cicero dicit exedras: & στυλωτὰς pro περιστύλοις,vndique columnis circundatas. quanquam potius porticus,id est στοὰ,dici debet στυλωτὴ aut περίστυλος,quàm exedra.

Αἴθομαι,Pass. Ardeo.vt αἰθόμενον πῦρ,Il.ω,& apud Pindarum initio Olymp.hymni 1.

Compolita,ΑΝαίθω & ΚΑταίθω , itidem pro Vro, Accendo.Moschus in Amore fugitiuo,Βαιὰ λαμπὰς ἐοῦσα τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει. ΚΑταίθω autem ex Euripide citatur.

Αἶθος,τος,τὸ,Ardor,Æstus,καῦμα,Hesych.

Αἰθός, οῦ, ὁ, Ardens, Flagrans. Item, Ambustus. Eustathius A ait αἰθὸν apud Aristophanem significare ἀπηθραχωμένον, id est in carbones redactum. Callimachus in hymno in Dianam ἀποδίλῳ αἰθῷ appellat cinerem nigrum, vt ait schol. Sed intellige nigrum ex vstione, siue ex fuligine collecta ex vstione. Exponit etiam κεκαυμένῳ, id est vstam: sed non placet exponere ἀποδῇ αἰθῇ, cinere vsto.

Αἴθιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè comburitur, Comburi facilis. vt αἴθια ξύλα, apud Etymol. Idem ait καπνὸν αἴθιον appellari τὸν δριμύν, id est fumum mordacem: siue μέλαινα, nigrum. B

Αἰθάλιαι, Pustulæ in summa cuti, ex igni, aut aliunde. dictæ ἀπὸ τοῦ αἴθω. Vide Erotiani lexicon in Hippocratem à me excusum. vide & Galeni itidem lexicum in eundem, in quo legitur αἰθύλιαι non αἰθάλιαι: sed apud Etymologicum habemus itidem αἰθάλιαι. In Hesychio inuenimus αἴθαι, sed per errorem (opinor) omissa syllaba λι. Galenus addit αἰθυλικώδεια dici quæ αἰθυλίκων formam habent.

Αἴθων, ωνος, ὁ, Ardens, Flagrans. Item καυστικός, id est Combustorius. hoc est, Cõburendi vim habens: vt apud Lycophronem, θερμὸν αἴθων. Significat & splendidum. vt αἴθων σίδηρος, apud Homerum exponitur Splendidum ferrum, aut nigrum, vt inquiũt grammatici. αἴθωνες λέβητες, Lebetes splendidi, & nitentes: aut οἱ περὶ αἴθομον, id est, Qui igni vruntur, vt ait Eustathius. sic & αἴθωνες πέδαι. Αἴθων dicitur equus, item leo, item homo, metaphoricè. Αἴθωνες ἵπποι, Il. β. & μ, à colore, nigri, seu rutili: aut agiles, quasi feruidi cursu. id est acres ad cursum. Αἴθων λέων, Leo feruidus, Leo qui cum ardore fertur, vel ardente impetu. Αἴθων ἀνὴρ, Vir feruidus, Feruido ingenio præditus: apud Sophoclem Aiace, Οἷαν ἐδήλωσας αὐδὴν Αἴθωνας ἀγγελίαν. vbi δεξιπύρου, θερμοῦ ἐν ταῖς μάχαις, schol. exponit. id est ignei, ardentis in prœliis. Verùm Suidas αἴθοπος: ibi legit, non αἴθωνος. Apud Suidã autem legitur, αἴθων, ὁ βίαιος λιμὸς, id est, Violenta fames. quasi videlicet αἴθων per se tam substantiui quàm adiectiui significationem habeat. sed ex Etymologico falsum hoc esse comperitur. apud quem habetur, λιμὸν αἴθωνα, τὸν μέγαν. Hesiodus αἴθοπα λιμὸν dixit: vt statim ostendetur. C

Αἰθόψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, Niger, seu Rutilus. Item Calidus. Item Splendidus. αἰθοψ οἶνος, Nigrum vinum (vt αἰθοψ χροιὰ, Niger color, inquit Eustathius) vel Rubrum, secundum alios. Iuxta alios autem αἰθοπα Homerus vocat οἶνον non à colore, sed ab effectu: quasi τὸν καυστικὸν, id est quod incendat & ardere faciat. &, vt Gellius lib. 17. cap. 8, natura ignitum, quòd femina quædam caloris in se habeat: vnde non facilè congelascit. Item Od. κ, — αἰθοπα κακὸν Homerus appellat fumum qui fit dum aliquid incenditur. αἴθοπα χαλκὸν, æs splendidum: quasi coruscum, flammæ modo. Apud Sophoclem autem αἰθοπος ἀνδρὸς, viri ardentis in prœliis. quasi dicas, feruidi bellatoris. & ita quidem Suidas legit: sed in vulgatis editionibus habetur αἴθωνος non αἴθοπος apud Sophoclẽ, vt modò admonui. Aiunt & Hesiodum dixisse λιμὸν (id est famem) αἴθοπα, pro μέλαινα, id est nigram: vel, θερμὸν, calidã: seu καυστικὸν, quasi incendẽdi vim habẽtem. Quæ expositiones parum conuenire videntur. & Etymol. ac Suidas non αἴθοπα λιμὸν sed αἴθωνα habent, & aliter explicant, vt modò dictum est. Quomodo autem compositum sit αἰθοψ, vide in proxime sequente αἰθόψ. D

Αἰθίοψ, οπος, ὁ καὶ ἡ, Æthiops, Qui vel quæ est ex Æthiopia. Dicitur autem αἰθιοψ, vt Etymol. tradit, ab αἴθω & ὤψ ὁ πὼς, quasi qui sit vsta siue vstulata facie, ὁ κεκαυμένην ἔχων τὴν ὄψιν. Tostam faciem non malè dixerimus (opinor) vt dixit Tibullus, Illi sint comites fusci, quos India torret. Denique sequendo hoc etymon quod Etymol. tradit, αἰθιοψ sonabit ἡλιόκαυστος: quo nomine vtitur Theocr. Sed nõ probo quod ait Etymol. fieri ex αἴθω significãte καίω, i. vro: potius enim ex αἴθω dicerẽ, posito pro αἴθομαι, & significante καίομαι. neq; enim αἰθιοψ dicitur ὁ καίων τὴν ὄψιν, sed ὁ κεκαυμένος τὴν ὄψιν. Quid si ab adiectiuo nomine αἰθὸς, potius quàm à verbo αἴθω deriuati dixerimus? in ea certè sum sententia. Eustathius autem ab vro deriuetur non dicit: ac tãtùm scribit, αἰθοψ E οἶνος, quasi ὁ δεδηκαυμένος τὴν ὄψιν. quam compositionẽ habet & αἰθοψ nomen ἰθυκὸν, ab eo tantùm differens syllabarum numero. ¶ Αἰθὼν χρὼς in Anthol. epigr. Colore nigro. ET fœm. Αἰθόπαινα apud Eustathiũ, sed ἰδιωτικῶς dici solitum, vt ille admoner.

Αἰθάλη, ης, ἡ, ab αἴθω, Fuligo. λιγνὺς, apud Dioscoridem. Galenus quoque apud Hippocratem αἰθάλῃ exponit λιγνῷ, licet Etymolog. differre existimet hæc duo. Hesychius αἰθαλίῃ esse ait σποδὸν, id est cinerem: & τὸ ἐκ καμίνου μέλαν, id est nigrum illud quod ex camino colligitur. Sed & Lucianus apertè αἰθαλίῃ pro fuligine vsurpat. Vertitur αἰθαλὴ etiam faulla à Gaza, in Alexandr. Aphrod. Probl. lib. 2.

Αἴθαλος, ου, ὁ, Substantiuum, idem significans quod αἰθάλη. vt apud Ath. 14, ὁ δὲ φαλλοφόρος ἐξυβαδίζων, κατατληθεὶς αἰθάλῳ. Lycophron, Παῖδες καπνοχρίπτης αἰθάλῳ δίμας. id est σποδιᾷ, inquit schol.

Αἴθαλος, ὁ καὶ ἡ, Adiectiuum. Vstus, Tostus, Ardens, apud Pindarum. αἰθάλῳ κνλῖδι apud Euripidẽ schol. exponit καυστικῇ.

Αἰθαλόεις, εσσα, ὁν, Fuliginosus, ab αἰθάλη. vt Vulcanus αἰθαλόεις θεὸς dicitur apud Suidam, id est, deus fuliginosus, fuligine oblitus. à Luciano eodem sensu dicitur κατηθαλωμένος τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῆς ἀσβόλου. ¶ Αἰθαλόεις μύδρος, apud Nicandrum, Ferrum cãdens. quod tamen & μύδρος per se significat. Αἰθαλόεις κεραυνὸς apud Hesiodũ, Ardens fulmen, vel coruscum. αἰθαλόεσσα μέδρα, Od. χ, Domus resplendens igni. αἰθαλόεσσα κόνις ab Hom. Il. ε, & Od. ω vocatur cinis. vbi Eustathius ait αἰθαλόεσσαν κόνιν quasi ξηρὰν κόνιν dici, id est siccum puluerem, qualis fit ex combustis corporibus. Aridum puluerem, aut aridam puluerem, non malè dixerimus, opinor: vt poeta quidam aridam puluerem appellat cinerem, quum ait, — qui nunc iacet arida puluis. Potest etiã αἰθαλόεσσα κόνις simpliciter accipi pro puluere qui ex adustione est. hoc est, puluere in quẽ res vsta redigitur. Cæterùm constat ab αἴθω deriuari αἰθαλόεις: sed ita tamen vt non proxima sit ab eo verbo deductio, id est, nõ immediatè (vt ita dicam) deriuetur ab ipso verbo: sed (meo quidem iudicio) quum fuliginosum significat, ab αἰθάλῃ aut αἴθαλος substantiuo formetur: quum ardentem aut splendidum, ab αἴθαλος adiectiuo. αἰθάλη autem & αἴθαλος ab αἴθω immediatè deriuari notum est. F

Αἰθαλώδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Fuliginosus, Fumeus, Obscurus, ex atrore videlicet. καπνώδης, σκοτώδης, ait Hesychius. Aristoteles De mundo, τὴν δὲ περιφορὰν οἱ μὲν αἰθαλώδη, φαλόεντες λέγουσι.

Αἰθαλέος, ου, ὁ, Cineritius, πυρράδης, inquit schol. Nicandri, in hunc ex Ther. versum, Αἰθαλέην δ' ὅτε τυτθὸν ἐρεύγεται αὐχένα κόπις. sed per cineritium intelligit cineris habentem colorem, id est nigrum. G

Αἰθαλέων, ωνος, ὁ, Ardens. aut Ardorem seu æstum sectans, Ardore gaudens. τέττιγες αἰθαλέωνες dicuntur à Theocrito cicadæ æstu solis gaudentes. nam quo vehementior est solis calor, eo magis canunt. Idyll. ζ. Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ἐρεδαμείσιον αἰθαλέωνες Τέττιγες λαλαγεῦντες ἐχέτιζον. Dicuntur autem ab αἴθω. Habet porro formam diminutiui hoc nomen: quam quidam exprimere volentes, interpretati sunt, ardenticulæ.

¶ Αἰθαλόω, ῶ. Fut. ώσω. Perf. ωκα, Vro, Coburo, apud Euripidem & Lycophronem. Item, Nigrefacio, Nigrũ reddo. Propriè Fuliginosum facio, In cinerem & faullam redigo, ab αἰθάλη. Apud Dioscoridem αἰθαλόω, vt Bud. ait, est Vro ad fuliginem colligendam. Apud eundem αἰθαλῶ λιγνῶ, Hermolaus exponit Colligo fuliginem, Marcellus Facio fuliginem.

Αἰθαλωτὸς, οῦ, ὁ, Vstus, Combustus. apud Lycophronem. formatum ab ἠθάλωται tertia præteriti ab αἰθαλόομαι, οῦμαι.

C. Απαθαλόω, & ΚΑπαθαλόω. Apud Basilium, Ἀπαθαλόω, Comburo, quum dicit, τὸ λυχνιαῖον πῦρ δεῖ τῆς θουδηίδος ἢ τῆς ἀσπαλάθου ἐφιὼ ὅπως ἀποσβέσωμεν, ἕως δεῦρο τῆς μετακολῆς ἀπηθάλωσε. A Gaza ἀπηθαλωμένος alicubi vertitur Torrefactus. Alterum compositum est καταθαλόω, idem significans. Apud Lucianum autem dicitur Vulcanus κατηθαλωμένος τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῆς ἀσβόλου, pro Vstulatã H

faciem habens fuligine,vel Nigrefactam.vt ab Hesiodo dicitur αἰθαλόεις θεός,Fuliginosus deus.Hesychius καπνῶδες exponit καπνώδη. hoc tamen participium καπνώδη significare puto In cinerē redacta. Sic autem apud eum repono pro καπνώδη. A

Αἰθαλόω,idem quod αἰθαλόω,in vulg.lex.

¶ Αἰσηρ,ῆρος,ὁ,Incensor,Qui incendit. Opp. De pisc.lib. 5, Δαλοὶ εὐδμήτων μελάθρων αἰσῆρα φέροντες, titionem ferentes ædium incensorem.

¶ Αἰθύσσω,Splendeo,Calefacio,vt inquit Suidas, qui & κινῶ significare ait,item ὀκτύπω. Quod autem ad significationem attinet qua pro κινῶ ponitur, existimo tali metaphora eā accipere quali μελεμαίνουσαι πόδων apud Homerum declarant ταὶ σωπήνους κινήσας. Sed enumerabo significationes huius verbi, earumque exempla,eo quo sunt apud Suidam ordine. Αἰθύσσω, Moueo,ab eo exponitur in hoc versu,Αὐτὰρ ὁ ξὺν ὀλίγῃσι ῥάβδοις αἰθύξασκε.Sic apud Athen.12, Bacchylides αἰθύσσει φρένας videtur dixisse pro Excitat mentem. Hesychius explicat etiam Concutio: item in significatione neutra Prorumpo. Suidas exponit Splendens,in hoc versu qui est Anthol. epigr.lib.4, Αἰθύσσων λιπαρῆς αὐγὸς ὑπερθε κόμης. Idem ait significare etiam Calefacere, Extendere.subiungens tamen locum in quo non simplex αἰθύσσειν habetur,sed ab eo compositum παραιθύσσειν. Rursum Hesychius ait significare & ῥιπίζειν,quod (vt opinor)accipit pro Ventilare, aut Insufflando excitare. nam & Suidas ait αἴθυγμα dici de igne. Etym. denique tradit αἰθύσσειν & αἰαιθύσσειν significare lacere,Nauigare,Ferri.deducitque ab αἴθυια, quod est marinæ cornicis nomen, vt ipse ait: interim tacens de scriptura quæ dissimilis est. Apud eundem alio loco αἰθύσσειν exponitur αἰαστίειν,αἰακτίζειν,id est,Concutere, Incendere. Cæterùm quin ab αἴθω deducatur hoc verbum,eiusque sit διδάσκαλον,(vt loquī solēt Græci grammatici) minimè dubito, ideóque hìc locum ei dedi.Possit tamen non immediatè ab eo deduci, sed ab αὔθυια(quod ab αἴθω factum constat)non habita diphthōgi ratione, & accipiendo vt apud Lycophronem, quū αἴθυιαν Mineruam appellat πρὸ φωστῆρος. B

Αἴθυγμα,τος,τό,Suidas ait de igne dici.Etymol. exponit κίνησις(sed apud eum mendosè legitur αἴθεσμα)id est motus. Suidas explicat etiam ὄρμημα, & subiungit hunc locum,ὁ δὲ Βασιλείαν αἰνιττόμενος, καὶ αἴθυγμα αἰσχύνην καὶ φαντασίαν ἅμα ἀπειλῆς μεταχείρ. Vt à κινύσσω fit κίνυγμα, sic αἴθυγμα ab αἰθύσσω, inquit Eustathius. Hesychius αἰθύσσει exponit ῥιπίζει: eodémque modo αἴθυγμα explicatur ῥίπισμα,& Latinè Suscitabulum,vel Fomes & incentiuum, metaphoricè pro incitamento seu incitabulo (vt loquitur Gellius)& citatur hic Polybii locus,ἵνα καὶ λέγοιτο πρὸς καὶ λίαν ἰσχυρὰς τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀνοίας αἰθύγματα. C

Composita sunt Ἀναιθύσσω & Παραιθύσσω.Suidas (vti modò dixi) postquam tradidit αἰθύσσω significare Calefacio,Item Extendo:subiungit hunc locum in quo παραθύσσων legitur, non αἰθύσσων,ex epigr. Οὐκέτι νῦν μελεμαινῃς θαλερὰ πτερύγεσσι πεπυκνοῖς Ἄκρα παραιθύσσεις θαλπομένων πτερύγων. At verò apud Pindarum παραιθύσσειν pro κινεῖν, ponitur Mouere, Commouere seu excitare.vt quū dicit,ἔριζον παραίθυξε μόχον, tumultum magnum excitauit. Quod autem attinet ad Ἀναιθύσσειν,Etymol.vult, itidem vt simplex αἰθύσσειν,significare ῥιπίζειν,πλεῖν,φέρεσθαι. id est,Iacere,Nauigare,Ferri,siue Cum impetu agi. D

Αἰθήρ, ἔρος,ὁ,& aliquando ἡ, Æther.Item Aer. Aristot.in 1 De mundo, ait cæli & siderum substantiam appellari æthera, non ab αἰθεῖσθαι,id est ab ardendo siue flagrando:sed διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν,ex eo quòd semper currat.vbi melius legetur ἀεὶ quàm αἰ.nam αἰ syllaba prior aduerbii ἀεὶ seruatur in αἰθήρ. Tribuitur autem Anaxagoræ prius illud etymum ab αἰθεῖσθαι, quod Aristoteles improbat.Apuleius quoque hūc Aristotelis locum velut interpretans,aut saltem exponens,ait, Æthera appellatione cælum ipsum stellæque omnisque siderea cōpago intelligitur,nō (vt quidam putant) quòd igneus sit & incensus, sed quòd cursibus rapidis semper rotetur. Cic.2 De natura deorum,Hunc aerem rursus amplectitur immensus æther qui constat ex altissimis ignibus &c. Ab eodem αἰθὴρ alicubi redditur æther (vt quum hunc Euripidis versum, Ὁρᾷς πάνυδρον πόντῳ' ἄπειρον αἰθέρα,interpretatur, Vides sublimè fusum immoderatū æthera) Alicubi etiam aer:vt quum hoc Arati hemistichium,—κεῖνος ἀπ' αἰθέρος ὑσφρήσατο,vertit,Naribus humiferum duxere ex aere succum. Apud Homerum αἰθὴρ exponitur aliquando ab Eustathio altissimus aer, & luce resplendens aer, siue splendor qui est circum aerem,vt Iliad.θ,—οὐρανόθεν δ' ἀὴρ ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ. Interdum autem aer:vt Od.ο,Λαῖφος ἐπαγλίζοντα δι' αἰθέρος.Nōnunquam etiam αἰθρία,aer serenus, & sudus,ac minimè nubilus.vt Iliad.ρ,Εὐκνήμοι πολέμοιο ὑπ' αἰθέρι. Vsurpatur autem & in fœminino genere, vt Iliad.π, Αἰθέρος ἐκ δίνης. capitur etiam αἰθὴρ à poetis Græcis (vt & æther à Latinis)pro cælo,deorum domicilio. vt Apoll. Arg. 1, —εἰς αἰθέρα χεῖρας ἄειρον, ad cælum manus tendebant, vel tollebant.vt αἰθέρα δῦναι,cælum subire,apud Sophoclem. Idem periphrasticè dicit οὐρανίαν αἰθέρα pro οὐρανὸν, cælum, in Tyranno. vbi obseruandum αἰθέρα fœminino genere enūntiatum itidem vt ab Homero.Sic & Pindarus protulit,Olymp.hymno 1,quum dixit, ἑρήμας δι' αἰθέρος. E

C. Αἰθροβατέω,ῶ,F.ήσω. P.ηκα, Per ætherem incedo. Luc. in Philopatride,οὐ γὰρ αἰθροβατοῦντες ὧδε ἡκηκόασι.Ex αἰθὴρ & βατέω (quod in cōpositione vsurpatur pro βαίνω) quo modo ex ἀὴρ compositum est ἀεροβατέω.

C. Αἰθρεμβατέω,ῶ, Idem quod αἰθροβατέω, Anthol.epigrāmatum lib.4.

C. Αἰθροειδής,ίος,ὁ καὶ ἡ, Ætheris formam habens, Ætheris speciem referens.Ex αἰθὴρ & εἶδος.

C. Αἰθροδρόμος,ου,ὁ καὶ ἡ, Per ætherem currens, in Anth. epigr.& apud Aristophanem. D

Αἰθέριος,ου,ὁ καὶ ἡ, Ætherius,vel potius Æthereus,Ad æthere rum pertinens. Apud Aristot. αἰθέριος genere fœminino pro αἰθερία,in libro De mundo, μὴ δὲ πῶς αἰθέριον ἡ θεία φύσις.Idem ibidem docet αἰθέριον Iouem appellari ὑπερτεροῦς.quod epithetum in Philopatr.Lucianus ponit, τὸν τὸν Διὰ τὸν αἰθέριον,Per Iouem æthereum. Sic à Martiali dicitur æthereus pater,ab Ouidio æthereus vindex.

Αἰθερώδης,ους,ὁ καὶ ἡ, Ætheris naturam habens, Ætherem referens, Aliquam cum æthere affinitatem habens. vt apud Galenum, ad Glauc.2, αἰθερώδης πνεῦμα πρῶτον οὐσίαν, pro spiritu tenuissimo. Αἰθερώδης pro αἰθέριος, apud Iustinum Martyrem,ἀλλ' ὃν ὦ αἰθερώδη πέμπῳ στοιχεῖον τῇ αὐτὸν ἀπορήσαι.

ΑΙΘΡΑ,ας,ἡ,vel Ionicè Αἰθρη,ης,ἡ, Aeris serenitas, Aer serenus & sudus . Hoc sensu αἴθρη opponitur τῇ νέφει apud Homerum Iliad. ρ, — ἀλλὰ σὺ ῥύσαι ὑπὲρ νέφος ἧας Ἀχαιοὺς, Πόντου δ' αἴθρῃ. Fit autem αἴθρη à genitiuo αἰθρος, eodē modo quo χάρη à χαρτός, & πάτρη à πατρός, vt tradit Eustathius . Æthra autem à Latinis poetis generaliter appellatur aer,siue æther.Etymol.ait αἶθραν dici lingua communi,αἴθρην autem Attica.

Αἶθρος,ου,ὁ, Pruina, Frigus matutinum, Hesych. Eustath. Od.ξ,Αἴθρῳ καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἦμαρ ἐς οἶκον. At Etym. αἶθρον exponit τὸ ὀρεινὸν ψῦχος, id est, Montanum frigus. nisi legendum est τὸ ὀρθρινόν. Suidas autem αἶθρον explicat τὸ καῦμα,id est Vehementem calorem,Ardorem.

Αἴθρος,ου,ὁ, Flans à serena parte cæli, ventus videlicet.αἴθρου,παρὰ τὸν τῆς αἰθρίας τόπον,Hes.

Αἰθρινός,ου,ὁ,Matutinus,αἰθρινὸν,πρωϊνὸν,Hes.

G Αἴθριος,ου,ὁ,Frigidus, Soph. Antigone, καὶ δυσαύλων παγᾶν αἴθρια καὶ δύσμορα φθόγγα βίλαν. Necesse est autem ab αἶθρος deducatur hanc significationem habens : de αἴθριος autem ab αἴθρη paulo pòst dicetur.

Αἰθρίω,ῶ, Tempestate conturbo,seu Procella.αἰθρεῖ,χειμάζει, Hesych.& Suidas.Sed apud hunc est αἴθοει non αἰθρεῖ.

C. Αἰθρηγενής,ές, ὁ ἡ,vel Αἰθρηγενέτης,ου,ὁ,id est αἶθραν ποιῶν, Frigus & pruinam,vel serenitatem inducens. Iliad.ο,Βορέης τ,—ὑπαὶ ῥοπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο.Od.ε,Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. Vtranque expositionem refert Etymol.& Eustathius.at Hesychius habet duntaxat,αἰθρηγενεῖς,λιπαρὸν ποιοῦντες. id est, Serenitatem facientes. quæ etiam magis recepta est explicatio.vnde αἰθρηγενέτης compositum nomine quidam interpretati sunt serenificum,item sudificum . ac profectò si ab αἶθρος deduceretur,αἰθρογενέτης & αἰθρογενὴς scribendum erat . adeo H

vt mutationem esse literæ, sequendo hãc etymologiã, dicere peccesse sit. Gellius autem ait, lib. 2, cap. 22, Qui ab æstiua & solstitiali orientis meta venit, Latinè aquilo, Boreas Græcè dicitur, eúmque propterea quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτην appellatum. A

Αἴθελος, ου, ὁ καὶ ἡ, (ab αἴθρη, non ab αἴθρος) Serenus, Sudus. vt apud Dioscor. αἴθελον κατάστημα, Serena cæli cõstitutio, Serena tẽpestas. Aristot. in fine libri De mũdo inter Iouis cognomina ponit αἴθελος: sed id nõ explicãs. A Theocr. opponũtur Iupiter pluẽs & Iupiter αἴθριος. Id. 4, Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πίλει αἴθελος, ἄλλοκα δ' ὄει. Quem versum non insciè vertit nescio quis, (Philelphus, si bene memini) Nunc pluit & claro nunc Iupiter æthere fulget. Erit igitur hic αἴθελος ab effectu dictus Iupiter, vt sit αἴθελος serenificus. ‖ Αἴθελος ἠχὼ apud Nonnum periphrasticè pro tonitru: quasi dicas, æthereus sonitus: vt αἴθελος sumatur pro αἰθέλιος. B

Αἴθριος, Subdialis, Qui est sub dio, Qui est sub aere, vel sub Ioue frigido, vt Horatius loquitur. vt apud Lucianum, τὸ αἰθέλιον τῆς αὐλῆς, subdialis pars atrii.

C. Ἐναίθελος, Τ παίθελος, composita, pro eodem, vt ἐναίθελοι τόποι apud Theophrastum, De cautis pl. lib. 5, Subdialia loca. C

Αἰθρία, ας, ἡ, Aer sudus & serenus, Serenitas. Sudum etiam dicitur Latinè, absolutè: vt & Virgilius Serena dixit, & in prosa Sereno, subaudito substantiuo tempore, vsurpatur, pro αἰθρίας οὔσης, vel αἰθρίας, sub. οὔσης. Aristoteles De mundo, ἔστιν ἡ αἰθρία οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀὴρ ἀνέφελος καὶ ἀνόμιχλος, αἰτίαλος οὖσα τῇ ὁμίχλῃ. id est, αἰθρία nihil est aliud quàm aer nubibus & nebulis vacuus: cui opponitur ὁμίχλη. Lucianus in Nigrino, ἔχαιρον δ' ἂν ὥσπερ οἱ ζόφερόν τινος ἀέρος τῷ βίῳ τὸ πρόσθεν εἰς αἰθρίαν τινὰ καὶ μάλα φαιδρὰν ἀναβλέπων. Alciphron, τῇ καθαρᾷ τῆς αἰθρίας. Aristoph. Nubibus, Καίτοι χιλιῶν αἰθρίας ὄντων αὐτόν. Si, inquit, ita esset, pro suo arbitrio pluere posse Iouem, quoties libitum esset, sine nubium adminiculo, oporteret illum pluere tunc quum est αἰθρία. Xen. Hell. 7, ἐξ αἰθρίας ἀστραπαὶ vocat tonitrua tempestate serena, vt Suetonius loquitur. D

Αἰθρία, Nocturnum serenum, vt quidam apud Herodotum exposuerunt, in Euterpe, θερμότερον γὰρ δὴ ἐστὶ τὸ ὕδωρ τῆς νυκτὸς αἰθρίης καὶ τῆς δρόσου. id est, Nam calidior est aqua nocturni serem tempore & roris. Xenophon, οἱ δὲ τὰς οἰκίας ἐμφράσαντες, δίκην ἔδοσαν ὑπὸ τῆς αἰθρίας, κακῶς σκηνοῦντες. Apud Herodetum ἐν τῇ αἰθρίῃ exponitur etiã Sub diò: vt sit idem quod ἐν ὑπαίθρῳ. Aristoph. Pluto, Ἀσκωλιάζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. E

Αἰθροκοπέω, ῶ, F. ήσω. Sub dio cubo. Theocr. Idyll. 8, Ἀλλὰ δὲ τᾶς Ἥρας παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθροκοπεῖν. Iucundum est à Rate apud aquæ riuum sub dio cubare.

C. Μιξαίθριον, vel (vt alii) Μιξαιθρία, Serenitas pluuiis hyemalibus permixta. In vulgaribus lexicis exponitur ex Hippocrate & Theophrasto, Temporis conditio permixta ex serenitatis hyemisque natura: item ex Hippocrate, Hyemis in qua interdum pluuiæ, interdum serenitas apparet. F

Αἰθριάζω. F. άσω. Sereno, Serenum reddo, Illustro. Aristot. in Probl. αἰθριάζειν τὸν ἀέρα & ὀπτιφῆ ποιεῖν opponit: quũ dicit, ὅταν μὲν οὖν κρατῇ ὁ ἥλιος, αἰθριάζει τὸν ἀέρα· ὅταν δὲ κρατῆται, ὀπτιφῆ ποιεῖ. ‖ Apud Gregorium Naz. εἰς τὴν κυριακὴν absolutè αἰθριάζω pro In sereno cælo versor, πῶς μὲ τύρβες αἰθριάζοισι, καὶ ταραττόμενοι, &c. G

Composita, Ἀπαιθριάζω, ET Διαιθριάζω, ET Ἐξαιθριάζω, ET Συνεξαιθριάζω. Aristophanes, ὁ Ζεὺς ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας, Iupiter serenat nubes. Id est, Iupiter serenitatem inducit, pulsis nubibus. Διαιθριάζω autem absolutè ponitur apud Xenophontem, pro Differenare, καὶ γὰρ ἐδόκει διαιθριάζειν. Exponitur etiam Sub dio agere.

Ἐξαιθριάζω autem est Sereno cælo expono. Exponitur etiam In sereno habeo, Sub dio teneo. Item Ad solẽ expono, Insolo. Et passiuum Ἐξαιθριάζομαι ex Dioscoride lib. 3. cap. 53. Refrigeratum sub dio. Ex eiusdem lib. 3. cap. 163, Συνεξαιθριαζόμενος, Sub dio vnà positus.

Αἷ̃ΜΑ, ατος, τὸ, Sanguis, Cruor. χαῖα ῥέουσα αἵματι, apud Homerum Il. Φ, & ο, & υ. Item, αἷμα ῥέον ἐξ ὠτειλῆς, Iliad. Λ. Iliad. θ, — αἷμα κατερρέον ἐξ ὠτειλῆς. Iliad. α, Λίτ' ἄρά τι αἷμα κελαινὸν ἐρωήσῃ περὶ δουρί. In quo versu notandum & κελαινὸν epithetum. Il. Φ, αἷμα κελαινεφές. Il. ρ, αἷμα πορφύρεον. Apud Athenæum 13, ἀνθρώπειον αἷμα, humanus sanguis. αἷμ' ἀνθρώπου, Il. ρ. αἵματι φωτῶν, Iliad. σ. αἵματος αἰδομένοιο, Iliad. χ. Apud medicos αἵματος ἀναχωρήσεως, & αἵματος ἀναφορά, vide in ἀναχώρησις & in ἀναφορά. Item αἵματος πύησις, sanguinis excreatio. vnde compositum αἱμοπτυϊκός. quod vide infrà suo loco, in ordine compositorum ex αἷμα.

Αἷμα, Cædes, Homicidium. vnde apud Demosthenẽ, ἐφ' αἵματι φεύγειν, Ob cædem exulare. Sic vtitur & Sophocles, item Eurip. Oreste. ‖ Hesychius ait Sophoclem in Electra αἷμα vocasse τὴν μάχαιραν, id est Ensem. quod & Suidas annotat. sed Etymol. αἱμάτη habet, an tamen ex eodem loco, incertum est.

Αἷμα, Consanguinitas. quam vocem Latinam à sanguine itidem factam esse manifestum est. Aristoteles Pol. 2, ὁ μὲν γὰρ υἱὸς αὐτῷ, ἐπὶ δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτῷ πρόσεστι γεννᾶν, ἢ καθ' ἄλλην πρὸς συγγένειαν, ἢ πρὸς αἵματος, ἢ κατ' οἰκειότητα καὶ κτῆσιν. Apud Sophoclem quoque οἱ πρὸς αἵματος, consanguinei. Quam significationem retinent composita ὁμαιμος & ὁμαίμων, συναιμος & συναίμων.

Αἷμα, Genus, Semen. Iliad. ζ. & υ, Ταύτης τοι γλυκερῆς περ ἀπ' αἵματος εὔχομαι εἶναι. vbi per γλυκὺ pater consideratur, in αἷμα autem mater, vt Hesychius tradit. Sed tamẽ & pater filium vocat sanguinem suum: vt Od. ω, Εἰ πού γ' ἐμὸς ἐσσὶ καὶ αἵματος ἠμετέροιο. id est, Si reuera meus es, & è meo sanguine. Sic apud Virgilium dicit pater filio Sanguis meus. Et Italæ matres hodiéq; pueruli blandientes dicunt, Sangue mio.

Composita ex αἷμα partim genitiuum aut potius genitiui terminationem αἵματος ferè integrum seruant (licet magna ex parte in datiuum resoluantur quum exponuntur) partim αἱμο tantùm retinent, amissa per syncopen vna syllaba. Sunt & quæ syllabam ατ retineant, sed ο abiiciant, ob sequentem vocalem: vt Αἱματωπὸς, Αἱματηχμία, Sic vicissim ex αἱμο etiam abiicitur interdum ο, vt quum pro Αἱματωπὸς dicitur Αἱμωπός. Cuius generis esse videtur & Αἱμωδία. In nonnullis verò non αἱματ, sed αἱμα tantùm manſit, sequente consonante, vt in Αἱμακουρία, & in Αἱμαλωΐς, quod pro Αἱμαλωτὶς dictum esse videtur. Ex iis autẽ quæ α priuatiuum, aut præpositionem aut aduerbium præfixum habẽt, quædam itidem syllabam ατ retinent, quædam per syncopen duas illas literas abiiciunt. vt Ἀναίματος (pro quo & Ἄναιμος) Φιλαίματος (pro quo & Φίλαιμος, sed ratiò) Δίαιμος, Ἐναιμος, Ἔξαιμος, Ὕφαιμος. Sic etiam Ὁμαιμος & Συναιμος. Inueniuntur præterea ex his quædam in ων terminata, vt Ὁμαίμων & Συναίμων.

Primum igitur dabo locum iis quæ genitiuum ferè integrum seruant, vel potius eius terminationem: in quibus animaduertendum est quod dixi, bonam videlicet partem ita exponi ac si cum dativo composita forent. nam αἱματοπότης quidẽ rectè dissoluetur in αἵματος πότης, itidem αἱματωπὸς in αἵματος ὤπα ἔχων: at αἱματόρρυτος dissolui potius deberet in αἱματορυτος, sic αἱματόφυρτος, in αἱματοφυρτος, siquis constructionẽ vsitatam respiciat. neque enim dicitur φύρειν αἵματος sed αἵματι, vnde & πυρρὸς αἵματι. sic etiam αἱματηρὸν non αἵματος. Eadem est ratio in αἱματοσταγὴς. Idem & de iis dicendum quæ αἱμο pro αἱματι habent in principio. nam αἱματόεις rectè resoluetur in αἵματος βρύει: at αἱμομίκτης nequaquam in αἵματος μίκτης, sed in αἵματι μικτης. sic αἱμοφόρυκτος in αἵματι φορυκτὸς, vt αἱμόφυρτος in αἵματι φυρτὸς. Sunt etiam quædam vocabula quorum principio præfixum αἵμο non per syncopen pro αἵματι positum videri possit, sed pro αἷμα. vt in αἱμοπότης, pro αἵματος πότων. sic αἱμορραγία.

C. Αἱματοπότης, ου, ὁ, Sanguinipota. Ex αἷμα τος & πότης. draconis epithetum in oracula apud Aristophanem, Γαμφηλῆσι δρακοντα κοακόθυμον αἱματοπότην. vbi propter metrum in penultima syllaba η in ω mutatum est.

Αἱματοποτέω, ῶ, F. ήσω. P. κα. Sanguinem poto. ex αἱματοπότης factum, vt οἰνοποτέω ex οἰνοπότης.

C. Αἱματόρρυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinifluus, ad verbum, Sanguine fluens, Sanguine manans. αἱματορρύτοις ῥαισὶν, Curtis sanguinifluis, id est sanguinolentis. pro quo alibi dicit αἱματηραῖς ῥαισὶν. Fit ex αἵματος, & ῥυτὸς, quod in com-

poſitione duntaxat vſurpatur, vt apud Latinos fluus: à ῥέω, pro ῥέω.

Αἱματοσταγής, ές, ὁ καὶ ἡ, Sanguine fluens, Sanguine ſtillãs, ſeu manans. Idem quod αἱματόρρυτος. ſed αἱματοσταγὴς rectius de homine dicetur quàm αἱματόρρυτος. vt Æſch. Perſis αἱματοσταγῆς ῥυτῆρας appellat ſanguine manantes: pro quo corruptè legitur in Aldina editione αἱματοσταγεῖς. Fit ex αἷμα & στάζω. ab ἔσταγον videlicet formando, aut στατὸς participio poſt. aor. paſſiui.

C. Αἱματοφαγὴς, ές, ὁ καὶ ἡ. Sanguinolentè iugulatus, Sanguinolentam eandem habens. Æſch. Ex αἷμα & σφάζω, formando videlicet ab ἔσφαγον aut à σφατὸς, eodem modo quo dixi in αἱματοσταγής.

C. Αἱματοφλιβοστάσις, αἱ, exponitur à Galeno ex Dioſcoride, Suppreſſiones ſupertumeſcentis ſanguinis. Alii autem eo nomine intelligunt plenas ſanguine & tumeſcentes venas. Ita Gorr. in ſuis Defin. medicis. Sed apud Galenum prior illa expoſitio tribuitur voci αἱματοφλοβοστάσις, poſterior autem voci αἱματοφλεβοστάσις. Componitur autem αἱματοφλεβοστάσις ex αἷμα, & φλεβὸς (genitiuo nominis φλὲψ) & στάσις.

C. Αἱματόφυρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguine permixtus, Sanguinolentus. vt αἱματόφυρτα βέλη, Sanguinolenta tela, in Anthol. epigr. Fit ex αἷμα τι & φυρτὸς, quod formatur à πέφυρται tertia præteriti à φύρομαι. Pro eodem dicitur αἰμόφυρτος à Lycophrone, vt infrà videbitur.

C. Αἱματοχαρὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Sãguine gaudẽs, Sanguinis auidus, Sanguinarius. Apud Suidam, λέκτρα αἱματοχαρῆ. Ex αἷμα & χαίρω. Vide αἱμοχαρὴς. Sic αἱματωπὶ dicuntur ab Eũripide Erinnyes. Apud Heſychium legitur & αἱματοπῶτις, pro fœm. genere, (cui accommodatur etiam αἱματοπῶτις) & exponitur αἱμὰ βλέπουσα, id eſt Sanguinẽ intuens, pro Sanguineum & cruentum quendam aſpectum habẽs. eo modo quo dicitur πῦρ βλέπειν pro Igneũ ſeu flammeum quendam intuitum habens. Notãdum eſt autem in αἱματωπὸς & αἱματῶπις abiectum eſſe ο ex αἷμα τι, propter ω à quo incipit nomen ὤψ, ὠπὸς, cũ quo componitur.

C. Αἱματοχυσία, ας, ἡ, Sanguinis effuſio. Ad Hebr. epiſt. cap. 9. χωρὶς αἱματεκχυσίας οὐ γίνε) ἄφεσις. Ex αἷμα τι & χυσία. eliſum eſt autem ο ex αἷμα τι propter vocalem ſequentem.

C. Αἱματουχίαι, Inferiæ, Parentationes. Pindarus Olymp. Ode 1, Νεῶν θ' ὁσίων αἱματουχίας Ἀγλαΐαν μέμα). vbi ſchol. annotat Bœotorum eſſe hanc vocem, qui ea ſignificẽt τὰς τῶν νεκρῶν ἐναγισμούς. quæ expoſitio apud Heſychiũ quoque & apud Etymol. habetur, apud quem perperã αἱματουχία ſing. numero legitur. A Corintho quoque inter peculiaria Doribus vocabula hoc numeratur. Putantur ita dictæ inferiæ διὰ τὸ αἷμα τοῖς θεοῖς, quaſi animæ mortuorũ ſaturentur ſanguine eorũ quæ illis immolantur. Inuenitur autem & Αἱματουχίαι, quæ ſcriptura illi etymologiæ magis eſſet conſentanea.

Compoſita autem quæ pro αἷμα τι habent duntaxat αἱμο in principio, amiſſa per ſyncopen vna ſyllaba, ſunt hæc, inter alia,

C. Αἱμοβαφὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Sanguine tinctus, Cruentus. Sophocles Aiace σφάγι' αἱμοβαφῆ. Ex αἱμο (pro αἷμα τι ab αἷμα) & βαφὴς, quod in compoſitione tantùm vſurpatur, deriuatum ab ἔβαφον, aut participio paſſiuo aoriſti βαφείς.

C. Αἱμοβόρος, ον, ὁ καὶ ἡ, Sanguiuorus. Ex αἱμο & βόρος, à βορὰ, pro αἱματοβόρος.

C. Αἱμόδυρτον, apud Hippocratem Quicquid in ſanguinis profluuio inducit eam tuſſiendi cupiditatem quam medici κάρχον appellãt. Eſt autem κάρχος, morſus quidam ſubaſper, irritans in aſpera arteria. Hæc Gorr. ex Galeno. At Erotianus pag. 13 meæ editionis αἱμόδυρτα eſſe ait Hippocrati quæ ſimul ſanguinolẽta ſint & ſicca. κάρχον enim appellaſſe Atticos τὸ ξηρόν. Heſychius autem αἱμόδυρτα exponit ἠχοῦντα.

C. Αἱμομίκτης, ου, Inceſtus, adiectiuè. αἱμομίκται, inquit Budæus, Inceſti, Inceſtuoſi, in Pandectis. Fit ex αἷμο pro αἷμα τι, & μίκτης: quaſi ὁ αἷμα τι μιγνύμενος, qui miſcetur ſuo ſanguini.

C. Αἱμοπνοὸς, ῆ, ὁ, Sanguinem ſpuens, Sanguinẽ excreans.

ſic apud Æginetam ſcriptum habetur. At verò apud Dioſcoridem & Galenum αἱμοπτοϊκοὶ dicuntur qui apud Æginetam αἱμοπτυϊκοὶ. vt quum dicit Dioſcorides, αἱμοπτοϊκοὺς πεφυκὸς πόμφος. Sed quum αἱμοπτυϊκὸς dicatur διὰ τὸ πτύειν τὸ αἷμα, non video quomodo aliter ſcribi poſſit quàm αἱμοπτοϊκὸς, & quin ex errore ſit apud Galenum & Dioſcoridem αἱμοπτοϊκὸς, non dubito. In quibuſdam lexicis Græcis corruptè legitur αἱμοπτικὸς omiſſo υ: in vulgaribus viciſſim malè αἱμοπτυϊκὸς, omiſſo ι.

C. Αἱμοπότης, ου, ὁ, Sanguipota, Sanguinis potator, pro αἱματοπότης. Apud Lycophronem αἱμοπότης poſito ω in penult. metri gratia.

C. Αἱμορραγέω, ῶ. F. ήσω, Sanguinem effundo, vel emitto. Apud Dioſcoridem lib. 5, σίλλει δὲ οὖλα καὶ αἱμορραγοῦντα. Gal. ad Glauc. 1, καὶ ὅσοι ὅτι πρὸ αἵματος αἱμορραγοῦσι, Qui ex vulneribus acceptis, ſeu propter vulnera, ſanguinem emittunt. Apud Æginetam caput eſt περὶ καταῤῥοους αἱμορραγούσης ὀσίης. Cæterùm αἱμορραγῶ qui vertunt Sanguinem fundo, ſeu effundo, aut Sanguinem emitto, vim Græci verbi nullo modo exprimunt: exiſtimo autem poſſe exprimi vertendo, Sanguinem erũpo. id eſt, cum eruptione & cum impetu emitto. nam erumpo Latini iungunt interdum accuſatiuo. Galenus ad Glauc. ᾧ τὸν αἱμορραγοῦσαν ῥῖνα, Narẽ quæ ſanguinẽ erũpit: aut, à qua ſanguis erumpit. De huius autem verbi compoſitione, vide ſtatim pòſt in Αἱμορραγία.

Αἱμορραγία, ας, ἡ, apud Galenum ſæpe, Sanguinis eruptio. Dioſcorid. 1, αἱμορραγίαν καὶ ῥοὴν μιαίνουσι ἐπίχυ. Idem 2, πρὸς ὀπτὸν τῶν ῥινῶν αἱμορραγίας, ſanguinis è naribus eruptiones: vel, ſanguinem è naribus erũpentem. Gal. ad Glauc. 1, καὶ πρὸς ὅσα ῥινῶν αἱμορραγίας. Sic αἱμορραγοῦσαι ῥῖνες appellat, vt modò dictum eſt, Dioſc. 3, αἱμορραγίας πίνεται ταὐτὰ καὶ αἱμορροΐδων: dicens ἔπιον quod in illo priore loco ἐπίχυ. Sic & apud Athenæum 2, ὀπτοχῶν τῶν αἱμορραγίαν. Gorr. in ſuis definitionibus medicis, Cæterùm (inquit) à partibus ferè omnibus profluere ſanguis poteſt, naribus, ore, thorace, pulmone, ventriculo, iecinore, inteſtinis, & hæmorrhoidibus, atque earum partium ἡ αἱμορραγία dicitur à quibus ille profluit. Verùm apud Hippocratem quum ſimpliciter αἱμορραγία dicitur, non addito partis nomine quæ ſanguinem fundit, id modò profluuium ſanguinis intelligitur quod è naribus manat, vt annotauit Galenus Comm. 1, περὶ ὀπτοδημιῶν. Quũ autem τῆς αἱμορραγίας nomine omne ſanguinis profluuiũ intelligi poſſit, de eo tamen propriè dicitur quod confertim fit. ἀπὸ τοῦ ῥαγλῶσθαι. quod apud Hippocratem ſignificat αἰφνίως ὁρμᾶσθαι, vt Gal. ὁπόταν ταῖς ῥωγμαῖς explicauit. Hactenus Gorræus. Cuius verbis addo, de eo dici non ſolùm quod confertim, ſed & quod cum impetu fit, vt exponatur αἰφνίως ὁρμᾶν. Deducens autem αἱμορραγία à paſſiuo ῥαγλῶσθαι, in eo Galenum ipſum ſequitur, qui poſtquam ſcripſit, ῥαγῶναι ſignificare apud Hippocratẽ interdum αἰφνίως ὁρμῆσαι, ſubiungit, καὶ ἡ αἱμορραγία αὐτὴ δηλοῖ τὴν σύλκωσιν. Ego tamen ab actiua voce commodius deductum iri exiſtimo, & quidem eam in vſitata paſſim ſignificatione accipiendo, vt αἱμορραγῶν (à quo fit αἱμορραγία) ſit αἷμα ῥαγῆν, pro αἷμα ῥῆξαι, eodem modo quo dicitur ῥῆξαι κλαυθμὸν, & ῥῆξαι φωνὴν, atque alia quæ (Deo fauente) in verbo Ῥήγνυμι explicabo. Talis autem eſt verbi ψυχορραγῶ qualis & τὸ αἱμορραγῶ, compoſitio. Vſurpatur autem ῥαγῶ in compoſitione ab ἔῤῥαγον.

C. Αἱμορρόεω, ῶ, F. ήσω. Sanguinem effundo, Sanguinis profluuio laboro, Sanguinis fluxum patior. Matth. 9, γυνὴ αἱμορροοῦσα δωδεκέτη ἔτη. ‖ Dioſcorides lib. 2, de alliis loquens, ἰχνοδήκτοις καὶ αἱμορροοῦσιν ἀρμόζει. quem locum ita reddit Marcellus, Contra viperæ & hæmorrhoi ſerpentis morſus vtile eſt. accipiens αἱμορροεῖν, vt apparet, non pro Laborare ſanguinis profluuio, ſed pro Laborare ex hæmorrhoi ſerpentis morſu. Quanquam αἱμόῤῥοις quidem apud Suidam dicitur eſſe genus ſerpentis ſeu viperæ: ſed αἱμορροεῖν pro Laborare ex morſu hæmorrhoi, à veteribus expoſitũ nõ inuenio. Fit ex αἷμα τι & ῥοὴ poſito in compoſitione pro ῥόος. nam à ῥέω fit ῥόος, vnde ῥοὴ. Vel potius αἱμορρόος dicemus præcedere, vnde fiat αἱμορροέω.

Αἱμορρόια (non, vt in vulgar. lex. Græc. αἱμερρόια, quinque syllabis. nec enim ὄρροια, διαρρόια, παλιρρόια, sed θύρσια, διάρροια, παλίρροια) Sanguinis profluuium. Dioscoride: ποιεῖ δὲ καὶ τὰς ἐκ μήτρας αἱμορρόιας, καὶ τὰς πλείους ὑστέρας. Sic Gregorius de illa Chananæa, quæ αἱμορρόουσα dicitur Matth. 9, θαλλούσης τῇ αἱμορρόιᾳ.

Αἱμορροΐς, ΐδος, ἡ, pro αἱμόρροια, Sanguinis effluuiũ, aut profluuium, siue profusio. Gaza apud Aristotelẽ interpretatur etiam Marisca m. Est autem genus morbi particularis ex sanguine profluente, vel ex naribus, vel ex gingiuis, vel ex sede, nonnunquam & ex ore, nullo cum dolore: vt Aristoteles tradit, ita scribens 3 De partibus, διόπερ οὐκ ἐπὶ μωκτήρων καὶ ἐπὶ οὔλων καὶ τῆς ἕδρας, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκ τῶν τόμιων αἱμορροΐδες ἄπονοι γίγνονται. Idem, γίγνεται δὲ αἵματος, αἱμορροΐς ἥτ' ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ ἡ ἐκ τοῦ πλεύμονος ἕδρα. Idem ait, vt in aluo ex cruditate fit διάρροια, ita invenis tum alias hæmorrhoidas, tum etiã menstruorũ fieri. de iis enim dici αἱμορροΐδας. eius verba sunt, ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς κοιλίοις διὰ πέψιν γίγνεται διάρροια, οὕτω ἐν τοῖς φλεψὶν αἱ τε ἄλλαι αἱμορροΐδες καὶ αἱ τῶν καταμηνίων. καὶ γὰρ αὗται αἱμορροΐδες εἰσί. Celsus hæmorrhoidas vocat ora venarum sanguinem fundentia. Quanuis autẽ vena quoque dicatur αἱμορραγεῖν, & venæ seu venarum αἱμορραγία, distinctè ponuntur tamen αἱμορραγίαι & αἱμορροΐδες à Galeno & Dioscoride. Galen. ad Glauc. lib. 1, λειποψυμοῦσι γὰρ ὅτε αἱμορροΐσι τε καὶ ἀναγωγαῖς αἵματος καὶ ταῖς διὰ ῥινῶν αἱμορραγίαις. Quinetiam dicitur αἱμορραγίαι αἱ ἐκ αἱμορροΐδων, nõ αἱμορροΐδες αἱ ἐξ αἱμορραγιῶν. est enim generalius αἱμορραγίαι. Dioscorides 3, αἱμορραγίας τίνας τὰς ἐξ αἱμορροΐδων. ‖ Paulus Ægin. αἱμορροΐδων aliud præterea genus constituit, eas vocans τυφλάς, i. cæcas, ex quibus nullus fluat sanguis. Αἱμορροΐς, (inquit Gorr.) duo significat, scilicet ipsum sanguinis effluuium per venas quæ in ano sunt, (vt scribit Galenus in libro De atra bile, vbi ait symptomati hæmorrhoidis nomen impositum:) tum venam ipsam quæ in ano est, dilatatam sanguinémque fundentem atræ bili mixtum. Sunt autem huius duæ summæ differẽtiæ: alia, cæca est, alia, aperta. Idem Gorr. paulo pòst, Sunt verò & aliæ τῶν αἱμορροΐδων differentiæ, quas definitionum medicarum autor recenset. Idem paulo pòst, Ac quanuis ex solæ venæ quæ in ano sunt, sanguinem effundentes, αἱμορροΐδες propriè appellentur, attamen ad earum similitudinem etiã venæ quædam circa vteros mulierum sanguinem profundentes, eodem nomine à medicis dicuntur.

Αἱμορρόος, Serpentis genus, inde appellatũ quòd morsu sanguinem eliciat & quasi profluuium sanguinis excitet, ac dissolutis venarum commerciis, quicquid animæ est, euocet per cruorem, vt Sol. tradit. Lucanus 9, At non stare suum miseris passura cruorem Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes. Plinius lib. 10. cap. 20, Sagittarum venena, & serpentium hæmorrhoidum & presterum restringi. ‖ Hic serpens appellatur & αἱμόῤῥοος & per synæresin αἱμόῤῥους. Nicander in Theriacis, Σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμερρόου αὐτὰρ ἐγώων. Apud Suidam legitur, αἱμόῤῥους, serpentis seu viperæ genus (ὄφις ἔχεως) quod in petricosis cauernulis morari solet. Hoc autem ex Nicandro sumpsit. sequitur enim hic versus proximè citatum, Ὅς τε κατ' εἰλυθμοὺς πετρώδιας ἐδυκὰς αὔει. ‖ Sed αἱμόῤῥους dicitur etiam mulier quæ menstrua patitur.

C. Αἱμορυγία, ας, ἡ, Rostri vel rictus cruẽtatio. καθημάχεται τὸ ῥύγχος, Hes.

C. Αἱμοφόβος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinem metuens, vel Sanguinis metuens. Sed apud Galenum, Metuens missionis sanguinis. nam in Therap. 9, loquens de imperitis & inexercitatis medicis, timentibus tum φλεβοτομίαν (id est venæ incisionem, hoc est sanguinis missionẽ) tum ψυχρὰν πόσιν, (id est frigidam potionẽ) subiungit, ὧν τοὺς μὲν, αἱμοφόβους, τοὺς δὲ ψυχροφόβους ἑκατέρους ὀνομάζομεν· ὡς ἔστιν ὑδροφόβους τοὺς λυττῶντας.

C. Αἱμοφόρυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguine fœdatus, vel Sanguine commixtus, vt ait Hesychius. Homerus Od. υ, Αἱμοφόρυκτα δὲ δή κρία ἤσθιον. vbi in quibusdam editionibus αἱμοφορυκτὰ legitur, accentu in vltima. Fit ab αἷμα & πεφόρυκται tertia præteriti à φορύσσομαι.



C. Αἱμόφυρτος, ὁ καὶ ἡ, Sanguini permixtus. Apud Athen. 4, ἡμόμβους αἱμόφυρτος. Lycophron Alexandra, Τὸν αἱμοφύρτις ἐστώμβιον μάχαις. Vide suprà αἱματόφυρτος.

C. Αἱμοχαρής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Sanguine gaudens, Sanguinis auidus, Sanguinarius: quasi αἵματι χαίρων. sed componitur ex χαρής, quod in compositione solùm inuenitur, ab ἔχαρον. Est autem Martis epithetum, vt Seruius notat in illud Virgilii carmen, Sanguineus Mauors clypeo increpat.

C. Αἱμωπός, ῆ, ό, Idem quod αἱματωπός, quod fuit explicatum suprà. Suidas tamen αἱμωπεῖς λύκοις exponit αἵματος χαρεῖς, id est, Sanguine gaudentes, Sanguinis auidos: quæ expositio notationi nominis non respondet, vt nec ea quam Hesychius habet, αἱμωπὶ esse dicens αἱματώδης, id est Sanguinolenti. Idem autem est etymon τῷ αἱμωπός (pro αἱματωπὸς) quod & τῷ αἱμαλωψ, quod proximè sequitur, licet differant significatione.

C. Αἱμαλωψ, πος, ὁ, (scribitur & Αἰμάλωψ) Suggillatio in oculis, ex plaga aut ictu effuso sub contusum locum sanguine. Sic quidem Archigenes definiuit, qui etiam idem malum ὑπόσφαγμα appellauit. Sic dicitur quasi αἷμα ὑπὸ ὠπὶ, etiamsi in omni alia corporis parte nasci dicique possit. Siquidem Dioscorides etiam cruorẽ per adipem sparsum αἱμαλῶπα nuncupauit, scribens, ἢν πεῖς καταλόγην ὕδωρ ὅσον χίων, ἄχρις οὗ μήτε αἱμαλωψ ὑπερπίπτῃ, μήτε λίπος ὑπολείπῃ. Galenus etiam ἐν ταῖς γλώσσαις annotauit αἱμαλῶπας vocari rubentes quosdam in cute circulos, qui alio nomine αἰθύλιαι dicuntur. Hæc Gorræus. In vulg. autẽ lex. αἱμαλῶπες affertur ex Galeno 4 κατὰ τόπους, pro iis etiam quibus oculi sunt cruentati. In loco autem illo Dioscoridis αἱμαλωψ exponunt Cruẽtæ reliquiæ: Budæus autem Cruentum virus, aut Sanguinolentum quiddam. Quod autẽ ad huius vocis etymon attinet, αἱμαλωψ mihi videri dictum quasi αἱμαωψ, alibi & ipse annotaui, idq; iampridem: quò pertinet & quod à Gorræo scribitur, sic dici quasi αἷμα ὑπ' ὠπί. Hoc autem sequendo etymon, quum literã λ abundare animaduerterem, suspicatus sum tale quiddam & voci πυκταλωψ contigisse, vt videlicet πυκταλωψ dicatur quasi πυκταωψ, & significet ἄωψ in compositione (seorsum alioqui inusitatum) videndi facultate priuatum, ex α priuatiuo videlicet & ὠψ ὠπός. Mihi enim parum fit verisimile, veteres in πυκταλωψ tres voces includere voluisse, vt videlicet πυκταλωπες sint quasi πυκτὰς αἰλαοὶ ὤπας. Sed vnde à interitur? Ad vitãdũ (vt opinor) hiatũ qui κακοφωνίαν affert. Hoc quoque obseruandum est, si sequamur accentum qui datur voci πυκταλωψ, melius αἱμαλωψ quàm αἱμαλωψ, scribi.

Αἱμαλωπις, ίδος, ἡ, Sanguinem præ se ferens color, siue Concrementum sanguinis. vt in vulg. lex. exponitur. Est autem ex Ruellio sumpta illa posterior interpretatio, in hoc Dioscor. loco, lib. 2, cap. 95, vbi de medulla animalium loquitur, σωίζεται δὲ ἥκιστα. ἐν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἵπποις αἱμαλωπὶς καὶ εἰσὶ ἀφῇ θάνατος ἐν τοῖς ὀστέοις διείσῃ). Esse autem hanc vocem à præcedente ortam, minimè dubium est.

C. Αἱμωδῶν, (ab αἱμωδίω ὦ) Suidas ait esse αἱμωδιᾶν, & Dolorem sentire ex dentibus sanguinolentis. αἱμωδῶν, inquit, αἱμωδιᾶν, καὶ τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι αἱμώδως. vbi videri possit de industria additum αἱμώδως adverbi huius etymologiã ostendendam. vt videlicet ab αἱμώδης, id est Sanguinolentus. Varinus tamen in describendo ex Suida eo loco, accusatiuum illum αἱμώδης omisit, per imprudentiam (vt opinor) sicut alia multa imprudenter & parum attentè atque adeo negligenter ex aliis lexicis & ex scholiastis descripsit. Constat tamen dolores dentium esse vt plurimũ sine vllo sanguine: quũ alioqui nonnunquam & sanguis ex gingiuis in ipso dolore emittatur: vnde suspicor αἱμωδῶν ex αἷμα & ὀδούς cõpositum, de certo quopiam genere doloris initio dictum, omnibus postea attributum fuisse. deinde verò ex αἱμωδῶν factum esse αἱμωδία (vt ex ὑμωδῶν factum viden potest ὑμωδία) tandem ex αἱμωδία verbum αἱμωδιάω, pro eo dolore qui est ex obstupefactis seu torpefactis dentibus. HINC igitur Αἱμωδία, ας, ἡ, Dentiũ dolor, Dentium stupor, vt Gaza vertit apud Aristot. in

Probl. διὰ τί αἱμωδίαν ποιεῖ ἡ αἰθράχη τῶν ὀδόντων; Itidem Aphrodiſæus, τοῦ δὲ τοὺς ὀδόντας ἐπαρθέντας ὑπὸ τῶν ψυχρῶν ὀπωρῶν ἀμβλυωπεῖν αἱμωδίαν τοῖς ὀδοῦσιν αἰθράχη ψυχρὰ θεραπεύει. Id eſt, Stupori dentibus inducto à frigidis pomis portulaca frigida medetur. Accipio autem hic pomis generaliter. Marcellus αἱμωδίαν interpretatur dentium ex acri acerbóve aliquo cibo torporem. A

Αἱμωδιάω, ῶ, Dentium obſtupefactione aut torpore laboro. Ariſtot. in Probl. ſectione 7, αἱμωδιῶμεν γὰρ τοῖς ὀξὺ ὁρῶντες ἐδόντας, Stupeſcunt vel Obſtupeſcunt nobis dentes videntibus, &c. Heſychius ait αἱμωδιᾶν eſſe Torpere dentes, vel Torpore dentium affici ex aliqua re quæ videtur aut auditur. Sunt etiam qui αἱμωδιᾶν explicẽt τὸ τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι μετὰ κνησμοῦ. id eſt, Dolorem dentium ſentire cum pruritu. Bibliorum Græci interpretes ſatis propriè vſi ſunt, vt videlicet (ſequendo ſignificationem quam in αἱμωδίᾳ poſuimus) Dentes dicantur αἱμωδιᾶν qui ex acerbo aliquo cibo veluti torpefiũt, id eſt in torporem veniunt: Hierem. 31, οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἠμωδίασαν, id eſt, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes liberorum obſtupuerunt, vel obtorpuerunt. Vernaculo ſermone dicimus *Les dents agaſſees*. B C HINC Αἱμωδιαμός, οῦ, ὁ, Talis obſtupefactio dentium, αἱμωδίαμα. ſed ex αἱμωδία fit αἱμωδιάω, ex quo αἱμωδιασμός.

Sunt & adiectiua ex αἷμα compoſita, quibus aut α priuatiuum, aut præpoſitio, aut nomen, aut aduerbium præfigitur: quibuſdam etiam verbum. Atque horum alia in ματος, alia (& quidem multo plura) in μος, facta ſyncope, alia in μων terminãtur. Quæ eo quo hic propoſita ſunt ordine expediam.

Exempla eorum quæ in ματος. D

C. Ἀναίματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinis expers, Sanguine carens. Poeta quidam apud Athenæum lib. 2, Ὑλοφάγος, αἰόλαιγλος, ἀναίματος, ὑγροπίλιθος. Dicitur etiam ἄναιμος & ἀναίμων, pro eodem.

C. Φιλαίματος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinis amans, Sanguinis auidus. qui Latinè dicitur vno etiã verbo Sanguinarius. φιλαίματος Ἄρης, in Anth. epigram. Mars ſanguinarius. qui & αἱμοχαρὴς idem ſignificante voce à poetis appellatur. E

Exẽpla terminatorũ quæ in μος, quæ vel ſyncopẽ paſſa eſſe, vel à nominatiuo formata, dicere poſſumus. Vide quæ hac de re ſcripſi in fine deductorum ab αἷμα compoſitione carentium.

C. Ἄναιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguine carens, idem quod ἀναίματος, ſed, vſitatiũs. Plin. Inſecta ſine ſanguine eſſe prodiderũt, pro eo quod Ariſtot. ἄναιμα ζῷα. Dionyſ. Long. τὸν δὲ παλαιὸν μῦθον ἰδίαν ἐπιτρίψαντα μαλακίαν καὶ ἄναιμον. Vius eſt & Anacreon in odario de cicada, ſi pro ἀναιμόσαρκα legamus ἄναιμα, ἄδακρυ. alioqui ἀναιμόδωρος fuerit Carnem habens ſanguine carentem. Ego in mea illius odarii interpretatione illam alteram lectionem ſequutus ſum. Ἄναιμος exponitur etiam vno verbo Exanguis: de qua interpret. vide in Ἀναίμων. F HINC aduerb. Ἀναιμεὶ in vulg. lex. Sine ſanguine.

Ἀναιμία, Sanguinis priuatio. quaſi dicas, Carentia ſanguinis.

Ἀναιμωτὶ autem vide poſt verbum Αἱμόω.

C. Αὔαιμος, Qui eſt eiuſdem ſanguinis, τῷ αὐτὸ αἷμα ἔχ. vnde Αὔαιμοι, Fratres, ἀδελφοί, Heſ. Citatur ex Anthol. epigramm. G ET Αὐήμαιμοι apud Lycophr. οἱ τῷ αὐτὸ ῥέοντες, inquit Euſt.

C. Δίαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinolentus, Cruentus, apud Erotianum. In vulgar. lex. ἡματωμένος exponitur, id eſt Cruentatus.

C. Ἔναιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguine præditus. Herodotus, ζώουσι δὲ οἱ γίγαντες ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες. Quod opponitur ei quod ex Anacreõte modò protuli, ἄναιμοι, ἄδακρυ. quibus ſubiungit, Σκιὴν ἐοικότες ἀνθρώποις ὁμοίοις. Fortaſſe autem hoc dicto alludit Herodotus ad Homericum verſum qui deos teſtatur eſſe ἀναίμονας: vt dicetur in Ἀναίμων. ‖ Ἔναιμος, Sanguinolentus, Cruentus. vt ἔναιμοι ἵπποι, & ἔναιμον πρᾶγμα, Vulnus cruentum, id eſt ſanguine adhuc ſtillans. Apud Dioſcoridem interdum ἔναιμα dicitur ſine adiunctione, interdum ἔναιμα πρᾴγματα. vt lib. 1. cap. 153, ἐναίμων κολλητικά, id eſt quæ ſanguinolenta glutinant. Alibi, διώσασι δὲ καὶ ἔναιμα τραύματα. ‖ Item ἔναιμον φάρμακον, Medicamentum quod adhuc cruento vulneri iniicitur, vt tradit Gal. initio Comm. 3, εἰς τὸ ἔναιμον. Ideo ἔναιμον φάρμακον exponi ſolet Medicamentũ ſiſtendo ſanguini aptum. Dioſcor. lib. 5. cap. 21, de acero loquens, ἔναιμόν τι ἔχει καὶ ἀφαίμαγμον, Sanguinem ſiſtit, qui videlicet manat è vulnere. Exponitur à Ruellio, Cruentis vulneribus inditur. Sic & in vulg. lex. ἔναιμα, Emplaſtra quæ cruentis vulneribus imponuntur, quæ τραυματικὰ vocat etiam Paulus. Galenus autem τὸ ἔναιμον φάρμακον, à quibuſdam κολλητικὸν etiam nominari ſcribit. Alibi autem tradit ea quæ appellantur ἔναιμα φάρμακα, magna ex parte eſſe κολλητικά: Therapeut. lib. 6, οὐ μὰ Δία κολλητικὸν ὀπτήσομεν φάρμακον, ὁπόταν τὸ πλεῖστον τοῦ καλουμένου ἐναίμου ᾖ, ἃ τοῖς ἀρχαίοις ὀπτᾶσθαι τραύμασι.

C. Ἐξαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguine deſtituus, Qui multũ ſanguinis effudit, vt Suidas ἔξαιμα exponit οἱ κείφαιμοι, & οἱ πλεῖστον αἷμα κενώσαντες. Eadem enim planè forma dicitur qua Exanguis Lat. ſed minus tamen ſignificat. Plut. De anim. prudentia, τὸ βασιλέως ἔξαιμον ἥμερόν ἐστι καὶ ἀνεπίβουλον. C

C. Ἰσχαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (quaſi ἴσχων αἷμα) ſiſtens ſanguinem ſiue ſupprimens, Siſtẽdi ſanguinis vim habens, aut Aptus ad ſiſtendum ſanguinem. Vnde ἰσχαιμον φάρμακον apud Galenum & Æginetam: necnon apud Lucianum in Timone, ita iocantem, ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ὕδωρ πίσας τῷ χείρονι. δῆλος γὰρ ἰσχαιμὸν ὂν τὸ φάρμακον. vbi Eraſmus ἰσχαιμον φάρμακον præſentaneum remedium vertit, non expreſſa vi huius vocabuli. In vulg. lex. ἰσχαιμον non ſolùm exponitur Sanguinem ſiſtens, & ſanguinem ſedans, verũ etiã ſanguinem attenuans. ſed per errorem (vt opinor) ſumendo ἰσχαιμον pro ἴσχναιμον, id eſt ita interpretando ac ſi ἴσχναιμον ſcriptum eſſet. quod ſi vſquam reperiretur, id ſignificare poſſet, à verbo ἰσχαίνω. nam ἰσχαίνω pro ἰσχναίνω ſuſpectum eſſet, quanuis ἰσχνὸς pro ἰσχναλέος Hippocr. poſſit Homerum dixerit. Eſt autem inter ἰσχαιμον φάρμακον & ἔναιμον hoc diſcrimen, quòd hoc non ſanguinem tantùm ſupprimit, ſed & inflammationẽm arcet: illud facultatem duntaxat ſiſtendi ſanguinis habet. D

Ἴσχαιμος, vel Ἰσχάιμων, Herba à ſiſtendo ſanguine appellata. Theophr. Hiſt. pl. lib. 9. cap. 15, περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην ἔστι μὲν καὶ ἐπίρρας οὐκ ὀλίγας, ἰχορραπάτιον δὲ, ὃν ἔνιοι, τὴν ἴσχαιμον. ὧν δὲ λέγουσιν οἱ μὲν κιττοειδίους τὰς φλέβας, οἱ δὲ, καὶ ἀρρωστήρους ἀβατμηδίους, ἴχῃ καὶ κωλύειν τὴν χύσιν. Vnde Plinius, libro 25. capite 8, Iſchæmonem Thracia inuenit, qua ferunt ſanguinem ſiſti, non aperta modò vena, ſed etiam præciſa. Serpit è terra, &c. Euſtathius illã radicem quæ ab Eurypylo Patrocli vulneri adhibita, ῥιπίσας ἴσχ' ὀδυνάς, & παύσατο αἷμα, (Il. λ, circa finem) ait à quibuſdam exiſtimatam eſſe ἀχίλλειον, ab aliis ariſtolochiam, quæ & ἴσχαιμος dicta ſit. Sunt qui ἴσχαιμον herbã eſſe ſcribant milio ſimilẽ, atque adeo nõnulli milium agreſte appellari putant.

C. Καθαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanguinolentus, Cruentus. vt καθαιμα πράγματα apud Eurip.

C. Λείφαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (ὁ λειπόμενος αἵματος) Qui ſanguine deficitur, Cui ſanguis deficit, Cui minus eſt ſanguinis quàm oportet. Gal. Comm. 4, in Hippocratem De dicta in morbis acutis, λειφαίμους exponit τοὺς ὀλίγας ἔχοντας αἷμα, κἂν μηδέπω ὠχροὶ ὦσιν ἄχρους. Quem ſequens Gorr. ſcribit, λειφαίμους propriè dictos τοὺς ἀχρόους, id eſt decolores: ſed non eos tantùm, verùm omnes quibus minus eſt ſanguinis quàm oportet, etiam ſi colore nondum prorſus ſint deſtituti: eos verò qui aliã ob cauſam corpore ſint malè affecto, κακόχρους à medicis vocari. In vulg. lex. λείφαιμοι, decolores & pallidi, quaſi ſanguine carentes, exangues, Hipp. E

Λειφαιμέω, μῶ, Sanguine deficior, ſeu deſtituor, Exanguis & pallidus reddor. Ariſtot. Probl. διὰ τί φοβούμενοι τὸ αἷμα λειφαιμοῦσι; τὸ δὲ κάτω ὑχαίνουσι, καὶ ἡ κοιλία λύεται. Sic Lat. dicitur aliquis metu exanguis eſſe.

C. Ὀλιγάιμος, vel potius Ὀλίγαιμος, Cui paucus eſt ſanguis, Cui parum eſt ſanguinis, apud Alex. Aphrod. Sed frequen- F

frequentius inuenitur Ὀλήαιμος, & ita habetur apud Iul.Pollucem. HINC Ὀλιγαιμία, Sanguinis paucitas.

C. Πολύαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q.d.Multisanguis) Multum sanguinis habens, Sanguine abundans. Gal.ad Glauc. HINC Πολυαιμία, Sanguinis abundantia. ET Πολυαιμόω, ῶ, Abūdo sanguine, Arist. De gen.anim.lib.4,

C. Σώαιμος, ET Ὅμαιμος, ET Αὐτόαιμος, ὁ καὶ ἡ, apud Lycophronem, Consanguineus, ad verbum, συγγενής, Hes.Eustath. Sed Σώαιμος & Ὅμαιμος appellatur etiam frater peculiariter (& quidem frequentius) vel Soror. Sophocles, τὸν τῆ μαντίπος ξώαιμον ἀδελφὰ λεώπτης, posito Attice ξ pro σ. Et ἡ ξώαιμος, Soror apud eundem in Antigone. Apud eūdem ὅμαιμος, Soror, in Electra, pag. 80, Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης λαζοῦ. Vbi annotat schol. ὁμαίμου & κασιγνήτης poni ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ. Hesychius σώαιμος exponit duntaxat ἀδελφός: sed ὅμαιμοι esse dicit & ἀδελφεῖς, & συγγενεῖς: & addit ὁμόαιμοι. Interdū & adiectiuè ponitur ὅμαιμος, vnde ὅμαιμον αἷμα apud Soph. Antigone. Sunt autem poetica hæc tria, sicut & quæ in μων terminantur synonyma σωαίμων & ὁμαίμων, de quibus paulo pòst.

C. Ὕφαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q.d. Subsanguineus) Subrus sanguinem habens, Cui subest sanguis. Quasi sanguinem habens subtus latentem, & concretum, vt in sugillatione. Hesychius ὕφαιμον exponit αἱματώδες.

Exempla eorum quæ in μων.

C. Ἀναίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Idē quod præcedens αἷμος, Sanguine carens, Sanguinis expers. Hom. Il. ε, de diis loquens, οἱ γὰρ σῖτον ἔδουσι, πίνουσ' αἴθοπα οἶνον· Τὼ νύ τ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται. Contrà autē Herodotus de aliis quibusdam diis dixit ἔναιμοί τε καὶ οὐκ ἀθάνατοι, tanquā huc alludens. Cæterùm αἷμος & αἱμων lubentius verto Sanguine carens, aut Sanguinis expers, quàm Exāguis: quum exāguis sit potius Sanguine defectus, quàm qui natura sanguinis est expers.

C. Συναίμων ET Ὁμαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Cōsanguineus, Frater. Idem quod præcedentia, σώαιμος & ὁμαιμος, & poetica itidem: vt in hoc versu, Μηδ' ἀμφὶ πατρὸς γε συναίμονος εἰς ἓν ἴλθῃς. Apud Soph. cōparat. gradus Ὁμαιμοτέρα, in Antig. vbi schol. exponit οἰκειοτέρα καὶ συγγενικωτέρα.

Ὁμαιμοσύνη in Anthol. epigr. Consanguinitas. Est item Fraternitas.

C. Φιλαίμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Sanguinis amans, Sanguinis auidus, Sanguinarius. Idem quod φιλαίματος paulo antè positum. φιλῶν τὸ αἷμα, Hesych.

Deriuata compositione carentia.

Αἱμάτιον, ου, τὸ, Dimin. q.d. Sanguiculus, Exiguus sanguis. Etymol. αἱμάτια exponit ἀλλαντία. Est autem ἀλλάντιον diminutiuum ab ἀλλᾶς, ᾶντος, quod nomen genus farciminis significat, secundum quosdam dictum lucanicam.

Αἱματικός, ὴ, ὁ, Sanguineus, Constans sanguine. vt αἱματικὸς χυμός, Al. Aphrod. Sic apud Aristotelem, τὰ δὲ κατάχαρα τῶν αἱματικῶν ὄντων ἴδια, id est, Sanguine præditorum. Quæ autem sanguine prædita sunt, seu quæ sanguinē habent, vocant etiam αἱματώδη & ἔναιμα.

Αἱμάτινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem: sed minus vsitatum.

Αἱματηρός, Sanguinolentus, Cruentus, in Electra, Ἕλκεσιν αἱματηρὸν, id est ἡμαγμένον, inquit schol. Est autem ἡμαγμένος participium ab αἱμάσσομαι, sonans cruentatum. Addit αἱματηραὶ σταγόνες, sanguineæ guttæ, guttæ quæ stillantè sanguine. Apud eundem Soph. in Trach. φλὸξ id est Flamma, vocatur αἱματηρὰ quæ fit ex victimarum sanguine.

Αἱματώεις, ῶσσα, ὁ, Sanguinolentus, Cruentus. Idem quod αἱματηρός: sed in carmine iambico vsurpatur hoc, illud in hexametro. vt apud Homerum passim, Od. χ, Πατρίδα τ' ἀμφοτέρωθεν Αἱματόεσσαν πόλεσθον. Fœm. est αἱματόεσσα, apud eundem.

Αἱματώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Sanguinolentus, Sanguini permixtus. vt apud Galenum ad Glauconē 1, αἱματώδεις διαχωρήσεις, sanguinolenta alui excrementa. Nonnunquam αἱματώδης apud Aristotelem idem est quod Sanguineus, Sanguine præditus, id est αἱματικὸς, siue ἔναιμος.

Αἱμαπία, ας, ἡ, μέλας ζωμός, vt ait Pollux, id est Ius nigrum, quod vsitatissimum Lacedæmoniorum erat edulium. Etymologicus autem hunc μέλανα ζωμὸν ait appellari αἱμαλεαὶ, Hesychius αἱμαλίαν: quam scripturam potius sequor: vt differat ab αἱμάλεως, significante (vt ipse ait) ἀκρίτης. quod & Etymologicus scribit: sed apud hūc est αἱμαλέον cum accētu in vltima: vbi & puto esse debere.

Αἱματίτης, Hæmatites, lapis. q.d. Sanguineus. ita enim appellatur vel quòd sanguinis colorem referat, ac ruborem sanguineum habeat: vel ab effectu, quòd videlicet sanguinem reprimat. Vide Plinium lib. 36. cap. 16, & Dioscoridem lib. 5. Idem lapis dicitur & εἰαείτης, vt Nicandri scholiastes testatur. nam & εἶαρ sanguinem significat. ‖ Item αἱματίτης, ἡ φλὲψ, id est vena.

C. Αἰγίλωψ, ωπος, ὁ, Vitium oculi. Etiamnum in angulo (inquit Celsus lib.7. cap.7) qui naribus propior est, ex aliquo vitio quasi parua fistula aperitur, per quam pituita assiduè distillat. αἰγίλωπα Græci vocant. idque assiduè malè habet oculum. nonnunquam etiam, &c. Hactenus Celsus. Dioscor. lib.2, χειρὰς δὲς καὶ αἰγίλωπα ὠφελᾶ. Idem lib.5, αἰγίλωπας ἀρχόμενοι. id est, oculorum fistulæ, interprete Marc. Virgilio. Αἰγίλωψ (inquit Gorræus) est apostema inter maiorem oculi angulum & nares ruptum atque exulceratum (antequam enim disruptum exulceretur, αἴγιλωψ vocatur, autore Paulo) quod aliquando neglectum paruam fistulam aperit, per quam pituita assiduè distillat: idque &c. Pauli locus quem intelligit Gorræus, est hic, lib. 3, περὶ δ' ὠὸς ἕλκος ῥαγῆναι τὸ ἀπόστημα, αἴγιλωψ λέγεται. Ex quo loco annotatur & in vulgaribus lexicis, αἰγίλωπα dici tumentem abscessum in angulo oculi qui est ad nares suppurātem: αἴγιλωπα autem vocari eundem quum disruptus fistulæ modo distillare cœperit. confundi tamen hanc differentiam. Additur & sonare αἰγίλωπα caprinum oculum, à vitio quod capris ferè proprium & perpetuum sit: αἴγιλωπὸν verò, ab αἴγιλος & ὠψ ὠπὸς, quòd prope oculum oriatur.

DICITVR & αἰγιλώπιον forma diminutiua (non tamē & significatione) pro αἰγίλωψ. Dioscor.2, αἰγιλώπια ἰᾶται. Ibidem, αἰγιλώπια πρόμμα θηρεκτικόν. Gorræus autem habet Αἰγιλώπια non Αἰγιλώπιον.

Αἰγίλωψ, Auenæ quoddam genus quod specialiter Latini festucam appellant. Spica illi ante messem decidit, ita vt spicilegii tempore spica ipsa inanis & orba grano, vanescénsque culmus, quasi festuca reperiatur. vnde inditum illi à Latinis festucæ nomen fuisse verisimile est. Eámq; ob id Virgilius sterilem auenam appellasse videtur, frugum pestes enumerans hoc versu, Infelix lolium & steriles dominantur auenæ. Sic autem fortasse dicta est Græcis quòd illita cum farina herba τὸν αἰγίλωπα oculorum vitio medeatur. Hæc Gorræus. Cuius sententiam mihi comprobare videtur hic Theophrasti locus de pestibus frugum ante Virgilium hæc scribentis, lib.8 De causis plantarum, καὶ ὅσα δὲ συμφυτεύεται καὶ ἅμα ἕκαστον σπέρμα, οἷον αἶρος καὶ αἰγίλωψ ὁ περὶς καὶ κρὶ θαῖς. id est, Et quæcunque nascuntur vnà cum vnoquoque semine, vt lolium & αἰγίλωψ in tritico & hordeo

Eidē Theophraſto lib.8, cap.8, αἰγίλωψ rurſus eſt herba A
quæ hordeum enecat. In vulg. tamen lex. additur eſſe etiam apud eundem non auenam ſed frugem qua veſcuntur equi. Vide βρόμος.

Αἰγίλωψ Plinio arboris glandiferæ ſpecies quæ fert panos arentes, muſcoſo villo canos, &c. In vulg. lex. αἰγίλωψ, Cerrus, ſpecies roboris ſeu quercus, ex Theophr. Hiſt. pl. lib. 3. cap. 9.

C. Αἰγισθόμας dictus fuit quidam, quòd quum infans expoſitus fuiſſet, eum capra ſuis vberibus nutriſſet.

C. Αἰγίοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iupiter ὀπτικῶς dicitur ab αἴξ, & ὀχέω B
id eſt alimentum: quòd eum capra aluerit, nomine Amalthea. Secundum alios autem (ex quibus eſt Heſychius) αἰγίοχος appellatur quaſi αἰγιδοῦχος, id eſt αἰγίδα ἔχων, id eſt ægida tenēs, ſeu geſtans. Quid autem ſit ægis, ſuprà dictum fuit. Eſt autem frequentiſſimum hoc epithetum apud poetas, & Homerum præſertim. Il. β, — Διὸς αἰγιόχοιο. Vide Lactantium & Cornutum.

C. Αἰγίπαν, ανος, ὁ, Capripan, ad verbum, id eſt, Pan ſemicaper, vt ab Ouidio appellatur: vt qui dimidia parte ſimilis capro eſſet. Compoſito manifeſta eſt. C

C. Αἰγίπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, Capripes, Caprinos pedes habens. Epithetum Panis, interdum & Faunorum ac Satyrorum.

Dicitur & αἰγιπόδης pro eodem: item αἰγιπόδης in Anthol. epigr. αἰγιπόδης σάτυρος.

C. Αἴγαγρος, ου, ὁ vel ἡ, Caprea, Capra, vel Caper ſylueſtris, pro αἴξ ἄγριος. Dicitur & Αἰγάγριος: ſed αἴγαγρος malim, ea forma qua σύαγρος apud Homerum pro σῦς ἄγριος.

C. Αἰγιλάτης, ου, ὁ, Caprarius, in Anthologia epigrammatum, q.d. Caprarū agitator. qui videlicet caprarum D
gregem agit. Dico autem agit, Virgilium ſequens, Ecl. 1, — en ipſe capellas Protenus æger ago. Sic agere iumēta per campum Cicero dicit. Liuius, Agere præ ſe armenta. A Græcis verò vt αἰγιλάτης caprarius dicitur ab agendis capris: ita βουλάτης bubulcus, ab agēdis bobus. nam ἐλάτης nomen eſt verbale ab ἐλάω.

C. Αἰγώνυχον, ου, τὸ, Herba quæ etiam ἀκώνυχον & πεζάκλεια & λιθόσπερμον appellatur, ob ſeminis eius firmitudinem. vel (vt alii apud Dioſcoridem vertunt ἰσχνὸ) duritiem. vt quod videlicet vngulas caprinas duritia referat. Ex E
αἴξ & ὄνυξ, mutato ο in ω.

C. Αἰγωπός, οῦ, ὁ, Habens oculos caprinos. Ariſtot. De gen. anim. 5, καὶ γὰρ γλαυκοὶ καὶ χλωροὶ καὶ μελανόφθαλμοι διὰς εἰσιν, οἱ δ' αἰγωποί. Ibidem dicit αἰγωπὰ ὄμματα, caprinos oculos. ſcribens, ἔνια δὲ ὄμματα αἰγωπά, καθάπερ τὰ τῶν αἰγῶν. Vbi notandum αἰγωπὰ ὄμματα eodem pleonaſmi genere dici quo οἰκοδομεῖν οἶκον. nam αἰγωπὸς componitur ex αἴξ, & ὤψ ὠπός, id eſt oculus.

Αἴγεος, ου, ὁ καὶ ἡ, Caprinus, Hircinus. Il. γ, & Odyſſ. ξ, Λίπεν δ' αἰγείῳ, in vtre hircino. Apud Athen. 14, τυρὸς αἴγεος, Caſeus caprinus. Apud eundem lib. 9, κρέατα αἴγεα, carnes caprinæ, vel hircinæ. F

Αἴγειος etiam dicitur pro αἴγλος, eodem modo quo χρύσειος & χρύσιος. Ab αἴγειος autem fœmininum αἰγείη, quod abſolutè nonnūquam ponitur, pro Pellis caprina: ſubaudito videlicet nomine δορά: vt quum dicitur κυνέη, λυκέη, & per contractionem αἰγῆ, vt λεοντῆ. Herodotus in Melpom. αἰγέας δὲ ἐνδεδάμενοι ψιλὰς περὶ τὸν ὦμον ἔξω νεῦαι αἱ λίνεαι, id eſt pelles caprinas. Alii exponunt, lora ex pelle caprina.

Αἰγιόεις, ωντος, ὁ, adiect. poet. Capris abundans. vt αἰγιόεντα οὔρεα, Hom. hymno in Panem, Πωλεῖαι δ' αἰγιόεντα διὰ βήσσας, ἠδ' οὔρεα μακρά. G

Αἰγίσκος ET Αἰγίδιον (forma diminutiua) Caper iuuenis, qui Lat. dicitur hœdus, Græcis alio nomine, & quidem vſitatiore, ἔριφος. Αἰγίδιον citatur ex LXX interpr. Αἰγίσκος autem apud Heſ. habetur, qui dicit eſſe αἶγα ὀκταμίαν (ita enim legendum eſt apud eum, non ὀκταμίαν, qui error & in vulg. lex. ſeruatus eſt) id eſt caprum caſtratum.

Αἰγὶς, ίδος, ἡ, Pellis caprina. Idem quod αἰγέη. ſed αἰγέη dicitur forma poſſeſſiui nominis, αἰγὶς autem forma diminutiui. In Herodoti loco proximè citato, pro αἰγίας, ſint qui legant αἰγίδας, vtroliber nomine pelles caprinas ſignificante. ſed Euſtath. αἰγίας legit.



Αἰγὶς à poetis Ioui tribuitur, nonnunquam & Palladi. Inducunt enim Iouem pelle Amaltheæ capræ (à qua & nutritum ferunt) amictum. nam in hoc Virgilii verſu, Æn. 8, Arcades ipſum Credunt ſe vidiſſe Iouem, quum ſæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbóſque cieret: Seruius annotat, ægida vocari pellē Amaltheæ capræ, à qua nutritus fuerat Iupiter. Alii autem non ipſius Amaltheæ, ſed cuiuſlibet alius capræ pelle amictum Iouem fingūt, quam in memoriam Amaltheæ nutricis ſuæ geſtaret. Idem Virg. ibidem, Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma: In quem locum idem grammaticus hæc ſcribit, Ægis propriè eſt munimentum pectoris, æreum habens in mediò Gorgonis caput. quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: ſi in pectore hominis (ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus) lorica dicitur. Hæc Seruius. à quo grammatico quæ de munimento pectoris dicuntur, cum iis conferenda ſunt quæ Heſychius ex Nymphodoro refert, Νυμφόδωρος δὲ καὶ τὸν δράκοντα αἰγίδα λίνεαν φησὶν ὑπὸ Λακώνων. ¶ Apud Homerum certè (quem imitatus eſt in verſu proximè citato Virgilius) Iupiter ægide nimbos ciet. Apud Lucianum verò in dialogo Cupidinis & Iouis, ponitur αἰγὶς tanquam quæ quatiatur & vibretur à Ioue. nam illi dicitur, μὴ ὀπίσω τὴν αἰγίδα, μηδὲ τὸν κεραυνὸν φέρε. Quo in loco non dubito quin Lucianus ex Homero verbum ὀπιθεῖν ſumpſerit ad hunc verſum Il. η alludens, Αὐτὰρ ὀπιθεῖναν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσαν. vbi Euſtathius annotat verbo ὀπιθεῖναν innui αἰγίδα eſſe ὅπλον Iouis σφοδρὸν, non βλαπτικόν. item epitheto ἐρεμνὴν ſignificari αἰγίδα eſſe nubem denſam & procelloſam. Notandū eſt autem αἰγίδα δυσειδῆ ab Homero vocari ὀπιθεῖναν: & ita dixiſſe Herodotum Libyſſas mulieres geſtare αἰγίδας δυσειδεῖς περὶ τοῖσι μηροῖσι, in loco paulo antè citato: in quo & αἰγέας legitur, & quidem iuxta Euſtathium, vti dictum eſt. Quidā autem αἰγίδα ſcutum eſſe volunt: vt docet Euſtathius in hunc Il. ε locum, vbi de Apolline dicitur, ἴκε δ' αἰγίδα θοῦριν Δεινὴν ἀμφιδάσσατο, δῖος ἀπειλήν· τὴν δ' ἄρα χαλκῆες Ἥφαιστος Διὶ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν. Plura de hac fabulosa ægide paſſim apud grammaticos. ex quibus nonnulli nolūt αἰγίδα dici ἀπὸ τῆς αἰγὸς, ad Amaltheam capram referendo (vt videlicet ſit eius ipſius pellis, aut certè alius quidem capræ, ſed in eius memoriam) verùm αἰγίδα ab οἴσω vocaſſe poetas ὅπλον Iouis, à Vulcano fabricatum: ex eo quòd id ventorum turbines & procellas efficiat.

Αἰγὶς, ſecundum etymologiam proximè præcedentem ab αἴσσω, quidam grammatici voluerunt idem eſſe quod καταιγίς. id eſt procellam: item ὀξεῖαν πνοὴν: & oculorum coruſcationem. Dicitur & Καταιγίς: item Αἰγίζω & Ἐπαιγίζω & Καταιγίζω: de quibus vide in Κίσσω.

Αἰγὶς, rete contextum ὁπὸ σιμάτων, inquit Dionyſius apud Euſtathium. Idem tradit ibidem Pauſanias, addēs eſſe, τὸ ὁπὸ σιμάτων πλέγμα. Sed quæ res ſit huiuſmodi αἰγὶς, (ait Euſtathius) apertè nō ſignificarunt. Veriſimile eſt autem huiuſmodi σίμματα eſſe lanea: & quæ ex eis contexta erant non reipſa fuiſſe retia piſcatoria, ſed quædam αἰγιδοειδῆ, id eſt ægidis formam habentia.

Αἰγὶς quiddam quod meditullio pini arborīs innaſcitur. ſi mēdo carent Theophr. exēplaria, apud quem legitur lib. 3. Hiſt. plant. cap. 10, τὸ αἰγίδα τὸ καλούμενον (ſed expungendus poſterior articulus) ἡ θύλακα τῆς πίτυος ἔχει· τοῦτο δ' ὅτι τὸ ἐλαφρότατον αὐτῆς. Idem lib. 5. c. 2, πευκόπαπα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα καὶ παῖς αἰγίδας αὐτῶν.

Αἰγὸν, ῶνος, ὁ, Caprile. At αἰγῶν circunflexa poſteriore, genitiuus pluralis à nominatuo αἶγες. eſt igitur αἰγῶν caprarum. ¶ Αἴγων autem, genitiuum habens αἴγωνος, paſtoris nomen apud Theocritum, Idyll. 4. quod Virgilius ex eo tranſlatum vſurpauit in Palæmone. Fuit & rex Argiuorum hoc nomine, vt ait Plut.

ΑΙΠΟΛΟΣ, ου, ὁ, Caprarius, Paſtor caprarum. αἰγοβόμος, αἰγοβότης, αἰγοβοσκός. In primo verſu idyll. 1 Theocriti, Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα, καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε, τήνα. Od. υ, — Μιλαίδης αἰπόλος αἰγῶν. vbi ſuperuacaneus eſt genitiuus αἰγῶν. ſicut & quum dicitur αἰπόλια αἰγῶν apud eundem. ¶ Vſurpatur etiam pro ποιμήν, id eſt Paſtor ouium, vt

docet schol. Theocriti. sed hoc καταχρηστικῶς. Nisi fortè quis ex propria significatione putet αἰπόλος generale nomen esse vt & ποιμὴν, ideóque apud Homerum non esse otiosum genitiuum αἰγῶν in αἰπόλος αἰγῶν & αἰπόλια αἰγῶν, sed distinctionis gratia esse adhibitū. Sed etymū hanc significationem refellit. ¶Dicitur autem αἰπόλος pro αἰγοπόλος, per syncopen: vt sit ex αἴξ & verbo πολῶ compositum: & sonet, Qui circa capras vel inter capras versatur. vt μυοσοπόλος dicitur poeta, quasi qui inter musas versetur. Est & alia etymologia, vt videlicet αἰπόλος dictus sit quasi αἰπὰ περὶ πολῶν, aut περὶ τὰ αἰπὰ πολῶν, id est, Circa loca versans alta. De quo etymo dicetur mox in αἰπόλιον.

Αἰπολικὸς, ἡ, ὸ, Ad caprarium pertinens. id est caprarum pastorem. Aut Pastoralis, αἰπόλιον pro pastore accipiendo. αἰπολικὴ ᾠδὴ, Capriariorum cantilena, id est, Quam canere solent caprarii. ¶In vulgaribus lex. Græcol. αἰπολικὸς exponitur ad capras pertinens, sed malè.

Αἰπόλιον, ου, τὸ, Grex caprarum. Herodot. ι, Ὅσα περ αἰπόλια ἢ πρὸ ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος ἔθετο. Hom. Il. λ, Τόσσα συῶν συβόσια, τόσσ' αἰπόλια πλατὶ' αἰγῶν. qui versus habetur & Od. ξ. Hemistichium autem hoc, αἰπόλια πλατὶ' αἰγῶν legitur & apud Hesiodū in Theogonia. Idem Hom. Od. υ, Αἶγας ἄγων αἳ πᾶσι μετέπρεπον αἰπολίοισι. Hieronymus in cap. 43. Ezechielis, Græco sermone caprarum & hircorum grex, sublimium conuersatio. hoc est αἰπόλιον quasi αἰποπόλιον. Siquidem αἶπος excelsum, πόλιον conuersationē significat. Hactenus Hieronymus. Sic & etymologici autor, αἰπόλια τὰ αἰγοκόμια, αἰποπόλια ὅτι. Ita enim lego apud eum, corrigens mendum quod est in vulg. exempl. videlicet αἰπόλια posteriore etiam loco. Sciendum est autem, verum quidem esse capras altissima loca petere, & in iis versari (vnde & αἰγίλιπις πέτρα, vt paulo antè dictum est) sed tamen simplicior est & magis recepta altera etymologia. vt quemadmodum αἰπόλος dicitur quasi αἰγοπόλος, sic etiam αἰπόλιον dicatur quasi αἰγοπόλιον, per syncopen, quæ & in aliis nominibus reperitur. Fit enim αἰπόλιον ex αἰπόλος, non contrà: at αἰπόλιον, id est caprarum pastorem, dicere ita vocari quasi αἰποπόλιον, id est, In locis altis versantem (quasi videlicet capras ea in re imitari possint earum pastores) rationi consentaneum non videtur. Fallitur autem Hieronymus qui πόλιον conuersationem significare dicat. & durè etiam conuersationem sublimium dicit, pro commoratione in altis locis. Sed & αἶπος non excelsum significat sed excelsitudinem, id est altitudinem. quare scribendum αἰπὸς, vt sit pro αἰπύς.

ΑΙ'Ο'ΛΟΣ, ου, ὁ, Varius, Variegatus. Iliad. μ, Οἱ δ' ὥστε σφῆκες μέσον αἰόλοι, οἵτε μάλιστα. Idē Il. π, στίκας αἰόλον. & Il. ε, πύχα αἰόλα. Sic & nox dicitur αἰόλη à Sophocle in Trachiniis, quòd (vt volunt grammatici) diuersis stellis variata & velut variegata sit. ¶Aliquando etiam αἰόλος est varius, metaphoricè: id est non simplex nec vniformis, sed multiplex, implicitus, ambagiosus. quo sensu dicitur αἰόλον κῦμα à Lycophrone initio Cassandræ, Ἐλυσι χρησμῷδὸς ὡς φρὶν αἰόλον κῦμα. sed tribuit ori vatis quod oraculis ex eius ore prodeuntibus tribuendum erat. Existimo autem dixisse Lycophronem χρησμῷδὸς αἰόλον κῦμα, imitando Æschylum, qui scripsit in Prometheo αἰολοκύμοις χρησμοῖς. Eustathius in Od. κ, ait memoriæ proditum, virum prudentem fuisse Æolum: à quo prouerbialiter etiam qui sit versutus, αἰόλος dicatur.

Αἰόλος, si credimus Porphyrio, non significat ποικίλον [id est varium] sed ταχὺ, [id est velocem] deductum ἀπὸ τῆς αἴλης. vnde αἰολόπωλος, ὃς τὰς πόδας ὠκύς. Itidem Eustathius in hunc versum Il. τ, circa finem, Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζοφόφιν περσίφη πόδας αἰόλος ἵππος Ξάνθος, annotat πόδας αἰόλος idem esse ac πόδαργος, celeripes. Volunt autem αἰόλος hac in significatione deduci ab ἄϊλμα. Sed (quod Porphyrii pace dictum velim) nonnulli reperiuntur loci in quibus αἰόλον necesse est pro ποικίλον accipiamus, & in eo veteres grammaticos sequamur: quum ταχὺ exponere nullo modo queamus: vt cum ex aliis tum ex modò citatis patet exemplis. Quinetiam αἰόλλει à Nicandro pro Variat: sicut ab Hesiodo αἰόλονται apertè vsurpatur pro Variantur, Variæ fiunt, vt mox docebitur. Quod autem ad etymologiam huius nominis attinet, in ea tradenda nullus mihi satisfacit grammaticus. nā Eustathius vult αἰόλος esse ab αἰόλλω: αἰόλλω autem ab ἄϊλα. Tzetzes in Lycophronem, αἰόλον vult dictum esse pro ποικίλον, ab antiquo Æolo qui esset πολύτροπος. eo modo quo δαιδάλεον dicitur à Dædalo. at Hesychius αἰολίζειν explicat ποικίλλειν. Videri autem possit, vnde αἰολίζειν deductum est pro ποικίλλειν, hinc & αἰόλος deriuatum esse pro ποικίλος. Αἰολίζειν autem deductum esse ἀπὸ τῶν Αἰολέων, id est ab Æolibus, manifestum est, quum inter cætera significet Æolico sermone vti. Et quidem αἰόλος pro vario, id est vafro & astuto, si deriuem ἀπὸ τῶν Αἰολέων, autoritate scholiastæ Theocriti & aliorum me tuebor, qui αἰολίζειν pro decipere testantur accipi. Sed αἰόλος pro vario, id est variegato, quid pertinet ad αἰολίζειν pro decipere? At hic respondere possim αἰολίζειν non solùm pro decipere accipi, sed & pro ποικίλλειν, id est variare, id est variegare. Sed enim aliter exponere quis volet fortasse hoc verbum apud Hesychium. At verò si αἰόλος ab αἰόλλω deducamus cum Eustathio, primùm durum erit nomen illud ab hoc verbo formare, quū contrà videatur hoc ab illo deductum: vt à ποικίλος videlicet ποικίλλω. Sed esto tamen, demus nomen αἰόλος à verbo αἰόλλω formari: si ipsum αἰόλλω fit ab ἄϊλμα, vt vult Eustathius: (nam Porphyrius ipsum nomen αἰόλος ab ἄϊλμα deducit, sed in illo nomine duplex μ vocis ἄϊλμα non comparet) αἰόλον significans varium seu variegatū, quid commune cum significatione vocis ἄϊλμα habebit? Ego certè αἰόλλω ab αἰόλος (quod cunque sit eius etymum) deriuatum esse, vt ποικίλλω à ποικίλος, contendo.

¶Ad accentum verò quod attinet, passim apud grammaticos legitur Αἴολος pro nomine proprio παροξυνόμενον, at αἰόλος varium significans παροξυνόμενον. Arcadius tamen (cuius librum de accentibus non contemnendum legi in regis Gallorum bibliotheca) repugnans illis, scribit vtraq; in significatione παροξυνόμενον. Eius verba sunt, τὸ δὲ αἰόλος εἴτε κύριον εἴτε ὀπτήτιον παροξύνεται. Vide in Κορυθαίολος quæ de eius accentu annotaui.

Αἰόλλω, Vario, Variego. Nic. Theriacis, Ἄλλω δ' ἰσχαλέουσα λιπὼν θερμήια κύκλον Ποικίλον αἰόλλει. ¶Exponitur etiā Verto, Voluo. vt apud Homerum Od. υ, μαῖα ἔνθα καὶ ἔνθα αἰόλλεν. vbi Eustathius ait accipi pro κυκᾶν καὶ εἱλύειν, alicubi verò pro κυκᾶν simpliciter positū reperiri. sed secundum etymologiam ab ἄϊλμα, significare Variè & crebrò ac celeriter voluere ac mouere.

Αἰόλλομαι, Pass. Vario, Variegor. Item Varius fio. Hesiod. in Aspide, — ὅτ' ἔμφασις αἰόλλοιτο, id est (vt vulgò exponitur) quando vuæ adhuc acerbæ colorem mutāt. Sed malim, verbum Variari hic quoque retinendo, explicare, Quū vuæ variātur: vel cum Catone, (quem facilè mihi persuaserim Hesiodi vocabulum Latinè reddere voluisse) Quum vuæ variæ fiunt.

Αἰολέω, λῶ, idem quod αἰόλλω. Hinc ἐαίολητο apud Apollonium, metaphoricè dictum, Curis agitatus erat & turbatus.

Αἰολίζειν quoque Hesychius exponit ποικίλλειν. Est autem ποικίλλειν propriè Variare, Variegare. in qua significatione videri possit ab αἰόλος deduci. At quum Æolico sermone vti significat, item quum ponitur pro Decipere, ἀπὸ τῶν Αἰολέων deduci certissimum est. Sed & in hac significatione quam Æschylus affert pro ποικίλλειν, fortasse itidem ἀπὸ τῶν Αἰολέων deriuatur: & ποικίλλειν sumitur pro Versutè agere: quod etiam significare quidā scribunt.

C. Αἰολόδρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, Versicolorem ceruicem habens.

C. Αἰολόδωρον, Varium donum, id est quod ex variis rebus constat. ποικίλον δῶρον. Hes.

C. Αἰολόδερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variā cutem habens. id est variegatam. Ex αἰόλος & δέρμα.

C. Αἰολοθώρηξ, ηκος, ὁ, Varium thoracem habens, seu variegatum. Il. η, — Ἄντηφος αἰολοθώρηξ. Il. ω, — Μενέσθης αἰολοθώρηξ. Ex αἰόλος & θώρηξ, pro θώραξ.

C. Αἰολόμητις, ου, ὁ, Varium consilium habens: & per hoc, Vafer, Astutus. Hesiod. Theogonia, — ἠδὲ Προμηθέα ποικίλον αἰολόμητιν. vbi notandum, ποικίλον & αἰολόμητιν dicere

pro παιλόμενη, vno verbo. nam αἰόλος & παιλός idem valent. Fit ex αἰόλος & μῖτρα. Reperitur tamen ſcriptum etiam αἰολομῖτρης, circunflexa penultima. De compoſitis autem ex μῖτρης dictum eſt in ἀγκυλόμιτρης.

C. Αἰολομίτρης, ου, ὁ, Variam mitram habens, ſeu variegatam. apud Theocritum Perſarum eſt epithetum, hoc in verſu, Ἐξριάει Πέρσαισι βαρὺς ἔπι αἰολομίτρης. Componitur ex αἰόλος & μίτρα, quod vocabulum in vulgar. lex. Græcis dicitur in hoc compoſito nomine ſignificare zonam bellicam. ſed quid ad Perſas zona bellica? Intellexerim potius de mitra ea de qua loquitur Virgilius hoc in verſu, Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.

C. Αἰολόμορφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Variam formam habens, Multiformis.

C. Αἰολόνωτος, ν, ὁ καὶ ἡ, Variegatum tergum habens. Opp. Hal. ι, — σάλπαι τε μιᾷ στίσιν αἰολόνωτα.

C. Αἰολόπωλος, ου, ὁ, Velocem equum habens, ſeu veloces equos. aut, Qui velociter in equo mouetur. aut, Variè equitans. Vide Euſtathium in hunc Il. γ verſum, Ἔνθα ἴδον πολέας Φρύγας αἰπεινὰς αἰολοπώλους.

C. Αἰολοχαίτης, ου, ὁ, Id eſt, inquit Euſtathius, ὁ ποικίλας ἔχων τρίχας. ad verbum, varios habens capillos. Sed varios capillos puto intelligi debere quì contorti ſint in varios nodos.

C. Κορυθαιόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, (non Κορυθαίολος) Variam habens galeam, id eſt variegatam, vt Hector Il. β, v. 314, Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε μιγὰς κορυθαιόλος Ἕκτωρ, & alibi paſſim. Exponitur etiam Ornatam habens galeam. ‖ Vel κορυθαίολος dicitur vt qui ſit αἰόλος εἰς μάχην μετ' ὅπλων, (quæ ὅπλα per κόρυθα indicentur, parte ſignificante totum) αἰόλος declarante ταχύ: Qui armatus celer eſt ad pugnam, id eſt agilis & expeditus. q.d. Expeditè pugnam ciens. Ex quo declaratur Bellicoſus. Αἰόλος autem hanc ſignificationem habens deducit Euſtathius ab αἰόλλω. cui ea in re non aſſentior, ſed potius Heſychio ab αἰολεῖν deriuanti. ‖ Κορυθαιόλα νείκη Ariſtophanes iocoſè dixit, ad κορυθαίολον Hectorem alludens, in Ranis, Ἔστι δ' ὑψιλόφων τις ἔριδες Κορυθαιόλαι νείκαι. q.d. bellicoſæ ſiue pugnaces contentiones, id eſt acres & aſperæ. Ita enim intelligi puto. Legitur autem apud eum κορυθαίολα, non κορυθαιόλα, in Aldino etiam exemplari. & apud ipſum quoque Homerum κορυθαίολος habent omnes quas vidi editiones, & ipſa quoque vetera exemplaria: ſed Euſtathius à veteribus grammaticis παροξυτόνως ſolitum ſcribit. Ac certè quum αἰόλος ſcribendum exiſtimetur, & in emendationibus Homeri exemplaribus ita legatur, necnon apud Suidam & Euſtath. (apud Heſychium tamen αἴολος) non ſine ratione videntur veteres grammatici ſcripſiſſe κορυθαιόλος. Niſi dicamus propter compoſitionē mutari ſedem accentus: & illos κορυθαιόλος voluiſſe παροξυτόνειν tanquam ab αἰολεῖν deriuatum. alioqui enim ſi κορυθαιόλος ab αἰόλος ſcribamus παροξυτόνως, itidem ſcribendum videri poſſit παναιόλος: quum tamen contrà paſſim παναίολος inueniatur.

C. Παναίολος, ω, ὁ καὶ ἡ, Omnino varius, Multùm variegatus, Ornatu multùm vario inſignitus. vt σάκος παναίολον, apud Heſiodum. Ab Heſychio παναίολος exponitur παμποίκιλος. De accentu autem huius παναίολος vide quæ annotaui in præced. compoſito.

Αἰόλλω, vide poſt ſimplex Αἰόλος.

ΑΙΟΝΑΩ, ῶ, Aſpergo, Perfundo, καταντλέω. Gal. αἰονῶσαι ὑδρίᾳ. Idem, ὑδρίᾳ αἰονᾶν εὐχρή. Idem cum alia conſtructione vſus eſt, αἰονᾶν δὲ χρὴ μὴ πολλῷ πυρὶ δι' ὕδατος θερμοῦ. In vulg. lexicis exponitur etiam Deſuper irrigo, & Superfundo. Etymol. αἰονᾶν exponit καταχέειν & λούειν, item καταντλεῖν. quo verbo Galenus de eadem re vtitur, vt καταντλεῖν οἷς ὕδατι θερμῷ ὅσον ἱκανὸν διαφορῆσαι τοὺς τοιούτους ἰχῶρας.

C. Καταιονάω, ῶ, Idem. nam Gal. καταιονᾶν ὑδρίᾳ & αἰονᾶν pro eodem dicit. Apud eūdem legitur, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔχειν περιτεθειμένην, καταιονῶντά τε καὶ καταπλάττοντα τοῖς μαλακτικοῖς ἐκ χαλκῆς δίνακος μέροις. Vt autē hîc καταιονᾶν & καταπλάττειν, ſic alibi καταντλεῖν & καταπλάττειν copulat, ſcribens, πλὴν δὲ φλεγμονὴν καὶ καταντλεῖ καὶ καταπλάττει, καὶ φαίζει, &c. vbi Linacer vertit, Perfundit & cataplaſma ſuperimponit, & ſcarificat. HINC Καταιόνησις, Perfuſio, Fotus, quod Gall. dicitur Estuuement. καταιόνησις ἐν τοῖς βαλανείοις, in balneis, Bud. ex Euſtathio.

Αἰονάω etiam & καταιονάω legitur in vulg. lex. ſed Αἰονάω potius & Καταιονάω à Galeno & aliis dicitur. apud quem tamen & καταιονεῖν alicubi habent quædam exēplaria, quum in aliis contrà ſit καταιονεῖν.

¶ Αἰόνη, Subigo ordea, madefaciēs aqua: vt ait Ælius Dionyſius apud Euſtathium, citans hunc Pherecratis locum, κοὐδὲν ἐπιχεῖται τὰς κριθὰς ἀλλ' ἢ πίονα, φησίν, αἰόνησιν, αἰονεῖν. At Pauſanias ibidem ſcribit αἰεῖν non αἰονεῖν, in hoc ipſo Pherecratis loco: dicens αἰεῖν ſignificare πίανειν cum ibi, tum apud Ariſtophanem in Pace. At Heſych. Ælium Dionyſium ſequens, αἰονῶν exponit πίανων.

ΑΙΠΥΣ, εος, ὁ, Altus, Excelſus, In edito loco poſitus. Hom. Il. β, — Δίου τ' αἰπὺ πολίσθρον. Apud eūdem αἰπὺ τεῖχος. Fœm. gen. αἰπεῖα. neut. αἰπύ. vt — αἰπεῖα κολώνη, apud eundem in Bœot. Compar. αἰπύτερος, Altior. Superlat. αἰπύτατος, Altiſſimus. ‖ Αἰπὺς δόλος, Altus dolus, fortaſſe verti poſſit apud Heſiodū, pro Alto pectore excogitatus. Sic aliquando Latini poetæ videntur adiectiuum altus vſurpaſſe.

Αἰπύς, Grauis, Ingens. Item Difficilis (ſicut Lat. Arduum opus, metaph.) Αἰπὺς πόνος, grauis labor. Itidē αἰπὺς ὄλεθρος, Graue exitium, Il. ρ, — ὑμῖν δ' αὖτ' αἰσα φαίνεται αἰπὺς ὄλεθρος. Sic apud Heſiodum, — ποδῶν αἰπεῖα ἰωὴ exponitur Pedum grauis ſonitus.

Αἶπος, ους, τὸ, Altitudo, Celſitas. ὕψος. Apud Euripidem εἰς αἶπος ἔρχεται exponitur In arduum tendit. ‖ Αἶπος item Cacumen montis. Heſychius autem ait αἶπος ſignificare locum altum ſeu ὑλώδη. Item κάματον, id eſt laborem.

Αἰπὺς, πεῖα, πὺ. vt πόλιν αἰπεῖαν, Il. ν. Sic αἰπὺ ῥέεθρα, Il. Ψ & φ. quod tamen αἰπὺ vult Euſtathius ex αἰπέα per ſyncopen eſſe factum: ſed quū αἰπὺς inueniatur, illinc eſſe potius dicendum eſt.

Αἰπεινὸς, ὴ, ὸν, Idem quod αἰπὺς, ſiue αἰπὺς. vt Ἴλιον αἰπεινὴν, Il. ρ. Πήδασον αἰπεινὴν, Il. ζ. Antipater in epig. Καὶ μάλα αἰπεινᾶς περιμήδεα κάματον.

Αἰπήεις, εντος, ὁ, Idem. vt Apoll. Arg. ι, — πῆσιν λίθον αἰπήεντα. Ibidem, Καύκασον αἰπήεντα. In Anth. epigr. αἰπήεντα κατάγλις, Alta procella.

C. Αἰπύδμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Altè extructus, In edito loco ædificatus. vel In altum extructus, Cuius alta eſt ſtructura. Nonnus. Ex αἰπὺς & δμητός. Vide δομάω.

C. Αἰπύκερως, ωτος, ὁ καὶ ἡ, Excelſa cornua habens. vt αἰπύκερως ἔλαφος. Ex αἰπὺς & κέρας.

C. Αἰπύνωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Excelſum tergum habens, Excelſus. Ex αἰπὺς & νῶτον. vt αἰπύνωτος Δωδώνη, apud Æſchylum.

ΑΙΡΕΩ, ῶ, F. ἥσω, P. ηκα. (Aor. ι, ἆρον, ſicut & ἀρῶ, alterum futurum, tanquam ab ΕΑΩ, inuſitato: de quo vide in fine ſignificationum ipſius Αἴρω) Capio, Prehendo, Comprehendo, Corripio. Vel, Inuado, Occupo. Il. α, — κόμης ἕλε Παλλὰς Ἀθήνη, coma prehendit Peliden. Prouerbium apud Suidam, ἁλόντες ἡρήμεθα, Capiē tes capti ſumus, vel Comprehendentes comprehenſi ſumus. Il. ω, Εἰ γάρ σ' αἶψα κιχὼν καὶ ἐπὶ χερὶ θῆκε φαεινῇ Ὦ μοῖρα καὶ ἄπιστος ἀνήρ, Si te corripuerit, Si tibi manus iniecerit. Xen. Pæd. ι, ἤροντο πῶς αὐτῶν. Il. ρ, Τρῶσιν ἐγχείῃσιν ἁλοίμην ἠὲ ἁλοίην. ſub. ἵππους. ſperem me potiturū equis. Sæpe αἱρεῖν dicitur curſu capere, id eſt currendo aſſequi, & comprehendere. Il. φ, — εἰ μή τιν' ἀπὸ κραιπνοῦ Ἀχιλῆος φύζα ἕλοιτο, &c. Αἱρήσειν με καὶ ὤς. Xenophon Pæd. 4, τὸ μὲν φεύγοντα αἱρεῖν, τὸ δὲ ἐπιόντα ἀναχωρήσαντα. Hinc & venatores apud Heſiodum dicuntur αἱρεῖν lepores. & apud Lucianum in Dial. Ven. & Cupidinis, de Diana, ἐρᾷ θήρας καὶ ἐλάφων καὶ νεβρῶν, αἱρεῖν τι διώκουσα καὶ καταπηδῶσα. ‖ Vt autem per metaphoram inanimata quoque dicuntur nos Capere aut Occupare apud Latinos (vt Capit me deſiderium, tædium, pauor, obliuio: Macies artus occupat, & ſopor lumina) ſic apud Græcos, poetas præſertim, talia dicuntur nos αἱρεῖν, videlicet ἵμερος, πόθος, λήθη, &c. Il. ι, — μηδέ πῃ ὕπνος Ἀιρείτω, neque ſomnus quenquam occupet. Il. β, — μηδέ σε λήθη Αἱρείτω, neque te capiat obliuio. Iliadis γ, — καί μιν γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ, inceſſit me cupido, ſiue deſiderium. Od. α, ἐμὲ δὴ χλωρὸν δέος ἕρπει. ‖ Item vt Latinè dicunt Occupare imperium, ſic αἱρεῖν τὸν ἀρχὴν, apud

Platonem.

Αἱρεῖν, Deturbare, Euertere, Decutere. Itē Expugnare, Subigere, ὁ πόλεμος τὸν ἄνδρα αἱρεῖ, id est, Deturbat, Euertit, καταβάλλει. Quod exemplum citat Bud. in lexico. Sic autē & αἱρεῖν πόλιν, Euertere ciuitatem, pro καθαιρεῖν, πορθεῖν. vt apud Thucydidem, τὴν Φειὰν αἱροῦσι. Schol. exponit, τὴν πόλιν αὐτὴν πορθοῦσι. & αἱρεῖσθαι idem exponit πόρθησιν apud eundem. Sed aliquando & χειροῦσθαι exponit. id est, Subigere, Expugnare, In ditionem suam redigere. Herodot. in Clione, αἱρεῖτο τὰς πόλιας χώμασι, Expugnabat ciuitates, aut Subigebat, ductis aggeribus. vel simpliciter Ciuitates capiebat. Idem in Thalia, συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων αἱρήκει, vbi nota αἱρήκει pro ἠρήκει. Aristides in Panathenaico, ἔστιν δ' ἠρήκει πᾶσαν Αἴγυπτον δὶς ἤδη, antea bis iam Ægyptum vniuersam subegerat. Αἱρεῖν de homine dictum à Xenophonte itidem interpretor Expugnare, nō, vt alii, Allicere: quū dicit, ὡς πονηρὰ ἀνθρώπια οὐκ ἂν ἄλλως μᾶλλον ἕλοις, ἢ εἰ δίδοιής τι. id est, Improbos homunciones nullo pacto magis expugnes quàm dādo aliquid. Alit autē vertunt, Non aliter allicias. Sed existimo Xenophontem ita αἱρεῖν dixisse sumpta metaphora ab vrbibus, vt Latini Expugnare dicunt metaphoricé. sic Expugnare pudicitiam, Liuio: Expugnator pudicitiæ, Ciceroni. Idem, Sapientis animus virtutibus omnibus vt mœnibus septus, vincetur & expugnabitur. Sic poeta quidam dixit, Artibus innumeris mens expugnatur amantum. Gregor. Nazianz. in epit. Basilii, ὡς ἡμᾶς γε οὐχ αἱρήσεις, Nos nō expugnabis, Nō facies nos tibi cedere & acquiescere. Ac in lex. vulg. perperam exponitur, Nos in hæresin non induces.

Αἱρεῖν τινὰ δίκην, Bud in Comm. exponit Vincere iudicio, Reū peragere. Demosth. contra Midiam, ὑπὲρ δίκην ἡρηκώς. Sed ad verbum αἱρεῖν δίκην est Causam obtinere, siue tenere, & quasi Capere causam & ea potiri. Sed hoc interest, quòd αἱρεῖν τινὰ δίκην de actore tantùm dicitur, vt Bud. annotat: at Latinis Causam obtinere seu tenere, de reo quoq; vsurpatur. Sic αἱρεῖν τινὰ γραφῇ Dem. Pro corona, Obtinere accusationem, Obtinere causam suā in accusando aliquo, Vincere accusando.

Αἱρεῖν, Cōuincere & Damnare, inquit Budæus. Æschines in Ctesiph. μηδ' αἱρεῖν παρρησίας ἐναντίον τῆς Ἑλλήνων τῶν δήμων τῆς Ἀθηναίων. pro eodem dicitur & ἁλίσκειν. Eodem modo Aristoph. in Nubibus, Κλαίουσα δώρων ἑλόντας. Idem ibidem, αἱρεῖ γὰρ αὐτὸν οὐχ ἡ κατηγορία ἢ ἐμὰ ἀλλὰ τὰ δημόσια χρήματα, id est, Acta publica eum conuincunt, seu Reum peragunt. Actis publicis reus peragitur, conuincitur, tenetur. At verò apud Platonem aliter vertendum existimo in Apologia, quum dicit, τοῦτ' ἔστιν ὃ ἐμὲ αἱρήσει, εἰσὶ γὰρ αἱρῆ, οὐ Μέλητος, οὐδὲ Ἄνυτος, ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος, Calūnia vulgi & inuidia me causa cadere faciet, aut Condemnari me faciet, non Anytus aut Melitus. Sic enim malo vertere quàm Conuincet. sed ita vt intelligatur, Me causa cadere faciet tāquam cōuictum, Condemnari tāquam peractum reū. Subiungit ἃ δὴ πολλοὺς καὶ ἄλλους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἥρηκεν. ¶ At pro conuincere seu euincere per metaphoram elegantem vsurpatur in hoc genere loquendi, ὁ λόγος αἱρεῖ, vel ὁ λογισμὸς αἱρεῖ. Æsch. contra Ctesiphontem, δικαίως ἂν ἡγοῖς εἰδώς, τί ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς αἱρῇ. id est, quod ipsa ratio euincat. Ita enim verto sequens Horatium. Quintilianus Rationem dictare aliquid, dissimili quidem metaphoræ genere, sed significatione simili vsurpare videtur. Plut. in Consol. ad Apollonium, διδόναι τι ἑαυτῷ πρᾶγμα ὅπερ λόγος αἱρεῖ βέλτιστα ἄγειν. i. disponere, ordinare, constituere res suas eo modo quo ratio euincit optimè constitui. Alii vertunt, Prout ratio exigit seu postulat. At ego vertēs, Ratio euincit, metaphoricam verbi huius significationem retineo. Possit etiam verti fortasse Ratio dictat, ex Quintiliano, vt modò dixi. Denique is ita ordinat res suas vt ratio euincit ordinandas esse, cui ratio ordinationis suæ constat. Quare hac etiam dicendi formula commodè, vt opinor, exprimere possimus illam Græcam. Herodotus in Euterpe, καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει, Quinetiam ipsa ratio id euincit, vel id dictat. Sic &, κατὰ τὸν αἱροῦντα λόγον, Contra quàm euincat & dictet ratio. Sed apud Herodotum videtur latius accipi hæc phrasis cum alibi, tum libro 1, ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶται ὅ, τι μιν ὁ λόγος αἱρέῃ, id est, Qui sacrificauit, secum aufert carnes, & eas conuertit in quemcunque vsum ei visum fuerit. vel, ei libuerit. Quidam vertunt, In quemcūque vsum fert animus, vtitur. Idem in Melpom. πρόσπορον δὲ ἴσῳ μὴ ἡμέας λόγος αἱρῇ, ἢ συμμίξομέν τι, id est, Nisi nobis visum fuerit. Alii interpretantur, Nisi nos ratio traxerit. At si rationis vocabulum retinere vellem, dicerem potius Nisi ratio nos moueat, vel, Nisi hoc nobis placeat vt rationi consentaneum, vel, Nisi hoc rationi consentaneum videatur. Sed rationis vocabulum nihil necesse est retinere, quòd in eadem phrasi videatur id mutare in γνώμη. quum dicit αἱρέει ἐμὴ γνώμη. pro Sic liber, sic placet. q.d. Euincit mea opinio. Verùm obseruari debet dici ἐμὴ γνώμη, at λόγος simpliciter non ἐμὸς λόγος.

Αἱρεῖν pro ἀναιρεῖν, Interficere. Sophocles apud Suidam πέλεμος γὰρ οὐδένα ἀνδρ' ἐσθλὸν αἱρεῖ πονηρόν, ἀλλὰ πᾶς χρηστὸς ἀεί, .i. Bellum virum nullum improbum occidit vltrò, sed probos semper. Sic autē & ἕλω significare φονεύω tradit Eustathius, à quo deductum sit ἕλωρ (qui & aliam tamē deriuationem affert, videlicet ab εἷλκω) Obseruandū est autem, quanuis inusitatum sit thema ἕλω, magis tamē, grāmaticorū iudicio, recepta esse ab eo deriuata quædā tēpora, quàm quæ ab αἱρῶ deducta sunt. Eustathius enim in Iliad. λ, v. 453, Ὅσσοι καθαιρήσουσι θανόντι φάος, annotat καθαιρήσουσι positum esse pro καθελοῦσι. Itidem verò apud Suidam reperio καθαιρήσεται, καθελεῖται: addentem in vsu esse apud Thucydidem, & bonam aliorum scriptorum partem. Ab hoc autem ἕλω fit & nomē adiectiuū ἑλατής (quod post deriuata ab αἱρῶ ponetur, ante composita) fit & compositum ἰλίσκομαι, quod vide in πάτομαι.

Αἱρέομαι, οῦμαι. F. ἑσοῦμαι, P. ἧρημαι, Aor. 1, ἡρέθην, Aor. 2, ἑλόμην (ab ΕΑΟΜΑΙ inusitato) in actiua significatione, Capio, Sumo. Od. β, Εὐπείθεος γὰρ ἐγὼν αἱρήσομαι, id est sumā, capiā, videlicet ἀμφιφορεῖς & ἄλφιτα ὠνὰ δόρποις. non, vt Valla exponit, Soluam. quasi αἱρῶ absolutè ponatur pro ἀφαιρεῖν siue ἀποτίνειν. Od. κ, — ὕπνου δῶρον ἑλοντο, somnū ceperūt. Od. ξ, δόρπον ἕλοντο, cœnarunt. q.d. cœnā ceperūt, vt dicitur Sumere cibū, Capere cibū. Sic Herodotus in Thalia ἄριστον αἱρεομένοισι, prandium sumentibus, prandentibus. Thuc. 2, ὡς δ' ὕπνου τε καὶ σίτου αἱρεῖσθαι, id est, cibum & somnum capere. Xenophon Præd. 8, ὅτι αὐτὸς ποτε περὶ ἱδρῶσαι δεῖπνον ἥρετο. Et pro Capio quidem vsurpatum reperitur in huiusmodi phrasibus vtplurimū. ¶ Aliquando Capesso exponitur, vt αἱρεῖσθαι τὰς πράξεις, Capessere. sed hic potest Eligere reddi (de qua significatione, quæ frequentissima est, mox dicetur.) Sic & apud Xenophontem αἱροῦμαι τινὰ ὁδόν quod Capesso iter, Ineo viam & instituo, quidam interpretantur: sed potest hic itidem Eligere verti. Itidem apud Demosthenem, αἱροῦ τοιαύτην πολιτείαν, talem Reip. administrandæ rationem instituisti, vel elegisti. Atque hoc loco vtro modo reddas, parum refert. nam qui dicit se hanc vel illam rationem instituisse, significat rationē eam sibi placuisse præ aliis, & eam se elegisse.

Αἱρεῖσθαι (inquit Budæus) est Anteponere & Pluris facere, cum ἀντὶ iunctum. Aristot. Ethic. 9, εἰκότως δὴ δοκεῖ ἀσυνδαίους εἶναι, ἀντὶ παύτων αἱρούμενος τὸ καλόν. Hactenus Budæus. Habet autem & alias cōstructiones in hac significatione: vt cum πρό, itidem cum genitiuo, loco ἀντί. Xenophon, πόσοι καὶ πρὸ δέκα μνῶν ἑλοίμεθα, Hunc decem minis prætulerim. Sic Plato Pol. 2, δικαιοσύνην αὖ πρὸ μεγίστης ἀδικίας αἱροῖμεθ' ἄν. Herod. 1, πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, bellum præfert paci. Plut. in Numa, ἡσυχίαν πρὸ τιμῆς αἱροῦμαι, Quietem honori antefero. Reperitur etiā alicubi αἱροῦμαι positum cum genitiuo sine alterutra harū præpositionum, vt αἱροῦμαι τῶνδε πάσχειν, pro πάσχειν πρὸ τῶνδε. Sic αἱροῦμαι ζωὴν θανάτου, Præfero vitam morti. Sed suspecti sunt hi loci. ¶ Αἱρεῖσθαι, exponitur etiam Malle, constructum cum illis duabus præpositionibus ἀντὶ & πρό. vt in illo Xenophontis loco, πόσοι καὶ πρὸ δέκα μνῶν ἑλοίμεθα, hunc malim quàm decem minas. αἱρεῖσθαι autem cum ἀντὶ positum redditur verbo Malle, præsertim quum infinitiuo iungitur. vt Dem.

pro Corona, παμπλῆσαι αἰτὶ τοῦ καταγρᾶσαι εἴλετο. Xenophō, A
ἑλέσθαι δουλεύειν αἰτὶ τοῦ πολεμεῖν τῷ κρείττονι, Malle ſeruire quàm bellare. Sed poſſumus his quoque verbis Antefero & Antepono vti in horum locorum interpretatione: ſi ex infinitiuis nomina faciamus: vt ſi Xenophontis hunc locum ita reddamus, Præferre ſeruitutẽ bello. Αἱρεῖσθαι verti ſolet Malle in hac quoque cõſtructione, αἱροῦμαι πόλεμον ἢ πόλιν. Xenophon, ἁιροῦμαι πλουτεῖν μᾶλλον ἢ ἀσελθῶς ζῆν, Malim mori quàm &c. Sed poteſt etiam exponi, Præferam mortem illiberali vitæ generi. Rectè & hoc modo exprimi poſſe mihi vi- B
detur, Potior mihi erit mors vita illiberali. Ita & apud Iſocratem in Paneg. ὅμως ἡρούμην τοῖς ἀδικουμένοις βοηθῶν μᾶλλον, ἢ τοῖς κρείττοσι συναδικεῖν. Sic & apud Platonem in Apologia μᾶλλον αἱροῦμαι Budæus exponit Malo, καὶ πολλῷ μᾶλλον αἱροῦμαι ὧδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι, ἢ ἐκείνως ζῆν. Sed hic itidem poteſt μᾶλλον αἱροῦμαι exponi Antepono aut Præfero: hoc modo, Hanc mortem, poſt talem apologiam, illi vitæ antepono. Idem Bud. tradit, in hac ſignificatione αἱρεῖσθαι ſine alia etiam particula vſurpari, citans hæc Laertii in Ariſtippo, ἀλλ' οὐ δεῖ τοῦτ' εἶναι C
αὐτῷς νοσεῖν ἢ ἰατρεύειν. Sed dixerit quiſpiam fortaſſe hic deeſſe μᾶλλον, vt ἕλοιτο μᾶλλον, ſit Magis velit, id eſt malit. Quanquam & apud Demoſthenem eandem ἔλλειψιν (ſi ἔλλειψις vocanda eſt) reperio. Sic quoque apud Homerum cũ verbo βούλομαι. Dicit præterea Budæus αἱρεῖσθαι ſignificare Velle: citans tamen locum Platonis in quo eſt αἱροῦμαι μᾶλλον, quod explicat Malo. Sed notandum eſt αἱροῦμαι poni pro Volo, etiam ſine particula μᾶλλον, cum infinitiuo. Iſocr. in Euagor. 1, αἱροῦμαι καταλιπεῖν. Idem alibi, αἱροῦμαι λέγειν. Nonnulli tamen vertere D
maluerunt his in locis αἱροῦμαι, Conſtituo. At ego Suidã ſequens reddo ſimpliciter Volo. Nam αἱρῶ pro βούλει ſumi ait hic, εἰ πρόσθεν αὐτὸς αἱρῇ λέγειν. Plato de Repub. σὺ οὖν πότερον αἱρῇ; Vtro modo vis, vel mauis? Et vt αἱροῦμαι pro Volo, ſic οὐκ αἱροῦμαι pro Nolo capitur, vt apud Laertiũ in Socrate, hoc in loco quem & Budæus citat, Χαρμίδου τινὸς δεήσεως αὐτῷ εἰπόντος, εἰ ἀπ' αὐτῶν φοιτήσειεν, οὐκ εἴλετο. Sic & alibi apud eundem.

Αἱρεῖσθαι, Eligere, Deligere. Dem. Pro corona, ἢ ὁποτέρου τύχοιμεν αὐτῶν ἕλοιτ' ἕκαστος αὐτῶν, Vtrius eligat conditio- E
nem, vel Vtrius conditionem malit. Apud eundem, αἱρεῖσθαι φίλους, Deligere amicos, Deligere pro amicis, vel quos in amicorum numero habeamus. Plato in epiſt. τὸν μὲν παρὸν φίλον φοβοῦμαι, τὸν δὲ τὸν ἀπόντα αἱρεῖται. Demoſth. ἕλου διαιτῆσαι πολιτείαν, talem reip. adminiſtrationem elegiſti. Xenophon, αἱροῦμαι τὴν ὁδόν. Nonnulli tamen in hoc loco αἱροῦμαι vertere maluerunt Inſtituo, ſicut & in illo Demoſthenis, non magno diſcrimine. Sic apud Ariſtot. ad Theod. αἱρεῖσθαι interpretati ſunt quidam Cõſectari, Perſequi: propter oppoſitum ei φεύ- F
γειν. Dicitur etiam αἱρεῖσθαι δικαστήν, Eligere iudicem, & αἱρεῖσθαι ἄρχοντα, Eligere belli imperatorem, vel, vt alii, Delignare, Creare. Xenophon. Pæd. 2, αἱροῦμαι αὐτὸν τὸν τῶν Ἰνδῶν βασιλέα δικαστήν. Idem Pæd. 7, ὡς ἕλοιτό με πᾶσι τοῖς νῦν βασιλεῦσι προστάτην τῶν πολέμων. Idẽ Pæd. 1, αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατείας, eligunt. vel, vt alii, delignant, creant, pro χειροτονοῦσι.

Αἱρεῖσθαι, inquit Budæus, Opinari, Cenſere, Sectam aliquam conſectari, vt philoſophi faciunt. Theodor. in Eccl. hiſt. 1, εἰ πλείοσι τῶν τῶν Δούκειαν αἱρουμένων. Philo De G
mundo, κατὰ τὰς παλαιὰς αἱρουμένας, ſecundum eos qui cõtrarium dogma ſequuntur.

Αἱρεῖσθαι, in paſſiua ſignificatione, Capior, Comprehendor, vt in prouerbiali hoc dicto apud Suidam, αἱρούμενος ἡρήμασται. Phal. in epiſt. αἱρεθεὶς ὑπὸ τύπου. Αἱρεῖσθαι Reũ peragi, Cõuinci, Manifeſtum eſſe, pro ἁλίσκεσθαι: vt αἱρεῖν ſignificat Reum peragere, Conuincere, pro ἁλίσκειν. Itẽ αἱρούμενος dicitur qui ſuis verbis conuincitur. Bud. in Comm. Αἱρεῖσθαι, Eligi, Deligi, vel Deſignari, Creari, frequẽtiſſimè de magiſtratibus. Demoſth. Pro corona, H
ἀνοίσῃ τῶν ἀμφικτυόνων ἡγεμόνα. Plut. in Pericle αἱρεθεὶς ἀθλοθέτης. Idem in Themiſtocle, αἱρεθεὶς ταξίαρχος ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Thuc. αἱρεθεὶς ἡγεμὼν ὑπὸ τῶν πόλεων. Plato De leg. ἡγεμὼν θεὸς τῶν ἀρχόντων.

Αἵρεσις, εως, ἡ, Expugnatio, vt dicitur αἱρεῖν πόλιν, Expugnare vrbem, vel capere: ſic αἵρεσις πόλεως Expugnatio vrbis, aut captio, ſi poſſet vſurpari. Thuc. 2, ἐφοβήθησαν μὴ αὐτοῖς οὔπω ἡ αἵρεσις τῆς πόλεως, ἦτι &c.

Αἵρεσις, Electio, vel Optio. Iſocr. De pace, ἐν ταῖς αἱρέσεσι τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνοντας, errantes in electione rerum, in eligendis rebus. Idem in Panath. κρεῖττόν τινι αἵρεσιν εἶναι τῶν ἀγαθῶν ποιεῖν ἑτέρους ἢ παθεῖν αὐτοὺς ἀναμένειν, id eſt, Exiſtimarunt eſſe potiorem electionem grauibus iniuriis afficiẽdi alios quàm eas ab illis patiendi. Sed Latinè hoc durè diceretur ita ad verbum: malim ergo ita, Sed optabilius exiſtimarunt, alios afficere &c. vel. Sed ex duobus quæ illis propoſita erant, aut alios lædere, aut ab illis lædi, illud huic anteponendum eſſe duxerunt. Idem Iſocrates in Areop. αἵρεσιν & δοκιμασίαν copulat: ibidem, αἵρεσιν & κρίσιν, quum dicit, παρὰ τοῦ καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν κρίσιν ταύτην εἰληφότος. Apud Demoſthenem autẽ Pro corona, ἐφ' ὑμῶν ποιήσασθαι τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν, vulgò exponunt, Sectari vos. At verò Politianus apud Plutarchum αἵρεσιν ποιοῦμαι ὅτι τῷ Πυθίῳ reddit, Eius optionis Pythium cõſulo. Vertitur autẽ αἵρεσις optio, in hoc præſertim loquendi genere, αἵρεσιν δίδόναι, quod eſt frequẽtiſſimum. Iſocr. ad Philippum, εἴπερ θεῶν αἵρεσίν τινα δοῦναι μετὰ τοσαύτης ἀπορίας ἔμελλεν &c. Demoſth. Olynth. 2, εἴπερ αἵρεσίν μοι δοίη, τῷ τῆς πρώτης ἡμέρας πόλεως τύχω ἂν ἑλοίμην ἢ τῷ ἐκείνου. Soph. pro αἵρεσιν δίδόναι, id eſt optionem dare, dicit, αἵρεσιν νέμειν. Thucyd. 2, γίγνεταί μοι αἵρεσις, Optio mihi datur, Eligere poſſum vtrum malim. Dicitur etiã αἵρεσις στρατηγοῦ, Electio imperatoris, vel potius creatio vt αἱρεῖσθαι στρατηγόν, Creare imperatorem, ſeu eligere. vnde αἵρεσιν ποιεῖσθαι, apud Plat. De leg. Chryſoſt. de creatione epiſcopi loquens, ὡς εἰκὸς ὀρθῆς κρίσεως λογισμῶν τὴν αἵρεσιν πεποιῆσθαι. Apud Ariſtotelem quidam magiſtratus creatur αἵρεσει, quidam κλήρῳ. vnde etiam αἱρετὴ ἀρχὴ & κληρωτή.

Αἵρεσις, Conditio, à Budæo ex Pandect. annotatur. κατ' αἵρεσιν, Bonis cõditionibus. Inſtit. De iure perſonarũ, & ἐπὶ αἵρεσιν γεγραφεῖς, Hæres ſub cõditione ſcript⁹. Eſt autẽ finitima hæc ſignif. illi qua pro optione ponitur.

Αἵρεσις idem. eſt etiã quod γνώμη, Animus, hoc eſt Volũtas & propoſitum, vt ait Budæus, citans hunc Polybii locum, in 1, ἐξ ὧν καὶ μάλιστα συνίδοι τις αὐτὸ μεγαλόψυχον ἡγεμονεύσαν τῆς Ῥωμαίων αἱρέσεως. & addit, ſic ſæpe vſum eſſe. Et quidem lib. 5, eodem modo vſum eſſe comperio, quũ dicit, παρὸ δικαίως μὲν διαφωνεῖται τῆς αἱρέσεως ἡ διαλήψεως τοῦ βασιλέως. Sequendo autem hanc Budæi expoſitionem, dicemus αἵρεσιν idem valere hic quod προαίρεσιν. Quam ſignificationem mihi videtur habere & apud Demoſthenem, quum dicit, ὡς ἐμὲ μὲν ἐξ ἀρχῆς εἶχεν πρὸς ὑμᾶς αἵρεσιν, οὐκ ἀγνοεῖ. Scio tamẽ & aliter hic exponi.

Αἵρεσις, Secta, Dogma, inquit Budæus. Nonnulli autẽ αἵρεσιν, quum de philoſophis dicitur, exponunt, opinionem de aliquo dogmate firmatã. αἱρέσεις philoſophorum à quibuſdam enumerantur decem, ab aliis nouẽ duntaxat, excludẽdo videlicet Pyrrhonicã. Ex his nouem celeberrimæ fuerũt quatuor, Academica, Peripatetica, Stoica, Epicurea. Apud Galenum ad Glauc. 1, μιᾷ δὲ καὶ μόνῃ αἱρέσει, & ἐμπειρικὴ αἵρεσις, Secta methodicorum, Secta empiricorũ, à quibus diſtinguitur δογματικὴ, Secta dogmaticorum. Vnde & videri poſſit impropriè explicari αἵρεσις ἐμπειρικὴ ſeu μεθοδικὴ, methodicorũ dogma & empiricorũ dogma, ſi methodici & empirici diſtinguũtur à dogmaticis: aut etiam illis opponuntur. Seruius hæreſes appellari ait habitus animorum & inſtituta philoſophiæ circa diſciplinã. Cic. in Paradox. præfatione, Cato autem perfectus, mea ſententia, Stoicus, & ea ſentit quæ non ſanè probantur in vulgus, & in ea eſt hæreſi quæ nullũ ſequitur florem orationis. Athen. 13, καθάπερ οἱ τῆς Λεοντίου περιεχόμενοι αἱρέσεως, ἄσωτοι καὶ ἁβροδίαιτοι. Apud eundem ἡ περὶ τὸν τρυφὴν αἵρεσις dicitur ſtituẽ, dogma mollitiem & delicias approbans: lib. 12, φιλοσόφων δὲ αἱρέσεις εἶναι τὰς περὶ τὸν τρυφὴν αἱρέσεως αἱρετικὰς. Αἵρεσις apud eccleſ. ſcriptores Dogma prauum de iis quæ ad Chriſtianorum religionem pertinent, Dogma orthodoxæ fidei non conſonum. Vnde αἱρετικοί, praui alicuius dogmatis ſectatores: de qua voce paulo pòſt dicam.

Δίρχιάρχος

C. Αἱρεσιάρχης, vel Αἱρεσιαρχής, Hæreſis autor, id eſt ſectæ, A quo ſecta quæpiam initium cepit. Et apud eccleſ. ſcriptores Autor dogmatis à religione Chriſtiana alieni.

HINC Αἱρεσιαρχία, eſſe autorem ſectæ.

C. Αἱρεσιομάχης, ου, ὁ καὶ ἡ, Hæreſis (id eſt ſectæ) propugnator, Qui pro hæreſi pugnat. Philo De vita M. lib. 1, ὡς ἔθος τοῖς αἱρεσιομάχοις, οἷς ἐστὶ δόγματα, ἀπὸ αὐτομάχη, βοηδρομίας, id eſt (Turnebo interpr.) Vt ſolent contentioſi pugnacéſque ſectatores.

Αἱρεσιώτης, ου, ὁ, Hæreticus, in Pand. Et αἱρεσιώτις fœm. genere: vnde αἱρεσιώτις πολιτία exponitur à Suida ἡ τῶν αἱρετικῶν. vt αἱρεσιώτης idem ſonet quod hæretica, id eſt quæ recepta eſt apud hæreticos. Sed apud Suidam malè poſita γραφὴ, erroris occaſionem præbuit in vulg. lex. Græci vt αἱρεσιώτης per ſe dicatur ſignificare πολιτία τῶν αἱρετικῶν.

¶ Αἱρετέον, aduerbiũ poſitionis, Eligere oportet, Expetere oportet. vnde nomen gerundiui Latini formam habens, αἱρετέος, έα, έον, Expetendus, da, dum. Xenoph. Ἀπομν. 1, αὐθρώπου γνώμην αἱρετέα εἶναι νομίζω εἶναι.

Αἱρετὸς, ὸν, ὁ, Eligendus præ aliis, Ad verbum, (ſed barbarè) Eligibilis. A Cicerone exponitur Optabilis, itẽ Expetendus. Ariſtoteles in Rhet. βίος ἄλυπος, αἱρετὸς, Vita tranquilla & moleſtiis carens, expetẽda. Idem ibidem, καὶ τὸ καθ' αὑτὸν αἱρετὸν ὁ φίλος. Ab Athenæo 7. lib. citatur liber Chryſippi philoſophi περὶ τοῦ δι' αὑτὸ αἱρετῶν. Hinc αἱρετώτερος in comparatiuo gradu, Potius eligendus, Potior habendus, Optabilior. Et ſæpe in neutro genere αἱρετώτερον, Optabilius. Xenophon Pæd. 2, τοῖς πολεμίοις δὲ τὸ φεύγειν ἢ τὸ μένειν αἱρετώτερον, Hoſtibus autem fugere eſt optabilius quàm manere. vel, Hoſtes ſatius ducunt fugere. Idem Pæd. 3, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον, ἢ φεύγοντας σῴζεσθαι, Optabilius eſt inter præliandũ mori, quàm fuga ſalutem quærere. A Polybio opponuntur αἱρετὸς & φευκτὸς, vt diximus antea αἱρεῖσθαι & φεύγειν ab Ariſtotele opponi.

Αἱρετὸς, ὸν, ὁ, Electus, Delectus, vel Creatus. Plutarch. in Lycurgo, ἄνδρες αἱρετοὶ, Viri delecti aut lecti. nam lectus pro delectus eleganter ponitur. αἱρετοὶ δικασταὶ, Electi iudices, Iudices quos elegerunt qui diffident, id eſt Arbitri. Vnde αἱρετὸν δικαστήριον, Arbitrium in Pandect. Æſch. contra Cteſiphontem, ὅσα τις αἱρετὸς ὢν ἐπέθετο καὶ ψήφισμα, οὐκ ἔστι ταῦτα λόγοι. Apud Iſocratẽ & Ariſtotelem αἱρεταὶ ἀρχαὶ quæ dantur αἱρεταὶ: à quibus differũt κληρωταὶ quæ dantur κλήρῳ. Apud Demoſthenem αἱρεταὶ diſtinguuntur ἀπὸ τῆς χροτονητῶν & κληρωτῶν.

C. Αὐθαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Voluntarius, Spontaneus, Sponte inuectus: vt αὐθαίρετα πήματα, Damna ſponte inuecta. Pythan Carm. aur. Γνώσεαι δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας. Apud Xen. Hellenicῶν 6, θάνατος αὐθαίρετος, Ciceroni Mors voluntaria. Sic αὐθαίρετος δουλεία dicitur, & κίνδυνος αὐθαίρετος, periculum quod aliquis ſponte adiit.

¶ Apud Thucyd. lib. 1, pag. 26, ἔως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ βουλία, id eſt, In amborum arbitrio & poteſtate poſita. hoc eſt, Dũm adhuc liberum & integrum eſt bene conſulere. A ſcholiaſte exponitur αὐτεξούσιος. Puto in verbum etiam reſolui poſſe: vt ἔως ἔτι αὐθαίρετος ἡ βουλία, perinde ſit ac ſi dixiſſet, ἕως ἔτι αἱρεῖσθαι δυνατοί τινων βουλίαν, id eſt, Dum poſſunt adhuc eligere & amplecti bonum cõſilium. Ariſtoteles Ethic. lib. 3, cap. 5, ἡ δὲ τῶν τέλους ἕξεως οὐκ αὐθαίρετος, quod exponitur à Lãbino, Si appetitionẽ finis nemo ſibi ſuo arbitratu adoptare poteſt. ¶ A Suida αὐθαίρετος exponitur αὐτοάγγελος: ſecundum quam expoſitionem αὐθαίρετος ποιεῖν dicetur qui ſponte ſua ſiue vltro aliquid facit.

HINC aduerb. Αὐθαιρέτως, Vltro, Sponte.

C. Εὐαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Expugnatu facilis, Facilè expugnabilis. In qua ſignif. citatur ex Xen. Item, Qui facilè eligi poteſt, Electu facilis, In vulg. lex.

C. Παλιναίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rurſum creatus (eo ſenſu quo dicitur creari magiſtratus) Qui, poſt abrogatum ei magiſtratum, rurſum creatur magiſtratus. Apud Harpocrat. (qui & alias expoſitiones affert) legitur πάλιν αἱρεὸς diuiſim: ſed apud Suidã, qui ex illo deſcripſit, habemus παλιναίρετος: quam lectionem meliorem eſſe puto. In vulg. lexicis, ex ipſo Harpocrat. ſic annotatur illa expoſitio, πάλιν αἱρεὸς dici qui initio per ſuffragia reiecti



eſſent, ac poſtea per eadem probari. Sed pro ἀρχῶ quod Harpocr. habet, legitur apud Suidam ἀρχῶ πᾶσα ἄρχη. In iiſdem lex. ita reſeruntur reliquæ duæ Harpocr. expoſitiones: vt πάλιν αἱρετὴς dicatur is qui muneribus coruptus defendendos ſuſcipit eos quos antea calumniatus eſt: aut qui in manifeſta calumnia deprehẽſus multatur, nec ad dicendum admittitur priuſquam impoſitam illi multam exoluerit. Tu Harpocr. & Suid. vide.

Παλιναίρετα οἰκοδομήματα, id eſt παλιναίρετα ædificia, Quæ fuerũt diruta, deinde inſtaurata, Pindaro in Dith. inquit idem Harpocr. In vulg. lex. citatur & ex Plat. in Tim. παλιναίρετα γὰρ πάντα γεγονότα ἐξ διεφθαρμένα.

Αἱρέτις, ἰδ, Electrix, Sapient. 8, αἱρέτις τῶν ἔργων. A maſculino αἱρέτης, ου, ὁ, Electo.

Αἱρετίω, ῶ, F. ίσω, P. ικα, in vulgar. lexicis Græcis annotatur idem valere quod αἱροῦμαι. ſed apud Græcos lexicographos nondum reperi.

Αἱρετικὸς, ὸν, ὁ, vt apud Ariſtotelẽ Moral. magn. 1, αἱρετοὶ τῆς οὐσίας κίνδυνοι, Pericula quæ quadam eſſentia deliguntur, id eſt quodam modo & mediocritate, vt Iac. Faber exponit. Verùm notandum eſt αἱρετικὸν potius actiuam quàm paſſiuam habere ſignificationem: vt ſit αἱρετικὸς qui eligit, vel qui aptus eſt ad eligendum: hoc autem in loco habeat priorem ſignificationem. ſed ibi οὐσίας meritò viris doctis ſuſpectum eſt.

Αἱρετικὸν συναλλαγμα, Sub conditione factum. Bud. ex Pand.

Αἱρετικὸς, inquit Budæus, Qui ſectam alicuius amplectitur & fouet, vt à Suida vſurpatur in προαιρετικοί. Sunt qui ſectatorem interpr. ¶ Apud eccleſ. ſcriptores αἱρετικοὶ opponuntur τοῖς ὀρθοδόξοις, id eſt, Iis qui rectam de fide Chriſtiana habẽt opinionem. Iuſtinianus in Nou. Conſt. 118 hæreticos opponit iis qui ſunt τῆς καθολικῆς πίστεως.

Αἱρετίζω, F. ίσω, P. ικα, Eligo, Deligo. Item, Optabile iudico. Matth. 12, ἰδοὺ ὁ παῖς μου ὃν ᾑρέτισα, quem elegi. Suidas αἱρετεῖ exponit Potiorem me ducet. eſt autem αἱρετεῖ tertia futuri pro αἱρετίσει. Hippocrates, ἡμεῖς οὐχ αἱρετίζομεν. pro οὐχ αἱρούμεθα. Maccab. 2, ἀλλὰ πᾶσι ἑαυτῶν ἀγχῶ αἱρετίζοντες, id eſt, inquit Budæus, præferentes & magis volentes.

Αἱρετίζω, Hæreticis adhæreo, Sectæ hæreticorũ adhæreo. Suid.

Αἱρετίζομαι, Eligo. Potius duco, Malo. Arethas, αἱρεῖται βιοῦν αἱρετισάμενοι, καὶ τῆς Χριστοῦ δουλείας ἀφιλιάσαντες.

Αἱρετιστὴς, οῦ, ὁ, Qui ſectam aliquam ſuſcepit. Laert. ius, οἱ καὶ αἱρετισταὶ ἀπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι τοὺς καλουμένους Ἐπικουρείους.

¶ Αἱρετιστὴς, Sectator, Qui partes alicuius ſequitur, ex Polybio, vt ait Bud.

Αἱρεπῶ Heſychius exponit Aſſumo, & ἀἱρεπῶ ἀντὶ τοῦ ἐκλέγω ἐμαυτόν. ſecundum quam expoſitionem præſentis temporis eſt αἱρεπῶ, factum per contractionem, opinor, ex αἱρεπάω. Poteſt & ex αἱρεπόω factum videri. Quinetiam αἱρεπῶ futurum eſſe poſſet pro αἱρεπόω: vt αἱρεπεῖ pro αἱρετίσῃ apud eundem Heſychium.

c.2. Ἀκαθαίρετος, ΕΤ Δυσκαθαίρετος, ΕΤ Εὐκαθαίρετος. Hesychius ἀκαθαίρετον exponit τὸ μὴ χρούμενον, ἢ ἀφαιρούμενον, id est Inexpugnabile, vel Quod pessundari non potest, siue aboleri. Suidas ἀκαθαίρετος exponit ἀκατάλυτος, exẽplum addens, πύργος ἀκαθαίρετος, turris quæ euerti seu dirui non potest. Δυσκαθαίρετος autem & Εὐκαθαίρετος opponuntur. Δυσκαθαίρετος enim Qui vix euerti potest: at Εὐκαθαίρετος, Qui facilè euerti potest.

H

C. ΠΑΡαιρέω, ῶ, (licet Bud. scribat voce tantùm passiua dici) Theoph. De hist. plant. lib.5, διὸ καὶ οἱ ἀρχιτέκτονες συγχώφουσι παραιρεῖν τὰ ἔξω πλὴ μήτραν, itaque architecti hoc addunt in syngrapha, ac nominatim cauẽt, vt eximatur medulla, vt vertit ipsemet Bud. Comm. p.594. ‖Apud Thucydidem autem παραιρεῖν pro Diruere, vt Valla interpretatur lib.3. pag.113, καὶ τὸ πρυτανεῖον πλὴ Ἀθηναίων παρεῖλε [τὸ ὀπισθόδομος videlicet] Schol. exponit μέρος παρέκοψε, si mendo caret hæc scriptura. Inuenitur & apud Euripidem παρεῖλες pro Detraxisti.

Παραιροῦμαι, Adimo, Aufero, Aristot. Pol. 3, ἀπορεῖσθαι δι' ὄχλου, παραιρεῖσθαι γὰρ μικρὸν ὄντες οὐκ ἐλεύθερου ἢ δούλης, id est (Bud. interpr.) Quum autem abundat ipsis multitudo, auferunt è numero ciuium ex seruo ancillâque natos. Demosth. ἔως πολλοὺς ἤδη ἐκ παραγράμμων αὐτῶν βαρβάρους καὶ ἰδίας. Idem De f. leg. οὐ δέ γε τοὺς χρόνους ἔστιν ἐν αἰδίκημα ἢ τυραννοῦ παρελέσθαι καὶ νικῆσαι, Rerum gerendarum occasiones eximere. Et cum duobus accusat. Aristid. Pacasiones eximere. Et cum duobus accusat. Aristid. Panath. καὶ παρείλοντο Ξέρξου τὰς ἐλπίδας τε καὶ τὴν αἰτίας, Xerxi spem suam expectationémque abstulerunt. Item cum accusatiuo & genitiuo: Xenophon, βουλόμενος τοὺς σώσαντας αὐτὸν παρελέσθαι. vbi παρελέσθαι sonat quod Gallicè dicitur *soustraire*. In vulg. lex. exponitur Auertere. Dicitur & παραιροῦμαί σοι τοῦτο, pro I'ruo te hac re, Adimo tibi hãc rem. Herod. lib. 6, καὶ παρελόμενος πάσης τῆς ἀπορωμένης οὐδὲν ἧσσον. Idem lib. 5, καὶ τὴν πρώτην παρῃρέθη ὁμφὸς. Hoc etiam scribit Budæus, Demosthenem verbis παραιροῦμαι & περιαιροῦμαι in eundem ferè sensum, vti.

Παραίρεσις, Ademptio, Detractio. Aristot. Polit. 5, καὶ παραίρεσιν ποιοῦνται τῶν ὅπλων, pro παραιροῦνται τὰ ὅπλα, Adimunt arma vel detrahunt. Plato, καὶ ὡς δὴ τῶν δαιμονίων καὶ τῆς οὐσίας παραιρέσεις, fortunarumque ademptio ob æs alienum. Bud. Apud Thucydidem autem παραίρεσις exponitur diminutio, lib. 1, ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τῆς τῶν ἐναντίων ἰσχύος.

Παραίρημα, Quod adimitur aut detrahitur. In vulg. lex. exponitur Recisio, è Bud. epist. post. Thuc. lib. 4, pag. 137, καὶ ὁπόσα τῶν ἑαυτῶν παραιρήματα ποιοῦνται, ἀπαχθόμενοι, &c. vbi παραιρήματα Pollux ait vocari à Thucydide τὰ περὶ ταῖς ὥραις, ἃς παραιδοῦναι φησὶν ὡς ἰσχυρὰς εἰς ἀσχόλιον. Schol. autem dicit, ὡς εἴ τις ἕλκοι, πλὰ μοῖράς τινας ἀποχωρίσαι τῆς ἰσχύος. Hesychius exponit παραιρέσεις ἱματίων. Ego existimo ἐκ τῶν ἑαυτῶν παραιρήματα ποιοῦνται esse dictum pro παραιροῦνται μέρη ἑαυτῶν ἀπὸ τῶν ἱματίων. vt quum Gall. dicitur, *Faire des pieces de quelque chose* pro *Despecer*. Valla interpretatur Restes. Quidam autem παραιρήματα perperam ibi legerunt, vt in hac voce docebo.

C. ΠΕΡΙαιρῶ, ῶ, Circum aufero, vel in circuitu. Item pro Circuncido, Amputo: vnde περιαιροῦσι τὴν ἄμπελον, vitis amputatis sarmentis. Putatás Gaza ex Cic. dixit. Bud. Comm. 668. Theophr. de caus. Plant. lib. 3, cap. 6, περιαιρῶν τὴν θάλειαν τῶν κλάδων. Item Detraho. vt Herodianus lib. 3, περιῄρουν ἅπαν αὐτοῦ τῆς ἐξουσίας τὸν Στέφανον. Idem lib. 2, ὅ τι ξιφίδιον περιαιροῦσιν αὐτῶν. Ab Aristophane autẽ περιαιρεῖσθε ἀλαζονείας inuersa illa constructione dicitur, quod schol. exponit παύεσθε. In pallinodia voce, cum priore illa constructione, vt περιαιρεῖται τὸ αὐθρώπου, ab homine aufert. Et cum accus. (licut ἀφαιροῦμαι) vt Demosth. in Midiam, ἐπὶ περιαιρέσει εἶεν τὰ ὄντα, ἴσως μὲν οὐκ αἰσχύνοι, Si ab eo auferrentur eius diuitiæ & publicarentur, modestius deinde ageret. Eadem constructione dicitur περιαιρῶ ταῖρίζας, quod exponitur à Gaza Ablaqueatur. Περιῃρημένος exponitur etiam Euersus, vel Profligatus: vt in hoc Thucydidis loco, lib. 3, καὶ τὰ πλεῖστα λοιπὸς, τῶν ἄλλων περιῃρημένων, ἀδύνατος ἦν μᾶλλον ἔτι ἔχειν. Budæo exponitur etiam Excutio, Abstergo. & subiungitur hic ex Demosthene locus, περιαιρεῖσθαι τὴν ὄψιν τὸ φρόνημα αὐτῶν.

Περιαίρεσις, Detractio, Circũamputatio, Theophr. De hist. pl. lib. 4. cap. 17, περιαίρεσις τὸ φλοιοῦ. quod alibi φλοισμὸν appellat, Plinius decorticationem.

Περιαιρετὸς, Exemptilis. vt περιαιρετοὶ ὀφθαλμοί Luc. Historiæ veræ lib. 1, τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξαίρει τοὺς αὑτοῦ, φυλάττει δὲ αὖ ἑκάστη ἰδίαν.

C. ΠΡΟαιρέω, ῶ, Promo, Depromo. Thuc. lib. 8, pag. 191, ἐς λῦσαι καὶ τὸν σῖτον διαιρεῖσθαι παῖδας καὶ τὸν ὑπάρχοντα πᾶν καὶ τὸν ὁπλισμὸν ἐξαιρεῖσθαι, καὶ σπεῦδον προαιροῦντας πωλεῖν. vbi Valla προαιροῦντας interpr. Promentes, non malè, mea sententia. Reperio enim & apud Lucianum, καθάπερ ἐκ ταμιείου προαιρῶν. Rara est autem hæc vox actiua, & in vulg. lex. omissa.

Προαιρέομαι, οῦμαι, signif. actiua, Præfero, Antepono, Præopto, Malo. q. d. Præeligo. Herod. lib. 6, ὃ παρόντος κινδύνου τὸ μέλλον προῃρέθη ἀνεδέξατο τιμὴν, id est (Polit. interpr.) Futurum quàm præsens periculum præoptans, honorem scilicet recepit. Luc. in dialogo Achillis & Antilochi, ὅς, ἐξὸν ἀκινδύνως ἐν τῇ Φθιώτιδι βασιλεύειν, ἑκὼν προῃρεῖτο τὸν μετὰ τῆς ἀρετῆς θάνατον. Interdum verò additur particula αἱρεῖ aut μᾶλλον, quæ facit vt quodammodo vacet præpositio. Xen. θάνατον αἱρεῖ αὐτὸν προαιρετέον ἐστίν. Aristot. Pol. 5, cap. 11, προαιρεῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν. Rursus Xenophon, προαιρεῖσθαι τὸ κατηγορεῖσθαι μᾶλλον προάγειν ἢ τὴν γαστέρα χαρίζεσθαι. vbi animaduertenda est etiam traiectio aduerbii μᾶλλον. Lucianus cum μάλιστα iunxit in Anacharside, διὸ καί σε μάλιστα φίλον ἐξαπάντων Ἀθηναίων προαιροῦμαι καὶ κλίνω. Dico autem hic velut otiosam esse præpositionem, quia simplex αἱροῦμαι poni posset: vt αἱροῖσθαι μᾶλλον κερδαίνειν, & εἱλόμην μάλιστα: sic, θάνατον αὐτὸν αἱρετέον ἐστίν. at in duobus exemplis quæ prima attuli, locũ itidem habere simplex non posset.

Προαιροῦμαι, Constituo, Statuo, Mihi certum est. vnde προαίρεσις Propositum, Bud. Exponitur etiam, Consultò seu certa deliberatione & ratione aliquid facio. Demosth. Pro Ctesiph. πάλαι σκέψασθε τί ἡμῶν ἑκάτερος προεῖτο προαιρούμενος. Idem ibidem, πολλὰ καὶ καλὰ καὶ μεγάλα ἡ πόλις Αἰσχίνῃ καὶ προεῖτο καὶ κατώρθωσε δι' ἐμοῦ. Idẽ ibidem, ὅτι πάντα τὰ ἐμαυτοῦ προειρούμην πολιτεύματα ἀφ' ὧν, &c. Ex quibus locis colligimus duplicem huius verbi constructionem, videlicet προαιροῦμαι προάγειν τινὰ & προαιροῦμαι τινα. Cõmodè autẽ προειλόμην προάγειν τινὰ existimo posse reddi Mihi proposui hoc facere: (vt dixit Ouid. Hæc sibi proposuit thalamos violare pudicos) Sed & Proposui hoc facere, nõ addito illo pronomine, non puto exemplo carere. Fortasse προπηλάκισε μοι ὑβρίζειν commodè etiam interpretabimur Propositum ei fuisse iniuriam mihi inferre. At προαιροῦμαί τινα, non seq. infinitiuo, In animum induxi hoc facere, vel dicere. Sed & in animo habeo, vel, In animo mihi est hoc facere, vel, In animum induco, aut induxi, hoc facere aut dicere, respondere videtur τὸ προαιροῦμαι. Sunt qui προειρούμην τὰ ἐμαυτοῦ πολιτεύματα in illo Demosthenis loco vertant Suscepi: sed inter προαιρεῖσθαι & Suscipere longum esse interuallum puto. Multa enim possumus προαιρεῖσθαι diu antequam suscipiamus, atque adeo quæ nunquam suscepturi simus. Apud Aristotelem autem προαιρεῖσθαι philosophicè positum verterunt olim Eligere, & προαίρεσις Electio. Apud quem Ethic. lib. 3. cap. 2, & deinceps sæpe occurrit hoc verbum προαιροῦμαι (licut & verbale προαίρεσις) vt quum scribit, καὶ ὁ ἀκρατὴς, ὃν θυμῷ μὲν προάγει, προαιρούμενος δὲ οὐκ ὀρθὸν ἀλλ' ἀπαθῆ, προαιρούμενος μὲν, ὅτι θυμῷ δὲ οὔ. vbi nouissima interpretatio huius operis sic habet, Præterea incontinens a cupiditate impulsus agit, non consilio capto: continens contrà, consilio capto, non cupiditate impulsus agit. Et cum accusatiuo ibidem, προαιροῦνται δὲ πολλὰ τοιαῦτα οὐδέν, ἀλλ' ἔστι εἰπεῖν αἰσχίω δι' αὐτὸ. ἔτι δὲ ἡ μὲν βλάπτουσα, τῷ πλείω ὄντι μᾶλλον, ἡ δὲ προαίρεσις, τῷ προαιρουμένῳ. οἷς, ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιαινοῦμεν. id est (ex eadem interpretatione) Præterea voluntas, est vitiorum ac finis: consilium autem, eorum quæ ad finem pertinent. Verbi gratia, bene valere volumus, consilium autẽ capimus eas res adhibere quibus bene valeamus. Item quæ proximè ibi præcedunt, προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· καὶ ὅτις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι. id est, Consilium enim non est eorum quæ fieri non possunt: & si quis dicat se talium rerum agendarũ consilium cepisse, stultus esse videatur. Item cap. 3, εἰ γὰρ βασιλεῖς ἃ προείλοντο αἰσθάνοιντο τοῦ δήμου, id est, Nam quibus de rebus reges consilium ceperant, eas populo renuntiabant. Idem Aristoteles, lib. 5. cap. 8, τῶν δὲ ἑκουσίων τὰ μὲν προαιρούμεθα προβουλευσάμενοι, τὰ δ' οὐ προαιρούμεθα. προαιρούμεθα μέν, ὅσα προβουλευσάμενοι· ἀπροαίρετα δὲ, ὅσα ἀπροβούλευτα. id est, Eorum autem quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus, alia consilio non capto. Consilio capto agimus quæ re deliberata: non capto consilio, quæ re non deliberata agimus. Quos locos colligendos putaui vt ex iis conaretur lector veram huius verbi significationem elicere: sed eius etymologiam præterea ex eodem Aristotele afferam in προαίρεσις, quæ ad eam eliciendam adiumento esse poterit: simul autem & quo modo alii interpretentur, docebo.

Προαίρεσις, ως, ἡ. Propositum, Studium, Institutum, Voluntas. Demosth. Pro corona, καὶ τὸ μηδένα μεμφθῆναι τοῦτο πάλιν, μηδὲ τοῦτο προαίρεσιν αὐτῆς, ἀλλὰ τοῦτο τύχην καλεῖν. Vbi obserua προαίρεσιν & τύχην opponi, eodem modo quo ab Aristotele Pol.7, τὸ δὲ σπουδαῖον εἶναι τοῦτο πάλιν, οὐκέτι τύχης ἔργον, ἀλλ' ὀρθῆς μνήμης καὶ προαιρέσεως. Rursus Dem. ibidem, ἢ μὲν εἶναι πολιτείαν καὶ προαίρεσιν. Vt autem hic πολιτείαν ἢ προαίρεσιν, ita προαιρέσεις τῆς πολιτείας in alio eius dē orationis loco dixit. Isocr. quoque προαιρέσεις plurali numero dixit, ad Demonicum, πρὸς τὰ πάθη προαιρέσεις αἰσχυνηλάς, patris instituta vel studia. Syn. epist. 103, εἰ μὲν καὶ βίου ἕξις ἐστὶν ἀφοσιοῦσθαι τὰς προαιρέσεις. Idem ἀγχόνην & προαίρεσιν coniunxit epist. 96. Alex. Aphrod. προαίρεσιν Σωκράτους τοῦ τ' βίου, Institutum vitæ, vel institutam ab eo vitam. Sic Herodianus initio lib. 5, τὴν τοῦ βίου μου τοῦτο ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν, id est (Polit. interpr.) Quodnam fuerit meum iam inde à principio vitæ institutum. Non minus autem commodè per verbum reddi posse existimo, sic, Quomodo iam inde à principio vitam instituerim. Προαίρεσις interdum etiam vertitur Voluntas: vt in hoc Cic. loco in Philipp. c Vt si quid mihi humanitus accidisset, hanc vocem testem relinquerem egregiæ voluntatis, Bud. egregiam voluntatem esse dicit τοῦτο ἀξιέπαινον προαίρεσιν. Synes. καὶ χάρις, ᾗ εἶχον τῇ προαιρέσει τῇ συνόντων, Voluntati cōmendatoris, vel Studio & voluntati. Hinc fit vt ἐκ προαιρέσεως quidam vertant Voluntariè: quod tamen potius redditur Sponte, vel Consultò, vel Dedita opera, vel De industria, necnon Cogitatò, à quibusdam. Quo sensu Demosth. ἐκ προαιρέσεως ὑβρίζειν & ἐκ προνοίας pro eodem ponit. Apud eundem Philipp. 2, qui ἐκ προαιρέσεως d aliquid facit & qui ἄκων, inter se opponuntur. Herodianus autem ἐκ προαιρέσεως & δι' αἰτίαν contraria facit, lib. 3, καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ προαιρέσεως ἀλλὰ δι' αἰτίαν προσῆκτο αὐτοῦ. Vbi videri possit legēdum potius δι' αἰτίαν. Alibi pro ἐκ προαιρέσεως dixit ἑκουσίως, (vt apud Demosthenē, qui ἄκων facit, opponitur illi qui ἐκ προαιρέσεως facit) pro contrario ponens ὑπὸ αἰτίας, eodem libro. At verò apud Aristotelē subtilior est huius vocabuli vsus, quum προαίρεσιν differre vult ἀπὸ τοῦ ἑκουσίου. Quis autem ille sit, dicā in iis quæ proximè sequuntur. e

Προαίρεσις apud Aristotelem sunt qui verterint non solùm Propositum, vel Institutum, Electio, Delectus, sed etiam Consilium, Studium, & Prima animi susceptio: item Intentio. Consilium autem ita acceperunt vt à Cicerone sumitur, quum dicit, De inuent. lib. 2, cōsilium, esse aliquid faciendi non faciēdive excogitatam rationem: vel (vt in quibusdā exempl. legitur) verè excogitatam rationem. Quem vsum habere volunt hoc nomen apud eum ipsum nonnunquam: vt quum scribit in Lucullo, Nec verò satis constituere possum quod f sit eorum consilium, aut quid velint. Et De fin. lib. 5, Nam voluptatis causa facere omnia oportere, quum, etiamsi nihil consequamur, tamen illud ipsum consilium ita faciendi, per se expetendum, & honestum & solum bonum sit, nemo dicit. Sic & apud Plautum, vt quum scribit in Aululatia, Narraui amicis meis consilium meum de conditione hac. Qui autem προαίρεσιν interpretati sunt Intentionem, hunc Quintil. protulerunt locum, ex lib. 10. cap. 3, Nanque illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Quia sequitur, Desinit intueri quod propositum fuerat. Ego exēpla itidem aliquot significationis nominis προαίρεσις ex Aristotele proferam, deinde quid mihi de eius interpretatione videatur, dicam. Πᾶσα τέχνη (inquit ille exordiens primum Ethic. librum) καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι δοκεῖ. Vbi προαίρεσις à quibusdam Propositum, à nonnullis Consilium redditur: sunt & qui Studium ac Institutū vertāt. Et lib. 3. cap. 2, τῶν μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τἄλογα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ· καὶ τὰ ἐξαίφνης, ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ. Et aliquanto pòst, ὥστε γὰρ ἐξ ἀρχῆς δόγμον, κατὰ προαίρεσιν τοῦτο δοκεῖ. Idem lib. 7 itidem negat bruta habere προαίρεσιν, ita scribens de illis, οὐ γὰρ ἔχει προαίρεσιν οὐδὲ λογισμόν, ἀλλ' ἐξίστησι τὴν φύσιν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι τοῦ ἀνθρώπου. Et lib. 10. cap. 8, ζητεῖται δὲ πότερον

κυριώτερον τῆς ἀρετῆς, ἢ προαίρεσις, ἢ αἱ πράξεις. Idem lib. 3, cap. 3, in fine, & lib. 6. cap. 2, dicit προαίρεσιν esse ὄρεξιν βουλευτικήν. Et paulo pòst, eandem quæstionem persequēs, subiungit, πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ, προαίρεσις, οὗτος ἢ πόθεν ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐκ οὗ ἕνεκα πᾶσα· προαιρέσεως δὲ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ τοῦτο ἕνεκα πως: Quæ exempla ad cognoscēdam huius vocabuli significationem satis esse poterunt: nunc de interpretatione dicendum est. Primùm igitur quod attinet ad vocem Electio, qua veteres Aristot. interpretes reddiderunt προαίρεσιν (verbum προαιρετὸς vertētes itidem Eligere, & προαιρετὸς Eligibilis) eam planè repudiandam esse id dico: licet vir doctiss. Petrus Victorius ea nobis quoque abutendum esse censeat. Ideo autem repudio quòd προαίρεσις non sit electio, id est non sit id quod per electionem illi vet. interpr. intellexerunt, sed quod ex ipsa electione sequitur. Nam Electio (sicut & Delectus) est ipsa eligendi actio, vt ita loquar: at προαίρεσις tum demum animo nostro insidere potest quum iam hoc vel illud elegimus. Est enim προαίρεσις eius qui ex pluribus rebus vnam quandam tandem post deliberationem elegit & cæteris prætulit. id est πρὸ ἑτέρου αἱρεῖται, sicut Aristoteles προαιρετὸν dictum esse tradit ὡς ὂν πρὸ ἑτέρου αἱρετόν. Quo respiciens in quodam Rhet. loco προαιρεῖσθαι & προκρίνειν posuisse existimatur. Ad cæteras autem interpretationes quod attinet, nullas mihi magis placere fateor apud Aristotelē, vbi strictè προαιρέσεως vocem accipit, quàm vel Propositum, vel Consilium. Sed quum nonnulli ex illis quibus vocem Consilium suæ interpretationi adhibere libuit, alterum illud vocabulum Propositum reiiciant: ego contrà sic mihi d placere dico Consilium, vt multo magis placeat Propositum. Quinetiam addo, periphrasticè quoque verti posse Propositam sententiam, ex eodem Cicerone. Cæterùm cur vocem Propositum improbent, hanc afferunt rationem: quòd quum Aristoteles Ethic. 3, τὴν προαίρεσιν velit esse non finem, sed eorum quæ ad finē pertinent, Propositum contrà vel finis sit, vel de fine dicatur. vt apud Cic. Epist. lib. 1, Neque mihi in omni vitā erit res vlla proposita quā vt quotidie vehemētius tè de me optimè meritum esse lætere. Sic & alibi rem quampiam esse alicui propositam, eodem modo dicit. Et De finibus 5, dicit habere Propositum quasi finem, ita scribens, Omnium naturam esse cōseruatricem sui, idque habere propositum quasi finem & extremum, se vt custodiat in quamoptimo sui generis statu. Hos illi & similes afferunt locos: quibus respondeo, alium esse vsum nominis substantiui Propositum vt quum dicor Manere in proposito, & A proposito deterreri nō posse: id est, Propositi tenax esse, vt Ouidius loquitur. qui etiam dixit Vtile propositum. Cic. quoque Offic. lib. 1, Catonem semper in proposito permānisse, hac significatione dixit. quem alioqui Manere in sententia pro eodem fateor dicere, & quidem frequentius. Sed & Proposita sententia ei sonat idem quod Propositum, vt quum scribit pro Ligario, Quem de suscepta causa propositáque sententia, nulla vis, nullum periculum posset depellere. Quòd si obiiciant, Proposito etiam & Propositæ sententiæ aliquam finis significationem subesse, ideóque προαίρεσιν eo exprimi non posse, eadē certè ratione & vocem Consilium reiiciemus. Nam quum dicitur à Cicerone (quod etiam exemplum illi tanquam pro se facientes afferunt) Nónne eo consilio ex Italia profectus est vt prohiberet Syria Dolabellam? quum inquam ita loquitur Cicero, nemo neget eum declarare quid illa profectio propositum habuerint tanquam finem.

Æquè igitur commodè (meo iudicio) vertemus apud Aristotelem Ethic. initio, πᾶσα προαίρεσις, Propositum omne, ac Consilium omne. Cur autem Propositum malim etiam quàm Cōsilium, in causa est quòd talis quædam vis sub præpos. Latina latere videatur in Propositum (nam de substantiuo peculiariter hoc dico) qualem habere πρὸ in προαίρεσις. Aristoteles docet: quum idem de προαίρεσις & προαιροῦμαι intelligēdum sit quod de προαιρετὸν dicit. Aut enim valde fallor, aut Propositum dicitur quasi Antepositum: vt Pro in aliis

quibusdam compositis ita accipi nemo ignorat. Sed A poterimusne eadem voce in verbi quoque interpretatione vti, quemadmodum qui προαίρεσιν consilium vertunt, προαιρεῖσθαι Consilium capere reddunt? Incōmodius quidem προαιρεῖσθαι verbo Proponere reddi fateor (addito gerundio & pronomine datiui casus) quàm προαίρεσις nomine Propositum: sed ita tamen vt nec alteram interpretationem incommoditate carere existimem. Exempli gratia, Aristoteles docens βούλησιν esse finis, at προαίρεσιν, eorum quæ ad finem pertinent, vel quæ ad finem nos veluti ducunt, scribit, ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν. quod in postrema illius operis interpretatione sic vertitur, Bene valere volumus, consilium autem capimus eas res adhibere quibus bene valeamus. Cui interpretationi obiici posse videtur, nos προαιρεῖσθαι ea quæ ad valetudinem conseruandam spectant, id est περὶ ἑπόρων αἱρεῖσθαι, conuenienter ei quod iam ceperimus consilio: & ita προαιρεῖσθαι non esse Consilium de illis capere, sed potius Consilium de illis cepisse: consilium inquam de illis consectandis, siue amplectendis: Vel potius, Consectari ea, seu amplecti, certo cōsilio. Quæ quum ita sint, nihilo incōmodius (imò verò paulo etiam cōmodius) ita verti posse existimo, Bene valere volumus, ea autē nobis consectanda proponimus per quæ bene valeamus. Sed pro Consectanda, & in huius loci & in similium interpretatione, alio vti vocabulo possumus, quod rei de qua agitur, aptum esse videbitur. Quinetiā nomen Propositum accommodare nos posse ad verbi interpretationem existimo, si hoc aut simili quopiam modo reddamus, Ea certo proposito consectamur, vel cæteris anteferimus, quæ, &c. In illo itē cap. tertii loco, οἱ γὰρ βασιλεῖς ἀπὸ προαιρέσεως αἰσήμιλον τὸ δῆμον; nō video quid obstet quominus vertamus, De proposito suo certiores eos faciebant. Itidem verò cap. 2, vbi dicit, τὸν ἐγκρατῆ facere προαιρούμενον, puto participium προαιρούμενον verti posse per nomen: vt sit προαιρούμενον προαίρεσιν Cum certo proposito facere. Alio præterea modo nomen Propositum interpretationi verbi προαιρεῖσθαι adhibere possumus: vt si λόγου τοῦ φιλοσοφεῖν προαιρούμενον interpretemur, A philosophandi proposito aliquem auocare.

Quas tamen ego interpretationes, non vt quæ mihi plane satisfaciant, sed vt quæ minus cæteris displiceāt, affero: quippe qui in his quoque quod reprehēdi possit animaduertam. Miror certe fuisse qui προαίρεσις interpretati sint Voluntas, apud ipsum Aristotelē strictè hanc vocem accipientē, & ita quidem vt manifestum discrimen inter προαίρεσιν & βούλησιν statuat. Illos igitur satis ipse refellit Aristoteles. Sed & iudicium aliud esse quàm προαίρεσιν, nec posse ita reddi, manifestissimum B est. nam προαιρεῖσθαι posterius est quàm προκρίνειν. quum dicat Aristoteles, τὸ γὰρ ὑπὲρ τῆς βουλῆς προκρῖναι, προαιρετόν ἐστι. Loquor autem in tota hac disputatione, de προαιρέσει, quatenus strictè accipitur: quum latius interdum accipiatur, & tum eas etiam interpretationes quæ suprà fuerunt positæ, admittat. Sic quum Aristoteles significationem προαιρέσεως arctè sumens, eam ἀπὸ τῆς ἑκουσίου distinguat initio cap. 2, libri 3 Ethic. vidimus contrà ὑπὸ προαιρέσεως & ἑκουσίως confundi, latius significationem eius extendendo. Quin & ipsemet Aristoteles C quum in fine eiusdem capitis dicat, ἡ γὰρ προαίρεσις μᾶλλον λόγου καὶ διανοίας, itidémque lib. 6. cap. 2, scribat, διὸ οὔτ' ἄνευ νοῦ καὶ διανοίας, οὔτ' ἄνευ ἠθικῆς ἕξεως ἡ προαίρεσις, in Rhet. tamē ἀπὸ διανοίας & ἀπὸ προαιρέσεως diuersa facit: ita scribens lib. 3, καὶ μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας λέγῃ ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ προαιρέσεως. Sed nec προαίρεσιν sonare προαιρουμένην dicemus in illis Aristotelis locis quos protulimus, aut in similibus (quanuis ἐκ προαιρέσεως & ἐκ προνοίας eodem sensu alibi poni dixerimus) & tamen προαίρεσιν & πρόνοιαν de vna eadémque re dixisse illum compe- D rio. nam pro eo quod lib. 3, cap. 2 dicit, ἔστιν γὰρ τὸ ἑκούσιον, καὶ προαιρεῖσθαι δοκεῖ, scribit lib. 5, cap. 8, διὸ καλῶς τὸ ἐκ προνοίας ἐκ προαιρέσεως κρίνουσι. Sic etiam, quum προαίρεσιν neget esse finem (vt paulo antè docui) sed de iis dici velit quæ ad finem pertinent, de eadem re tamen

προαίρεσιν & προαιρετὸν apud eum habemus. nam quum lib. 6, cap. 12 scripsisset, ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθὸν, ἡ δὲ φρόνησις τὰ πρὸς τοῦτον, idem repetens paulo pòst, ita loquutus est, τὸν μὲν οὖν προαιρετὸν, ὀρθὸν ποιεῖ ἡ ἀρετή· τὰ δ' ὅσα ἐκεῖνός ἕνεκα πράττει προαιρεῖσθαι, οὐκ ἔστι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἑτέρας δυνάμεως. Quos ego locos profero vt diuersum huius vocis vsum ostendam, prout eius significatio vel extenditur, vel contrahitur: vnde nemini debere mirum videri dico, si interpretatio quæ in vno loco repudiabitur, in altero admittatur: quanuis alioqui quæ vtrique adhibebitur, eodem pertineat, & diuersum duntaxat (vt ita loquar) respectum habeat.

Προαιρετὸς, ἡ, ὸν, Spontis humanæ & arbitrarius, inquit Budæus, citans ex Aristotele, Metaph. 5, τὸν δὲ προαιρετὸν ἐν ᾧ προαίρεσις ἢ προαίρεσις. τὸ αὐτὸ γὰρ τὸ προαιρετὸν καὶ προαιρετόν. Idem Aristot. Ethic. lib. 3, cap. 1, in fine, τὸ δ' ἑκούσιον, οὐ πᾶν προαιρετὸν, ἀλλ' ὅσα μὴ πρακτὰ βουλευτόν. Et cap. 3, βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν, τὸ αὐτό· πλὴν ἀφορισμένον ἤδη τὸ προαιρετόν. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς βουλῆς προκριθὲν, προαιρετὸν ἐστί. vbi προαιρετὸν vet. interpretes reddiderunt Eligibile: ex illis autē qui illis posteriores fuerūt, alii verterūt Eligēdū seu Deligendum, alii, Quod sub delectum cadit, alii, Id de quo consilium captum est: ego vt προαίρεσις commodius reddi existimo voce Propositum quàm alia vlla, sic προαιρετὸν non dubitarim interpretari Id de quo est nostrum propositum, Vel, Id de quo amplectendo proposita est animo sententia, vel, Id ad quod certo proposito ferimur. Vel, Id quod cæteris posthabitis amplectendum nobis proponimus: sequendo etymon quod habetur, Ethic. lib. 3, cap. 2, in fine, ὑπολαμβάνει δ' ἕκαστος ὧν προαιρετῶν. D 2

Προαιρετικὸς, Propositum habens ad aliquid propensum, Vel, Qui certo animi proposito cupiduse st alicuius rei, siue ad rem aliquam fertur. cum genitiuo, apud Aristotelem Ethic. 5, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκρατὴς δίκαιος ὅλως τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίτοι ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ὀπτικὸς ὅτι. Vbi προαιρετικὸς quidam olim barbarè interpretati sunt Voluntatiuus. Ex nouissimis autem interpretationibus quædam habent Qui enim talibus eligendis atque agendis idoneus sit: aliæ, Qui consilium huiusmodi capit vt hæc sequatur, ad eáque ipsa agenda aptus est. Bud. autem Comm. pag. 668 vbi dixit προαιρετικὸς εἶναι esse Qui cupidè & libenter & propensè aliquid facit, hunc ipsum Aristotelis locum in exemplum affert. Legitur apud eundem Aristotelem Politicῶν 2, προαιρετικὸς τῶν πολιτικῶν, ἢ χρημάτων, ἢ ζωῆς, cui etiam loco conuenire meam interpretationem arbitror quam primam posui. Προαιρετικὸς absolutè positum, id est sine casu: vt προαιρετικαὶ φύσεις, quæ libero arbitrio diuinitus præditæ sunt, inquit Budæus. A quo προαιρετικὸς exponitur etiam ἑκουσιαστικὸς, Sponte faciens. Ab eodem apud Philonem De mundo προαιρετικαὶ ὁρμαὶ exponitur Actiones à proposito proprio manantes: quæ interpretatio ad meam illam accedit. In vulg. lex. ex Aristotele citatur προαιρετικὴ ἕξις pro Electiuus habitus: & ex Galeno προαιρετικαὶ κινήσεις pro Voluntarii motus seu arbitrarii.

Προαιρετικὰ ῥήματα apud grammat. quæ προαίρεσιν significationem inclusam habent (accipiendo προαίρεσιν generaliter pro volūtate vel hoc vel illo modo propensa) vt θέλω, βούλομαι, πόθῳ: atque adeò ipsum verbū προαιροῦμαι, à quo nomen hoc deriuatum est.

c. 2. Ἀπροαίρετος, ου, ὁ ἡ καὶ ἡ, Inuoluntarius, vt quidam exponunt. Dicitur ἀπροαίρετον, quod non fit ex certo proposito, & consultò. Aristot. Ethic. 5. cap. 8, βουλόμεθα μὲ ὅσα προβουλευτὰ ἐσμέν, ἀπροαίρετα δὲ ὅσα ἀπροβούλευτα. vbi quidam ἀπροαίρετα vertunt Quæ aguntur non capto consilio, sequendo illam προαίρεσιν & προαιρετὸν interpretationem de qua dictum est. In vulg. lex. citatur ex Dioscor. lib. 6, cap. 31, ἀπροαίρετος ἴκμας σπερματικὸς pro Inuita seminis profusio, Sua sponte manans seminis fluxus. Sed contrà dicendum fuit, Non sua sponte manans.

HINC Ἀπροαιρέτως, Inuoluntariè, Non sponte, Non consultò, Non de industria, Bud.

c. 2. Αὐτοπροαίρετος, ου, ὁ ἡ ἡ, (sicut & αὐτοπάλωτος & αὐτηρὸς

apud Philonē De mundo) Libero arbitrio agens, Bud. A
ΕΤ Αὐτοπροαιρέτως aduerb. Suo ipsius arbitratu, vel Sua sponte, Bud.

C. ΠΡΟΣαιρέομαι, οῦμαι, Allego, Insuper lego, siue Deligo.

Προσαιροῦμαι (inquit Budæus) Allego, id est, Ad numerum antiquum addo, & mihi coopto. Plut. Camillo, ἔτι παρ' ἐκεῖνα αὐτῷ προσιλόμενος Κορνήλιον. Προσαιρεῖσθαι etiam dicitur (addit idem Budæus) quum vir virum legit. Xen. Pæd. 1, οὕτω δὴ δεξαμένου τὸν Κῦρον, οἱ βουλεύοντες γεραίτεροι αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατείας. ἔδοσαν δὲ αὐτῷ ἑξακοσίους τοὺς ὁμοτίμους προσιλέσθαι. Vt autem in illo Plutarchi loco quem affert Budæus, habetur αὐτῷ προσιλόμενος, sic & apud Dem. κατ' Νεαίρας legimus αὐτῶν προσαιροῦνται, vbi scribit, καινὸν ἦν αὐτῶν προσαιροῦνται Διογείτονα. Sed & in illo Xenophontis loco subaudire poliumus itidem pronomen: vt non videatur distinguenda fuisse significatio quam habet προσαιροῦμαι apud Plutarchū ab ea quam habet apud Xenophontem. Puto tamen, vt aliquis dicitur προσιλέσθαι ἑαυτῷ τινα, ita etiā dici posse προσιλέσθαι ἄλλῳ. vt sit προσαιροῦμαί σε ἐμαυτῷ τῶνδε, vel προσαιροῦμαί σοι τῶνδε. Conuenit porro cum illo Plutarchi loco hic eiusdem in Publicola, προσίλετο αὐτῷ συναίρχοντα, Allegit sibi collegam. B C

C. ΣΥΝαιρέω, ῥῶ, Simul euerto, Simul profligo, quasi συναγαγὼν ἀφανίζω, vt ex quopiam grammatico in vulgar. lex. habetur. quem (quicunque fuerit) ad hunc Thucydidis locum aut similem quempiam respexisse puto, lib. 2, σῶμά τι αὔταρκες ἐν οὐδὲν διαφὰν πρὸς αὐτὸ ἰσχύος πρὸς ἀδικίαν, ἀλλὰ πάντα ξυναίρει, ἢ τὰ πάντη διαίτης δεόμενα, Sed omnia simul profligabat, vel Sed omnia pariter conficiebat, etiam quæ omni victus ratione curabantur: vt ego in mea editione hunc locum verti, totum à Valla pessimè & intellectum & Latinè redditum. Sic vsus est & passiua voce, lib. 8, pag. 271, τὰ τῆς Ἀσίας ἅπαντα ὑπ' αὐτοῦ συναιρεθῆναι, Simul vniuersa euersum iri. Nisi quis otiosam esse hic velit præpositionem. D

Συναιρῶ, Cōtraho in vnum. Item, Simul complector, quasi contrahendo. Hom. Od. υ, v. 95, Χλαῖναν μὲ συνιλὼν καὶ κώεα τὼ ἐν ὀδόντε. vbi Eustathius exponit συνάξας & συνειλήσας, id est, Quum contraxisset & conuoluisset. Qui tamen Lat. interpr. sunt, reddiderunt Corripiens, Idem Eust. affert & hunc versum ex Il. ϖ, v. 740, Ἀμφοτέρας δ' ὀφρῦς συνέλαυν λίθος, οὐδέ οἱ ἦεν Ὄσσε, vbi συνέλαυν itidem positum esse ait pro συνήλασε. quod ita videtur intellexisse vt Homerus dicat supercilia coiisse, vtpote disrupto osse quod interstitium cōstituebat. Breuium tamen scholiorum autor exponit συνέτριψε, quem vulgò sequuntur exponētes Confregit. Vtrobique autem Eustathius admonet hinc esse dicta à grammaticis τὰ συνηρημένα, & συναίρεσις. In illo certè Homeri loco, sequēdo Eustathii expositionem, συνέλαυν esse crediderim interpretandum Commisit: vt quum dicit Celsus oras alicuius plagæ committere futuris. Huc referendum συναιρεῖν de sermone dictum, vt Thucyd. πολλὰ ἂν τις ἔχων εἰπεῖν, ξυνελὼν μάλιστα αὐ δηλώσειεν, id est, Contrahens in pauca, Complexus paucis. Idem lib. 3, ἓν δὲ ξυνελὼν λέγω, πάντα μὲ ἐμοί, &c. vbi sunt qui ἓν cum ξυνελὼν iungunt, sed malè, vt ex aliis locis apparet. Sic lib. 6, ξυνελόντες τε λέγεσθαι οἱ Συρακούσιοι. Greg. συνελὼν δὲ φασὶν αὐ οὐκ ἀπιπόντως. Quod & per accusatiuum & per dat. iuum etiam dicitur. Greg. in Iul. lib. 1, καὶ συνελόντα φάναι, πίνει Θεούτων, &c. Sic συνελόντι δὲ εἰπεῖν, & συνελόντι δὲ φάναι. Interdum autem additur ὡς, vt apud Xenoph. ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν. Nonnunquā verò breuitatis gratia omittitur infinitiuus: vt apud Isæū, συνελόντα δὲ, πολὺ τὸ διαφέρον χρήματος, &c. Interdū & nominatiuus per se ponitur, vt apud Gregorium συνελὼν ὅσον συνδέχεται, Breuiter colligens, Dicens quàm breuissimè fieri potest, vt Budæus interpretatur. Pro eodē dicitur ἐν δὲ λόγῳ εἰπεῖν, vel potius ἐν δὲ λόγῳ, sine verbo. Latini dicunt, Vt vno verbo absoluam, Vt semel dicam, vel Vt semel omnia dicam, Vt semel finiam, Vt paucis complectar. E F G H

Συναιροῦμαι, Sto suspensus, Pendeo animi, Cōtrahor. Ita in vulg. lexicis: vbi ex Phalaride affertur, συναιρούμενος ἀδίδῃ ἡσυχίαν προσήκομέν. (vbi ἀδίδῃ suspectum est) & ex Plutarcho in Numa, συναιρούμενοι τῇ μέλλοντι. Crediderim autem esse potius exponendum hìc συναιρεῖσθαι verbo Cōtrahi, sed metaphoricè sumpto, vt quum Cicero dicit Contrahi incommodis amici. Συναιρεῖσθαι autem quid sit grammaticis, vide in Συναίρεσις.

Συναιρεῖσθαι alia etiam signif. ponitur ab Aristotele, Rhet. 1, ὁ δὲ ὀκνηρασὶς καὶ δικασὶς ἤδη σαφὲς παρόντων ἢ ἀφωρισμένων κρίνουσι, ὥσθ' ὃς καὶ τὸ φιλεῖν ἤδη καὶ τὸ μισεῖν ἢ τὸ ἴδιον συμφέρον συναίρηται πολλάκις. vbi Victorius συναίρηται interpr. Simul aptum connexumque est, vt ὥσθ' οἷς, sit συὼ τῇ κρίσει ὤν. quam expositionem verbi συναιρεῖσθαι, & vt nouam & vt violentam, suspectam habeo: lectorémque moneo vt consideret annon, quēadmodū συναιρῶ respondet interdum Latino Contraho, sumpto in propria significatione, sic & συναιρεῖσθαι hic respondere illi metaphoricam significationem habenti possit: id est sicut Contrahi amicitia & odium dicitur, ita hic τὸ φιλεῖν καὶ τὸ μισεῖν συναίρηται dictum sit: vt sit κρίνουσι ὥσθ' οἱ φίλοι καὶ τὸ φιλεῖν, &c. Apud illos quibuscum vel amicitia contracta est vel odium. Sed quod sequitur, ἢ τὸ ἴδιον συμφέρον, non æquè commodam interpretationem admittere fateor: nisi & hic συναίρηται τὸ συμφέρον dici quis putet, vtà Latinis interdum Contrahere damnum. Alioqui & hoc ipsum verbum συναίρηται non immeritò fortasse alicui suspectum fuerit.

Συναίρεσις, Contractio, Complexio. Ex Greg. Nazianz. citatur συναίρεσις εἰς ἀριθμὸν, pro Complexus numeri. Συναίρεσις apud Græcos grammaticos figuræ nomen, quum duæ vocales in diphthongum contrahuntur, vt quum ex ἀληθέϊ fit ἀληθεῖ, ex Δημοσθένει fit Δημοσθένη: sic ex πλόος fit πλοῦς. Συναίρεσις (inquit Eustathius) δι' ἧς αἱ λίξεις ὀκ πλατυτέρων καὶ ἀναπεπταμένων συνάγονται εἰς βραχύτερον. Quintilianus lib. 1, cap. 5, in Europaī διαίρεσιν esse dicit, quæ contrarium vitium sit ei quod συναίρεσις & συναλοιφὴ vocetur, vt Phæthon, hoc in versu, Quum te flagranti deiectum fulmine Phæthon. Ab iisdē grammaticis Græcis συναιρεῖσθαι dicitur vox in qua fit huiusmodi συναίρεσις. Animaduertendū est autem συναίρεσιν pro contractione opponi τῇ διαιρέσει, vt συναιρῶ pro Contraho, opponitur τῷ διαιρῶ. ita quidem vt præpositiones in his res contrarias declarent. HINC Ἀσυναίρετος, q. d. Incontractè, pro Absque contractione, Eustath. p. 16.

C. ΥΦαιρέω, ῶ, Subtraho, ὑφέλκω. vt Iliad. β, — ὑπὸ δ' ἤρυσαν ἕρματα νηῶν. Apud Thucydidem pro Subduco, lib. 3, τοῦ Ἀθηναίους ῥᾷον καθαιρήσειν, ὑφαιρουμένους αὐτῶν τοὺς ξυμμάχους. Et ὑφαιροῦμαι pro eodem: vt apud Plutarchum in Camillo, πρὸς μὲ ἄλλας ὑφελέσθαι τὰ ἐγχείρια τῆς πολεμίας, hic ὑφελέσθαι exponitur Subduxisse. Sic apud eundem in Themistocle, ὑφήρπαζον τὸ ὕδωρ καὶ παρεχάπυσαν. Item Subripio, Suffuror, apud posteros Homeri, vt Eustathius annotat pag. 194. sed tamen & apud ipsum Homerum ὑφαιρούμενοι ait significare posse ὑποκλέπτοντες, Iliad. ϖ. v. 353, vbi de lupis dicitur, — ὑπ' ὀΐων μήλων αἱρεύμενοι. Altera autem expositio est, τὰ ἐξαίρετα διαφθείροντες, videlicet ὀΐα φυσικῆς διαγωγῆς. sed hæc alteri affinis est. Aristoph. Vespis, Οἰκτίρω μ' ὦ πάτερ, αἰτοῦμαί σ', εἴ τι καὶ σοὶ πώποθ' ὑφείλου. Apud eundem ὑφελοίατο pro ὑφέλοιντο, in Neb. Aristot. De animal. lib. 9, ὑφαιρεῖται τὸ κέρασος ὁ ἰκτῖνος ὅ, τι ἂν ἔχῃ, Suffuratur coruo. vel, Eripit coruo, Aufert coruo.

Ὑφαίρεσις, Subtractio, Subductio. Item, Diminutio, Priuatio, Hesych.

Ὑφαιρέτεια, ας, ἡ, Obstetrix, μαῖα, Hes. Vt sit quæ fœtum subtrahit ex vtero, aut subducit.

Ὑφελήτης, (secundum quosdam vet. gramm.) ab ὑφελεῖν, deinde ablato υ ex principio, & ε ex diphthōgo, φιλήτης. Eust. p. 194. Vide φιλήτης in φιλῶ.

ΑΪΡΩ, F. ἀείρω, P. ἤειρα, (ex ἀΐσσω, vt opinor factum, de quo infrà) Tollo, id est Attollo, Surfum tollo, Eueho, Subueho. ἀείρω, Thucydidis schol. Hom. Il. ρ, — ὡς ἥδιστα νέων αἴροντας Ἀχαιούς. Fest⁹ ab αἴρειν significāte Tollere, dictas Latinis æruminas putat. Apud Aristophanem autem in ἐκκλησ. χεῖρας αἴρειν exponitur Manus attollere, vel potius porrigere. quòd Cicero in oratione pro Flacco, Manus porrexerunt dixerit pro χεῖρας ἀνέτειναν, ibi autem Aristophanes χεῖρας αἴρειν pro χεῖρας ἀνατείνειν

vſurparit. At verò ἐπαίρειν χεῖρας & διάνοιαν αἴρειν, quidā volunt eſſe Manum dare, quaſi victum ſe fatendo.

¶Αἴρω, Augeo, Amplifico. Demoſth. contra Midiam, ἀσεβήμασι ἐχρῆ μᾶλλον αἴρειν καὶ φορτικοὺς ποιεῖσθαι Plutarchus addit ὅτι μᾶλλον, dicens in Gaio, ὅτι μᾶλλον αἴρων τὸ ἀσεβήμα. Nōnunquā verò additur datiuꝰ λόγῳ, pro Amplificare oratione, Exaggerare dicēdo. Hic autem datiuus ſubauditur in illis Demoſthenis & Plutarchi locis. ¶Αἴρειν, Capere, Sumere. Soph. Antigona, — μιᾷ δρασμὸς ἄρειν χερί, Sumere in manum. Sed Tollere in manus dicitur etiam, ni fallor. Ariſtophanes in Ranis, αἶρε κἀπόκλυθι, Cape plectrū. Niſi quis mauult, Attolle. Sic & in metaphoricis loquutionibus, vt ἄρειν θράσος, apud Euripidem, Sumere fiduciam, Sumere animos, vel Tollere animos, vt Latini loquuntur. Sumere ſuperbiam dixit Horatius. Contrà verò ἄρειν δειλίαν, apud Sophoclem in Aiace, q.d. Sumere timiditatem. Melius, Concipere timiditatem. Quidam exponunt, Metum in ſe admittere. Sic ὄγκον αἴρειν ibidem, Faſtum concipere, vel Faſtum attollere. At Αἴρειν λείαν, verterem Prædam reportare: alii tamen Prædā obtinere, reddiderūt. Vide ἀίρομαι. ¶ Αἴρειν in proximè præcedēte phraſi expoſui Reportare: ſignificat verò & generaliter Afferre: vt Ariſtoph. initio Pacis, Αἶρ' ἀθρόαν μάζαν ὡς ἔχοντα καυστέρῳ. Alicubi etiam redditur Admouere, προσφέρειν.

Αἴρω (vt Latinè Tollo) pro Erigo & pro Aufero, De medio tollo, inquit Bud. Vt autē exponitur aliquando Admouere, (cui tamen expoſitioni non facilè ſubſcribo) ſic interdum Remouere: vt αἴρειν τράπεζαν, Remouere menſam. Vertitur etiam Euerto: vt apud D. Ioannem, αἴρουσι τὸν πάπυρον καὶ τὸ ἔδος. Sunt tamen & qui hic αἴρουσιν interpretentur Corripient: ſed ego malim aut Euertent, aut De medio tollent. licet magis conueniat hæc interpretatio huic verbo quum de homine vſurpatur: vt Luc. 23, ἆρι τοῦτον, λῦσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

Αἴρω, Moueo, id eſt Soluo, Proficiſcor, Abeo, vt ait Budæus. Sciendum eſt autem in hac ſignificatione interdum abſolutè poni, nonnunquam cum datiuo ταῖς, aliquando cum præpoſitione ὁπὸ aut ἀπὸ, iuncta genitiuo. Thucydides, καὶ οἱ μὲ ἄραντες τῇ αὐτοσχεδίᾳ ταύτῃ περιέπλεον. Plutarchus in Themiſtocle, αἴρειν βουλόμενος καὶ πλεῖν ὅπῃ τὸν ἰσθμόν. Thucydides, ἄραντες ὑπὸ τὴν Λῆμνον. Sic Syneſius, ἄραντες ὑπὸ Φυτειώτας. Dicitur verò & αἴρειν πλοῖα ναῦν, vt Latinè Soluere nauem. & ἀπὸ τῆς γῆς aliquando additur: vt apud Thucydidem lib. 1. ¶ Item αἴρειν, pro Caſtra mouere, item de quauis profectione terreſtri. Plutarchus, ἅμα τῇ πρώτῃ πλοῖα ἀπέστειλαν, ἄρας ἐχώρει. Idem in Publicola, ἄραντες μεγάλῳ στρατῷ. Thucydides, ἄρας ἐπορεύετο ὅπῃ πλοῖα Μακεδονίαν. Budæus tamen ponit duntaxat Mouere, generaliter.

Αἴρομαι, F. ἀροῦμαι. P. ἦρμαι, in actiua ſignific. Tollo, Erigo: vt ἄρασθαι τὰ ἱστία, pro Erigere vela, Plutarcho. ¶Item, vt ἄρω, Porto, geſto, vel potius Geſtandum tollo (inquit Bud.) hoc eſt, αἴεσθαι ἡμᾶς, ὅπῃ φορτίζομαι. Plutarchus in Antonio, τὰ δὲ δυσὶ ζεύγεσιν ὑπὸ μαστηνῶν φασὶν μόλιστα ἄρασθαι. de frumento loquens quod portare humeris cogebantur. Hactenus Budæus: pro quo videtur facere hic locus Ariſtophanis ἀείρω φέρω, id eſt Fer, ſeu porta, quum ſuſtuleris in humeros. vel, Sublatum in humeros fer. Exiſtimo enim ſubaudienda hæc duo vocabula ἐπ' ὤμων, quæ adduntur nonnunquam: vt apud Demoſthenem, ἀείρω ὅπῃ τῶν ὤμων. Qui tamen & ipſe ἀείρων ſimpliciter dicit: vt ad Phil. epiſtolam μεῖζον φορτίον ἢ καθ' αὑτὸν ἀείρων. Poſſit verò alicui videri non ſatis generale illud ἐπ' ὤμων, quòd onera geſtentur etiam alia corporis parte, vt capite: ſubaudiat igitur ſiquis velit ὅπῃ τῆς κεφαλῆς, aut tale quid. Vtplurimum certè committuntur humeris onera. Vnde & Horatius ſcripſit, — quid ferre recuſent, Quid valeāt humeri. Propertius tamen dixit, — capiti committere pōdus. ¶ Nonnunquam tamen ἄρασθαι nihil aliud eſt quàm φέρειν: vt apud Ariſtophanem in Ranis, Οἷς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι, id eſt, Quos ferre non poſſint, Quos non tulerint (ſeu portauerint) vel centum Ægyptii. Sic apud Euripidem in Oreſte, Ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος αἰθρίου φώς, id eſt, Cicerone interprete, Quod non natura humana patiendo ferat.

Αἴρομαι, Sumo, Capio, Capeſſo. πόνον αἴρεσθαι, Laborem ſumere. quod & Laborem ſuſcipere, exponitur. δίκας αἴρεσθαι, Pœnas ſumere. Soph. Aiace, Δίκας ἀροίμαν ἢ φονεύσαντων πάρα, Pœnas de interfectoribus ſumerem. Apud eundem ibidem in πολῶν κρατὼν αἰρήσεται, videtur αἰρήσεται reddi debere verbo Capeſſere: vt quum dicitur Latinè Fugam capeſſere. quod ad verbum eſt apud Euripidem in Rheſo, φυγὴν ἄρασθαι.

Αἴρομαι, (inquit Budæus) τὸ φέρομαι & λαμβάνω, Fero, hoc eſt, Reporto præmium vel lucrum: vt ἄρασθαι κλέος, ἄρασθαι νίκην. Hactenus Budæus, exempla non afferens. nec putandum eſt αἴρεσθαι per ſe ſignificare Reportare præmium vel lucrum: ſed prout huic vel illi nomini iungitur. Sicut nec Reportare laudem ſiue gloriam, ſignificat per ſe, ſed cum accuſatiuo δόξαν, aut ἔπαινον in oratione ſolutā in carmine autē cum accuſatiuo κλέος, vel ὕμνον, vel αἶνον. vt ἄρασθαι κλέος, Gloriam reportet, apud Homerum. Et apud Heſiodum, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηται. Rurſus apud Homerum Il. γ, — ἄασσεν ἧκεν ὕμνος. Sic Od. ξ, — ὡς ἄασσαν αἶνον ἄριστα. Eodem modo Apollon. Argon. 2, ἵν' ἄασσαν ὅλεον ἄρωνται. Sic ἀεσάμενοι νίκην apud Plutarchum in Themiſtocle, Qui reportarunt victoriam. Denique Reportare lucrum, eſſet itidem ἄρασθαι κέρδος: Reportare mercedem, ἄρασθαι μισθόν: non autem ἄρασθαι per ſe. Aut ſaltem dicendum eſt ἄρασθαι ſonare Reportare pro præmio vel lucro, id eſt, Reportare aliquid vice præmii ſeu lucri. vt qui gloriam ex bello reportat, præmii loco gloriam reportare meritò dicitur. Habetur autem Il. μ hæc phraſis μισθὸν ἄρασθαι, vbi dicitur αἰνεία μισθὸν ἄρηται. dicitur verò pro eodem μισθὸν ἄρνυσθαι, & vno verbo μισθαρνῆν. ¶ Sciendum eſt verò & in malam partem accipi ἄρασθαι, vt κακὸν φάτιν ἄρῃ, apud Sophoclem in Aiace, pro Reportes malum rumorem vel ſiniſtrum rumorem: aut potius infamiam. Quidam autem vir alioqui doctiſſimus reddidit, Infamiam ſuſcipiat: putans hic ἄρῃ eſſe tertiam perſonam à voce actiua ἄρειν, ſignificante Suſcipere in hoc loquendi genere. Sed ἄρῃ ſit neceſſe eſt ab ἄρομαι: & malim hic ἄρῃ κακὰν φάτιν vertere Infamiam reportes, quàm Infamiā ſuſcipias. Vſurpant verò Latini interdum etiam Auferre pro Reportare. ¶Sunt porro qui ἄρασθαι κλέος apud Homerum alio in loco velint ſonare, Parere gloriam alii, & afferre: hoc videlicet in loco, — ᾧ παιδὶ μέγα κλέος ἧκεν ὀπίσσω. Sed poteſt ἄρασθαι κλέος hic quoque ſignificare Reportare gloriam: vt παιδὶ datiuus ſit qui vocatur acquiſitionis à grammaticis. Poteſt etiā hæc verbi ἄρομαι ſignificatio in nonnullis phraſibus aliter reddi quàm per verbum Reporto aut Aufero. nam νίκην ἄρασθαι, poterit (qui malet) vertere Obtinere victoriā, Potiri victoria: non ſolùm Reportare victoriam. ſed ita tamen vt intelligat, quanuis in lingua Latina eadē hæc ſignificent, tamē Reportare victoriam, propriam verbi ἄρασθαι vim melius exprimere. Sciendū eſt autem dici pro eodem αἱρεῖσθαι νίκην.

Αἴρομαι, etiam Suſcipio, id eſt Incepto, Aggredior (vt inquit Budæus) duo proferens exempla, in quorum tamen altero duntaxat, ἄρασθαι, Inceptare & aggredi, verti poſſe videtur. nam in loco Demoſthenis, ἄρασθαι πόλεμον, Suſcipere bellum, Inceptare bellum aut aggredi, poſſumus interpretari: at in loco Antiphontis, κίνδυνον ἄρασθαι, Suſcipere periculum, reddi queat: non item, Inceptare periculum aut aggredi. Sed & Adire aut Subire periculum dicitur potius: vt Laborem ſuſcipere. Licet Cicero alicubi (vt fit nonnunquam) idem verbum vtrique horum nominum accommodauerit. Quinetiam ἄρασθαι πόλεμον vertere malim Inferre bellū quàm Suſcipere bellum, ſi ſpectanda ſit verbi Græci proprietas, ac tum præſertim quum additur præpoſitio εἰς cum accuſatiuo. vt apud Demoſthenem ἄρασθαι εἰς Ἀργείους πόλεμον, Bellum Argiuis inferre, Thucyd. 1, τοῖς χρὴ εἰς τούτους μάλιστα πόλεμον ἄρασθαι, His bellum inferre. Nec tamen magnopere improbo Aduerſus hos bellum ſuſcipere. At verò ἄρασθαι πόνον non dubium eſt quin verti debeat Laborem ſuſcipere: vt apud Philoſtratum, ἔσχον τὸν ἀγῶνα, Certamen ſuſceperūt. Sic apud Platonem

Platonem Polit. οὐφαῦλον πρᾶγμα ἠρόμεθα, Haud rem parui momenti ſuſcepimus, vel aggreſſi ſumus. Sciendum eſt autem pro eodem dici κίνδυνον αἴρεσθαι aiũt πόλεμον & κίνδυνον ſiue πόλεμον αἱρεῖσθαι. A

Αἴρομαι, paſſiuam habens ſignificationem, Tollor, Attollor, Euehor. Item Erigor. Sic Erotianus apud Hippocratem αἴρεται exponit ἐπαίρεται. Lucian. in Somnio, ἁρθεὶς δ' εἰς ὕψος ἐχρὴ ἐποκόπτειν. vbi notandum eſt εἰς ὕψος additum, quum ἁρθεὶς per ſe ſignificare poſſet Altè ſublatus, vel in altum. ¶Itẽ metaphoricè ponitur αἴρομαι vt actiuum αἴρειν, in hac ipſa ſignificatione. Demoſthenes de Philippo, Olynth. 2, διὰ τούτων ἦρθη μέγας, Ad verbum, Per hæc ſublatus eſt magnus, vel euectus eſt magnus. Id eſt, euectus eſt ad magnitudinem. hoc eſt magnam potentiam. ita enim expono μέγας. Alii, ἦρθη μέγας, euaſit magnus, reddunt: vim verbi αἴρομαι non exprimẽtes. ¶Vſurpatur μεταφορικῶς etiã aliter hoc verbum: vt quum dicitur ἁρθεὶς πᾶς ἐλπίσι. Interdum & αἴρεσθαι per ſe ponitur, vt apud Plutarchum in Fabio, ὁ δὲ δῆμος ἦτο, καὶ μετὰ χαρᾶς εἰς ἀγορὰν συνέτρεχε, populus autem erectus erat, & cum gaudio in forum concurrebat. B C Intellige autem, Erectus animo, vel, Erecto erat animo: vt etiã cõtrà à Latinis eadẽ metaphora dicitur Demitti animus in contraria ſignificatione. Plutarchus autem, quod hic αἴρεσθαι, alibi μετέωρον τίθ dicit (ni me fallit memoria) eodem metaphoræ genere: & ἀκρέμων quoque παρεῖναι τίθ. pro Animum Demittere. ¶Αἴρεσθαι etiam Tolli, id eſt Auferri: vnde ἀρθείσης τραπέζης, Sublata menſa, vel remota, vt Virgilius loquitur.

¶Αἰρομένου ἡλίου Gaza apud Ariſtotelem vertit Sole abeunte. Forteſſe autem dicitur αἴρεσθαι, quaſi Auferri à cõſpectu noſtro. ¶Αἴρεσθαι ſunt qui velint accipi & pro Commoueri, citantes hunc ex Euripidis Rheſo locũ, κἀπ' ἀκτῶν ταὶ φυγᾷ. ſed minimè dubium eſt quin mendoſe ibi legatur in vulgaribus editionibus φυγᾷ pro φυγῇ: vt ibidem dixerat, ἄρθεὶς φυγῇ μέλεσι, quo loco αἴρεσθαι ſignificationem actiuam habet, pro Fugam capeſſere, vt antea interpretatus ſum: potius quàm Suſcipere fugam. D

Ἄρσις, ωος, ἡ, Eleuatio, Sublatio, ſeu Elatio, id eſt Euectio. Ariſtoteles De mundo, λέγεται καὶ κυμάτων ἄρσεις συμπεριδινεῖν τῇ σελήνῃ. quod interpretãtur, Aiũt vndarum elationes cum luna circumagi. ἄρσις τῆς ζύμης apud Nazianzenum Tumor fermenti: quum videlicet intumeſcendo in altum tollitur. Vt autem hic ἄρσις τῆς ζύμης habemus, ſic apud Heſychium legimus ipſam vocem ἄρσις expoſitam ζύμη. ¶Ab eodem ἄρσις explicatur ἀροτειάσεις & βασάγματα. Sed mihi non dubium eſt quin αἱρόσεις (non ἄρσεις) expoſitum fuerit ἀροτειάσεις. ſed quum ἄρσεις (quod librariorum incuria irrepſerat) aliquis videret expoſitum αἱροτειάσεις, addidit & alterã explicationem βασάγματα, ex ipſo Heſychio ſumptam: quippe qui dixerat ἄρσεων, βασαγμάτων. Conuenit autem hæc cum iſto qui ex LXX interpretibus citatur loco, in Pſal. 81. ἀπέστησεν ἀπὸ ἄρσεων τὸν ὦμον, Auertit ab oneribus dorſum eius. Hinc autem puto accepiſſe iſtam ſignificationem, quòd onera ſoleant in altum tolli quum imponuntur dorſo aut capiti. ¶In vulgaribus autem lexicis citatur ex iiſdem LXX interpret. 3. Regum cap. 11, κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσας ἄρσεις pro Conſtituit eum præfectum tributis. Quæ ſignificatio ad ſequentem potius pertinere videri poſſit. E F G

Ἄρσις, Ablatio, Detractio. Dioſcorides lib. 5, cap. 157, πρὸς τὰ τῶν ἄρσεων, Ad detrahendos pilos. ἄρσις καὶ θέσις, Oratio qua quum vnum tollitur, alterum infertur. Vide θέσις in θῆμα.

Ἄρδην, aduerbium ab αἴρω deductum, ſi Sophoclis ſcholiaſtæ & Euſtathio credimus, vt αἴρδην ab αἴρω. Ille ἄρδην apud Sophoclem exponit Altè & Agiliter, ſecundum eam ſignificationem qua αἴρω vſurpatur pro ὑψῶ, id eſt Attollo, Tollo in altum. Verſus Sophoclis eſt hic in Aiace, Παῖδάς τε ἄρδην ἐκπρεπεῖς ἔφυσαν υἱέας; H

Ἄρδην Euſt. explicat φορᾷ δίνῃ, citans hunc Euripidis locum ex Alceſtide, — νέκυν ἤδη πρὸς πόλει Φέρουσιν ἄρδην ἐς πάρον τε καὶ πόρους. Eſt autem φορᾷ δίνῃ (quo ἄρδην explicat) quaſi dicas Geſtabundè aut Geſtatiné. Et φορᾷ δίνῃ ἐκκομίζεσθαι dicitur qui ex aliquo loco exportatur, geſtatus ab hominibus: ſiue geſtantibus eum hominibus, aut etiam homine eum geſtante vnico. Vnde & vulnerati dicũtur φορᾷ δίνῃ ἐκκομίζεσθαι, vt ſuo loco docebo. Suidas videtur hãc aduerbii huius ſignificationem cum proximè ſequente non bene confundere.

Ἄρδην, Penitus, Funditus. Æſchines contra Cteſiphontem, τὸν δὲ δι' ὃν πᾶσα Ἑλλὰς καὶ πᾶν πόλεων ἄρδην ἀνάπεπταφότα, id eſt, Eum autem qui Græciam & ciuitatem funditus euertit. Idem aliquanto antè, πᾶν δημοκρατίαν ἄρδην ἐκ βάθρων ὑφελόμενος. Exponitur etiam παμπλαδής, id eſt Planè, Penitus, Prorſus, Omnino: in hunc ex Phœniſſis Euripidis verſum, Πόθεν; τί μ' ἄρδην ὧδ' ἀποκτείνεις Κρέων; Atque in hac ſignificatione ἄρδην ſonat idem quod ἀφανιστικῶς, (quaſi dicas, Abolitoriè, vel Exterminatoriè) vt notarunt veteres quidam grammatici: iuxta eam verbi αἴρω ſignificationem qua pro ἀφανίζω ponitur, id eſt aboleo.

C. Ἀνταίρω, Contrà attollo, Aduerſus quempiam attollo, vt ἀνταίρω τὰς χεῖρας. ET Ἀνταίρομαι voce paſſiua pro eodem, vt χεῖρες ἀνταιρόμεναι, Thuc. 3. & ὅπλα ἀνταιρόμενοι, apud eundem lib. 1. & apud Libanium in Declam. καὶ ἡμεῖς οἱ θεοὶ οὐκ ἀντιπίπτομεν, οὐδὲ ὅπλα ἀνταιρόμεθα. Quoniam autem qui χεῖρας vel ὅπλα ἀνταίρει ſeu ἀνταίρεται (id eſt contrà attollit) is reluctatur & reſiſtit, ipſum etiam verbum ſine adiectione in hac ſignificatione capitur: videlicet pro Reſiſto, Reluctor, Renitor, Deiecto: vt Plutarchus, Σκιπίωνι πρὸς τὰν Φαβίου δύναμιν ἀνταίροντι. Dicitur autem non ſolùm ἀνταίρειν ſeu ἀνταίρεσθαι πρός τινα, ſed etiam ἀνταίρειν ſeu ἀνταίρεσθαί τινί. Lucianus, δῆλος γοῦν ἔστιν οὐδὲ ἀνταίρεσθαι ὦ Δάμιδ δυνησόμενος. Idem in Lapithis, φιλόσοφος ἀνὴρ γαλωπιδίῳ ἀνταιρόμενος, ᾧ παίων καὶ παιόμενος, Cum morione decertans. ¶Dicitur etiã ſcopulus ἀνταίρειν pro Contrà aſſurgere, apud Strabonem. Bud.

Ἀνταείρω, idem, vide poſt ἀείρω.

Ἄντασις, Inſurrectio. q.d. Ipſa actio attollendi manus aduerſus aliquem. ET Ἀντασία apud Suidam, per quod exponitur vox ἀκωμασία. ET Ἀνταστὴς Heſychio, Tyrannus qui inſurgit aduerſus regem, ſeu repugnat regi. Apud Suidam autem vt ἀκωμασία exponitur ἀνταρσία, ſic ἀκώμαστος, ἀνταστής.

C. Ἀνταίρω, F. ἀρῶ. P. κα, Proficiſcor naui, Soluo. Item aliquando ſimpliciter pro Diſcedo, Abeo. Interdum cum præpoſitione ἀπὸ, vel εἰς, aut cum aduerbio ſignificante locum ad motum: interdum cum genitiuo, aut aduerbio ſignificante motum è loco. Polyb. lib. 2, ἀνῆρε μὲν ἀπὸ φίλων εἰς Ἀλεξάνδρειαν, Naui profectus eſt Alexandriam vel, Naue conſcenſa profectus eſt. Demoſth. ὅτι ὅτε πλοῦν ἀνήρατο ἐμοῦ πρεσβεύοντος πλοῦν περὶ τῆς εἰρήνης. Idem, ἀνῆρεν ἐξ ἀπὸ τοῦ πολέμου στρατεύματος εἰς Παγασάς. Sic ἀνῆρεν εἰς Δελφούς, apud Plutarchum in Lycurgo. Apud Herodotum ἀνταίρειν ἐς τὸ πέλαγος. Dicitur & ἀνταίρειν ἐπ' οἶκον, vel οἴκαδε, pro Soluere domum, id eſt, Soluere ad reddendum domum. vel ſimpliciter, Redire domum. Cum genitiuo autem, vt apud Herodianum, ὁ δὲ Ἀντωνῖνος ἀνήρατο τῆς Συρίας, ἦλθεν εἰς τὸν Νικομήδειαν. Sic τῆς Ῥώμης ἀνῆρεν apud eundem. Apud Euripidem, ἀνῆρας πατρίδος. Apud Platonem epiſt. 7, ἀνῆρεν ἐκ οἴκων. Interdum etiam ſine caſu. Demoſth. καὶ οἱ πρέσβεις ἀνήραντο οἱ τῶν Φιλίππου. Æſchines, ἡμᾶς κελεύσαντος ὅτι ἐκ ὥρας, οὕτω δὲ ἀνήραντο. Suidas ἀνήραντο itidem abſolutè poſitum exponit ἀπεχωρήσαντο, hoc in loco, ἄρτι δὲ ἀνήραντο τῆς Σαράγου, ἢ Σιτωνὶς ἔφασαν. Heſychius ἀνταίρει explicat δύνει, ἀποδημεῖ, ἀπαχωρεῖ. ¶Interdum ἀνταίρω τὴν ναῦν dicitur ſicut Latinè Soluo nauem. Herodotus, ἐκ ἀνταίρουσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος. Ἀνταίρομαι etiam dicitur, ſi credimus Heſychio: apud quem legitur ἀνταίρονται expoſitum ἀποδημοῦσιν.

Ἀνταίρω, Suſtollo, Eleuo in Altum. ἀνταεῖραι, ὑψῶσαι, Suidas. Sed ἐπαίρω potius dicitur.

Ἀπαίρω, Tollo, Aufero, Detraho. vnde Ἀπαίρομαι, Auferor, vt apud Matth. Marc. & Lucam, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος.

C. Παναισχὴς, ους, ὁ καὶ ἡ, Omnino fœdus, ſeu turpis. Vel, Penitus turpis, Turpiſſimus. Et ſuperlatiuum Παναίσχατος, vnde παναισχίστην τέρψιν legimus in Anthologia epigrammatum.

¶ Αἰσχρὸς, ὸν, ὁ, Turpis, Fœdus, Deformis. Vt à κῦδος fit κυδρὸς (ita enim lego apud Etymol. non κυδνὸς) à ψύχος fit ψυχρός: ſic αἰσχρὸς ab αἶσχος. Opponitur autem αἰσχρὸς & αἰσχρὸν in neutro genere τῷ καλῷ, id eſt Pulchro. Plutarchus in Præc. connub. Τοὺς μὲν αἰσχροὺς ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ καλοὺς, &c. id eſt, Deformes corrigere virtute, formoſos autē, &c. Plato Sympoſio, αἰσχρόμυστον δ' ὅτι τὸ αἰσχρὸν πάρεδρον τοῦ θείου· τὸ δὲ καλὸν, ἁρμόττον.

Αἰσχρὸν, Inhoneſtum, Probroſum (ſicut Turpe ac fœdum vſurpantur) vt αἰσχρὰ ἔπεα, Iliad. ρ, & ζ, & ω. Demoſthenes contra Midiam, αἰσχρὰ ἐφθέγγετο ἀναιδέστατον κύριος. Idem Ol. 2, καὶ πόσας αἰσχρὰς ἀσεμάτων. Idem Pro corona, τὸν μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσαντα δι' ὕβριν. & cum infinitiuo, Idem Pro corona, ἀλλ' ὅσα μηδὲν αἰσχρὸν ὄντ' εἰπεῖν ἐμοί. Iliadis β, Αἰσχρόν τοι δηρόν γε μένειν, &c. ¶ Item αἰσχρὸν velut ſubſtantiuum, Turpitudo, Probrum, Dedecus. Demoſthenes Pro corona, ὡς ἐστὶν αἰσχρὰ ταῦτα καὶ ἀνελεύθερα.

In comparatiuo gradu αἰσχρότερος regulariter, vel αἰσχίων irregulariter. Itidem in ſuperlatiuo, vtroque modo, αἰσχρότατος vel αἶσχιστος. Fit autem αἰσχίων ex αἰσχρίων, abiecto ρ, vt Etymologicus docet. Non reperitur tamen αἰσχρίων, quod ſciam: ſed αἰσχρότερος tantùm, ſicut & αἰσχρότατος. Athen. 13, ἐκ δ' ὧν τὰ δι' ἰῶν αἰσχρότατα. Vt elegantiora, ſic & frequentiora ſunt apud veteres αἰσχίων & αἶσχιστος. Iliad. φ, — τὸ μὲν αἶσχιον αἴ κ' ἀμαχητί. Xenophon Præd. 7, αἶσχιον δὲ πῶς οὐκ αἰσχρὸν ἔστι; Superlatiuus αἶσχιστος. Iliad. β, — αἶσχιστος δὴ ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. Sic, ἄχρι ἐπὶ τὸ αἶσχιστον, Vſque ad id quod fœdiſſimum eſt, vel ignominioſiſſimum. Vel (vt alii) Vſque ad ea quæ ſunt maximè pudenda. Iſocr. De pace, πάντα γὰρ ἔστιν ἃ ἔστιν αἴσχιστα. id eſt, fœdiſſima quæque. ¶ Ponitur & aduerbialiter αἴσχιστα, pro Turpiſſimè, Fœdiſſimè. vt αἴσχιστα φυγίαν φέρεις.

Αἰσχῶς, aduerbium Turpiter. Iliad. ϕ, Τὸν δ' αἰσχῶς ὠνείδισεν. In comparatiuo autem gradu αἰσχρότερον ſiue αἴσχιον, Turpius: in ſuperlatiuo, αἰσχρότατα vel αἴσχιστα, Turpiſſimè. Vide proximè præcedentem annot.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, Turpitudo, Fœditas. Exponitur etiam Obſcœnitas.

Αἰσχήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Turpis. non σωφρίτας, ſed ἀσελγάφρας. In Anthol. epigramm. Αἰσχήμων ἔνδεξα καὶ ἀπάμπλους αἰάσθη.

¶ Αἰσχὼ, (vel potius Αἴσχη) nomen μείρακος in verſ. Emped. apud Plutarch. περὶ ἀδυμίας.

C. Αἰσχρολογέω, ῶ, F. ήσω, Turpia loquor, apud Athenæum, lib. 12. Idem quod αἰσχρολογῶ, de quo paulo poſt. Dicitur autem αἰσχρολογεῖν eadem forma qua καλλιγεῖν. Componitur αἰσχρολογεῖν ex αἰσχρὸν & ἔπος.

C. Αἰσχροκερδὴς, ὲς, ὁ καὶ ἡ, Ex αἰσχρὸν & κέρδος, Turpi lucro deditus, Sordidum quæſtum faciens. D. Paulus in epiſtola ad Titum vult epiſcopum non eſſe αἰσχροκερδῆ, id eſt, non deditum turpi lucro, vt quidam interpretantur. Alii, Non deditum turpiter lucro. Sed malim illam interpretat. nam poſſit generaliter dici Turpiter lucro eſſe deditus, qui ſupramodum ei ſtudeat eiuſque ſit auidus, alioqui tamen minimè ſordidi.

Αἰσχροκερδῶς, aduerb. Cum turpi lucro, Turpe lucrum faciendo. vel, Turpis lucri ſtudio.

Αἰσχροκερδία vel Αἰσχροκέρδεια, (frequētior tamen & rationi magis conſentanea illa ſcriptura) Turpe lucrum, Turpis & ſordidus quæſtus. vel, Turpis lucri ſtudium. De-

mosthenes aduersus Æschinem, τῆς ἰδίας ἕνεκ' αἰσχροκερδείας τὰ κοινὰ συμφέροντα προέσθαι, id est, Commodis publicis lucrum priuatum, idque turpe, prætulerũt. Αἰσχροκέρδεια (inquit Budæus) Vita turpiter quæstuosa. cui πανουργία cognatum est vitium. Demosthenes αἰσχροκερδῆσαι de corruptis legatis à Philippo dixit. Hactenus Budæus. Illa autem significatio αἰσχροκερδείας pro vita turpiter quæstuosa, apud Polybium habetur.

Αἰσχροκερδέω, ῶ. F. ήσω. Turpiter lucror, Turpe lucrum mihi quæro.

C. Αἰσχρολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex αἰσχρὸς & λόγος, Turpia loquens, Turpiloquus, Obscœnus, Qui obscœno & prætextato sermone vtitur. Bud.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, Turpiloquium, vel Turpiloquentia. ad verbum, Sermo turpis & obscœnus, vel Sermonis aut verborum obscœnitas.

Αἰσχρολογέω, ῶ. F. ήσω. Turpia loquor siue obscœna.

C. Αἰσχροποιός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Ex αἰσχρὸν & ποιέω. Apud Aristophanem, Fellator, Qui ore morigeratur in fœdo ministerio, inquit Budæus. ET Αἰσχροποιεῖν dicitur qui tale ministerium exercet, apud Athen. 8. ET Αἰσχροποιία, hoc ipsum ministerium, Obscœnitas oris.

C. Αἰσχρορρήμων, Idem quod αἰσχρολόγος. ET Αἰσχρορρημοσύνη idem quod αἰσχρολογία, Iul. Pollux.

C. Αἰσχουργός, οῦ, ὁ, Idem quod αἰσχροποιός. ET αἰσχουργία apud Aristophanem & Lucianũ, idem quod αἰσχροποιία. ET verbum αἰσχουργεῖν pro αἰσχροποιεῖν. vnde & αἰσχουργόομαι, οῦμαι, pass. & in participio, τὰ αἰσχουργούμενα, Quæ ita obscœnè fiunt, vel Obscœnè facta, apud Laertium.

Αἰσχουργία apud Xenophontem generaliter pro quouis turpi facto, in Laced. politia, ἥκιστα ἂν αἰσχουργίαν ἢ αἰσχρολογίαν ἐγγίγνεσθαι. Sunt verò & qui in hoc Luciani loco ex Pseudologista, ἀλλ' ἢ παιδολασία γυμνητεία, καὶ ἡ αἰσχουργία σὺν ἐκεῖ ὀπωπατεία, exponant αἰσχουργία, Facinoris turpitudo. Sed viderint.

ΑΙΣΧΥΝΗ, ης, ἡ, Verecundia, vel potius Pudor. nam propriè αἰσχύνη in malam partem sumitur, quum videlicet ob turpia erubescimus: & vt ait Aristoxenus, αἰσχύνη est ὅτι τοῖς νομιζομένοις αἰσχροῖς, id est, Ob ea quæ turpia existimantur. Vnde & philosophi αἰσχύνην definiunt (vt docet Gell. lib. 19. cap. 6) φόβον δικαίου ψόγου, id est metum iustæ reprehensionis. Cõfunditur tamen interdũ hæc differentia, & αἰσχύνη interdum est αἰδώς, id est Verecundia, seu honestus pudor: vt apud Soph. in Aiace, quum dicit, δίος γὰρ ὢν πάρεστιν αἰσχύνη δ' ἐμοῦ. Sic & apud Isocratẽ: quippe qui inter virtutes iuuenum enumeret, quum dicit, ἡγοῦμαι μάλιστα σωφρονεῖν τοὺς αἰσχυνομένους, δικαιοσύνην, & σωφροσύνην. Sic apud Plutarch. quoq;, πῶς ἄν τις δήγμα, &c. αἰσχύνη & αἰσχύνεσθαι capitur.

Αἰσχύνη, Dedecus, Probrum, Infamia, Ignominia. Demosth. Pro corona, αἰσχύνην συμβᾶσαι τῇ πόλει, ἢ χλευασμόν, ἢ γέλωτα. Idem ibidem dicit, ὡς αἰσχύνην ποιεῖν τῇ πόλει, Dedecore afficere ciuitatem, Ignominiam inurere ciuitati. Quod Plato in Apologia dicit αἰσχύνειν τὴν πόλιν ταδεμαθήν. Citatur verò ex eodem in Epist. 7, αἰσχύνη κακὴ pro dedecore. ‖ Interdum αἰσχύνη certum quoddam dedecus significat, quo nullum maius esse potest: nimirum stuprum alicui illatum. Vsurpatur autem in plurali numero hac in significatione ab Isocrate, in Paneg. ἔτι δὲ παῖδων ὕβρεις, καὶ γυναικῶν αἰσχύνας, καὶ χρημάτων ἁρπαγάς. Idem in Panathenaico, οὐδὲ αἰσχύνας γυναικῶν ἢ παίδων, ἀλλ' ὑπὲρ πολιτείας μαχεσάμενοι.

Αἰσχύνω. E. υνῶ, Pudefacio, Erubescere facio. In qua significatione volunt accipi Cõfundo apud Liuium, quum dicit, Adeo vt ipsum quoque confunderent dicentem. ‖ Item αἰσχύνω, Dehonesto, Fœdo, Deturpo: contrarium τοῦ καλλύνω: vt αἶσχος & κάλλος opponuntur. Il. σ, — χέετο δὲ μέλαν ἕλκος ἀνὰ χροΐ καλὸν ἐόντι. ‖ Significat & Infamo, Dedecoro, Dedecore afficio. Il. ζ, Μηδὲ τόξος πατρὸς αἰσχυνέσθω. Od. ϑ, — λέχος δ' ἤσχυνε καθ' ὑμετέρῳ Ἡφαίστου ἄνακτος, id est, Dedecorauit cubile, Polluit cubile, Contemerauit. ‖ Et vt αἰσχύνη stuprum significat, ita αἰσχύνειν interdum Stuprum offero, siue Vitium offero. Lysias, ταύτης παῖδα αἰσχύνην βίᾳ. Eadẽ signif. dicitur καταισχύνειν ab eodem, οἷς οὐδὲ τοὺς νόμους περὶ ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας.

Αἰσχύνομαι, F. ὔνημαι, Pudefio, Pudefco: sed Latini, Me pudet. Iungitur autem vel cum alio verbo, vel cum nomine, videlicet cum infinitiuo verbi, aut cum participio. Cum infinitiuo, Herodot. 1, αἰσχύνομαι ἀπιστορίην, Reuerti me pudet. Xenophon Pæd. 8, αὐτὸν δέ με αἰσχύνεσθαι περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν. Idem Pæd. 5, αἰσχυνοίμεθ' ἂν εἰπεῖν. Æschines contra Ctes. αἰσχύνεσθε ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν. Sæpe etiam participio iungitur. Demosth. Pro corona, πεπεισμένοι τῶν σ' οὐκ αἰσχυνόντων κατηγορῶν. Xen. Pæd. 3, αἰσχύνομαι παραινῶν. Idem, αἰσχυνοίμεθ' ἂν τοῦτο αἰτιλόγῳ. Plato Minoe, τὸ αὐ ἀποκρινάμενοι οὐκ αὖ αἰσχυνθῆμεν. ‖ Nonnunquam cum futuro indicatiui, aut cum præsenti siue aoristo optatiui, interiecta particula εἰ. Æschines, αἰσχύνοιτο γὰρ (οἶμαι) οἱ δικασταὶ εἰ φανοῦμαι ὁ αὐτὸς αὐτὸς ὢν τῇ αὐτῇ πόλει. Xenoph. αἰσχύνοιτο αὖ εἰ ὠφελούμενος ὑπὸ σοῦ μὴ αὐτωφελοίη σε. Isocr. De pace, οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην αὖ εἰ φανοίμην μᾶλλον φροντίζων. &c. Demosth. in Epitaph. αἰσχυνοίμεθ' αὖ εἴ τι τούτων φανείμεν παραλιπόντες. Cum nominibus item iungitur, aut datiui casus videlicet aut accusatiui. Datiui: vt apud Xenophontem Pæd. 5, αἰσχύνομαι τῇ αἰτίᾳ. Idem, τοῖς πάνυ σφόδρα μισοῦσιν αἰσχυνόμενος. Aristoph. Nubibus, αἰσχύνομαι τοῖς αἰσχροῖς. ‖ Interdũ cum nomine aut articulo relatiuo datiui casus, interiecta præpositione ὅτι vel ὦ. aut (si quis ita malit dicere) cum præpositionibus ὅτι vel ὦ, dativum habentibus: vt αἰσχύνομαι ὅτι τῇ ἀρχῇ. Æschines contra Ctes. οὐκ ὅτι ταῖς ἐμαυτοῦ διατριβαῖς αἰσχύνομαι. Isocr. ad Philippum, μὴ αἰσχύνου μὲν ἐφ' οἷς ἐθρασύνω. Æsch. contra Ctes. αἰσχύνεται ἐφ' οἷς ἥμαρτεν, Illum pudet eorum quæ peccauit. vel, Eum suorum peccatorum pudet. vel, Suorum peccatorum pudore mouetur. Cum ὦ autẽ apud Thucydidem, lib. 2, ὦ τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι. Sic apud D. Paulum, ad Philippẽses 1, ὅπερ ὦ οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι. ‖ Cum accusatiuo item frequenter construitur. Hom. Odyss. φ, Ἀλλ' αἰσχυνόμενοι φάτιν ἀνθρώπων ἠδὲ γυναικῶν. Aristoph. Pluto, αἰσχύνομαι δὲ ταὐτὸν ξυμφορᾶς. Gregorius, τὸν μεταβαλόντα αἰσχυνόμενος, Quem pudebat immutatum videri. Plut. πῶς ἄν τις ἔτι. &c. τοὺς ἐχθροὺς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ τοὺς φίλους ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνομεν. Sæpe tamen αἰσχύνομαι cum accusatiuo Reuereri significat: vt in proximè sequentibus dicetur.

Αἰσχύνομαι pro αἰδοῦμαι, Reuereor. Chrysostomus, αἰσχυνόμενοι τὸν θεόν, Reuerentes deũ. Xen. Pæd. 1, αἰσχυνόμενος τὸν πατέρα. Isoc. ad Demonicum, πρὸς γονεῖς ὦμα, πρὸς δὲ φίλους αἰσχύνου, Amicos reuerere, & in eorum conspectũ erubesce indecorè agere. Idem ad Euthynum, καὶ πάντας ἐκείνους οὓς ἂν μήτ' αἰσχύνωνται, μήτε δεδίασιν. Plut. quoque in Præc. connub. αἰσχύνεσθαι & αἰδημόνας ἔχειν pro eodem vsurpat, quum duobus in locis Platonis præceptũ refert, oportere senes αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους. Budæus quoq; in Comm. hæc scribit, Thuc. lib. 3, in prima concione, αἰσχύνεσθαι pro αἰδεῖσθαι dixit, αἰσχυνθέντες οὖν ταῦτα τῶν Ἑλλήνων εἰς ὑμᾶς ἐλπίδας, ἢ Δία τὸν ὀλύμπιον, hoc est, Verentes igitur & rationem habentes, Honorẽm hunc habentes Græcis. Hoc est, Pudeat vos contra Græcorum spem nos missos facere, conceptámque de vobis expectationem destituere. Ac si diceret, Sinite vos exorari. Addit idem Budæus, Αἰσχύνεσθαι etiam cum duobus accusatiuis construitur pro Verecundari. Demosth. ἢ οὔτω τὸν ἥλιον αἰσχύνονται οἱ τηλικοῦτοι ποιοῦντες, οὕτω τοῦ χλιὼ παιδία οὖσ'. Sic ille. Malim tamen & hic αἰσχύνονται interpretari Reuerebantur quàm Verecũdabantur. Sed nec satis intelligo quod de duobus accus. dicit.

Αἰσχυντής, οῦ, ὁ, Pudẽdus, Cuius nos pudere debet. citatur ex Phocylide. At quũ præfixũ habet α priuatiuũ, tũc actiuam signif. habet. Nam ἀναίσχυντος dicitur impudens.

Αἰσχυντία, ας, ἡ, Pudor, Verecundia. aut Verecundatio, vt ostendatur esse verbale nomen, & ab αἰσχύνη differre. Habetur autem hæc vox in vulg. lexicis non addito exemplo. Vide Ἀναισχυντία.

Αἰσχυντηλός, ὸν, ὁ, Verecundus, Pudibundus. Nam pudibundum pro verecundo sunt qui Latinum esse dicant. Aristoteles pro eodem ponit νέους αἰδήμονας & αἰσχυντηλούς, eos laudari dicens: sicut & Isocrates αἰσχύνην inter iuuenum virtutes enumerat. Idem Aristoteles Ethicῶν quarto, περιβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν ὃν αἰσχυντηλὸς ἐπαινοῦμεν δὲ τοὺς νέους τοὺς αἰδήμονας. ‖ Αἰσχυντηλὸς δ'

Pudorē mouēs, seu afferēs, vel Pudendū. Arist. Rhet. 2, αἰσχύνονται δ' οὐ μόνον αὐτὰ τὰ ῥηθέντα αἰσχυντηλά, ἀλλὰ καὶ τὰ σημεῖα. ET Αἰσχυντηλία, Verecundia, vel potius Habitus quidam animi ad verecundiam propensi. Plut. περὶ τῆς ἀρετῆς, Ἡ μὲν οὖν δυνάμις, ἀρχὴ καὶ ὕλη τῶν παθῶν, οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαρραλεότης. Vide Ἀναισχυντηλία.

Αἰσχυντηλῶς, aduerb. Verecundè, Pudibundè.

Αἰσχυντηρὸς, idem quòd αἰσχυντηλός. Plato, αἰσχυντηρότερος μᾶλλον τῶν ἀδίκων. Hesychius αἰσχυντηλὸς exponit αἰσχυντηρός. sed mēdosè legi αἰσχυντηρὸς pro αἰσχυντηλὸς, & αἰσχυντηρὸς ac αἰσχυντηλὸς ita dici vt σωτηρὸς & σωτηλὸς existimo. Mirum est verò si αἰσχυντηρὸς dicatur lingua communi: at αἰσχυντηλὸς Attica (annotauit enim quidam αἰσχυντηρῶς κατ' ἄτην αἰσχυντηλῶς Ἀττικῶς) quū Plato dixerit αἰσχυντηρότερος potius quàm αἰσχυντηλότερος.

C. Ἀναίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Impudens, Inuerecundus. Demosthenes in Epitaphio, οὐδένα οὔτ' αἰσχυντον, οὔτε δειλὸν οὔτως εὑρήσει. Apud Aristophanē in Nubibus, καταπύγων εἶ καὶ αἰσχυντος. ‖ Dicitur αἰσχυντος non solùm persona, sed & res: vt apud Thucydidem, καὶ πολλοὶ ἐς αἰσχυντους δίκας ἐτράποντο αὐτοῖς περὶ τῆς ὑποτιμήσεως. vbi αἰσχυντους enarrator exponit ἀλλοτρείας, ξένας. ego Pudēdas interpretandum puto. vt apud Ouidium, Amor pudendus, ἔρως αἰσχυντος, & Lucra pudenda, κέρδη αἰσχυντα. Sic facta pudenda, ἔργα αἰσχυντα.

Ἀναισχύντως, aduerb. Impudenter, Inuerecūdè. Plato in Apologia, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτοὶ ὅτι σὲ κατήγοροι ἄλλα τοιαῦτα οὔτως αἰσχυντως κατηγορήσουσι, τοῦτό γε οὐκ οἶδ' ὅτι ἐθέλουσιν ἀναισχυντῆσαι.

Ἀναισχυντία, ας, ἡ, Impudentia, Inuerecundia. Cicero Impudentiam interpretatur, quum hæc ex Platonis Apologia verba, οὔτε αἰσχίας οὐδὲν ἐλλείπει, οὔτε ἀναισχυντίας, ita vertit, Multa facere cum temeritate atque impudentia. In vulgatis lexicis habetur etiam simplex Αἰσχυντία: cuius tamen exemplum nullum afferunt, nec me legere memini.

¶ Ἀναισχυντέω, ῶ, Impudēter loquor, vel agò, Impudentia vtor, Impudenter dico aut facio: vt λόγους δ' ἂν ἀναισχυντῶσιν, οὐ καλῶς ποιήσουσι. Sunt qui vertant Impudēs sum. Ego malim Impudentia vtor, aut potius Impudenter me gero: quā tamē interpretationē apud neminē reperio. Apud Demosthenem & Athenæum inquit Budæus accipi pro Impudenter & improbè ago. Cum præpositionibus πρὸς & πρὲ iungitur: vt ἀναισχυντῶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Impudentia vtor erga veritatem. vel, Impudenter me gero erga veritatē, id est, Impudenter oppugno veritatem, vel Impudēter veritati resisto. Apud Isocratem autem, ἀναισχυντῶ περὶ ἑνὸς τινος, Impudens sum de hac re: sed Latinius, Huius rei me non pudet.

C. 2. Ἀπαναισχυντέω, τῶ, Impudenter me gero, Impudentia vtor. Plato Apolog. in loco quem modò citaui in ἀναισχυντως. In vulgatis lexicis falsò exponitur etiam Verecundè facio. In isdem ex Hierem. cap. 3, ἀπηναισχύντησαι πρὸς πάντας, pro Desiisti erubescere apud omnes. ET Ἀπαναισχυντήσας in isdem ex Chrysost. pro Impudenter attento.

C. Ἀναισχυντηλία, ας, ἡ, Idem quod ἀναισχυντία, vt in vulg. lexicis Græcolat annotatur: at ego dixerim ἀναισχυντηλίαν sic ab ἀναισχυντία differre, vt αἰσχυντηλία differt ab αἰσχυντία vel potius αἰσχύνη. nam αἰσχυντία nondum apud vllum scriptorem reperi. Secundum autem hanc differētiam quam dico, erit ἀναισχυντηλία, Habitus quidam impudentiæ, Impudentia quædam velut à natura insita, non impudentia duntaxat circa hanc aut illam rem.

C. Ἐναισχύνομαι, Erubescō, Verecundor, Me pudet. Vel, Valdè erubescō. ἐναισχύνομαι τὸ ὄνομα ex Herodoto citatur pro Pudore afficior nominis causā. Ego ita reddere malim, Pudet me nominis, Vel, Nomen mihi est pudori. Vel, Nomen mihi pudorem affert. Iungitur etiam accusatiuo, cuius constructionis exempla sunt in Nouo Testamento: vt apud Marcum, cap. 8, ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με. & paulo pòst, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτόν. Sic Paulus ad Rom. cap. 1, οὐκ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον. Iungitur præterea participio, & interdum infinitiuo. Cum participio, vt apud Sophoclem, οὐκ ἐπαισχύνη λέγων. Cum infinitiuo, vt ἐπαισχύνομαι καλεῖν.



A C. 2. Ἀνεπαίσχυντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuerecundus, Impudens, Basil. in epist. pro αἰσχυντος. ET Ἀνεπαισχύντως, Inuerecundè, Impudenter. Naz. pro αἰσχύντως.

C. Καταισχύνομαι, vide post Καταισχύνω.

C. Καταισχύνω, Pudefacio, Dedecoro, Probro afficio, Fœdo. Demosthenes Pro corona, οὐ καταίσχυνας μὰ Δί' οὐδὲ τὴν ἀνεψιᾶν τὴν μητρὸς τὴν σὴν βίᾳ. Herodianus lib. 5, κλέος ἀειμνηστον ἀναλαμβάνοντα ἢ τοῦ φαυλότατα καταισχύναι, id est (Politiano interprete) Fœdis moribus contaminare. Καταισχύνασα παρθενίαν apud Plutarchum in Numa, Quæ virginitatem polluit, vel contaminauit. A Budæo exponitur Notam & infamiam inuro, in hoc Antiphontis loco μηδὲ καταισχύνειν τὴν παιδείαν ἀπάσας. ‖ Καταισχύνω, Vitium vel stuprum offero. Lysias, ἢ οἷς παρὰ ταῖς νόμοις τὰς ἀλλοτρείας καταισχύνουσι γυναῖκας. Vide & alia exempla apud Budæum Comm. pag. 679.

Καταισχύνομαι, Pudefio, Dedecoror, Probro afficior, &c. passiua significatione. ‖ Interdum verò deponentis significationem habet eandem quam αἰσχύνομαι, & ἐναισχύνομαι, pro Erubescō, Me pudet. Iungiturque interdum accusatiuo: vt apud Isocratem, καταισχυνθέντες γὰρ οἱ Πελοποννήσιοι τὴν ἀρετὴν τὴν ἡμετέρων, Quum eos virtutis nostrorum puduisset.

ΑΙΤΕΩ, τῶ, F. ήσω, P. ηκα, Peto, Postulo, Posco. Cū accusatiuo rei: vt Xenophon Hellenicōn 1, περὶ αἰτήσαι χρήματα, λαβεῖν. Itidem cum accusatiuo personæ, (Xenoph. Pæd. 4, σοὶ, ὅτι ἐμὲ ἤτησας, ἢ σὺ ἐμοὶ, ἐπιλαμβάνεις) sed ferè coniuncto cum accusatiuo rei: vt idem Xen. Pæd. 8, ἐμὲ πολλὰ μὲν οἰκέται αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πολῖται. Æschines in Ctesiphontem, μέλλει δ' αἰτεῖν ἕτερος ἕτερα. Aristophanes Pluto, ἔπειτ' ἴσως ἤτησεν αὐτὸ δημόται. Sic Posco apud Latinos vtrunque accusatiuum habet aliquando. ‖ Interdum αἰτεῖν accusatiuū rei habet cum præpositione παρά genitiuo iuncta: eodem modo quo Latini dicunt, Peto hoc abs te. Plutarchus in Themistocle, αἰτεῖν παρ' Ἱέρωνος τὴν συγκατέρξαι εἰς γάμον, id est, Petere ab Hierone filiam in matrimonium. ‖ Sæpe etiam cum infinitiuo: vt αἰτοῦσι πιεῖν in loco Xenophontis modò prolato, Petunt bibere, Petunt potum. Iliad. ζ, — ἤτεε σῆμα ἰδέσθαι, Petebat videre. Dicunt etiam αἰτῶ λαβεῖν, q. d. Peto accipere. in quo loquendi genere videtur superuacaneus esse infinitiuus λαβεῖν. Isocrates in Areopag. οὐκ ἔχω φῦ, ὅτι λαβεῖν αἰτοῦμεν. Aristoph. Pluto, Αἰτῶν λαβεῖν τι μικρὸν ἀργυρίδιον.

Αἰτεῖν δίκας, vt Latinè, Pœnas poscere, vel reposcere: sic apud Platonem Pol. 1, αἰτῶ δίκας τῆς ἀνταλῆς. Et cum duplici accusatiuo, vt, αἰτῶ σε δίκας τὸν φόνου, Pœnas cædis te poscō, Pœnas à te reposcō.

Τὸ ἐξ ἀρχῆς, vel πόθεν ἀρχῆς αἰτεῖν siue αἰτεῖσθαι, Vide in Ἀρχή.

Vult autem Etymologicus Αἰτῶ, à τῶ significante ἵημι (id est Quæro) deriuatum esse, præfixo α epitatico, cum pleonasmo τῶ. at Eustathius tradit αἴτης esse itidem ex α epitatico & τῶ, sed significāte λαμβάνω. Vtut sit, vel αἴτιμα ab αἰτῶ, vel contrà αἰτῶ ab αἴτης deducamus necesse est.

Αἰτέομαι pass. voce nonnùnquam actiuam significationem habet, atque idem valet quod αἰτῶ, eandem etiam constructionem seruans. Aristoph. Nubibus, ἐμοῦ μέτεσθ' ἅπαντες καὶ δίκας αἰτούμενοι, Me æqua postulante. Apollonius in Argon. Ἡ δέ οἱ παρθενίην ἀπόησεν. Item αἰτοῦμαι πρός τινος, vt & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 1, αἰτεῖσθαι ἀγαθὰ πρὸς τῶν θεῶν. Æschines autem dixit (vt paulo antè annotatum est) αἰτεῖν τοὺς θεοὺς ἀγαθά. Et cum infinitiuo, sicut & αἰτῶ. Xenophon Pæd. 5, ἵνα σε τούτων τινὰ αἰτήσωμαι παῖδα μοι γενέσθαι. Nam quidam perperam citāt hunc locum, tanquam vbi αἰτοῦμαι duos habeat accusatiuos. ‖ Interdum αἰτοῦμαι est τὸ ἐπιχωριάζω, Vtendum peto. cuius exēplum apud Suidam. Volūt autem quidā esse hanc differentiam inter αἰτεῖν & αἰτεῖσθαι, quòd αἰτεῖν simpliciter sit petere: at αἰτεῖσθαι, Vtendum petere, Commodatò petere. Sed quis non ex modò citatis exemplis perspicit hanc differentiam confundit

Αἰτοῦμαι, in passiua significatione, præsertim in participiis αἰτούμενος & αἰτητός: vt, αἰτουμένῳ τινὶ τοιῷδε τῶ βασιλέως Μασίαν, apud Athenæum libro 13.

Sic αἰτηλὶς, apud Thucyd. 1, ἄκρατοι ὦν αἰτηλίστα μὴ δοῦναι A
ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν, Turpius erat eum qui poscebatur non dare, quàm eum qui poscebat non impetrare. Plutarchus in Themistocle, αἰτηλὶς ὑπὸ τῶν Θεμιστοκλέους ἑταίρων. Itē Αἰτιόμβρος δίκας, Qui pœnas poscitur, A quo reposcuntur pœnæ. Alii exponunt, In ius vocatus. Sed malim, Qui pœnas reposcitur coram iudice, vel apud iudicem.

Αἴτημα, ζος, τὸ, Petitio, Postulatio, Postulatum, αἴτησις.
‖ Bud. in Annot. in Pandectas, Quæ positiones notæ sunt, quæque simulac à præceptore ponuntur, admit- B
tuntur ab auditore, ὑποθήκας vocantur: quæ verò non vsqueadeo notæ sunt, sed argumento quodam astruuntur antequam fidem faciant, & tamen, citra demõstrationem sumuntur à præceptore, αἰτήματα dicuntur, id est Petitiones vel Postulata.

Αἴτησις, εως, ἡ, Idem quod αἴτημα. Isocrates Archid. ὡς οὐ δικαίαν πιθομένοις τὴν αἴτησιν, ad verbum, Vt non iustam facientibus petitionem, id est, non iusta petentibus.

Αἰτητὴς, οῦ, ὁ, Petitor, Postulator. Quidam historicus apud Suidam, οὐκ αἰτηταὶ τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἢ δόται ὄντες, Nõ ma- C
gis petitores pacis quàm datores.

Αἰτητὸς, ὸς, ὁ, Petendus, Qui peti debet, vel potest. Barbarè, Petibilis. αἰτητὸς ἀρχὴ in vulgatis Græcolatinis exponitur Petitum imperium. Hesychius ait αἰτητὰ esse τὰ κατ' ἔραστον δεδόμενα.

Αἰτήσιος, apud Suidam, ὁ αἰτῶν, Petitor, Qui petit. Si modò ita scripsit Suidas.

Αἰτητικὸς, ὸς, ὁ, Petax. accipiendo petacē pro homine propenso ad petendum, & propenso modum assiduè petente. A Budæo exponitur Flagitator & procax, in hoc Aristot. loco Ethic. 4, νὺξ αὖ εἶη δὲ αἰτητικὸς ὁ ἐλευθέριος. Et αἰ- D
τητικὸς στίχος, Versus petitorius, Versus petitionem continens, Versus quo quid petitur.

Αἴτης, ου, ὁ, Mendicus. Qui frequentius ἐπαίτης dicitur. Quanquam Eustathius vult factum esse ex τῶ quod est accipio, præfixo α epitatico. Intelligendum autem, inserto etiam ι. Vide suprà in αἰτῶ.

C. Αἰτιάω, τῶ, Reposco, Repeto, Exigo, cum duobus accusatiuis: vt αἰτιατῶ σε τὸ χρέος. Aristophanes Nubibus, αἰτιατῶν μὲ ἔρχεσθον. Lucianus, αἰτιατῶ τὰ ὀφειλόμενα πα- E
ρὰ σοῦ. Respondet autem ἀποδιδόναι, id est Reddere, verbo αἰτιατῆν. vt apud Platonem Pol. 1, εἰ μανεὶς αἰτιατῆ, ὅπου χρὴ παραυτίκα ἀποδιδόναι. Et αἰτιατὴν δίκας, Latinè Pœnas expetere. Pausanias, οἱ Ἠλεῖοι δίκας τοῦ φόνου παρ' Ἀχαιῶν αἰτήσαν. Dicitur & de aliis rebus, vt Lucianus in Nigrino, λόγον αἰτιᾶσθαι τῆς δίκης ἀφίξεως, Rationem exigebam, Volebam mihi rationem reddi.

Αἰταιοῦμαι, Reposcor, Exigor, cum duobus itidē accusatiuis. vt enim dicitur αἰτιατῶ σε τὸ χρέος, sic etiam αἰταιοῦμαί τὸ χρέος. Naz. πόσον μοὶ αἰταιοῦμαι, quantum exigitur à nobis.

Αἰτιατῶμαι signif. etiam actiua, pro Reposco, in vulg. lex. annotatur.

Αἰταιτὴς, οῦ, ἡ, Repetitio, Exactio. vt αἰταιτὰς τῶ χρέως, vel τῶν ὀφειλομένων. ET Αἰταιτικὸς, Promptus ad reposcendum, vel Qui frequenter reposcit, seu Qui reposcere solet. In vulg. autem lex. exponitur Repetitiuus, & Repetens, & Agens repetitorem, ex Ouidio.
ET Αἰταιτικὴ χάρις, in iisdem lex. Debitæ gratiæ.

c.2. Ἀνταιτιάω, Vicissim reposco, seu exigo. Thuc. 3, τῶν τε δωρεὰς αἰτοῦσι καὶ ἀνταιτοῦσαι αἰτίας. C

c.2. Προσαιτιάω, Insuper reposco, seu exigo.

C. Ἐξαιτέω, τῶ, Posco, Mihi dari peto. Ἐξαιτῶ σε, & Ἐξαιτῶ σε τοῦτο. vt apud quendam tragicũ, Τίνας θανόντας ἄλλους ἐξαιτῶν πάρει. Ἐξαιτῶ ὀφλὴν ἡμιωβέλιον, Exposco ad pœnam, vt Ἐξαιτῶ εἰς βάσανον, Exposco ad quæstionem. sed frequentissimus est verbi ἐξαιτῶ vsus sine adiectione: pro Exposcere ad pœnam: (vt & Lat. interdum Exposcere vel Deposcere pro Exposcere ad pœnam dicitur) Isocr. Trapez. καὶ δὲ μηδὲν τούτων πεισθέντες παρ' ὑμῶν ἐξαιτεῖν, vt me à II
vobis exposcerent, Vt me à vobis dedi sibi postularent. Plut. in Narr. amat. ἐπὶ πέμπτοις Θηβαίοις ἐξαιτοῦντες τὸν Φοίνικα φονεῖς. Et passiuum ἐξαιτοῦμαι, Exposcor ad pœnam: vt Demosthenes dicit se ἐξαιτεῖσθαι ὑπὸ Φιλίππου & ὑπ' Ἀλεξάνδρου. Apud eundem ἐξαιτῶν τὸν παῖ-



δα, Seruum exposcere ad quæstionem, vel postulare: vt Dedere illum est παραδιδόναι vel ἐκδιδόναι, Bud. Comment. pag. 45 & 46. Interdũ additur εἰς βάσανον. idem enim Budæus in lexico ex eodem Demosthene citat. ἐξαιτῶ τὰ αἰδράποδα εἰς βάσανον. quemadmodum & ὀφλὴ ἡμιωβέλιον adiunctum verbo ἐξαιτῶ pro Exposcere ad pœnam, in vulgatis lexicis habetur. Dicitur autem & Ἐξαιτεῖσθαι significatione actiua pro ἐξαιτῶν, id est Deposcere ad pœnam: vt Plutarchus De orac. defectu, οὕτως ἰσχυροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες ἐξαιτοῦνται ψυχὰς αἰδρώπινας παρὰ χολοῦντων σώματα.

Ἐξαιτῶν, vel potius Ἐξαιτεῖσθαι voce passiua, sed significat actiua, & quidem præcedenti contraria, pro Deposcere reum, Deprecari rei pœnam, Noxæ & periculo reum eximere. Demosthenes in Midiam, παιδία γὰρ ἀφεῖσθαι καὶ γυναῖκα, καὶ δάκρυα αὐτὸν ἐξαιτήσασθαι, id est, Eorum lacrymis sese condonari postulabit. καὶ ἐξαιτοῦνται χάριτας τῶν ἀδικημάτων, postulant reorum delationes hominumque reatus ob maleficia condonari precibus suis. In quibus exemplis à Budæo citatis pag. 45 alteram tantùm habemus huius verbi significationem. Cum quibus conuenit & hoc ex Lysia, οὗτοις δὲ αἰτῆσαι αὐτοὺς ἐξαιτεῖσθαι. His autē addo ea in quibus ἐξαιτοῦμαι non tantùm significat Deposco reum (vt Valer. loquitur) sed etiam impetro. Xenophon ἀνάβασ. lib. 1, principio, ὁ δὲ πιστεύει τε καὶ συμβουλεύει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν. ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποστέλλει πάλιν ὅθεν ἦκεν. pro quo ἐξαιτησαμένη dictum fuisse παραιτησαμένη ab aliis eandem historiam narrantibus, docebo in verbo παραιτοῦμαι. Ἐξαιτησαμένη autem expono vnico verbo Deprecata. (de qua interpretatione dicam & in παραιτοῦμαι, quod alterum quoque verbi Deprecor significationem habet) Potest etiam exponi, Quum deprecatione sua periculo eum liberallet. Item, Quum effecisset vt ille suis precibus condonaretur. Vel, Quum suis precibus eum seruallet. Eurip. Hec. ἐξαιτησάμην σὲ κἀπὶ δούλοις τοῦδε κυρῆσαι simpliciter pro Impetraui ab illis, &c. Et ἐξαιτήσωμεν τὰ σταλάματα, apud eundē, pro Erratorũ veniã impetrãs, seu exposcens. Item ex Plutarcho, ἐξαιτήσατο τὴν Ἀσπασίαν δίκης τῶν δικαστῶν, pro A iudicibus exorauit Aspasiam, vel, Impetrauit. Sed malim A iudicibus deprecatus est Aspasiam: vt Cicero dixit, Nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Simul autem obseruandum dico in hoc Plutarchi loco, addi δίκης, quanuis alioqui δίκης significatio verbo ἐξαιτεῖσθαι inclusa sit, sicut ex aliis locis liquet: quemadmodum & cum παραιτεῖσθαι idem significante addidit δίκης, vt in illo verbo docebo. hoc tamen interest quòd non simpliciter δίκης, sed τιμῆς δίκης adiunxit. ‖ Ἐξαιτεῖσθαι passiuè in hac posteriore signif. apud Lysiam.

Ἐξαίτησις, ἡ, Ipsa actio deposcendi aliquem, ad supplicium videlicet. Postulatio ad quæstionem, ‖ Item, Deprecatio pro reo, vt interpr. Bud. in hoc Dem. loco, ἢ οὖν ἡ τοῦ συγγνώμην τοῦ ἡμαρτηκότος ἐξαίτησις ὠφέλησεν αὐτόν.

C. Ἐπαιτέω, τῶ, q.d. Superpeto, i. Insuper peto, vel Postulato peto: vt Il. ψ, v. 590, — ἵππον δέ τοι αἶψα δώσω τὴν ἀρόμην. εἰ γὰρ νῦν γε ἵκοιτο ἄλλο Μείζον ἐπαιτήσας, ἄχαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι ἐθείρην. Vbi ἐπαιτήσας Eust. exponit, ὅτι παρ' ἑτέρου αἰτήσας. Legitur tamen & ἀπαιτήσας: quã lectionem mea editio in contextu habet (vtpote in pluribus exempl. à me repertam) alteram margini adscriptam. Ipse quoque Eust. vtriusque meminit, sed ita vt ἐπαιτήσας magis probet.

Ἐπαιτῶ, Stipem peto, Mendico. Athen. lib. 8, Νόμος Κορώνῃ χίεσσι δοῦναι ἐπαιτέειν. vbi pro δοῦναι fortasse reponendum δοῦν' ex hoc præcedente versu, Ἐσθλοὶ Κορωναῖοι χίεσσι σοφοδοκοι κριτῶν. Vbi fortasse reponendũ itidem ἐσθλὼ pro ἐσθλοί. HINC Ἐπαίτης, Qui stipem petit, seu corrogat, Mendicus. ἐπαίτης (inquit Suidas) ὁ πτωχός, καὶ κλαπαταὶ ἐπαίτης. ‖ Item Ἐπαίτης, Circulator & Σωματοπώλης, apud Chrys. pag. 15, inquit Bud. quam tamen expositionē locus Chrysost. admittere non videtur, qui ita habet, ὡς περ ἐκεῖνοι οἱ οἰκέται τὴν ἐπαιτῶν τοῖς Σωματοπώλου σοφοῖς χαίρειν, εἶτα ἡδέως, εἶτα τὰς ἰσχάδας ὑπομένουσι πικρὰς. Hic enim ἐπαῖται non ponuntur απὸ τοῦ σωματεμπωλῶν, quum dicat, Illis qui, ἐπαῖται

quum ſint, Σαιμαπτοιῶν. quaſi peculiare quibuſdam ἐπαίταις ſit Σαιμαπτοιεῖν, id eſt Circulari, vèl circulatoriis quibuſdam præſtigiis vti. Dedi autem huic ſignificationi τῷ ἐπαιτῶ pro Stipem petere, poſteriorem locum, quòd planè perſuaſum habeam antiquiorem eſſe: & primùm dixiſſe Græcos ἐπαιτῶν (ſicut & περαιτῶν) pro Inſuper petere vel Vltrà petere, de quibuſuis: deinde ad mendicos hæc verba reſtrinxiſſe, quòd aliud ſemper atque aliud petant, ſiue quòd ad petẽdum quotidie redeant. Niſi quis malit eò illos reſpexiſſe quòd ſæpe coniũcti aliquot ſtipẽ petant, adeo vt quum vni donata eſt, ſuccinat alter, Et mihi diuiduo findetur munere quadra. Et ita ἐπαιτῶν diceretur aliquis & περαιτῶν reſpectu eorum qui iam ἤτησαν. Quò reſpexiſſe videri poſſunt in verbo Μεταιτῶν potiſſimum, de quo ſtatim pòſt tractabo: vt dicãtur μεταιτῶν quaſi qui ſtipem vnus poſt alterũ petunt, vel vnà cum aliis. Poteſt tamen (& quidẽ melius) ſignificationis huius verbi reddi alia ratio, vt videlicet μεταιτῶν ſit poſt petitũ vnũ alterum petere, ſicut ἐπαιτῶν & περαιτῶν, vltra vnum quod petitum ſit, petere & alterum, id eſt, aliud atque aliud petere.

Ἐπαιτῶ in vulg. lexicis exponitur præterea Inſimulo, Incuſo. in quo errari puto, & verbo ἐπαιτῶ dari ſignificationem quæ eſt verbi ἐπαιρῶ.

C. ΜΕΤαιτέω, τῶ, Inter alios peto, Vnà cum alio vel aliis peto. Vnde etiam ponitur pro Partem peto, ab Herodoto: ſicut μεταδίδωμι pro Partem do, vt annotat Bud. Sic Demoſth. ἃ τῶν ἄλλων αἰρῶ ἐγὼ καὶ μεταιτῶν. Adiungitur tamen τὸ μέρος ab Ariſtoph. vbi ſcribit, Τούτων μεταιτῶ τὸ μέρος, εἰ δὲ μὴ, δαίνυσαι. Vbi vacat præpoſitio in hoc verbo, vel certè abundat τὸ μέρος.

Μεταιτῶ, Stipem peto, Mendico. cuius ſignificationis rationem vide in fine proximè præcedentis verbi Ἐπαιτῶ. Heraclitus in epiſt. ἀμείνους αὖ ἦσαν μεταιτιῶντες. Luc. cum accuſatiuo iunxit, εἰ τὸν ἐφήμερον βίον μεταιτοῦσι. Sic & Lat. Mendicare ponitur interdum abſolutè, interdum cum accuſat.

C. ΠΑΡαιτέομαι, οῦμαι, Deprecor. Exponitur etiam Recuſo, Auerſor, Repudio. Plut. Cor. καὶ μηδένα τῶν κρίσεως, μηδὲ, αὖ ἀφ' ὁλκάδος παραιτεῖσθαι. Quod exemplum primum pono, quòd eodem planè modo & ſenſu dicatur Lat. Deprecari pœnam, quo hic παραιτεῖσθαι κόλασιν. Cic. autẽ etiã Deprecari & recuſare copulauit in eodẽ genere loquendi, Tuſc. 2, Nullum genus ſupplicii deprecatus eſt neque recuſauit. Sic apud eundem pro C. Rab. Et vt idem Cic. Deprecari inuidiam, & Deprecari odium, dicit, ſic παραιτεῖσθαι τὸν φθόνον, Ariſtides & Plutarchus. παραιτεῖσθαι τὸν πόλεμον, apud eundem Plut. Pericle. Herod. lib. 4, ὁ δὲ τὸ γῆρας προφερόμενος, παρῃτήσατο, id eſt (Bud. interpr.) Ipſe autem, ſenectutem excuſans, repudiauit, deprecatus eſt. Politian. autem vertit Abnuit imperium. Eadem iiſdem verbis dixit idem Herodianus, lib. 7, παραιτούμενος δὲ καὶ γῆρας προφερόμενος. vbi Pol. vertit Recuſare. Idem hiſt. iiſdem verbis & lib. 2 vſus eſt, ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτᾶτο, τῆς ἀρχῆς τὸ ὀλισθηρὸν γῆρας τι προφερόμενος, id eſt (Pol. interpr.) At ille recuſare inſtituit, tanquam rem inuidioſam, nomẽ imperii. Sic idem Herod. de Commodo, τὸν πατρῷον προφερόμενον παραιτεῖσθαι, id eſt, Vt repudiaret, Pol. interpr. Qui alibi vertit etiam Detrectare. Apud Plut. Themiſt. παραιτεῖσθαι πόλεις σωφρόνως, Repudiare aſſueta conuiuia, vel Auerſari. Poteſt etiam exponi vitare. Budæus παραιτεῖσθαι pro Vitare & cauere ex Dioſc. citat: à Laertio quoque identidem ſic accipi tradens. Idem παραιτεῖται interpr. Vitat Vel Refugit, in hoc Halic. loco, de Iſocr. loquẽtis, τὸν πρωτεῖον παρὰ τοῖς Ἕλλησι λόγος παραιτεῖται. Idem in Auguſti apophth. ὥστε τὸν ἡμέραν ἐκείνην παραιτήσασθαι τὸ δεῖπνον, ita vt prandium recuſauerit: vel commodius per infinit. Prandere recuſauerit. Bud. interpr. liberiùs Prandio abſtinuerit. ‖ Παραιτεῖσθαι γυναῖκα apud Plut. in Apophth. Vxorẽ repudiare, Vxori nuntiũ remittere, in vulg. lex. Budæus autem hoc exemplum ponit pro παραιτεῖσθαι ſignificãte Repudiare, Vitare, Auerſari. Affertur præterea ex Dioſc. παραιτεῖσθαι ἀμβλυωπίας, pro Hebetudines oculorum amoliri, vel diſcutere. ‖ Παραιτοῦμαι cum infinit. Herod. lib. 3, παντρὸς ἐχθροῦ ἀφανέος καὶ πολλοῦ ἐόντος παραιτέεσθαι, Minimè inimicitiis apertis ac manifeſto bello agendum putauit, Pol. interpr. Ego malim (ad retinendã vim verbi Græci) Ab apertis inimicitiis abſtinuit. Citatur & ex Porphyrio παραιτοῦμαι κλάειν pro Superſedebo dicere.

Παραιτοῦμαι τινὶ ψυχὴν apud Herodotum eadem itidem ſignific. qua Deprecari vitam dixit Cicero. ita enim ille in Clione, de Arione loquens, τὸν δὲ, σαυτὸν τοῦτο, λύσασθαι χρήματα μὲν ἐθελήσαντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτήμενον, id eſt (Aulo Gell. interpr.) Tũ illum ibi pernicie intellecta, pecuniam cæteràque ſua vt haberent dediſſe, vitam modò ſibi vt parcerent orauiſſe. Cicero dixit Vitã alicuius ab aliquo deprecari. Sic παραιτοῦμαί τινα (cuius conſtructionis exemplum affert Suidas, poſtquam dixit παραιτοῦς eſſe συγγνώμην αἰτῶν, id eſt, Veniam petere) puto reddi poſſe eadem planè conſtructionẽ, Deprecor aliquem: ex hoc Ciceronis loco, De lege agr. contra Rullum, Sic, ſiquid deliquero, nullæ ſunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Vtitur autẽ ᾧ παραιτοῦς in hac conſtruct. & ſignif. quidam αἰώνυμος apud Suidam, ita ſcribens, ὁ δὲ, αἱρεῖν μόνον αὐτὸν, ἀφεῖναι, Παρυσάτιδος παραιτησαμένης αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν αὐτῇ φυλαξάσης. Quæ verba eandem prorſus hiſtoriam continent quam habemus initio τῆς ἀναβάσεως Xenophontis, ſed vtentis verbo ἐξαιτήσασθαι pro eo quod ille dixit παραιτήσασθαι. ſcribit enim, ὁ δὲ πείθεται τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ὅθεν τὴν ἀρχὴν. Plutarchus tamen, ſicut & ille qui à Suida citatur, verbo παραιτήσασθαι in eadem re commemoranda vti maluit, in vita Artoxerxis, ὀδυρομένη πολλὰ καὶ πεπτωκυῖα, [μήτηρ Παρύσατις] παρῃτήσατο καὶ κατέπεμψεν αὖθις ὅθεν ἦλθεν. Idem Plutarchus in Demetrio ita loquutus eſt, ſed addens πολλῇ δίκῃ, vbi ſcribit, παρῃτήσατο πολλῇ δίκης τοὺς Μεδοῦς. Sunt qui παραιτοῦμαί τινα reddãt Deprecor pro hoc: ſed mihi longè aptior videtur illa mea interpretatio ad verbũ, præſertim quũ & Cic. ita loqui obſeruarim. nam videtur poſſe aliquis dici Deprecari pro aliquo, qui tamen illi veniam non impetret. At in vulg. lex. ex Plut. Pericle, παραιτούμενος τὸν πλοῦν, Veniam orans ciuitati. Et ex eodem in Theſeo, παραιτούμενος τὸν αἰτιώμενον, liberandum patruelem impetrans. ‖ Dicitur etiam (& quidem frequentius) παραιτοῦμαί σε, A te veniam peto pro me, aut pro alio. Vel potius, A te veniã impetro, Te exoro. Sic apud Ariſtoph. in Veſpis, ἢν γὰρ παρητήσητε τὸν πεπτωκότα, Eum exorarunt qui læſus eſt, Ab eo veniam impetrarunt. Sic apud Herodotum παραιτέομαι τὸν βασιλέα. Et apud Plat. παραιτούμενος τοὺς ἄρχοντας ἀποδημεῖν, exponitur, Cum bona magiſtratuum venia peregrè proficiſcatur. Et vt dicitur παραιτεῖσθαί τινα, ſic etiam παραιτεῖσθαι τινὰ ὀργὴν τινός. Plut. Themiſtocle, παραιτεῖσθαι μηνιάσαντας ὀργὴν. Vtitur & in Romulo, & alibi. Obſeruandum eſt autẽ, παραιτοῦς tam in his loquendi generibus quàm in proximè præcedentibus eodem modo exponi, videlicet συγγνώμην αἰτῶν: quæ tamen expoſitio ita diſtinguẽda eſt, vt quũ dicitur παραιτοῦμαί τινα pro Deprecor hunc, id eſt deprecatione mea periculo libero, ſit συγγνώμην αἰτῶ ὑπὲρ τούτου: at quum dicitur παραιτοῦμαί τινα pro Deprecando exoro, ſit συγγνώμην αἰτῶ τοῦτον. (vt dicitur αἰτῶ σε τοῦτο) Sed non ſatis mihi placet hæc expoſitio quum aliud ſit Veniam petere, aliud Veniam impetrare. Suidas tamen hanc expoſitionem vtrique loquendi generi accõmodat: nam poſtquam dixit παραιτοῦς eſſe συγγνώμην αἰτῶν, & poſuit exemplum in quo παραιτήσασθαί τινα eſt Veniam alicui impetrare: ſubiungit aliud in quo παραιτήσασθαί τινα eſt Veniam ab aliquo impetrare. Simul autem exponit & προκαλεῖν, de qua expoſ. paulo pòſt dicam. ‖ Dicitur etiam παραιτεῖσθαί τινος, id eſt aliquà de re, quod itidem exponitur συγγνώμην αἰτῶν, vel ἀπολογοῦς: vt apud Ariſtidem, παραιτοῦς μὲ οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ σε τῶν αὐτῶν πολλάκις. Sic autem παραιτοῦς in hoc loco exponitur à Thoma Magiſtro, & à Moſchopulo. ac certè eam hic admitto libentius quàm in præcedẽtibus exemplis, propter eam quam reddidi rationem.

Παραιτοῦμαί σε ἐμέ φησιν (inquit Thomas Magiſter)

id est ἀπολύω καὶ ἱλάσκομαι, vt sit Libero te crimine. Ego autem melius expressum iri παραιτοῦμαι existimo, retinendo verbum Deprecor in hoc etiam loquendi genere: vt quemadmodum dicitur à Cicerone aliquis A se crimen deprecari, ita dicamus Ab aliquo crimen deprecari, quod sit Depellere seu Remouere quasi deprecando. Simile autem esse puto apud Synesium, παρατύμβιον τῆς εἰρωνείας, Hanc à te dissimulationem deprecabar, quæ videlicet tibi crimini dabatur. Nec dissimile apud Plut. De Herod. Θετταλοὺς τῷ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι. Melius tamen respondebit constructio LatinaGræcæ, si παρατύμβιον τῆς εἰρωνείας interpretemur Excusabam te de dissimulatione: eodémq; modo Θετταλοὺς τῷ μηδισμοῦ παραιτεῖσθαι, Thessalos de medismo excusare. id est, De eo quòd Medis fauerint. Sunt autem affinia Excusare & Veniam alicui impetrare: atque ita affine erit hoc loquendi genus (excepta cõstructione) illi præcedenti, παραιτοῦμαί τινα, Deprecor hunc, id est, Deprecando veniam illi impetro. In vulg. lex citatur ex Philostrati Heroicis παραιτοῦμαί σε τὸν πατέρα pro Apud patrem te excuso. Item ex eodem libro, παραιτοῦμαί σε τὸν λόγον pro A sermone abdico. Quæ duo exempla tamen in illis lexicis non simul ponuntur. ¶ Post quæ tot exẽpla nõ debet noua videri significatio verbi παραιτεῖσθαι quæ est apud Lucam, cap. 14. v. 18, καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες, id est Se excusare. Ita tamen vt fatear, quod ibidem subiungitur bis, ἔχε με παρητημένον, pro Habe me excusatum, minus vsitato loquendi genere esse dictum. Iam verò & apud Plutarchum παραιτεῖσθαι de re eadem ponitur, vt videlicet παραιτεῖσθαι sit eius qui inuitatus ad cœnam, non it: & παραιτεῖσθαι dicatur vel Recusare, vel Excusare se. ἐδόκει γὰρ νικᾶν τὸν Καίσαρος εἰς δεῖπνον καλεῖσθαι παραιτούμενος δι' ἄγνοιαν τῆς χθὲς τὸν αὐτὸν, μὴ βουλόμενος.

Παραιτοῦμαι pro simplici αἰτοῦμαι, Precor, Rogo (vt Deprecor interdum pro simplici Precor, vel pro Postulo aut Posco: vt docet Bud. 1035. Nisi potius dicamus in παραιτοῦμαι præpositionem πρός, in Deprecor præpos. De, significationem augere.) Aristoph. Equitibus, ἵν' ἡμῖν αὐτοῖς παραιτησώμεθα, vnum hoc eos rogemus. Sic Plato Apol. ὅπερ καὶ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρητησάμην. Sic παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, apud Menandrum. Dicitur & cum infinitiuo, παραιτοῦμαί σε τοῦτο ποιεῖν. Nam pro eodem ponuntur παραιτοῦμαί σε συγγνώμην, & παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, vel συγγνώμονα εἶναι. Herodotus, συγγνώμην παραιτέεται θεὸν αὐτὸν ἔχειν τῆς ῥηθέντων. Sic apud Suidam nescio quis, παραιτεῖται τοὺς θεωμένους συγγνώμην ἔχειν εἰ μὴ ἀγωνίζοιτο. (Cui exẽplo apta est expositio per verbũ συγκαλεῖν, nõ autem illi cuius suprà memini. Sed huic expositioni rursum adiũgit aliã minimè cõuenientẽ, videlicet ἀπαγορεύοι) at tertium illud vsurpat Xenophon, quum scribit παραιτήσεσθαι τοὺς θεοὺς συγγνώμονας σοι εἶναι. Nec tantùm dicitur παραιτοῦμαί σε ποιεῖν, sed etiam παραιτοῦμαί σε μὴ ποιεῖν. Thuc. lib. 5, pag. 186, ὁ δὲ παρητεῖτο μηδὲν τούτων δρᾶν. Sic Demosth. παραιτήσομαι ὑμᾶς μηδὲν ἀχθεσθῆναί μοι. Quinuis autem apud veteres scriptores παραιτοῦμαι in hac postrema signif. sæpius obseruarim, primum tamen eo loco non dedi quòd viderentur illa exempla in quibus præpositio vim suam obtinet, poni debere ante illa in quibus illam amittit.

Παραιτοῦμαι in pass. signif. vt παραιτητὸς δὲ δι' ἡμᾶς τοῖς φίλοις τοῦτ' ἀπόλυσις τῆς αἰτίας. quod exemplum à Suida citatur, & παραιτητὸς exponitur συγκαλυπτὸς. Sic autem παρητημένος pass. pro excusatus, in Lucæ loco quem suprà citaui.

Παραίτησις, ιως, ἡ, Deprecatio, & quidem accipiendo hoc nomen in vtraque signif. Sed frequentius pro deprecatione, i. vehementi precatione: vt apud Plat. in Gorg. οἰκτος μὲν οὖν καὶ λιταὶ καὶ φίλων παραίτησις, ἐν ὀχλῳ μὲν οὖσης τῆς κρίσεως, χρήσιμα, Amicorum preces supplices & deprecatio, apud populum multum valent. Item Veniæ petitio. Thucyd. lib. 1, μηδ' οὕτω παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου, ἀλλ' ὅλη. &c. nam hic exponit schol. οὐχὶ ἕνεκα τῆς αἰτῶν συγγνώμης. At Valla vertit, Non purgandi nos gratia. Sunt & qui pro deprecatione (in recusandi signif.) accipiant. Apud Plutarchum in Numa, θεὸς



ἄλλων μὲν ἢ παραίτησιν exponitur Ad postulãdam à diis veniam. Est παραίτησις eius etiam qui veniam dat, sequẽdo Bud. qui παραίτησιν ait esse etiam veniam, id est, gratiam & indulgentem concessionem, in hoc Plat. loco De leg. lib. 11, καὶ μηδεμία τῆς μοχθηρᾶς παραίτησις ἔστω τούτῳ παρ' ἀρχόντων γιγνέσθω. Sed possit hic quoque παραίτησις ad eum referri (& quidem rectius, meo iudicio) cui venia indulgetur: vt dicat Nullo pacto veniã moræ impetret à iudicibus. ¶ Παραίτησις, Excusatio (de qua significatione dixi & in ipso verbo) Synesius, αἰσθάνεται δὲ παραίτησις γίνεται, διὰ λαβομένῳ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν ἀδυναμίαν. Sic & apud Basilium in epist. ad Leontium. Affinia autem sunt Excusare & Purgare, quo posteriori vérbo Vallam dixi in interpr. Thuc. loco vsum.

Παραιτητὴς, οῦ, ὁ, Deprecator. ET Παραιτητὸς, q.d. Deprecabilis (vt Gellius Indeprecabilis) Apud quem deprecationes valent, Exorabilis. Plato De legibus lib. 10, τὸν δὲ παραιτητὸν αἰεὶ θεὸν τοῖς ἀδικοῦσι, δίκαιον δώσεις, &c.

C. Ἀπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indeprecabilis, Inexorabilis. (Gellius Indeprecabilis dixit, sed de re tamen non de persona. Citatur enim ex eo, Indeprecabilis pœna subeunda esset) Plato, θεοὶ τὸ δίκαιον πάντα πάντῃ ἀπαραίτητοι. Apud Plut. in Cæsare ἀπαραίτητος δικαστής. Durus & inexorabilis, vel Inclemens, Bud. interpr. Idem affert ex Antiphonte in Leocratem, ἀπαραίτητος δικασταὶ μὴ παρέχοντες συγγνώμην. Et ex Gregorio, ἀπαραίτητος δήμιος, Crudelis, Qui precibus non flectitur, ἢ δικαστὴς ἀπαθρώπως, ἢ δήμιος ἀπαραίτητος. Rursum apud Plutarchum ἀπαραίτητον ἰατρὸν & ἀπότομον esse ait Qui seuerè curat, qui πρᾴῳ opponatur. Dicitur etiã aliquis ἀπαραίτητος esse πρός τι vt, apud eundem Plut. Pericle, ἀπαραίτητος πρὸς τὰς δίκας, Seuerus in exigendis rationibus, vel potius Seueritate quadam inexorabili vtens. Itẽ dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος τὸν ὀργὴν, Esse sæuus ira & inexorabilis, vel Esse inexorabili quadam ira & implacabili præditus: apud Philonem De vita Mosis lib. 1, οὐδ' ἂν χαλεπὸς καὶ βαρύμηνις καὶ ἀπαραίτητος τὸν ὀργὴν. Et τὸ ἀπαραίτητον substantiuè, Seueritas quædam inexorabilis, siue indeprecabilis: vt Plut. Publicola, τὸ ἀπαραίτητον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πονηρούς. ¶ Dicitur etiam de re, ac primùm vt dicitur aliquis esse ἀπαραίτητος τὸν ὀργὴν in proximè præcedente exemplo, sic etiam ira eius esse ἀπαραίτητος. Itẽ ἀπαραίτητος δίκη, & ἀπαραίτητος τιμωρία, vt à Gellio Indeprecabilis pœna. Philo de mundo, ἀπαραίτητον δίκην ἀπτοήτου. Sic apud eundem De vita M. lib. 1, ἀπαραιτήτου τιμωρίας. ¶ Apud Plutarchum, ἱκετηρία ἀπαραίτητος, q.d. Irrecusabilis supplicandi modus. Plut. De primo frig. ἐν ᾧ Πέρσαις τὴν ἱκετηρίαν μάλιστα μὲν ἰδεῖν καὶ ἀπαραίτητον. id est (Turn. interpr.) Atque etiam apud Persas genus erat supplicandi sine vlla recusatione. Ego existimo posse etiam verti Repulsam non patiens. Apud Plut. autem ἀπαραίτητος πορεία, Profectio quæ recusari non potest, Iter quod suscipiendũ est sine recusatione. Plut. in Consol. ad Apoll. καθάπερ γὰρ τὰς εἰς ποιηλὸν ταπεινὰ πορείας ἀποκωμάζης πᾶσαι αἰσχύνας καὶ ἀπαραίτητον, οἶμαι, &c. At verò ἀπαραίτητος κίνδυνος, Ineuitabile periculum, interprete Ruellio, apud Dioscor. lib. 7. cap. 2, in principio, καὶ ὁπόσα ἀπὸ κίνδυνος ἀπαραίτητός ἐστιν εἰ μὴ πολλοῖς χρόνοις τοῖς βοηθήμασι. Sic ἀπαραίτητον κακὸν, interpretor Ineuitabile malum, non, implacabile, vt in vulg. lexicis.

ITEM adverb. Ἀπαραιτήτως, Inexorabiliter, Cum seueritate inexorabili: vt ὡμῶς καὶ ἀπαραιτήτως; Thuc. lib. 3. ἀπρεπῶς καὶ ἀπαραιτήτως, Philo De vita Mosis lib. 1. Apud Plut. in Solone, ἀπαραιτήτως κολάζειν. Et in Pericle, ἀπαραιτήτως τούτοις χρησάμενος, Quum se inexorabilem seu implacabilem illis præbuisset, Quum rigidus & inclemens erga illos fuisset. Ad verbum, Quum inexorabiliter illis vsus fuisset, id est, Valde inclementer erga illos se gessisset. Ex eodem Plut. in Themist. citatur, ἀπαραίτητος ἔχειν πρὸς αὐτὸν δοκεῖ, pro Non videtur cum eo in gratiam vnquam rediturus.

C. Δυσπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, ET Εὐπαραίτητος, ου, ὁ καὶ ἡ, contraria. Δυσπαραίτητος, Exoratu difficilis, Qui difficilè exoratur, Non facilè exorabilis. Item pro ἀπαραίτητος, Inexorabilis, Implacabilis. Æschyl. Prometh. p. 7 mex edit. — Δὺς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες. Citatur & ex Plu

tarcho in Fabio, δυσπαράιτητος θυμὸς pro Implacabilis ira. HVIC oppositum Εὐπαράιτητος, Facilè exorabilis, Placabilis, Non durus deprecantibus. Vel Deprecabilis, quo nomine antè exposuimus παραιτητός.

C. ΠΡΟΣαιτέω, τῶ, Insuper peto. Xen. in Apol. Socr. πλὴν εἴ τι προσαιτῶν. Nisi quis malit Petens tanquam mendicando. De qua signif. nunc dicam. Vide quæ in Ἐπαιτῶ dixi de præpositione quæ est in hoc verbo.

Προσαιτέω, τῶ, Stipē peto, Stipē ostiatim peto, Mēdico: vt ἐπαιτῶ & μεταιτῶ. Isocr. Areop. τὴν μὲν οὐδεὶς ἰὼν τῶν πολιτῶν οὐδενὸς τῶν αὐταρκῶν, οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας, id est, Stipem petens à quoūis obuio, Bud. Sic apud Plutarch. ἐμοὶ δὲ θυμίας, Καὶ ζηλωτὸς ἡμῖν ὁ βίος. οὐ προσαιτῶμεν, οὐκ ἀλλοτρίοις δεόμεθα, οὐ κολακεύομεν.

Προσαίτης, Qui stipem petit, Mēdicus. Plut. in Hellen. problem. αἰσχρὸν λαβὼν ῥαπίσματα καὶ πύρους, καὶ προσαίτης ὤν. Chrysostomus, ἐλθὼν εἰς ὁμιλίαν τῶν προσαιτῶν. Ab Homero dicitur προϊκτης.

ΑΙΤΙΟΣ, α, ὁ, Fœm. αἰτία, Neutr. αἴτιον, Qui vel quæ vel quod in causa est. vel, Qui causa est rei alicuius. Autor. vt Isocr. ad Phil. θεοὺς τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν αἰτίους ὄντας, Deos bonorum nobis autores. Aristophanes Pluto, πάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν. Demosth. Pro corona, ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίῳ τῇ πόλει γεγενημένῳ. Isocr. De pace, ὧν ἅπαντα φασί τινες αἰτίαν γεγενῆσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν. Demosth. Ἅπαντ' οὖν αἴτιον ὅτῳ, &c. Quid in causa est cur, &c. Interdum αἴτιος fœm. gen. pro αἰτία. Aristot. De mundo, ἢ οὐ σύμπασαν δυνάμεως αἴτιος γίνεται σωτηρίας. ‖ Aliquādo αἴτιος ponitur cū dativo personæ duntaxat: vt Il. γ, Οὔτι μοι αἰτίη ἐστὶ Διὶ τύ μιν αἴτιοι εἶσιν. vbi Eust. subaudit genitiuum πολέμου.

Αἴτιος, Culpæ affinis, Culpandus, Accusandus, Qui culpam debet ob rem aliquam, vtpote eius autor. ὁ αἰτιατός, ὁ ὑπὸ αἰτίαν καὶ μέμψιν, vt exponit Eustath. Homerus Il. α, Οὔτι μοι αἴτιοι εἰσί. Od. θ, Ἠπιόδωρος ἡμέλησε. πάρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ ἑκὼν δέδω. Idem Il. ρ, Ὦ Θόαν, οὔτις σεῖο νεώτερος. Il. ο, — ὅστ' αἴτιος, ὅστις καὶ νεώτερος. Il. τ, — νῦν δὲ πάμπαν Αἴτιοι. Herod. ι, νῦν τόσον αἴτιοι, minimè affines culpæ, vel Innocentes, ἀναίτιοι. Exponūt quidam, Nihil commeritos. Cicero apud Platonem οὐ τὸ αἴτιον αἰτᾶσθαι interpretatur, Non accusare quod esset accusandū. Idem hæc eiusdem verba, εἰ γὰρ ὧν τῶν [τῆς γῆρας] αἴτιον, vertit, Nam si id culpa senectutis accideret. Vide meum lex. Cic. Αἴτιος ab Eustath. exponitur ὑπόδικος καὶ κολάσεως ἄξιος, id est, Sons vel reus, & supplicio dignus: hoc in versu, Αἴτιος ὁ γρᾶψας αἶπα Κεκμηκότα χεύ.

Αἴτιος cum genitiuo putatur sumi pro Obnoxius apud Dioscoridem, lib. 8, ληθαργώδεις γίνονται καὶ καταφορᾶς αἴτιοι, id est Lethargici fiunt, & veterno obnoxii.

Comparatiuū αἰτιώτερος, Qui magis est causa, vel in causa. Superlat. αἰτιώτατος, Qui maximè est in causa. Apud Athen. 2, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. Xen. Ἀπομν. 1, εἴ τις ἄλλος αἰτιώτερος εἴη; Quicquam aliud magis in causa esse putas? Idem Hell. 5, αἰτιώτατοι ἦσαν. Apud Thuc. αἰτιώτατος ἐγένετο, Præcipuus autor fuit.

¶ Αἴτιον, ου, τὸ, Substant. Causa, Ratio. Demosth. Pro corona, τὸ δ' αἴτιον εἰκὸς ἀκοῦσαι. At Philipp. 3, πολλὰ μὲν οὖν ἔστιν τὰ αἴτια τοῦ ταῦτ' οὕτως ἔχειν, hic & in huiusmodi locis αἴτια est adiectiuè positum, non substantiuè. At substantiuè passim apud philosophos: vt αἴτια κύρια καὶ αἰτιώδη, Causæ principales & perfectæ. αἴτια προηγούμενα vel προκαταρκτικά, Causæ antecedentes vel antegressæ. αἴτια συνεργά, Proximæ causæ. ξυναίτια, Adiuuantia causarum, vel, Quæ rerum adiuuant causas. Quas interpretationes ex Cicerone habes in meo lexico Ciceroniano. Gregorius Nazianzenus De theologia, τὸν προαιώνιον ἄναρχον vocat Deum. Inscripsit Theophr. quendam suum librum, αἴτια φυσικά. Callimachus item quendam suum appellauit αἴτια absolutè: cuius meminit Martialis. legendum enim apud eum ἀετία Callimachi, non ethia. De illis fertur & hic versus, Αἴτιος ὁ γράψας αἶπα Καλλίμαχος. sed apud Eustath. legitur Καλλιμάχου. ‖ Quandam apud rhetores differentiam inter αἴτιον & αἰτίαν vide apud Fabium.

¶ Αἰτία, ας, ἡ, aliud subst. Causa, Ratio. Plato in Timæo, διὰ δὴ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν λογισμὸν ἐπεκόσμησε, id est (Cicer. interprete) Hanc rationem habuit vt absolueret. Idem ibidem, δι' ἃς αἰτίας ἐδρύσατο vertit, Quæ causa collocandi fuerit. Idem αἰτίαι πρῶται, Causæ primæ.

Αἰτία, Culpa, Crimen. Plato Pol. 1, ἀλλὰ καὶ βύπτων πίεσ καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων, id est (interprete Cic.) Sed in moribus est culpa, non in ætate. Vbi tamen αἰτία verti etiam possit fortasse causa. Est autem frequentissimum hoc loquendi genus, αἰτίαν ἔχειν cum genitiuo, vt αἰτίαν ἔχει τοῦ πολέμου. Plut. in Pericle, Culpam belli sustinuit, Culpatus fuit ob bellum, Vitio verterunt illi bellum. Ita enim malo quàm vt exponitur vulgò, Inuidiā belli in se vertit. Xenophon, αἰτίαν ἔχει βύπου, Ob hoc culpatur, Huius rei culpa in illū cōfertur. Dicitur & αἰτίαν ἔχω ὅτι τοῦτο. Idem, οὐ πάνυ γε ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. Nonnunquam infinitiuum habet loco genitiui, Lucianus, αἰτίαν ἔχω ψεύδεσθαι, pro ψεύδους, Insimulor mē dacii, Culpor vt mendax. Plut. Themistocle, αἰτίαν ἔχει μηδίζειν, accusatur quòd Medorum partibus faueat. Synesius, ὃς καὶ παιδόθεν αἰτίαν ἔσχον ὑπομανῆναί τι καὶ ὑπομανῆναι, id est (vt Budæus interpretatur) Qui ab ineunte ætatula malè audieram, quasi insano studio armorum equorumque flagrarem. Idem eiusdem Synesii hæc verba, αἰτίαν ἔχων προαιρετος εἶναι, reddit, Cui vitio vertebatur nimia clementia. Et cum præterito infinitiui. Demosthenes Pro corona, Φιλίππῳ προδεδωκέναι πάντας αὐτὸν ἔσχον αἰτίαν. Dicitur & αἰτίαν ἔχειν, absolutè. Xenoph. Pæd. 5, διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν, eo quòd cum multis in culpa sint. Hic enim αἰτίαν ἔχειν hoc significat: quum alibi frequentissimè αἰτίαν ἔχειν is dicatur qui accusatur rei alicuius nomine, in quem culpa confertur, siue meritò, siue immeritò. Quo etiam modo vsurpatur αἰτίαν ἔχω βούτῳ, Accusor hoc nomine, Crimen hoc in me cōfertur. Dem. contra Midiam, δικαίοπατ' αὖ, βούτῳ ἔχει ἡ αἰτίαν. Isocr. in Areop. εἰκότως αὖ ἔχομεν πρὸς αἰτίαν βούτῳ. Dicunt & αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος, Accusari ab aliquo. Thucydides, αἰτίαν πολλὴν ἔχω ὑπὸ σοῦ. vbi ἔχω pro λαμβάνω accipitur. Dicitur & αἰτίαν ὑπέχειν pro αἰτίαν ἔχειν. Xenophon Pæd. 6, καὶ αἰτίαν ὑπέχων, ἣν ἐβαρύνετο. Quod loquendi genus imitari volens Cicero, ad verbum dixit Causam sustinere. vt Budæus annotat. ‖ Sunt autem aliæ phrases αἰτία cum verbo ἔχειν habentes, quæ actiua significatione dicuntur. Nā vt αἰτίαν ἔχειν palliuè sumitur pro Accusor, Insimulor, Mihi vitio vertitur, In me culpa transfertur: sic δι' αἰτίας ἔχω τι, vel ἐν αἰτίᾳ τινὶ ἔχω, capitur pro Accuso, Insimulo, Culpo. Thuc. 2, ὑμᾶς αὐτοὺς δι' αἰτίας ἔχετε. Idem 5, ἐν αἰτίᾳ ἔχοντες τὸν Ἀργεῖον.

Alia sunt verba quæ cum nomine αἰτία iuncta idem valent quod αἰτίαν ἔχειν, passiua significatione: & quod δι' αἰτίας ἔχειν vel ἐν αἰτίᾳ ἔχειν, actiua. Xenoph. Pæd. 5, ἐν αἰτίᾳ εἶναι & αἰτίαν ἔχειν eodem loco dixit in eadem significatione; ita scribens, καὶ πάντες ἐδόκουν ἐν αἰτίᾳ εἶναι· καὶ οὐδεὶς τῷ αἰτίᾳ οὔτε αἰσχύνεσθαι, οὔτε φοβεῖσθαι ὁμοίως, ὥστε τοῦτο πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν. Est autem ἐν αἰτίᾳ εἶναι, Latinè verbum è verbo, In culpa esse. Quanquam si quis propius intueatur, animaduertet posse aliquem αἰτίαν ἔχειν, id est Accusari, & in eum culpam conferri, qui tamen non ὄντως ἐν αἰτίᾳ, atque immeritò accusatur. Αἰτίαν λαμβάνω pro αἰτίαν ἔχω, id est Accusor. Thucyd. 6, οἷς πρὸ τοῦ μισηθὲν αἰτίαν λαβόντες. Dicitur pro eodem αἰτίαν φέρομαι. Thucyd. αἰτίαν ἃ ἀδικῶν φέρομαι. Item αἰτίαν ὑποβάλλειν, idem quod αἰτίαν ὑπέχειν. nam ὑπέχειν & ὑποβάλλειν synonyma sunt. Æsch. contra Ctesiph. τὸν τῷ βουλομένῳ ὑποβαλεῖν αἰτίαν. ‖ At verò pro δι' αἰτίας vel ἐν αἰτίᾳ ἔχω in actiua significatione, videlicet pro Culpo, Accuso, Culpam in aliquem confero, vel impingo, Crimen impingo, dicitur, ἐν αἰτίᾳ θέμαι. Herodotus, ἐν αἰτίῃ θέντες τὸν Μαρδόνιον. Id est ad verbum, è Cicerone, In culpa ponentes Mardonium. Idem valet, αἰτίαν στῆσαι. Apud Isocratem autem ad Demonicum, in plurali, ὧν γὰρ αὐτὸς ἀμφότερα, στῆσαι τὰς αἰτίας ἀναδύεται. Reperitur pro eodē αἰτίαν στῆσαι τινί, vel αἰτίαν δῦναί τινι ἄγειν, apud Demosthenem. sic enim in Æschinem, ἐμὲ τῷ αἰτίαν στῆσαι ταύτῳ τῷ πάχει. Idem αἰτίαν φόρου ἐκεῖνον ἄγειν. Dicitur & αἰτίαν ὑποφέρειν. & apud Isocratem De pace, αἰτίας ὑποφέρειν. Item ἐν αἰτίᾳ ποιεῖσθαί τινα, apud Synesium: vel αἰτίαν ποιεῖσθαί τινος: vt apud Plutarchum in Pericle: vel κεῖσθαί τινος, vt apud eundem in

Publicola, οἱ δὲ δήμαρχοι τῷ Μαρκίῳ τὴν αἰτίαν ἐπεσώτευσαν. Sophocles autem dixit eodē sensu, αἰτίαν τίθεμαι, scribēs, — ἐκείνῳ παῖ ἅς αἰτίαν τίθεμαι. Habetur item apud Plutarchum, αἰτίαν τρέπω εἰς σε, vt Latinè dicitur, Culpam in te transfero. ad verbum, Culpam in te verto, seu Conuerto. ‖ Contraria autem sunt his, αἰτίας ἀπολύειν, αἰτίας ἐξιλεῖν, Culpa liberare siue culpæ, (vt Liuius loquitur) Absoluere culpa seu crimine, Exoluere culpa, cum Tacito. Dimouere culpam ab aliquo, vel Remouere. Item Culpæ eximere, vel ex culpa: quod loquendi genus ad verbum respondet illi posteriori, αἰτίας ἐξιλεῖν.

Αἰτίαν ἐνδέχεσθαι (inquit Budæus) est In se crimen recipere, Crimini se offerre, Agnoscere rem perpetratam, & se mandatorem profiteri. Quod & αἰτιᾶσθαι τὸ ἔργον & τὸ ἔργον αἰτίᾳ dicitur: quibus omnibus Demosth. vsus est.

Αἰτίας pluraliter sæpe etiam dicunt: vt Isocrates ad Nicoclem μὴς αἰτίας ταῖς αἰτίαις ἔξω ὧν αὐτὸς οὐκ ἐχόμενος πρᾶξαι. Idem ad Demonicum, ὧν γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν οἶδα τοῖς αἰτίαις ἀναίτιον. Sic dictum est, αἰτίας μεγάλας ἔχω, Grauia crimina in me conferuntur. Reperitur & ἐν αἰτίαις γίνεσθαι, c ficut & ἐν αἰτίαις εἶναι apud Æschinem contra Ctesiphontem, ὑπὸ τοῖς μεγίστας ἁπάσας αἰτίας εἰσφερούσης, Grauissimæ res legatis obiiciebantur, Grauissima crimina legatis impingebātur. Budæus autem annotat ἐν αἰτίαις εἶναι significare non solùm Accusari & inculpari, sed etiā pœnas pendere. Apud Athenæum, ἐν αἰτίαις ἔσεσθαι τοῖς μεγίστοις, verba sunt editi Antiocheni, Non impunè ferent, Graui animadversione plectentur.

Notandum est autem αἰτίαν vsurpare Isocratem in bonam etiam partem, cum his verbis ἔχειν, ἀναπλήσαι, ὑπολαμβάνειν, ὑπάρχειν. fortasse & cum aliis: sed hæc tantùm obseruaui: vt, ἡμεῖς οὕτων τὴν ἀγαθῶν τιμὴν αἰτίαν ἔχομεν. pro, Hæc bona nobis ferentur accepta. In epistola quadam ad Philippum, ἀλλὰ καὶ θεοὺς τὴν αἰτίαν τῶν τραπέζεις ἀναπλήσαι, Talia exercitibus accepta ferunt. In Panathenaico, καίπερ τὴν μὲν ὑπάρχοντων, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον συμβαλοίμην, ἅπαντες ἂν ἡμῖν τὴν αἰτίαν ὑπάρξειν. Idem ibidem, τὴν μὲν γὰρ δίκαιον τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέπειν τὴν τάξιν ἡμᾶς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, δικαίως ἂν ἐπαινεῖν καὶ νῦν τὴν αἰτίαν τοῖς βασιλεῦσιν αὐτοῖς. e

Αἰτιώδης, ους, ὁ καὶ ἡ. Causalis: vt αἰτιώδεις συνδέσμοι, apud quosdam Græcos grammaticos, quæ apud Latinos causales coniunctiones. frequentius tamen vocantur αἰτιολογικοί. ‖ Αἰτιώδης λοῦσος vide apud Suidam.

C. Αἰτιολόγος, ου, ὁ, Qui rationem reddit. Alii exponūt, Qui sequitur rationem & vtitur probationibus.

Αἰτιολογία, ας, ἡ, Causæ redditio, seu rationis, Causatio, Causificatio. Est autem schema apud rhetores αἰτιολογία, de quo ita Fabius lib. 9, cap. 3, Quod verò schema est ad propositum subiecta ratio: vtrum quod Rutilius αἰτιολογίαν vocat? nam de illo dubitari possit an schema sit distributis subiecta ratio. Meminit idem lib. 1. cap. 15: quanquam ibi pro ætiologiæ & ætiologia legitur in nōnullis exemplaribus ethologiæ & ethologia.

Αἰτιολογικός, οῦ, ὁ, Peritus ætiologiarum, id est reddendi rationem eius quod in quæstione versatur, vel quasi artē illam factitans, apud Sextum philosophum. ‖ Αἰτιολογικὲς, Causalis, Causæ redditiuus: vt apud grammaticos Græcos σωνδέσμοι αἰτιολογικοί, coniunctiones causales apud vulgus Lat. grammat. siue rationales. ‖ Αἰτιολογικὴ, pars medicinæ quæ causarum differentias & vires expendit. Quum autem causæ duplices sint (vt docuit Galenus) salubres & insalubres, quarum illæ ad tuendam sanitatem, hæ ad morbum gignendum plurimum habent momenti, non est dubium, ambarum cognitionem ad eam medicinæ partem spectare, sed earum maximè à quibus morbi prodeunt. quam ob causam etiam à quibusdam παθολογικὴ pars eadem dicta fuit. Eam in totum neglexerunt olim methodici, sed maximi semper fecere dogmatici, Hippocratis vestigiis insistentes. Hæc Gorr.

Αἰτιολογέω, ῶ, F. ήσω. P. ηκα, Rationem siue causam reddo. Apud Sextum philosophum cum accusatiuo: vt ὥςπερ πολυσόφους αἰτιολογῆσαι τὸ ζητούμενον. Exponitur & Causor.

Αἰτιολογῶ, Vtor schemate quod ætiologia dicitur.

‖ Exponitur præterea in vulg. lex. Græc. Causas ago: sed perperam.

Αἰτιολογέομαι, οῦμαι, pass. pro eodem. Quidam grammatici veteres exponunt, σκοπάζομαι, σκοπέομαι.

c.r. Ἀναιτιολόγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cuius causa reddi non potest, apud Alexandrum Aphrod. De fato. Idem in Problem. δι' ἃ ἔνια ἔχει φυσικὴν ἀρρητον καὶ ἀναιτιολόγητον. Ex α priuatiuo & αἰτιολογέω, quod significat Causam reddi. formando videlicet à tertia singulari præteriti ἠτιολόγηται. Dioscorides lib. 7, cap. 1, καλεῖται αἰ αἰτιολόγητα τὰ ἀπὸ τῶν ἰχθύων ζώων καὶ θανασίμων φαρμάκων συμβαίνοντα, id est (inquit Budæus) quorū causæ sunt abditæ. In vulg. autē lex. Græc. ol. αἰτιολόγητα exponitur hic Cæci affectus. accipiēdo cæci pro abditi, vt opinor. Exponitur & Causarum cognitione & ratiocinatione carentia. Sed simplicissima est & ad verbū hæc interpretatio, Quorum causa reddi non potest.

C. Ἀναίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Causam non habens, Cuius causa nulla est. vt αἰ αἴτιος κίνησις apud Alexandrum Aphrodiseū De anima. Ita vsurpatur & à Dionysio Areopag. Apud Damascenum quoque hoc sensu Deus dicitur ἀναίτιος, & apud Gregorium Nazianzenum.

Ἀναίτιος, Qui in causa non est cur aliquid fiat, Qui nō est autor, Qui in causa non est huius vel illius rei. A quo culpa rei alicuius abest. cum genitiuo: vt apud Plutarchum, ἀναίτιος ἦν κακῶν, Qui autor malorum non est. Plato De rep. 2, τὸ ἀγαθὸν ἦν ἂν εὖ ἐχόντων αἴτιον, ἦν δὲ κακῶν, ἀναίτιον. Sic, τοὺς κύβους συμπείθοιεν, αἰ αἰτίους ὄντας αὐτοῖς ἂν ἑκόντας ποιοῦσι, id est, Talos confringunt, qui in causa non sunt eorum quæ ipsi sponte sua faciunt. vel, Qui sunt extra omnem culpam eorum quæ. Ita autem interpretans, Ciceronem sequor, vt paulo pòst docebo.

Ἀναίτιος ἀφροσύνης apud Xenophontem, Dementiæ non accusandus. quasi Dementiæ culpa vacans. Οὐκ εἰμὶ τούτων αἴτιος, Horum tibi autor non sum, Hæc mihi imputare non debes. Plato in Timæo, διαθεσμοθετήσας ὁ παὶ πα αὐτοῖς ταῦτα, ἵνα τοῖς ὕστερα εἴη καλῶς ἐκάστων αἴτιος, id est, (Cicerone interprete) Quæ quum ita designasset, seseq; siquid postea fraudis aut vitii euenisset, extra omnem culpam causamque posuisset. Vbi notandum Ciceronem non cōtentum dicere Culpam, addidisse Causam: nomine Græco vtriusque horum significationem complectente.

Ἀναίτιος (sine casu) Insons, Crimine vacans, A quo omnis abest culpa, Nulli culpæ affinis. Apud Homerum Iliad. ν, Ἰλλοι, ἐπεὶ τοι ὑμὸς αἰ αἴτιος αἰπὰ ἄλλῳ. Iliad. λ, Δεινὸς αἰνὴς, ἄλλα τιν καὶ αἰ αἴτιον αἰπὸ τοῦ. Od. υ. Οὐκ αἰ μὲν τιῶ πίκτον αἰ αἴτιος αἰπόω. Dicitur & αἰ αἴτιον εἶναι τοῦδέ τινι, pro Non culpari ab aliquo, vel Non accusari, Culpam non sustinere apud aliquem. Xen. Pæd. 1, αἰ αἴτιος ἦν τοῦδέ τοῖς σοῖς τῶν σφαπώτων. F

Ἀναιτίως, aduerb. Absque causa, Sine causa. Alex. Aphrod. De anima, εἰ μηδὲν ἀναιτίως γίνεται, Si nihil fit absque causa, Si nihil fit nisi præcedente causa. vt à theologis dicitur deūs esse ἀναίτιος, id est nulla præcedente causa. Philo De mundo, εἰ μὴ ἀναιτίως φθείρεται. ‖ Item, Ἀναιτίως, Inculpatè.

C. Μεταίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui vnà cum alio in causa est alicuius rei. Particeps, eo sensu quo à Cicerone dicitur aliquis belli particeps, & coniurationis particeps, quod Gall. complice. In vulgatis lexicis exponitur etiam, Causa similis cum alio. Xenophon Hell. 5, εἰμὶ σφαγῆς καὶ οἱ μεταίτιοι τοῦ ἔργου. vbi μεταίτιοι interpretor Participes. ‖ A Budæo autem μεταίτιος exponitur simpliciter Autor & causa alicuius facti: & citatur ex Herodoto, οἷς μάλιστα μεταιτίους τὸ φρεῖον ἦσαν. Item, πατὴρ γὰρ ὁ πόσθος ἐωῦ μεταίτιον. Et ex Xen. de Theramene, σὺ δ' ἔφη τὸ δημοβόλος εἶναι, πλείστους ἂν μεταίτιος εἴη ὧν ὀλιγαρχίας. Κατὰ τὸ δήμου ἀπολωλέναι, &c. Sic & in vulg. lex. μεταίτιός εἰμι τοῦ πάθους exponitur Damni culpa est penes me. Videtur tamen in locis illis Herodoti μεταίτιοι significare Participes; vt & in illo priore loco Xen.

c.r. Συμμεταίτιος, vt συναίτιος, Adminiculum primæ causæ, inquit Budæus, citans ex Platone in Timæo 156, τὰ μὲν οὖν τῶν ὁμοίων, ξυμμεταίτια ἔφην τῇ ἀρίστῃ τῶν διανοιῶν τῶν ἀληθῶν, εἰρήσθω. Suprà dixerat συναίτια.

C. Παραίτιος, ου, Qui ex parte in cauſa eſt. vel, Qui in cauſa eſt, Autor, ſumendo pro ſimplici αἴτιος. Exponitur ἐτιᾶ ὁ αἰτίαν παρέχων. Democr. in epiſt. καὶ σὺ ὁπόχρῃω καταμέμφεσθαι τοῖς παραίτιοι τῆς ἀκρασίης γενομένοις. Plut. τὸ δὲ τῆς αἰχμῆς τὸ ἧττον παραίτιον γενέσθαι, οὐκ ὄλεθρον. Sic & alibi. Philo De vita M. lib. 1, παραίτιοι γενόμενοι τῆς ὑπαχθείσης χαλεπῆς ἀπωλείας. Athenæus, κατασκάμματα, ὀπτανολαστικά τε καὶ ποσσαμιά, καὶ φείκης παραίτια. In vulg. lex. citantur ex Phalar. epiſt. hæc verba quæ trimetrum iambicum efficiunt, πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος. Bud. παραίτιον in Hippiatria ponit pro συναίτιον.

C. Συναίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ſimul cum alio vel aliis in cauſa eſt alicuius rei, vel Qui ex parte in cauſa eſt, & autor. Xen. Pæd. 1, ἡδονῆς μὲ καὶ ἀγαθοῦ ἕνος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενί. Demoſth. Pro corona, τῆς μὲν λόγου καὶ τῆς βουλῆς ἅπαντες προσχθίττων οὐδένες αἴτιοι σωαίτιος τῇ δόξῃ, τῆς δ' οὐ πᾶς ὅπλοις καὶ χῇ πλὴ στρατηγίαι ἀτυχηθίττων μόνος αἴτιος τῇ. Plato in Pol. circa omnia quæ fiunt, duas artes eſſe dicit, πλὴ μὲ ἡβαίσιος οὔσας συναίτιον, τῆ δ' αὐτλὴ αἴτιον. Theophraſtus De cauſ. plant. lib. 5, πάντα συναίτια τῆς φθορᾶς. In illo tamen Xenophontis loco, συναίτιος exponitur ſimpliciter autor, perinde ac ſi pro αἴτιος acciperetur.

Συναίτιον ſubſtant. Cauſa adiutrix, vel Adiuuãs cauſa. Cicero συναίτια interpr. Adiuuantes cauſæ. pag. 188 Cic. lex. Item, Adiuuantia cauſarum & Quæ rerum adiuuãt cauſas, pag. 38. Verùm ſi ita interpretetur Cicero, αἴτια συναίτια, quomodo αἴτια σωτηρικὰ interpretabitur Quam differentiam ex Sexto philoſopho ſubiungere viſum eſt, quum elegantèr eam deſcribat, ſed in opere quod nõdũ in publicũ prodiit, in ipſa quidẽ certè autoris lingua. Sic igitur Pyrrh. lib. 3, cap. 2, πότερον δὲ τῶν αἰτίων (inquit) οἱ μὲ πλείους ἡγεμῶνται παρ', συνεκτικὰ τῇ, τὰ δὲ, συναίτια, τὰ δὲ, συνεργά. ἐν Συνεκτικὰ μὲ ἐπαρχὴν ὧν παρόντων πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα, ἐν αἱρεθέντων αἴρεται, ἐν μειουμένων μειοῦται. οὕτω γὰ πλὴ ἅμαξαν τῆς σταγαλης, αἴτιον εἶναι φασὶ τὸ πτῆμος. Συναίτιον δ', ὃ πλὴ ἴσην εἰσφέρεται δύναμιν ἑτέρῳ συναίτιῳ πρὸς τὸ εἶναι τὸ ἀποτέλεσμα. οὕτως ἑκάστου τ ἐλκόντων τὸ ἅρμα ἴσην βοὴν αἴτιον εἶναι φασὶ τῆς ὁλκῆς τῶ ἑνὸς τῶν. Συνεργὸν δὲ, ὃ βραχεῖαν εἰσφέρεται δύναμιν, καὶ πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως ὑπαρχὴν τὸ ἀποτέλεσμα· οἷ ὅταν δύο βάρος ἑβαστάζοντων μόχις, βρὶς ἕις πρόσεισι θὼν συγκουφίσων τὸν. Quem ego locum, recognoſcẽs operis huius interpretationẽ quam aliquot ab hinc annis edidi, ita verti, Harum autem cauſarum aliæ (vt illorũ bona pars exiſtimat) ſunt συνεκτικαὶ [quaſi dicas concinentes] aliæ συναίτιοι, [q.d. concauſales] aliæ συνεργοὶ, id eſt adiutrices [q.d. cooperatrices.] Et συνεκτικὰ quidẽ αἴτια eſſe volunt cauſas, quæ quum adſunt, adeſt & effectus: quum tolluntur, is tollitur: quum minuuntur, minuitur. Exempli gratia, ſtrangalen appoſitam cauſam eſſe ſuffocationis. At αἴτιον συναίτιον eſſe cauſam quæ eaſdem cum altero ſynætio vires ad faciendũ effectum affert. Et hoc modo vnumquenque boum aratrum trahentiũ, cauſam eſſe tractionis aratri dicunt. Συνεργὸν autem αἴτιον, cauſam quæ paruas vires confert, & quidem per quas facilior reddatur effectus: vt quum duobus aliquod onus ægrè portantibus, tertius aliquis aduenies, vnà cum ipſis illud portando ſubleuat. Hactenus Sextus: apud quem an συναίτιον αἴτιον vel ipſe Cicero potuiſſet vertere Adiuuantem cauſam, iudicandũ lectori relinquo: certè ſi ita συναίτιον interpretatuſeſſet, quod ſibi verbum ad συνεργὸν interpretationem reliquiſſet non video.

Quæ autem ſequuntur compoſita, alteram accipiũt αἰτίας ſignificationem, videlicet pro culpa.

C. Ἐπαίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui eſt in culpa, Culpandus. ἐπαίτιος πάντων, Qui de hoc culpari debet, vel Qui culpam huius rei ſuſtinet. Ex Thuc. citatur ἐπαίτιος αὐτῶν pro Qui de his inſimulatur. Idem lib. 5. pag. 186 dixit, ἐπαίτιον αἰσχρῶνος, id eſt δι' ἣν ἐσ μεγάλην αἰτίαν ἦλθεν τὴν Ἄργων, vt paulo antè loquutus erat. Dicitur etiam ἐπαίτιός σοι εἰμὶ, (vt & ἔμ αἴτιός σοι εἰμὶ, ſicut infrà dicetur) Eſt quod me culpes, Commerui culpam aut noxiam erga te. Apud Terentium autem habemus & ſine his accuſatiuis, Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt. Hom. Il. α, v. 35, — ὕτι μοι ὔμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀχαιμένων.

C. Μικραίτιος, ου, ὁ ἡ, De paruis rẽb' expoſtulãs, Vel parũ ob cauſam. μικραίτιος amor, Plin. in epiſt. id eſt, Paruam ob cauſam expoſtulans. Bud.

C. Ὑπαίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Obnoxius crimini, ſeu facinori, Non inſons, nec extra noxam. Philo De vita Moſis libro 1, ἀλλ' ὅλα κτίνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμείνομος ἢ βία ἐδίκης, ὑπαίτιος τῇ δοκῇ. Syneſius epiſt. 44, καὶ νῦν οὐκ ὑπαίτιος ὢν ἀκούης κακῶς. Dicitur etiam ὑπαίτιός εἰμι σοί, pro Obnoxius ſum tibi (vt vſus eſt Plautus, quum dixit, — ego tibi Me obnoxium eſſe fateor, culpæ compotem) Xenophon, τὸ ὑπαίτιον εἶναί τινι οὐ παύεσθαι. quod in vulg. lexicis exponitur, Obnoxium cuiquam eſſe & reprehendi. Dicitur etiam ὑπαίτιός σοι εἰμὶ τῆδε, q. d. Obnoxius tibi ſum huius rei. Pro quo poſſe dici exiſtimo, Eſt quod me culpes hac de re (vt ὑπαίτιός σοι εἰμὶ vertere nos poſſe arbitror, Eſt quod me culpes, vel Culpa apud te non vaco, vel Reprehẽſionem à te mereor.) Plut. ὑπαίτιοι τῆ Πομπηίω τῆς ἐκβολῆς, Qui culpam erga Pompeium de electione eius commeruerant.

¶ Et ſubſtant. τὸ ὑπαίτιον, Culpa. Bud. in epiſt. pr. ET aduerb. Ὑπαιτίως, Reddendo ſe crimini obnoxium, Reprehenſionem merendo.

C. 2. Ἀνυπαίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Innoxius, Culpæ non affinis: vt ἀνυπαίτιος ὑπηρεσία Philoni De mundo, Innoxia muneris functio.

C. Φιλαίτιος, ου, ὁ καὶ ἡ, (quod poſt μικραίτιος licet contra alphab. ordinem melius poneretur quia ſignific. eiuſdem generis habet) Querulus, Qui leui de cauſa quenuis culpare amat. μεμψίμοιρος. Xenophon, ζωὸς φιλαίτιος φθόγγος. Eraſmus τὸ φιλαίτιον ſubſtantiuè poſitum à Plut., in lib. De cohibenda iracundia, interpr. propenſionem ad accuſandum. Sic idem in Solone τὸ πρὸς πολίτην φιλαίτιον dixit. Exponitur etiam Contentioſus, Litigioſus (quæ ſignificatio ex altera pendet) & ita Bud. vult accipi apud Dem. Pro corona, πονηρὸν ὁ συκοφάντης ἀεὶ, ἐν παντάχοθεν βάσκανον, καὶ φιλαίτιον.

¶ Αἰτιάομαι, ῶμαι, F. άσομαι, Cauſam attribuo ſeu aſſigno, Cauſam eſſe dicò. Apud Dem. πρὸς σφᾶς, αἰτίαν ἡγεῖσθ' ἢ τύχῃ, & αἰτιᾶσθ' ἢ τύχην, manifeſtũ eſt pro eodem poni. Ariſtot. De nat. anim. 8, αἰτιῶνται πᾶσι θρέμμασι cauſam cibis attribuũt. Idẽ Pol. 7. cap. 12, αἰτιῶμαι τὸ καλῶς κιθαρίζειν ἢ λύραν, id eſt (vt vulgò exponitur) Bene ludendi cithara lyram cauſam eſſe dico. Sic apud Theophraſtum de cauſ. pl. lib. 4. cap. 10, ἔνιοι τῆς φύσιν αἰτιῶνται exponitur, Cauſam ſeminis naturæ attribuere. Apud eundẽ lib. 4. De cauſ. pl. cap. 8, ἀμφοῖν δ' οὖν αἰτιάσαιτό τις τὴν ἀσθένειαν, interpretatur, Vtriuſque cauſam acceperit quis imbecillitatem. Ego verò malim ita, Vtrunque aliquis imbecillitati imputauerit. vt videlicet αἰτιᾶσθαι in hac ſignificatione reddatur Acceptum ferre, quum in bonam partẽ vſurpatur: Imputare, quum in malã. Quanquam & in malam partẽ ſumitur aliquãdo Acceptum ferre, ſed rarius. Chryſoſtomus De ſacerdotio, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἱερωσύνην αἰτιάσαιμι' ἂν δι' αὐτῶν τῆς κακίας, Sed neque ſacerdotio hæc mala imputauerim. Poteſt etiam verti illud Ariſt. Quòd bene ludã cithara, ipſi citharæ acceptũ fero. Nã vt Bud. ait, αἰτιῶμαί σε inter cætera ſignificat, Cauſam eſſe, vel In cauſa eſſe dico, Cauſam ad te refero, etiam in bonã partẽ. Plato in Phædro, ἐγὼ ἔφην, ὦ Φαῖδρε, αἰτιῶμαί σοι τοὺς ἐμπροσθεν λόγους, Hoc acceptum gentis loci refero. Syneſius, ὅσα γ' ἔπειρος αὐτὸς ἀγαθὸς ἔδοξεν ἐν τῷ πόνῳ, Φαῦλον αἰτιατέον τῆς ἡμιόνων. Hactenus Budæus. Sciẽdum eſt autem αἰτιᾶσθαι exponi etiam Cauſari: vt apud Demoſthenem Pro corona, ἐκεῖ δὲ τῆς ἐμοῦ χώρας ἐγκαλεῖτε τῇ. Sic apud Æſchinem cum infinitiuo itidem videtur idem ſignificare, quum dicit, αἰτιῶμαι ὑμᾶς ὑμῖν δίκην ἐν πολέμῳ προσκρούσαντες. Niſi quis malit vertere, Criminaus quoſdam quòd impedirent, &c.

Αἰτιῶμαί σε τοῦτο, inquit Bud. Criminoſè hoc tibi obiicio. Demoſth. pro Ctеſ. ἐγὼ γὰ Αἰσχίνῃ οὐδένας αἰτιῶμαι πλὴ ἐν πολέμῳ προσκρούσαντων. Interdum cum duobus accuſatiuis. Idem Pro Phorm. ἵνα αὐτὸν αὐτῷ αἰτίαν αἰτιασάμενος, &c. Quid contra ſeipſum obiicere poteſt quamobrem, &c. Hactenus Budæus. Notandum eſt autem αἰτιᾶσθαι Ciceronem interpretari Accuſare: quum hæc Platonis, ἐν τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι vertit, Non accuſare quod eſſet accuſandum. Vt verò αἰτίαν idem vertit Culpã, ita αἰτιᾶσθαι

Culpare nō malè reddemus: vt οὐδέν σε αἰτιάσαιτο, Nihil fuerit quod in nobis culpes, vel Propter quod nos culpes. Dicitur verò αἰτιᾶσθαι & Accusare in iudicio. Xen. πρός Σωκράτην ὁ κατήγορος αἰτιᾶται. ¶ Interdum præpositio εἰς inseritur: vt αἰτιᾶσθαί τινα εἰς ὑβρεφαγίαν, apud Chrysostomum De sacerdotio. ¶ Iungitur & infinitiuo, sicut & quum pro Causor sumitur. Xenophon, αἰτιῶνται αὐτὸν ἀργὸν εἶναι, Eum criminantur quòd ineruem comedat. vel, Inertem comedere. Sic αἰτιῶμαί σε ἐπιβουλεύειν, Criminor te insidiari, vel Accuso te insidiarum.

Αἰτιῶμαι, in pass. significatione, Accusari, Culpari. Gorgias in Helenæ encomio, εἰ δίκῃ τὸ πρᾶγμα ἄξιος αἰτιᾶσθαι ὁ αἰτιώμενος, id est, Si dignus est qui accusetur, vel qui reprehendatur.

Αἴτιαμα, τος, τό, Criminatio, Accusatio, in propria significatione, non autem, vt in vulg. lexicis Græc. Crimen, Culpa. nam aliter explicandum est nomē primitiuum αἰτία, aliter nomen verbale αἴτιαμα factum à verbo αἰτιάομαι, & ipso ab αἰτία deducto. Plut. in Publicola, τὸν δὴ πρῶτον αἴτιαμα τῆς Οὐολούσκων ἐκάμβανον, Hanc primā Volusciorum criminationem capiebant. vel, Hanc primam Voluscos criminandi occasionem. Luc. Act. Apost. cap. 25, circa principium, πολλὰ καὶ βαρέα αἰτιάματα φέροντες κατὰ τοῦ Παύλου, Multas & quidē graues criminationes afferentes aduersus Paulum. Notandum est autem omnia vetera exemplaria quibus vsus est pater meus in vltima Noui Testamēti Græci editione, (quæ non pauca nec paruæ autoritatis ob antiquitatem erant) habuisse hoc in loco non αἰτιάματα, sed αἰτιώματα per ω. ¶ Αἴτιαμα licet propriè criminationem significet (vtpote verbale nomen) non crimen: aliquando tamen & pro αἰτία, id est Crimen, vsurpatur: vnde & Hesychius αἰτιαμάτων alicubi vult esse positum pro ἐγκλημάτων. Notandum est autem, secundum hanc significationem αἴτιαμα passiuam habere significationem, non actiuam. nam quum αἴτιαμα dico pro criminatione, & ipso criminandi actu, (vt ita dicam) manifestum est actiuè sumi: at quum pro eo de quo alicui criminatio infertur, tunc passiuè accipi liquet. Id autem de quo alicui criminatio infertur, est ipsum crimen.

Αἰτίασις, ως, ἡ, Idem quod αἴτιαμα. A Budæo in Comm. exponitur Accusatio & querela: citante hunc Antiphontis locum, ἡμῖν δὲ τοῦτο αἰτίασις μὲν ἔχει πολλῶν πόλος. Fab. lib. 9, cap. 2, non procul à fine, Vnde sunt enthymemata κατ' αἰτίασιν, μεμπτικήν etiam. Quo loco αἰτίασιν exponunt vulgò Causationem. Bud. in lex. scribit αἰτίασιν in Pandectis poni pro litis principio & actione contra aliquē, vt αἰτίασιν λαβεῖν.

Αἰτατὸς, ὸν, ὁ, Causatus, barbarè loquendo, id est, Ex alio tanquam ex causa procedens: vt, ὁ ὑιὸς τοῦ θεοῦ οὐκ ἔστιν αἰτιατός, ἀλλ' αἰτατὸς καὶ πνεῦμα οὐκ αἴτιον, ἀλλ' αἰτατόν. In vulgatis lexicis αἰτατόν, Causatum, A causa vel ab autore ortum. ¶ Dicitur etiam αἰτατὸν id cuius causa seu ratio redditur: vt quum dicit Eustathius πρὸ αἰτίας poni τὸ δι' αἰτατοῦ. Sunt qui αἰτατὸν exponant etiā Id quod pro causa seu ratione affertur.

Αἰτατικὸς, ὴ, ὸν, Criminatorius, Accusatorius. Apud grammaticos αἰτατικὴ πτῶσις, Accusatiuus casus. HINC αἰτατικολογῶ, vnde αἰτατικολογούμενα Gaza vocat quæ in accusatiuo casu enuntiantur.

C. Ἐπαιτιάω, ῶ, vel potius Ἐπαιτιάομαι, ῶμαι, Criminor, Accuso vel Incuso, Insimulo, Culpā in aliquem confero. Dicitur ἐπαιτιῶμαί τι, vel ἐπαιτιῶμαί τι τινι, & ἐπαιτιῶμαί τι τινός τινα. Plato Epistola 7, ἐφοβούμεθα μὴ ἄρα ἐπαιτιώμενοι ἁμαρτεῖν. Demosth. in Midiam, ἐπαιτιασάμενός μέ φόνου, Criminatus me homicidii, pro αἰτιασάμενος. Aristophanes in Vespis, φιάλῃ ἐπαιτιῶνται κλέψαι τὸν θεόν. Dicitur & ἐπαιτιῶμαί τινά, vt rursus apud Plat. in quadam epistola, ἐπαιτιῶμαι τὸ μῆκος τῆς πορείας, In longitudinem itineris culpam reiicio, vel confero. In vulgatis autem lexicis exponitur Ob itineris longitudinē me excuso. ¶ Item Ἐπαιτιᾶσθαί τινι ξυμφοράν, apud Thucydidem voce actiua, lib. 8. pag. 288, τινὰ τὴν ἰδίαν ξυμφορὰν ἐπαιτιάσασθαι φυγῆς ἐποιήσατο, καὶ ἀνωλοφύρετο ὁ Ἀλκιβιάδης. (vbi legitur & ἐπαιτιάσατο, vt in marg. edit. meæ annotatum est) quod Valla interpretatur, Iacturas exilii sui questus est & deplorauit. Ac ego malim, Sui exilii calamitatem illis loco criminis obiecit, Vel simpliciter Obiecit: vt αἰσχρὰ εὐέργετα seorsum accipiatur, non autem cum illo accusi iungatur.

Ἐπαιτίωμαι, pro Causam seu causas affigno. Plato in Phædro, ἀδίκους αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ δέρεσθαι τοὺς θεράποντας. Paulo pòst αἰτιώμενον dicit.

c.2. Συνεπαιτιῶμαι, Simul criminor, Simul vel vnà accuso. Plut. in Pericle, οὓς συνεπῄτιῶντο τὴν Λακωνισμόν, quos Laconismi simul accusabat.

b C. ΚΑΤαιτιάομαι, ῶμαι, Criminor, Ac vso, Insimulo: vt ἐπαιτιῶμαι, & simplex αἰτιῶμαι. Greg. εἰ μὲν καὶ πρὸ τοῦ τοῦτο σὺ τὰ βέλτιστα κατῃτιάσω, ἀλλ' οὐ πρὸς ὀξέως ἐπαιτιάσῃ. Et κατῃτιώμενος ὦν apud Demosth. Hæc criminis loco obiiciens, De his accusans.

Κατῃτιάθης pass. signif. apud Polyb. lib. 3, τοὺς ἐκ τοῦ Περραιβικοῦ πολέμου κατῃτιάθησαν ἀπολέσαντες τὰς ἐπιχωρίους αὐτῶν δόξας.

c.2. Ἀκατάπαπος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Non accusabilis, pro Inculpatus, Culpa carens, Crimine vacans. ἀκατάπαπον Hesych. exponit ἀνέγκλητον & ἀκατηγόρητον.

c C. ΠΡΟαιτιάομαι, ῶμαι, Ante criminor, Antè accuso. ¶ Προῃτιασάμεθα apud Paulum, ad Rom. cap. 3, v. 9, pro προῃτιάσαμεν, vt Græc. schol. ait, id est Arguimus. Verùm non simpliciter Arguimus intelligendum est, sed causis redditis seu rationibus. Potest & sic verti (meo iudicio) Causas vel causam assignauimus propter quā, &c. vt καταιτιᾶσθαι. & simplex αἰτιᾶσθαι à Platone poni pro Causas assignare, dictum est. Vet. interpr. reddidit, Præcausati sumus.

D C. ΠΡΟΣαιτιάομαι, ῶμαι, Insuper accuso, vel Criminor.

¶ Αἰτιάζω, Actiuum, idem quod αἰτιῶμαι: vnde formatum passiuum αἰτιάζομαι, pro Accusor, Culpor, vt exponit Budæus in hoc Xenophontis loco, Hell. 4, καὶ μάλιστα οἱ αἰτιαζόμενοι ἐναυλιζέσθαι, id est, Qui ob id incusabantur quasi ipsi obstitissent. Alibi (inquit idem) actiuè posuisse videtur, πρὸς ἃ ἔγωγε φιλοτιμοῦμαι καὶ ἡμῖν αἰτιάζεται. Hæc Budæus. Sed notandum est alteram quoque esse eius loci lectionem, scribendo videlicet αἰτιάζεσθαι. vt sit, Vos ea culpatis ad quæ magno studio contendo ac laboro, simul etiam ciuitas. At legendo αἰτιάζεται & imperfecta maneret sententia, & constructio esset planè noua & inusitata πρὸς ἃ αἰτιάζει). sed & hoc dictum minimè cum præcedentibus cohæreret.

E AIXMH, ης, ἡ, Cuspis, Mucro. Sed rectius cuspis: vt αἰχμὴ λόγχης, Cuspis lanceæ. sic αἰχμὴ ἔγχους, Il. ω, — καὶ ἔγχεος ἐξέρυσε αἰχμήν. at Philostratus in Heroicis videtur καταχρηστικῶς dixisse αἰχμὰς τοὺς κέρατας, vt si quis dicat Latinè Cuspides cornuum, pro eo quod est, acumina cornuum, αἰ ὀξύτητες. Sunt & qui velint αἰχμὰς ἐξείας Hesiodum appellasse falces. ¶ Sæpe etiam αἰχμὴ (ponendo partem pro toto, poetico more) pro hasta, siue lancea, vsurpatur. Exponitur verò & Hastile, Spiculum, Telum. Iliad. μ, Ἀνδρὶ ἔοικεν, καὶ ἀκοντίζοντι μάλιστα· Αἰχμαὶ δ' ἐκ χειρῶν. F

Αἰχμὴ etiam pro bello sumitur, sicut Ferrum interdum apud Latinos poetas, & arma tam in carmine quàm in prosa. vnde & Hesychius αἰχμαὶ exponit πόλεμοι. Vtitur hoc modo Herodotus quoque: vt, τὸν ἔσχε αἰχμὴν, quod bello ceperat, vel armis. Item Plut. in Numa, αἰχμῆς ἐφεστηκότα πολλῷ χρόνῳ. ¶ Videtur αἰχμὴ pro fortitudine & bellicositate (vt vera dicam) poni in hoc poetæ cuiusdam loco, apud Plutarchum in Lycurgo, Ἐν δ' αἰχμὰ πίων θάλλει καὶ μυῖα λίγεα.

Αἰχμὴ, vel ἀπὸ τοῦ αἷμα χεῖν dicitur, id est à fundendo sanguine: vel ab αἴσσω. vide Etymol. autorem.

C. Αἰχμώδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Idem quod αἰχμάλωτος, de quo paulo pòst. Vtitur illo αἰχμώδεσι Sophocles, teste Hesychio. Sonat autem q. d. Hasta vinctus, seu ligatus (ex αἰχμὴ & δέω) quia captiui vinciri solent.

n C. Αἰχμοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hastatus, Hastam gerens. ad verbum Hastifer. Capitur pro satellite, eadem forma & eadem ratione qua δορυφόρος. Herodotus in 1, ὧν ἐν οἱ τῶν αἰχμοφόρων.

C. Αἰχμάλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. αἰχμῇ ἁλωτὸς) Bello captus, Armis captus, Manu captus, cum Salustio: Captiuus.

ad verbum Hasta vel cuspidis hastæ captus. eodem mo do quo & ἁρπάλωτος. Sed vsitatius est illud quàm hoc, præsertim in soluta oratione. Quanuis autem αἰχμάλωτος conflatum sit ex αἰχμὴ ἁλωτός, & ἁλωτὸς sit pro λη-ϛὴς: dicitur tamen λῃϛὴς αἰχμάλωτος, vt si dicas, captus captiuus: sed Latinè aptius dicitur, Abductus captiuus, vel in captiuitatem: aut, In hostium redactus potestatē: aut breuissimè, Bello captus. Plut. Hellen. αὖτ' ἐλαυνῶν αἰχμάλωτον, Qui bello quempiam ceperat. Plut. in Alexandro, γυναῖξιν αἰχμαλώτοις. Sic & αἰχμάλωτοι νῆες appellantur ab historicis Naues bello captæ. Dicūtur & πόλεις αἰχμάλωτοι, vrbes ab hostibus captæ & in seruitutem redactæ, apud Isocratem & Plut.

Αἰχμάλωτον, ου, τὸ, substantiuum, Mancipium, apud Xenoph. Demosth. & Philostratum in Heroicis. Dicitur aliquando αἰχμάλωτα σώματα, Mancipia, pro αἰχμάλωτα absolutè. & tunc αἰχμάλωτα adiectiuum est. Propriè autem αἰχμάλωτος de persona bello capta & seruituti mancipata.

Αἰχμαλωτὶς, ίδος, ἡ, Idem quod αἰχμάλωτος in fœm. genere. licet αἰχμαλωτὶς diminutiui nominis formam habeat. αἰχμαλωτίδες χέρες, Captiuæ manus, id est eius qui est captiuus, vel eius quæ est captiua. Sophocl. Aiace, — τὸν παῖ αἰχμαλωτίδας χέρας Διεμοῖς ἀπυδύσοντα.

c.1. Συναιχμάλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Concaptiuus, Captiuitatis socius. Paulus ad Rom. 1. v. 7, ϑεῖ συγγενεῖς μου καὶ συναιχμαλώτους μου. In vulg. lexicis habetur etiam Συνεχμάλωτος, itidem pro Concaptiuus, tanquam ab ἔχμα, vt illic scribitur. quum alioqui apertè mendosa sit hæc scriptura, ideóque minimè quæri debuerit eius deriuatio.

Αἰχμαλωτεύω, ab αἰχμάλωτος, ET Αἰχμαλωτίζω ab αἰχμαλωτὶς, Captiuum abduco, vel in captiuitatem, Bello captum abduco, vel In seruitutem abduco. Hesych. αἰχμαλωτίζοντα exponit, In seruitutem violenter abducentem: αἰχμαλωτεύοντα autem, συνεπιμύοντα.

Αἰχμαλωσία, ας, ἡ, Captiuitas: vt αἰχμάλωτος fit ex αἰχμὴ & ἁλωτὸς, sic αἰχμαλωσία ex αἰχμὴ & ἅλωσις.

C. Ὅμαιχμος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q.d. Collanceatus) Socius in bello, Arma consocians, Confœderatus, σύμμαχος, Hesych. Exponitur etiam Commilito. HINC Ὁμαιχμία, Belli societas, Confœderatio. Herodotus, ὁμαιχμίαν συνίστασθαι πρὸς τὸν Πέρσην. ET Ὁμαιχμία apud Hesychium. ET Ὁμαίχμη, pro eodem, videlicet pro συμμαχία.

C. Συναίχμος, Idē quod ὅμαιχμος. nam συναίχμος quoque exponitur σύμμαχος à Suida & Hesychio.

C. Μεταίχμιον, ου, τὸ, (q.d. Interlanceatium) Spatium inter duas acies. τὸ μεταξὺ τῆς αἰχμῆς, id est ἔρασμα τοῦ σώματος: vt μεταιμάζιον dicitur τὸ μεταξὺ τῆς μαζοῦ. Vel μεταίχμιον quasi μεσαίχμιον. quarum deductionum vtraque ponitur ab Eustathio. Sed & Hesychius μεσαίχμιον quoque agnoscit, vt paulo pòst docebo. Euripides Phœnissis, — καὶ μεταιχμίους Ὁπλοις στιχοῦσαν ἐμμένειν ἕρασμα πλάτας. Vbi scholiastes esse μεταίχμιον dicit τὸν μεταξὺ δύο ἐρασμάτων τόπον. Idem verò alibi scribit μεταιχμὸν dictum τὸ μεταξὺ τῆς δύο αἰχμάτων, eadem forma qua μεταίχμιον. ¶ Per metaphoram autem, siue (vt vult Eustath.) per catachresin, dicitur & de interstitio quod est inter res quaslibet. Herodotus, ἐξαίρετόν τι μεταίχμιον τῆς γῆς κειμένιον. Eustathius postquam dixit μεταίχμιον per catachresin vocari etiam τὸ ἀπλῶς μεταξὺ δύο ἄκρων, vt si (inquit) aliquis dicat τὸ μεταιχμίῳ δύο ἐρασμάτων τῷ. Greg. in Macc. encomio, καὶ τῆς δυοῖν παθῶν ὡῷ ὁ μεταιχμίῳ. Damascenus, τοῖς γὰρ μεταίχμιον ὅτι δεινὸς καὶ ὀκνεῖς. Lucianus paulo etiam aliter vsurpauit, vbi Momum inducit Apollini dicentē, σὺ δὲ λοξὸς εἶ καὶ χειροδίκης, καὶ πολλὰ εἰς τὸ μεταίχμιον λυπορρίπτεις, id est, (inquit Bud.) Oracula ancipitia das, & in vtranque partem ambigua. q. d. Inter duas acies ambigentia.

Μεταίχμιον in eadem signif. agnoscit Hesychius. Vulgata autem lexica μεσαίχμιον interpretantur etiam Partem mediam hastæ. Quæ expositio ex illo sumpta videtur, ita scribente, Μεσαίχμιον, μέσον αἰχμῆς, ἤγουν μέσον βέλους, ἢ δύο ἐρασμάτων. Sed illam horum verborum Hesychii expositionem dubiam reddunt quæ sequuntur apud eum. Nam subiungitur ab illo, Μεσαίχμιος γῆ, ἡ μέση πάλαι αἰχμή. καὶ Μεσαίχμιον, παρὰ τὸ μέσον ἔχειν, κυρίως τῆς αἰχμῆς.

Αἰχμητὴς, οῦ, ὁ, Bellator, Bellicosus: vt apud Homerum, — βασιλῆϊ ἀγαθῷ, κρατερόν τ' αἰχμητήν, id est, Regi bono, strenuóque bellatori. Exponitur etiam αἰχμητὴς κρατερὸς, Hasta acerrimus. Malim, Armis acerrimus, vel potiùs acer: quia acerrimus esset pro κρατερώτατος. Idē Il. β, dicit Κικόνων αἰχμητάων pro Ciconum bellicosorum.

Αἰχμάζω, F. σω, Iaculor, Vibro. Il. η, Αἰχμὰς δ' ἀμφὶ μάσσιν ἀείρει. καὶ Μεσαίχμιον, παρὰ τὸ μέσον ἔχειν, κυρίως τῆς αἰχμῆς.

Αἰχμητὴς, οῦ, ὁ, Bellator, Bellicosus: vt apud Homerum, — βασιλῆϊ ἀγαθῷ, κρατερόν τ' αἰχμητήν, id est, Regi bono, strenuóque bellatori. Exponitur etiam αἰχμητὴς κρατερὸς, Hasta acerrimus. Malim, Armis acerrimus, vel potiùs acer: quia acerrimus esset pro κρατερώτατος. Idē Il. β, dicit Κικόνων αἰχμητάων pro Ciconum bellicosorum.

Αἰχμάζω, F. σω, Iaculor, Vibro. Il. η, Αἰχμὰς δ' ἀμφὶ μάσσιν ἀείρει. καὶ Μεσαίχμιον, παρὰ τὸ μέσον ἔχειν, κυρίως τῆς αἰχμῆς.

Αἰχμάσσω idem quod αἰχμάζω. quo vti dicemus Homerum si in eius loco modo citato αἰχμάσσουσι præsentis temporis esse voluerimus: vt etiam videtur esse si ita duplici σ scribatur: sed apud Suidā vnico scriptum habetur.

ΑΪΨΑ, aduerb. temporis, poeticum. Statim, Continuó. vel, Citò, Celeriter. ἀθρόως, αὐτίκα. Il. α, Αἶψα δ' ἀπ' ἰσθμοῖσιν ἀδιὼ λίχ' ἱμείροντες. Il. τ, — λαρὸν δ' ἐξ ἀδινὸν ἴθυσε καὶ ὀτραλέως. vbi Hesych. αἶψα ἐξ ὀτροχίας exponit ἐξαχέως ταχύ, id est Valde citò.

Αἰψηρὸς, ὸν, ὁ, Celer, Citus. Odyss. ω, — αἰψηρὸς δὲ κύων κρυφοῖο γένειο. Iliad. τ, — λῦσον δ' ἀγορὴν αἰψηρὰν. vbi nomen pro aduerbio ponitur, αἰψηρὰν pro αἰψηρῶς, vt docet Hesychius ex Aristarcho. Erit autem αἰψηρῶς aduerbium formatū à nomine αἰψηρὸς, idem significans quod αἶψα. Ac si verum est quod ait Aristarchus αἰψηρὰν esse positum ibi pro αἰψηρῶς, dicere poterimus Homerum dixisse eo loco λῦσον δ' ἀγορὴν αἰψηρῶς pro eo quod Il. β dixerat, αἶψα δὲ λῦε' ἀγορήν.

C. Αἰψηροκέλευθος vide in proximè sequent. post Λαιψηρός.

¶ Λαιψηρὸς etiam dicitur pro αἰψηρός, vt docet Hesychius. vnde λαιψηρὰ γόνατα, & λαιψηροὶ πόδες, & λαιψηρὰ βέλη, apud Homerum. HINC Λαιψηροδρόμος, Celeriter currens, Volucer, apud Euripidem. ET Λαιψηροκέλευθος, Celeriter viam conficiens, Cuius via est celer, Velox: vt apud Hesiodum in Theog. Ἀργέϊφόντην, ζάθυρον, Διὸς υἱὸν Λαιψηροκέλευθον. Vbi legitur etiam αἰψηροκέλευθον.

ΑΪΩ, (poeticum) Audio, Apud Homerū modò cum genitiuo, modò cum accusatiuo. Iliad. ο, Ἀρεΐων ἀΐων. Od. ξ, οἱ δὲ βοῆς ἀΐοντες. Iliad. κ, Νέστορ δὲ προφρονέως κατὰ μῦθον ἄϊε. Iliad. ω, Οὐκ ἀΐεις ἄ, τι φημὶ θεὰ λιπαρώλενος Ἥρη; Apoll. Arg. 1, Ἀλλ' ἐπὶ οἱ βάξιν ἀγλαὸν ἀΐσαν ἠρώων. In soluta autē oratione rarum est ἀΐω, ac potius vsurpatur ἐπαΐω, vt mox dicetur. Quanquam apud Lucianum videtur vsurpatum οὐκ ἀΐοντι pro Non audienti, vel non intelligenti: quum scribit, τοῦ δὲ αἰτήσαντος σου ποιεῖν, ὁ πᾶς οὐχ' ἀΐοντι ἔοικα. Idem in Philopatride dixit οὐκ ἀΐεις, sed tanquam Homerica verba vsurpans, vt opinor. sunt enim apud Homerum aliquoties initio versus hæc verba; vt in carmine modò citato. sic Odyss. σ, Οὐκ ἀΐεις ὅπ δή μοι ὀπιπεύουσιν Ἀχαιοὶ; Iliad. ο, Οὐκ ἀΐεις ὅ μοι υἱὸς, &c. Aristoph. autem ἀΐειν cum genitiuo dixit pro Audire, id est dicto audientem esse, Auscultare: in Nubibus, ὦ παῖ παῖ ἔξελθ' οἴκων, ἀΐεις σοῦ πατρός, O fili fili egredere domo, patri tuo auscultа. vel, esto dicto audiens. ¶ Ἀΐοντες Hesychius exponit etiam αἰδοιόμοροι. non dubito quin explicans illud ἀΐοντες quod est in hoc Homeri loco, Iliad. λ, — ἵ-μασιν κελλίπεσσιν ἐπ' ἵππους Μάστιγι λιγυρῇ. Οἱ δὲ πληγῆς ἀΐοντες Ἴμμ' ἴφθιμον ἔθον ἄρμα, id est, Verberauit equos flagello arguto. illi autem verbera sentientes, velociter celerem currum agebant. Et ita quidem expono, Hesychium sequens. at Eustathius ἀΐοντες pro Audientes accepit, ita scribens

scribēs, Quis autē sit vsus flagelli arguti [id est argutè sonantis] declarat, quū subiungit, οἱ δὲ πληγῆς αἰῶνος ῥίμφα ἔφερον ἅρμα. Terret enim equos flagellū, argutū quē-dam strepitum edens. Addit etiam γοργῶς esse hoc ab Homero dictum, quasi dolor ex verbere vnà etiath ad-ditu percipiatur. ¶ Αἴων idem Eustathius exponit ἀπνευστον (vt sit ab ἄω) in hoc Il.ο versu, — ἐπὶ φίλον αἴσιμον ἦτορ. Vnde existimo posse corrigi deprauatissimū apud Hesychium locum. nam apud eum ita legitur Αἰῶν ὁ τὸ παραξέπνουν τῷ ψυχῷ. at ego contendo legi debere, Αἴων ὁ παραξέπνουν τῷ ψυχῷ, id est, Expirabam animam. Ad-monet tamen Eust. quosdam exposuisse, ἀδιανόμιτον καὶ ψυχῷ, i. Sentiebā in animo: vt videlicet habeat hic eān-dem quam in proximo loco significationem.

C. Εἴ Σαίω, Audio. Interdum cum genit. rei, interdum & cum accusatiuo. Cum genit. vt apud Nonnum, φθογγῆς αἰσαίοντα: cum accusat. vt epigr. lib. 4, — πτίλον εἰσαΐουσα μέλος. Personæ autem genitiuum habet.

C. Ἐπαΐω, vti dixi, in soluta oratione potius vsurpatur quàm simplex ἀΐω. Est autem ἐπαΐειν (inquit Bud. in C.) intelligere, & cum præpositione ἀφὲ iūgitur, vt in hoc loco [Plat. De Rep. 10, αἰσθῆς τι οὐκ ἐπαΐων ἀφὲ τῆς συντυχίας] & in Gorgia, ἔτι οὐκ ἐπαΐεις οὐδὲν ἀφὲ γυμναστικῆς. Ali-quādo genit. iūgitur sine præpos. vt lib. De rep. 7, ἔξωθεν ἐπαΐειν. Plut. in Bruto, τῆς μὲ φωνῆς οὐκ ἐπαΐοντες αὐτῆ. Aristoph. σφηξὶ sine casu posuit, καταγελᾷμαι δ' οὐκ ἐπαΐεις, Nō sentis te ludibrio haberi. Hactenus Budæus. ¶ Sciendum est autem simpliciter accusatiuo iungi ali-quando apud eundem Platonem, vt quum dicit, ἐπαΐοντες τὸ, τι καλὸν καὶ μή. Sic & Sophocl. accusatiuo iunxit hoc in versu, Τῶν βαρβάρων γὰρ γλῶσσαν οὐκ ἐπαΐω. in qua significatione iunxit Lucianus genitiuo. Nam Budæus nihil aliud dicit quàm ἐπαΐειν significare intelligere, nihil præterea addens. atqui notandum est illud In-telligere non eodem accipi modo in exemplis quæ citat. nam in locis Platonis ἐπαΐειν est intelligere, id est Cognitionem habere. (nam Cicero dicit Intelligere in aliqua re, pro Cognitionem alicuius rei habere) at in Plutarchi loco, τῆς μὲ φωνῆς οὐκ ἐπαΐοντες αὐτῆ, vocem e-ius non intelligentes, id est (si modò Latinè id quoque sonat Intelligo) non audientes seu exaudientes. Neque enim puto ita ibi accipi à Plutarcho φωνῆς ἐπαΐειν, vt hìc apud Lucianum, ἔτι καίγὼ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς ἐπαΐω. nam hoc loco ἐπαΐω τῆς Ῥωμαίων φωνῆς est vocem Romanam seu sermonem Romanum intelligo, id est Calleo, Per-cipio, Cognitum habeo. vel, Cognitionem habeo ser-monis Romani. Fortasse verò Budæus ita & apud Plu-tarchum illud ἐπαΐοντες accepit vt hic accipiendum di-co ἐπαΐω apud Lucianum: ideóque exposuit etiam ibi verbo Intelligere. Verùm mihi non fit verisimile eos quos Brutus socios coniurationis habebat (de quibus Plutarchus dicit οὐκ ἐπαΐοντες) eius linguæ qua vtebatur Læ-nas apud Brutum, ignaros fuisse. Dico igitur ἐπαΐοντες ibi esse audientes siue exaudientes: apud Lucianum autem ἐπαΐω, Intelligo. quam duplicem significationē itidem apud nostrates habet verbum *entendre*. ¶ Ἐπαΐοντες exponitur apud Herodotum sentientes (accipien do in propria significatione) quum dicit ἐπαΐοντες σάν-δεων: at in loco Luciani quum οὐκ ἐπαΐεις καταγελᾷμαι Bud. vertit, Non sentis te ludibrio haberi, accipit Bud. Sentis metaphoricè pro Animaduertis.

Ἐπαΐστος, ου, ὁ ἡ ἡ, Is de quo auditū est, Resci-tus, Qui innotuit. Apud Herod. sæpe in vsu. vt quū dicit in Euterpe, ὡς ἐπαΐστος ἐγένετο τοῦτο ποιήσας ἀθρόος. Apud eundē ἐπαΐστα ἐγέ-νετο, exponitur Fuerunt deprehēsi. Et, ἐπεὶ τε ἐπαΐστος ἐγένε-το τοῦτο Καμβύσῃ, Postquā à Cābyse cōuictus est. Et, ἐπαΐστων γεγομένων κακοτεχνήσαντα ἐς Δημάρητον, δεῖμα ἔλαβε, eum subiit metus iā manifestū maleficii in Demaratū excogitati. Deniq; ἐπαΐστος & ἀΐδηλος ab hoc scriptore pro eo dē accipi puto. Cæterùm ἐπαΐστος hìc posui, ac nō itidē ἄϊστος in ἀΐω, quū nec eadē sit significatio, nec deriuatio.

Αἰ Ω Ν, ῶνος, ὁ, Æuū, Æternitas. Dicitur αἰὼν quasi ἀεὶ ὤν, vt docet Aristot. 1, De cælo. Hieron. in E-zech. c. 16, αἰῶνα, i. Seculū, annos 70 cōtinere ait. Phil. De mūdo, ἐν αἰῶνι ὃ ἔστι παραλλάξαι ἄδει, ἔστι μάτην, ἀλλὰ μόνον ὑπέστη. Hìc dicitur ἐξ αἰῶνος, pro Ab æuo, Ab æterno. & εἰς αἰῶνα, In æternū, In perpetuū. quod & δι' αἰῶνος dici-



tur. Dem. in epitaph. ζωῶντα δ' αἰῶνος ὑπάρχῃ ζῶις πᾶσι δι' αἰῶνος ἀεὶ φῶς ἐφορῶν ἀνεγρόμενος. Aristot. ζῶντα ὃ ἴσασι τὴν γῆν ἢ δι' αἰῶνος ζῶντα εἶναι πρόχειρον. ¶ Est etiā αἰὼν (iuxta Hier. in Ez. c. 16) seculū, i. 70 annorū spatiū. ὀκτὼ αἰῶνος Bud. apud Areopag. Ante seculā. ¶ Αἰὼν, Vita, Tēpus vitæ hominis (quā si-gnif. habet itidē Æuū apud Lat.) apud Hom. & alios, ac Herodot. præsertim & Xen. Il. π, — ἔστασά μιν ἐγὼ λίσσων αἰ-ών. sic Il. χ, Αὐτίκ' ἐπειδὴ τόν γε λίπεν ψυχή τε καὶ αἰών. Dici au-tē potest de mortuo, nō solùm τὸν λίπεν αἰών, sed inuer sa forma orationis, ἔλιπε λίπα τὸν αἰῶνα: vt dixit Archias in Anth. epigr. — ὅσσας αἰῶνα λιπαίνεις. Xen. Pæd. 3, Καλλιον ἦν ἥδιον ἢ αἰῶνα ἀβρόξιν. Idē, ἐμοὶ ὃ αἰῶν ἐστὶν ἢ αἰῶνα διαβιῶναι, ἑαυτῷ καὶ παιδὶ τῷ ἐμῷ. Herod. in Call. παιδὶ πᾶσαι τὸν αἰῶνα, Vitā finire. Ponitur autē nō solùm gen. masc. quū hāc signif. habet (vt Od. ε, — κατέκειτο δ' ἰλυὸς αἰών) sed & in fœm. apud poetas: vt Il. χ, — αἶσα δ' ἐφίλης αἰῶνος ἀμερθῆς. Sic & apud Hesiod. ἁλυπρὸς αἰὼν ἀμέρσει, Dulci vita pri uare. Annotat autē Eust. in illū locū Il. χ, positū esse no men αἰὼν in fœm. genere, more Ionico. quanquā in mo dò citato Herodoti loco legitur ἡ αἰῶνα nō ἡ, assentien te ipso etiā Eust. Quare dicendū est hoc ideo scripsisse Eustath. (libet enim eū excusare) non φ hoc ipsum no-mē fœm. gen. enuntiēt, sed φ multa alia quæ lingua cō munis masc. enuntiare solet. ¶ Αἰῶνα (inquit Hes.) vo-cauit ψυχὼ (id est animā) Euripides in Philoct. dicens ἀπέπνευσεν αἰῶνα, id est, Efflauit animam, seu expirauit. ¶ Αἰὼν, Spinæ medulla, apud Hipp. ὁ νωτιαῖος μυελός, in-quit Erot. in suo lexiço, p. 16 mēæ edit. citās duos Hipp. locos, & hūc Pind. præterea, αἰὼν ὃ δ' ὀσίων ἐρέαθων. Sic autem exposuerunt quidam Il. τ, Ἐκ δ' αἰὼν πέφατται.

D Αἰώνιος, α, ὁ ἡ ἡ, Æternus, Sempiternus. Plut. Θεὸς γὰρ αἰώνιος. Deus enim est æternus. Αἰώνιος μέθη, Perpetua ebrietas siue sempiterna, Pla. Pol. 2. Αἰώνιος δόξα, in epist. D. Pet. Αἰώνιος ζωὴ, in epist. D. Ioānis. Αἰωνία λύτρωσις, in epist. ad Hebr. ¶ Seculares ludos à Romanis dictos Græci vo-cabāt αἰωνίους, vt Herod. testatur lib. 3, scribens, αἰωνίους ὃ καλεόμενος ἀγὼν οὗτος, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἄλλων ἄγουσι ἑβδομηκοστῶν ἔτεϊ πλεῶν. In Solom. Parab. μὴ μέτωπα ἔθεσι αἰώνια. i. cētū an-norū, & post memoriā hominū immota Bud.

Αἰωνίζω, Æternū reddo, Æterno. Et in pass. significatione, Perenno, Duro perpetuò, In æternum maneo. nam Sui das αἰωνίζει exponit δι' παντὸς μένει.

C. Διαιώνιος & Διαιωνίζω cōposita signif. simpliciū habent. (quæ facta puto ex δι' αἰῶνος quod In æuū, seu In perpe-tuū significat) Pla. in Tim. ἐκεῖ δὲ διαιωνίας μίμημα φύ-σεως. Sic διαιωνίζω pro αἰωνίζω, Perpetuò duro, In æternū permaneo. Themist. paraphr. in φυσ. ἀκροάσεων Aristot. ὁ ἥλιος καὶ τὰ ἄστρα καὶ ὁ ἀκίνητος καὶ διαιωνίζουσα τάξις. Greg. οἶδα πῦρ μὴ σβεννύμενον, ἀλλὰ διαιωνίζον τοῖς ὑποκειμένοις. Exponi-tur à nōnullis Perēno, accipiētib' hoc verbū pro Per-petuò duro, non pro Diu duro. HINC ET Συνδιαιω-νίζω, Vnà sum ætern', Æternitate cū alio seu aliis fruor. Greg. orat. in Pentec. συνδιαιωνίσαι καὶ συμπαραμεῖναι. Ab Hes. exponitur συνδοξάζειν εἰς αἰῶνας.

C. Δηθαίων, ονος, ὁ & ἡ, Lōgæuus, Annosus. μακρόβιος, Hes.

C. Δυσαίων, ονος, ὁ & ἡ, Cui æuūosa est vita, Qui vitā mise-rā degit. Miser, apud Soph. OEdip. qui ὅτι κάλλιστα inscri bitur. In vulg. lex. citatur ex Eurip. δυσαίων βίος, q. d. Vi-ta infelicis æui.

C. Εὐαίων, ονος, ὁ & ἡ, Cui vita est beata, Qui beatā vitā de-git, Beatus. Callim. hymno in Delū, — ἓξ δὲ ἑαὶ εὐαίων ἑκατόγρ. vbi schol. εὐαίων exponit ἡ μακαρία. Apud Soph. in Phi loct. vocatur ὕπνος εὐαίων pro ὁ καλὸς ἄγων τὸν αἰῶνα, vt scri bit schol. In Epigr. autē εὐαίων βίος. q. d. Vita æui felicis.

C. Μακραίων, ονος, ὁ & ἡ, Longæuus, Annosus. Soph. in OE-dipo Coloneo.

Ἄ Κ Α Ν Θ Α, ης, ἡ, Spina. Et Ἄκανθαι, Spinæ, quales videlicet sunt in βάτοις, id est rubis, seu vepribus. Hom. Od. ε, Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης φορέῃσι θαμειὰς ἀκάνθας Ἀμπελίου. Dioscor. ἔστι δὲ καὶ ἡ βάτος ἀκανθωδέστερον μὲν ἢ ἡ ῥοδὸς αὐτῆς, ἀκανθὰς μακρὰς ἔχουσα. Pro quibus Pli nius. Tenuius est quàm cætera, hoc rubi genus, mino-ribusq; spinis & minus aduncis. Luc. De hist. scrib. ἡ δ' ἄκανθα ἀκανθαι ἀκάνθαι ἴσαι, καὶ βάτοι ὁμοιομερέσταται εἰσί. Di-cūtur ἄκανθαι & illi aculei qui sūt circa rosam, sicut & ἀ Lat. Spinæ itidē. Idē Luc. ibidē, τὸ μὲ ῥόδον αὐτὸ μὲν βλάπτει

τὰς ἀκανθας δὲ αὐτῶν τοῖς τῶν ῥιζῶν ἀκρωλοφίοις ὁμοιοτάτας. A
Theophr.epist. καὶ ῥόδον πρυμνόστης τὴν ἄκανθαν δὲ λασιούμενος. Apud eundem, καὶ τὰς ἀκανθώσεις τῶν ῥόδων χαίρουσι. Per catachresin autem animalium etiam quorundam (vt hystricis & echini) aculei, ἄκανθαι vocantur, sicut & à Latinis spinæ. Sic in hoc versu qui legitur apud Athen.lib.4, Λύκαιν' ἐχίνους ῥίζα καρπομώντας ἀκάνθας. Hinc & ἀκανθίων dictus est, vt infrà docebo. ‖ Metaphoricè verò ἄκανθα tribuitur etiam piscibus, pro illorum aculeis qui vulgò *aruelles*.q.d.aristæ. Plut.in Præcept. De valet. Νίγερος δὲ ὁ ἡμέτερος ἐν Γαλατίᾳ ζῳοτόμων ἄκανθαν ἐτύγχανεν ἰχθύος καταπεπωκώς, id est(Erasmo interprete) Niger autem familiaris noster dum in Galatia sophisticen profiteretur, forte fortuna piscis spinam deglutiuerat. Athen.lib.8, ἀφύαι δὲ καὶ μαμυκώδεις καὶ περκίδες καὶ πᾶσα ὅσων συκαπτόμεθα τὰς ἀκανθας. Sic & alibi apud eundem. ‖ Est & spina dorsi. Herod. in Melp. ἐπὶ παρὸ ἑκάστου τοῦδε τὸν ἄκανθαν ξύλον ὀρθὸν διελάσσαι μέχρι τῆς πρωκτίου. Proprie autem dici ἄκανθαν putarunt quidam sulcum ad lumbos vsque, vocatum etiam ἐπιῤῥάχιον. Sed Galenus nomina hæc distinxit lib. 11 περὶ χρείας μορίων. Totã enim seriem vertebrarum(vt Cam.scribit) ῥάχιν nominari putat, & in hac viginti exteriores processus, (quasi munimenta quædam, id est προβλήματα illarum) ἄκανθαν. Gorræus postquam verba fecit de herba quæ ἄκανθα vel ἄκανθος appellatur (de qua mox dicam) ab illius similitudine partem illam ἄκανθαν vocari ait, ita scribens, Cæterùm ab acanthi similitudine tota etiam vertebrarum spinalis medullæ compages ἄκανθα dicta est. nec modò ipsa tota, sed singuli etiam vertebrarũ processus in corporis posteriora exerti, & aculeo spinæque non dissimiles. ‖ Ἄκανθα præterea (vt idem Gorr. annotat) dicta est peculiari nomine pars ea τῆς κνήμης quam propriè ἀκρωκνήμιον appellant, anterior scilicet tibiæ angulus, quòd multùm acutus sit. ‖ Ἄκανθα (inquit Nicandri schol.) propriè σαπέρδα τῶν ἀφύκτων. Et paulo pòst ἀκανθας exponit φολίδας & λεπίσματα, id est squamas: enarrans hæc Nicandri verba in Theriacis, ἀκανθὴ, λεπίδωτον ἀκανθας. ‖ Ἄκανθαι denique dictæ sunt per metaphoram (vt à Lat. spinæ) Difficultates, Molestiæ, siue Salebræ & scrupuli, vt aliis metaphoris Latini dicunt. Hinc apud Athen. ἀκανθας ὀκνεῖ τὴν ζητήσεων ὀκλάζειν. Et apud eundē lib.6, ὀκνεῖ πύτων πάλιν τὴν λεχθέντων πολὺ ἀκανθας αἰκαλεξάμενος Ουλπιανός. Et apud eundē lib.3, ἐξορυχίζεις πάντα τὰ σοφιστικῶς τοῖς συμβαλλομένοις, πολὺ ἀκανθας συνάγων, i. (Bud.interpr.) Omniaq; à differente prolata ad disputationē reuocas, & velut ad vnguem vis omnia esse exacta inter loquēdũ: vt ne scrupul⁹ quidē maneat.

Ἄκανθα, ης, ἡ, Herba, acāthus à Plinio dicta. Dioscor.lib. 3, cap.19. ait ἄκανθαν vel ἐρπάκανθαν esse herbā, quæ folia multo lactucaceis latiora habet & longiora, erucæ diui sura, nigricantia, &c. Acāthos(inquit Plin.) est topiaria & vrbana herba, elato longóque folio, crepidines marginum assurgentiumq; puluinorum toros vestiens. duo genera eius sunt, aculeatum & crispum, quod breuius: alterum læue, quod aliqui παιδίρωτα vocāt, alii μαλάμυλλον. Hæc Plin. A Gorræo autē ponitur non solùm ἄκανθα sed & ἄκανθος, afferente illam Dioscor. descriptionem. Cui subiungit, Non esset in aculeatarum censu nisi foliorum extrema per caulem in spinulas occalescerent. Hunc alii παιδίρωτα.

Ἄκανθα ἀγρία (itémq; Ἄκανθος ἄγριος, vt putat Gorræus) id est Acantha syluestris, scolymo similis, &c. Dioscor. A quo idem Gorr. mutuatus, plantam scolymo similē esse dicit, eiusdē cum superiore generis (hæc enim, syluestris, illa, satiua est) sed breuiorē & magis aculeatam.

Ἄκανθα λευκή, Acantha alba, Spina alba. frutex aculeatus, pruni magnitudine, cortice ligni candido, molli folio & chamæleonis albi simili, angustiore cādidioréq;, subhirsuto, spinis infesto, flore albo, odorato. Hæc Gorr. ex Dioscor. & aliis. ‖ Λευκάκανθα cōpositō nomine apud eundē Dioscor. de qua seorsum tractat, videlicet lib.3, cap.21: quum descriptio ἀκανθης λευκῆς habeatur eiusdem libri cap.14. Dicit autem huius λευκακάνθης radicē similem esse radici cyperi, amarā & validā, pluribus eam non describens. Vnde sumens Gorr. Λευκάκανθα(inquit) frutex est radice cyperi, valida & amara. Is diuisis nominibus etiā ἄκανθα λευκὴ vocatur, de qua suo loco dictū est. Hæc ille. At sunt qui contrà diuersarum esse plātarum nomina existimēt: ex quorū sententia hæc in vulg.lexicis scripta sunt, Differūt λευκάκανθα & ἄκανθα λευκή. nā illa inter spinosas arbores numeratur, hæc inter aculeatos frutices & cardŭos cēsetur. Illa vndique spinis infesta riget, hæc præter spinas in foliis aculeatū etiā echinum in summo caule habet. Illa in sepibus, hæc in syluosis ac montanis locis nascitur: Illa solidā habet materiā, hæc cōcauum & inanē caulem. Hæc, inquā, in vulg.lex. sumpta ex nonnullis qui de re herbaria scripserunt. Sed quàm sint cōsentanea descriptionibus Dioscor. & aliorum veterum, tibi lector iudicādum relinquo. Cæterùm quem nos fruticē vocamus *aubepine*, quod est ad verbum ἄκανθα λευκή, Spina alba.(q.d. *alba spina*) sunt qui aliū ab hoc esse putēt, quum descriptio in omnibus nō cōueniat. Nōnulli autē aliud esse genus albæ spinæ autumāt. Vide infrà Ὀξυάκανθα.

Ἄκανθα Αἰγυπτία siue Ἀκακία, Frutex est qui (vt ait Dioscor.) spinæ albæ similis esse creditur. ET Ἄκανθα alio nomine à quibusdā appellatur, vt scribit idem Dioscorides. C

Ἄκανθα βασιλικὴ (q.d. Spina regia) ex Theophr. affertur, De caus.pl.lib.1.c.10.

Ἄκανθις, quæ & Arabica spina seu Ægyptia. vide paulo antè. Præ se fert autē hæc quoq; vox nominis diminutiui speciē. ‖ Ἀκανθίδας accus.pluralē ab ἀκανθὶς, sunt qui adiect. esse putent, in hoc Phaniæ versu in Anth.epigr. Χρυσίδας ἰῶ ὦ φέρης φίλ' ἀκανθίδας: vt videlicet χαλκίδες pisces à Gaza ericæ dicti, vocentur ἀκανθίδες ob spinarum multitudinem.

Ἀκανθὶς, auis nomen, vide infrà.

Ἀκάνθιον, dimin. Parua acantha, id est spina. q.d. Spinula.

Ἀκάνθιον est etiam herba similis albæ spinæ, foliis minoribus, per ambitum aculeatis, & lanugine araneosa obductis. qua collecta depexáq; vestes bombycinis similes texūtur. Hæc Gor. ex Dios. & aliis. Scribitur & ἀκάνθιον.

Ἄκανθος, ου, ὁ, vel ἡ, Arbor, quæ à Gaza redditur Acer apud Theophr.lib.3. hist.pl.cap.4, vbi & fœm. gen. vsurpatur. Virg. Georg.2, Balsamáq; & baccas semper frōdentis acanthi. In quem locum hæc annotat Seruius, Acanthus arbor est in Ægypto semper frondens, ἄκανθος dicta quia spinis plena est. Hæc Seruius. Probus in eundē locum annotat ἄκανθον herbam esse spinosam, folia habentē lata & rugosa. Idem Seruius alibi fruticē, quod à loco & herbam esse tradit. In illo certè cum Theophr. conuenit, quòd esse arborem quæ in Ægypto nascatur, & à spinis nomen habuisse tradit. Sic enim Theophr. ἡ δ' ἄκανθος καλεῖται διὰ τὸ ἀκανθώδης ὅλον τὸ δένδρον εἶναι πολὺ τῶν ἰλίκων. Theocr.Id.1, Πάντᾳ δ' ἀμφὶ δέπας πεπαλάσθω τὰς ὑγρὰς ἄκανθος. quē versum imitatus Virg. in Palæmone scripsit, Et molli circū est ansas amplexus acātho. In illo autē Theocr. loco scribit schol. εἶδος δέ φησι (φασὶν) ὁ ἄκανθος. Hes. quoq; inter cætera dicit esse nomen φυτοῦ. Huius seu arboris seu fruticis virgulta flexibilia esse aiunt: vnde Virgilium alibi dixisse, -flexi vimen acanthi. Hæc ἄκανθος in vulg. lex. cum acantho Plinii confunditur, de qua suprà in Ἄκανθα.

Ἄκανθος pro erinaceo, vide infrà.

C. Ἐρπάκανθα, herba quæ & ἄκανθα. nā ita Dioscor.lib.3.c.19, Ἄκανθα, ἡ ἐρπάκανθα, φύλλῳ ὁμοίῳ τοῖς ἀσφοδελίοις, &c. Putatur itaq; cata quòd foliis suis longius serpat, hæreat & nitatur. G

C. Κυνάκανθα, vel Κυνοσκανθη, Sētis canina, de qua Arist. anim. lib.5. Ita in vulg.lex. Respōdet tamē potius hæc interpretatio Græcæ voci κυνόσβατος. sonat enim Sentis canina seu Rubus caninus. C. Λευκάκανθα vide suprà in Ἄκανθα λευκή. C. Ὀξυάκανθα, vel Ὀξυάκανθος, Acuta spina. Ὀξυάκανθα (inquit Dioscor.lib.1.c.123) quā alii μυρίνην, alii & πτεροφόρον appellāt, arbor est pyrastro similis, spinosa valde & minor. Baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles, &c. Sunt & qui κυνόσβατον eam appellent, vt idem tradit cap. 124 eiusdē libri. ita enim id orditur, κυνόσβατον, οἱ δὲ ὀξυάκανθαν καλοῦσι. Hæc à Theophr. & Ægin. ὀξυάκανθος etiā appellatur. Officinæ (inquit Gorr.) Berberis, rura spiniuinetum appellant. In H

quo tamen ſunt qui Gorræo repugnent, ſcribentes non eſſe illam quam officinæ Berberis appellẽt, ſed ſpinam illam in ſepibus naſci ſolitam quæ vulgò *eubepine*, vel *blanchepine* (ſiue *blanch' eſpine*) nuncupetur. C. Πολυάκανθος (q. d. Multiſpinis) Genus ſuffruticis, apud Theophraſtum Hiſt. pl. lib. 6, ſic dictum à multitudine ſpinarum. C. Πυξάκανθα arbor alio nomine λύκιον dicta. vide igitur Λύκιον. C. Παχυάκανθα, planta cuius meminit & Nicander in Ther. Ἄλλο τι καὶ παχύακανθαν, ἰδὲ φλόμου ἄρρενος αὖξιν. Quidam putarunt eſſe Berberis officinarum: ſed ab aliis reprehenduntur: ſicut & qui ὀξυάκανθαν eſſe crediderunt. Dioſc. lib. 1. cap. 18, βάλανον eſſe ait pyracanthæ magnitudine.

C. Τραχυάκανθα, (q. d. Hirſuta ſpina) Frutex eſt (inquit Gorræus ex Dioſcoride, lib. 3. cap. 23) cuius radix lata & lignoſa ſummo cęſpite nititur: vnde ſurculos humiles robuſtos latiſſimè fundit. In quibus minuta folia multa, nonnunquam tenuia exoriuntur, quæ ſub ſe ſpinas albas, rectas & firmas occulunt. Ab eius radice vulnerata; manat lacryma pellucens, gracilis, læuis, ſincera, ſubdulcis, quæ etiam πραχυάκανθα dicitur, arteriacis medicamentis accommodatiſſima. Citatur & ex Theophr. lib. 9. Hiſt. plant. cap. 1. Apud Heſychium autem legimus, Ἄκρος, ἡ πραχυάκανθα.

C. Ἀκάκανθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Spinis carens, ſeu aculeis, Non aculeatus. Apud Theophr. Hiſt. pl. lib. 6. c. 1, ἀκάκανθα & ἀκανθώδη opponuntur. Piſces quoque qui ſunt exoſſes (vt in vulg. lex. annotatũ eſt) ἀκάκανθοι dicuntur, vt muræna: ſic qui vnicam ſpinam habent, μονάκανθοι, ab Ariſtotele. In iiſdem lex. citatur præterea ex Herodoto, κήτη ἀκάκανθα ζωοτοκέει. C. Μονάκανθος, ου, ὁ ἡ ἡ, vide in proximè præced. C. Πορφυράκανθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ramos habens ſpinoſos, ſeu aculeatos, apud Theophr. ἃ οἱ πόρφυραι ἀκάνθας ἔχουσι. C. Φυλλάκανθος, ου, ὁ καὶ ἡ. Ita dicitur planta quæ foliis eſt ſpinoſis ſeu aculeatis: vt acanus, eryngiũ, cnecus. Theophr. Hiſt. pl. lib. 6. cap. 1, τὰ δ' ἀκανθώδη δὴ τὰ μὲν ἁπλῶς εἶναι ἄκανθαι, καθάπερ ἀσπάραγος, &c. τὰ δὲ φυλλάκανθα, καθάπερ ἄκανος, &c. ἔοικε γὰρ καὶ ταῦτα ὅτι τὰ φύλλα ἔχει ἀκάνθας. διὸ καὶ φυλλάκανθα καλεῖται.

C. Ἀκανθοβάτης, ου, ὁ, Per ſpinas ſeu ſentes gradiens. Spinigradus, vno verbo: ſi modò dici poſſit vt Pontigradus. Ex ἄκανθα & βάτης quod à βάω deducitur, & in compoſitione tantùm vſurpatur. ἀκανθοβάται σῆτες, in Anthol. epigr. per ſpinas gradientes: vbi ſpinæ metaphoricè accipiũtur. ¶ In fœm. gen. Ἀκανθοβάτης: vt ἀκανθοβάτης ἀκρίς.

C. Ἀκανθοβόλος, ου, ὁ ἡ, Iaciens ſpinas, vel potius Emittẽs ſpinas. vt βόλος ita hîc vſurpetur vt in ἄβολος: quum dicitur ἄβολος ἰατρός. Exponitur ἀκανθοβόλος in vulg. lex. Græc. Aſper in morem ſpinæ. quæ expoſitio vim compoſitionis non exprimit. Nicand. ῥόδον ἀκανθοβόλον appellauit, ὡς ἀκανθίης ποδοβολῶ, inquit Euſt.

C. Ἀκανθολόγος, ου, ὁ ἡ, Spinas colligens, Spinarum collector, in Anth. epigr. Eodem modo quo ἀργυρολόγος dicitur argenti collector.

C. Ἀκανθονῶτος apud Heſychium exponitur ἰχθύος. Videtur autem eſſe echini epitheton, qui ita dicatur quaſi Aculeatum tergum habens.

C. Ἀκανθοστεφὴς, ἐος, ὁ ἡ, Ex ἄκανθα & στέφω. Spinis coronat⁹, Spinis cinctus. ἰχθὺς ἀκανθοστεφὴς, apud Ariſtot.

C. Ἀκανθοφάγος, ου, ὁ ἡ, Spiniuorus, Spinis veſcens. & verbum Ἀκανθοφαγῶ, ῶ, Spinis veſcor. Ex ἄκανθα & φάγος.

C. Ἀκανθοφόρος, ν, ὁ ἡ, Spiniger, Spinifer, Spinas gerẽs ſeu aculeos. vel Spinas ferens. — ἀκανθοφόροισιν ἀρούραις, Gregor. Naz. in Car. id eſt, aruis ſpinas ferẽtibus, ſeu producentibus. Hinc verbum Ἀκανθοφορῶ, ῶ, Spinas gero.

C. Ἀκανθοφυῶ, ῶ, F. ήσω, Spinas emitto ſeu produco. In vulgatis lex. Græcol. ἀκανθοφυῆσαι exponitur Spinoſum fieri. ſed ita non exprimitur vis cõpoſitionis. eſt enim ἀκανθοφυῶ ex ἄκανθα & φυῶ, quod in compoſitione ponitur pro φύω.

C. Ἀκανθόφυλλος, ου, ὁ ἡ, Spinoſa ſeu aculeata folia habẽs. ex ἄκανθα & φύλλον. Vide Φυλλάκανθος ſuprà.

Ἀκανθώδης, ους, ὁ ἡ, Spinoſus, Spinis abundãs. Vel ſimpliciter, Spinas habẽs: vt quũ τῷ ἀκάκανθος opponitur: ſicut apud Theophr. lib. 6. c. 12, ὅπου μὲν ἀκάνθωδα, τὰ δ' ἄκανθα, τὰ δ' ἀκανθώδη



πολλαχοῦ. Sic apud Ath. lib. 2, κυνὸς βάτος (vel potiꝰ κυνοσβάτος) dicitur eſſe ἀκανθώδης φυτὸν, ſpinas habẽs. A quibuſdã ἀκανθώδης exponitur etiã Spinis horrens. ¶ Ἀκανθώδης, Dumoſus, Sẽticoſus. Herodot. 1, λοφώδης τε χῶρος καὶ πᾶς ἀκανθώδης. ¶ Itẽ Ἀκανθώδης, Aculeatus, Aculeis horrẽs.

Ἀκανθωδέστερος, metaphoricè, Difficultatibus & moleſtiis plenus. ſicut & ἄκανθαι pro difficultatibꝰ. Sic vſurpatur in prouerbio, βίος ἀκανθωδέστερος, ad verbum Spinoſa vita. Vide Suidam.

Ἀκανθώδης, ες, ὁ ἡ, Spinoſus. Idẽ quod ἀκανθοβόλος apud Theophr. nã lib. 6. c. 1, quæ dixerat ἀκανθώδη, ſtatim pòſt appellat ἀκανθώδεα. ¶ Ἀκάνθινα appellatur & lacryma helxines herbæ, iucundi ſaporis, quæ in ſummo huius verrucæ continetur. Hanc non ſimpliciter ἀκάνθινον ſed μασίχλιον ἀκάνθινον Plinius appellat libr. 21. cap. 16. Gorr.

Ἀκανθίης, ιος, ὁ, in carmine, idem quod ἀκανθώδης vel potius ἀκανθοβόλος in proſa: vt ἀκανθίην ποδὶ εἰπεῖν, Nic. Ther.

ET Ἄκανθος apud Heſ. idẽ. Nã ἄκανθος exponit ἀκανθώδες.

Ἀκάνθινος, η, ὁ ἡ, Spineus, Ex ſpinis factus, Ex ſpinis cõtextus: vt ἀκάνθινος στέφανος apud Marcũ & Ioannem Corona ſpinea, Corona ex ſpinis cõtexta, qua fuit coronatus Seruator noſter. Quidã ſpinoſam coronã vertit, nõ diſcernens ἀκάνθινος, i. Spineus, ab ἀκανθώδης, i. Spinoſus. Dioſc. ἀκάνθινα ξύλα, Spinea ligna, Spinea materies.

Ἀκανθιὼν, ῶνος, ὁ, Spinetum, Sentiretũ. nomen ἐδείκνυεν, vt à χαμαίδρυς dicitur χαμαιδρυών. ET Ἀκανθὼν quoque triſyllabum pro ἀκανθιὼν, in vulg. lex. habetur. Quod ſi recipiamus, tale eſſe dicemus quale δαφνὼν à δάφνη.

Ἀκανθόω, ῶ, F. ώσω, Spinoſum ſeu aculeatũ reddo. Vnde ἀκανθοῦμαι paſſ. Spinoſus ſeu aculeatꝰ fio, vel ſum, Spinis ſeu aculeis horreo. Theophr. de lactuca ſylueſtri, βρωθεῖσα τὸ φύλλον ἔχει θραχύτερον τὸ ἡμίσεον, καὶ πλατύμβολον ἀκανθοῦται. Cicer. animalia ſpinis hirſuta vocat quæ ἀκανθωμένα Græci dicerẽt, vt opinor. ET cõp. Ἐξακανθῶ, pro eodẽ. Vnde paſſ. Ἐξακανθοῦμαι, quod Baſil. metaph. vſurpauit in epiſt. quadã ad Libaniũ, μύψαι δέ που καὶ ἐλλήμασί τι κἀμμιαπὰ σου ἐξηκάνθωτο, accuſationibus quibuſdã & criminationibus literæ tuæ tanquã aculeis horrebant, vel, tanquam ſpinis inhorreſcebãt, vel, horridæ & aſperæ redditæ erant.

Ἀκανθίζω, Spinoſum reddo, in actiua ſignif. Exponitur & in neutra, Spinoſus ſum, Spinis horreo. ET Ἐξακανθίζω cõpoſ. cõtraria ſignif. q. d. Expinare, i. Spinis priuare, Spinas euellere. ¶ Sed in vulg. lex. exponitur etiam Aculeatum eſſe.

¶ Ἄκανθος, Echinus, ſeu Erinaceus: vel (vt alii) Erinacei genus. Habet autẽ erinaceus aculeatũ totũ fere corpus. vnde & ab aculeis ac ſpinis nomẽ accepit: ob quas etiam ἀκανθοτῶπος apud Heſ. appellatur. Sic & in illo verſu quẽ ſuprà citaui, videmus echinos appellatos καρηκομώοντας ἀκάνθας. Heſychio ἄκανθος eſt ζῷον & φυτὸν & πλοῖον. vbi poſt ζῷον deeſſe videtur aliquid. ET cõpoſ. Ἀκανθόχωρος in vulg. lex. Echinus terreſtris.

Ἀκανθίων, ωνος, ὁ, idem quod ἄκανθος, pro Echino. Ἀκανθίων (inquit Gal. lib. 1, περὶ κρ. πόσ.) terreſtris erinaceus dictus eſt à Sorano, quòd armatus ſit ἀκανθαῖς, id eſt Spinis. In vulg. lex. ex eodem citatur ἀκανθίων ὀπίζηλος quem Heſychius ἰχθὺν χερσαῖον nominat.

¶ Ἀκανθὶς, Auis quæ Spinus à Gaza dicitur apud Ariſtot. item Ligurinus. Virg. Georg. 3, Littoráq; halcyonẽ reſonant & acanthida dumi. Vbi Seruius, Per dumos verò [reſonat] acanthis, quam alii luſcinîam eſſe volunt, alii verò carduelem, quæ ſpinis & carduis paſcitur: vt inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta ſit ἀπὸ τῆς ἀκανθῶν, i. ſpinis, quibus paſcitur. Hæc Seruius. Theocr. Idyl. 7, Ἄειδον κάρυδες καὶ ἀκανθίδες. ET Ἀκανθὶς adiect. poſitũ (vt quidã putãt) vide ſuprà in Ἀκανθὶς poſt Ἄκανθα.

Ἀκανθυλὶς eadem auis quæ & Ἀκανθὶς, ſi ſchol. Theocriti fidem adhibemus. Is enim in illum Theocriti verſum hæc ſcribit, Ἀκανθὶς δὲ ὄρνεόν ἐστι πτιλὸν καὶ λιγυρόν. καλεῖται δὲ καὶ πτωλὶς διὰ τὴν χροιάν. Quibus ſubiungit, ἀκανθὶς δὲ vocari à Theocrito quòd (vt Ariſtoteles & Alex. teſtantur) διαφείρει τὰ ἀκανθῶν. Et addit, καὶ ἀκανθίδιος ὄρνεα πτιλώδεα ἐπ' ἀκανθῶν. λέγονται δὲ καὶ ἀκανθυλίδες. εἰσὶ πτιλοὶ τὴν χροιὰν ὅμοιοι τῇ πτιλίδι λιγυροί. In vulg. tamen edito legitur hic ἀκανθιλίδες. Heſychio autẽ ἀκανθυλὶς

est passeris species. Etymologico quoque (ex Orione) ἀκανθὶς vel ἀκανθυλὶς, est passer qui spinis insidet. In vulgatis lexicis Ἀκανθυλὶς, Spinus auis, Aristot. De nat. an. lib. 8, cap. 3, & lib. 9. cap. 13, vbi argatilis auis exponitur.

¶ Ἀκανθίας, ου, ὁ, Cicadæ species, vt ait Hesychius. At Suidas negat cicadæ speciem esse ἀκανθίαν, traditque esse eius epithetum ex eo quòd ὁ ἀκάνθης (id est inter spinas) canat. ΕΤ Ἀκάνθιος Etym. est itidem species cicadæ. In vulg. lex. Ἀκάνθιος πάλιξ. prouerb. in mutos, musices ignaros atque indoctos, ὅτι πρὸς ἀφώνων καὶ ἀμούσων: quòd cicadæ ἀκανθίδια dictæ, minimè sint vocales, sed mutæ.

Ἀκανθίαι, Spinax piscis, apud Aristot. De nat. anim. lib. 6, cap. 10, & lib. 9. cap. 37, ἀκανθίαι καὶ γαλεοί, Spinaces & mustelli. Sic interpres. Vide & Athen. lib. 7.

Ἄκατος, ου, ὁ, Genus nauigii actuarii, quod probari possit hoc Bassi versu in Anthologia epigr. Ἀντιφίλης ἀκάτιον πεπυκασμένος ὑπὶ ναύτας; Δύπτερον ἴσχ' ἑλίδας πάντας ἀφιπράτους. Sed apud Herod. est nauis oneraria, in Polymnia scribentem, καὶ ἵνα ὁ ἵππος ἀκάτιος ἀπαγόμενος ἵπηται, id est, In acatis frumentariis. Quidam poeta apud Athen. lib. 1, φορτηγοὺς videtur ὁπλιτικοὺς appellare ἀκάτους, dicens eorum inuentores Caras fuisse: Φορτηγοὺς δ' ἀκάτους Κᾶρες ἄλλος πάμπαν. ¶Bayfius De re nauali, Ἄκατος etiam dicitur à Thucydide & Luciano De veris narrationib⁹, qui agebatur velis potius quàm remis, καὶ πλοῖ ναῦν (ἄκατος ὃ λῷον) οἷς ἐπὶ μέγας καὶ βίαιον πλοῦν ἐκπεπαίμεθα, id est, Et nauem quæ acatus erat, vt ad longam sæuámque nauigationem ferendam esset idonea, armandã instruēdámque curaui. Et paulo pòst subdit, καὶ οὐκ ἦν οὐδὲ σῦλαι πλοῖ ὀθόνιον δέκα πὸν λῷον. ὅπῃ τρέψαιτο ὁ τῶ πνεύματα, i. Neque amplius contrahere vela in potestate nostra erat. Thuc. in 7, μάλιστα περίοπτα πλοῖα, καὶ πλοῖς καὶ ἀκάτοις, ἐφ' ἁλυρῶν ὁρμίζοντες. Hactenus Bayfius. ¶Ego autem obseruaui (quod à nemine annotatum reperi) poetas Græcos vt plurimum Charonti dare ἄκατον. Hermesianax apud Athen. lib. 13, Ἑρμῆ Χάρωνι καὶ ἴλαπτι νὶς ἄκατον Ψυχαῖς οἰχομένων. vbi mendum videtur subesse voci ἀκάλῳ. Sic Basilius in Anth. epigr. Λοιπὸν ἀκάτιον, &c. nam modò hunc locum citaui. Sic Antiphilus Byzantius ad Charontis cymbam alludens, Πλῶσον ἐπ' οἰκείης νὶς ἀΐδιον ἀκάτου. Alia testimonia mihi nunc non succurrunt. Videndum est autem an ἄκατον Charontis dixerint pro eo quod Latini interdum dixerunt Charontis cymbam, Græci Χάροντος σκάφος vel σκαφίδιον.

Ἄκατος, Genus poculi metaphoricè sic dicti à magnitudine vel à concauitate. Eustathius scribit esse φιάλην πλοιοειδῆ, i. phialam nauigii formam habētem. Quæ autem ea esset, lege apud illum.

Ἀκάτιον, Parua acatus. est enim diminut. ab ἄκατος. Thuc. ἀκάτιον ἀμφηρεικὸν, οἷς λῃσταί, ὁκ πολλοῦ πλοῖ ἐκπεμπόντες πρὸς ἄλλους ξυν τῇ πόλει, αἰσθόμενοι ὅτι ἀμάξη, πείσαντες τὸν ἄρχοντα δίκῃ τοῦ φόρου κατακομίζειν τὰς τριήρεις ὅτι πρὸς θάλασσαν ἡ ὁκ πλοῦν, id est (interprete Bayfio) Acatium ambireme, ceu prædones, multo antea aucupantes facultatem aperiendarum portarum imposuerunt currui. quò nocte intempesta, permissu magistratus, per fossam transportarent ad mare. Quem in locum annotat Græcus schol. ἀκάτιον ἀμφηρεικὸν esse nauigiolum quod vtrinque remis agatur, in quo vnusquisque remigum binos remos ducat. Idem Bayfius alio loco annotat Strabonem ἀκάτια pro prædatoriis nauigiis posuisse, ita scribētem lib. 11, ζῶα ὑπὸ τῆς χθαλάσσης λησπρίον, ἀκάτια ἔχοντες λεπτά, σιτᾶ ἡ κοῦφα, ὅσον εἰκοσίπηχυ πέντε ἢ εἴκοσι δίχηρα· σπάνιον δὲ, τεσσαράκοντα ἐξέλασαν τοὺς πάντας δυωκαίδεκα, id est, A latrociniis quæ in mari factitant, vitam tolerant, acatia habētes leuia, angusta & velocia, quæ vix vectores vigintiquinque recipiant: rarum autem est ea posse in totũ triginta capere. Videtur autem Bayfius hoc potuisse confirmare (videlicet ἀκατίῳ prædones etiam vti consueuisse) ex Thucydidis loco modò citato vbi dicit, ἀκάτιον ἀμφηρεικὸν, οἷς λῃσταί, &c. Idem Bayfius non probat quòd Valla Nauigium actuarium reddit. Quanquam Hermolaus quoque nauigii actuarii genus fuisse tradit, autores esse dicens cum alios omnes ferè historicos, tum verò Plutarchum. Ego verò, si actuariæ naues generaliter esse dicantur (cum Nonio) celeres, ita vocatæ quòd cito agi possent, ἀκάτιον actuariam nauem, seu actuarium nauigium non malè reddi crediderim: aut, (vt formam diminutiuam exprimamus) actuariolum. vel, cum Cicerone, Actuarium minutum. Budæus actuarias naues à Latinis dici putauit quæ remis agerentur, non tantùm velis. Certè ἀκάτιον non solùm velis solitum agi (vt apparet ex Xenophonte, καὶ ταῖς ἀκατίοις δὲ, καὶ ἐφασαν πλοῦμα εἶη, ἐλίζα ἐχρῶντο) sed & remis, ex Thucydidis loco modò citato manifestissimũ est. Quidã ἀκάτιον esse voluerunt quod Galli *brigantin* vocant. quod propriè sonat nauigiolum velox & expeditum quo prædones vtuntur. eos enim appellamus *brigants*. & quidem ἀκάτιον etiã appellari prædatorium nauigium, ex Strabonis loco patuit paulo anté.

¶Quod autem scribit Bayfius ἄκατα etiam quædam fuisse maxima, & ad id probandũ hũc ex 1 Polyb. locũ affert, παρασκάζον δὲ ἐκ τῶν ἀκατίων τῶν πλοίων, πειρᾶσθαι τὴν πίστιν καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, in hoc verò ne fallatur vereor. Neque enim dicit Polybius καὶ τὰ ἀκάτια, τὰ μέγιστα ἄντα: sed τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων, id est, Quæ ex acatis erant maxima, vel Maxima quæque acatia. Vt si quis scripsisset apparari cum aliis nauigiis etiam maximas quasque cymbas, esse cymbas maxima etiam nauigia, nequaquam inde colligeremus. Siquidem per maximas quasque cymbas intelligeremus eas quæ inter cæteras maximæ essent, vel Quæ præcipuæ essent magnitudine, siue Quæ cæteras magnitudine excederent. Sic & maximas quasque formicas dicere quis possit, non intelligens tamen formicas maxima esse animalia.

Ἀκάτιον (inquit Hesychius) Velum acatii, aut, Princeps qui ciuitatem gubernat, aut Iudex, aut Magnum velum, aut Nauis, seu nauigium. Est etiam phiala, ideo fortasse quòd rotundo nauigio sit similis. Hæc Hesych. Harum autem signif. (quarum quædam metaphoricæ sunt) exempla desiderantur.

Ἄκατος (inquit Iul. Pollux) ὁ μέγας καὶ γνήσιος ἰσὸς, id est, Magnus & proprius (ad verbum, germanus) malus. ὁ δὲ κατωτὴν, ὀπίδρομος· ὁ δὲ ἀκάτιον, δόλων, id est, Qui autem est retrò, ὀπίδρομος: at minor, δόλων. Ita quidem accipiendo ἰσὸν pro malo: sed Hermolaus ἰσὸν pro velo accipit: ita scribens, Est enim acatium nauigii genus actuariis autores Plutarchus & omnes ferè historici. Pollux quidem velum in naui maximum acatium vocari tradit: sicut minimum, dolonem: tertiũ verò quod retrorsum panditur, epidromon. Vbi ἰσὸς malum significet an velum, dicetur in explicatione ipsius vocis, suo loco. Hesych. certè præter significationes modò ex eo descriptas, vult ἀκάτια esse etiã calcēamenti genus: item τὰ μεγάλα ὑφάσματα. Et Suidas δόλωνας esse scribit τὰ μικρὰ ἱστία. ¶Notandum est interim & hoc ἀκάτιος ex Polluce poni, nõ ἀκάτιον. quãuis non distinguat Hermolaus, eius locum proferens. Hesychius certe pro omnibus significationibus neutrum genus ponit.

Ἀκέομαι, οῦμαι. Fut. ἀκέσομαι (& ἀκέσσομαι, vnde ἄκεσμα) Sano, Medicor, Medeor: vt Il. ω, Ἀλλὰ σύ γ' ἦρ μοι αὖθι πόδι καρπῷ τ' ἕλκος ἄκεσαι, Vlcus hoc sana, Vlceri huic medere, vel medicinam adhibe. Ibidē ἐπὶ ἕλκει ἀκεσσάμενοι posito ἀκεσάμενοι pro ἀκεσάμενοι, pleonasmo literæ σ. Apollon. Argon. 2, — ἕλκεά τ' αἰνῶς Οὐτα μέν ῥα ἀκέσσατο. Rursum Hom. dicit ἀκέσσαι δίψαν (Il. χ, — πίον τ' ἀκέσσαντό τε δίψαν) ad verbũ, Sanare sitim, pro Sedare siue restinguere sitim. quasi videlicet sitis sit morbus.

Ἀκεῖσθαι, Mederi, metaphoricè. Herodotus in Thalia, οὕτω δὴ ἀκεσάμενος τὰ ὑπεφλέγμαινε. Quæ exponuntur, Rei venturæ medens. Sic enim dicitur vt & ἰᾶσθαι pro incommodo cuipiã mederi, aliquo videlicet salubri cõsilio, aut alio modò: vt Od. κ, — ἀλλ' ἀκέσασθε φίλοι. δαίνυσθαι γὰρ ἐν ὑμῖν. Idem Il. ε, Ἀλλ' ἀκεσώμεθα πάντες. ἀκεσταὶ τοι φρένες ἐσθλαί. Potest tamen & aliter accipi, vt dicam in ἀκεσταί. Idem Herodotus ibidem, ἵνα τι μὴ ἀναλγήτῳ ἔθηκαν ἐλπυγίῃ τι τοῦτο τῷδε αὐτῶν πάθεα φερσεπόλωσι, Ὅπως τοι δὲ ἐμοὶ ἀκεσθῶσι ἄκεα. ¶Capitur & pro Expiare apud Platonem Pol. 2, δυσεβείας τε καὶ ἀνοσιουργίας ἐπὶ παιδικοῖς τυγχάνειν αὐτοὺς ἢ φονέων, ἀκεῖσθαι, Mederi sceleribus, id est scelera

expiare. Nam scelera ex animi morbo proueniunt: eorum igitur expiatio veluti medicina est.

Ἀκέω ται, Sarcire, Resarcire. Aristot. de phalangio, πάλιν ἁρμὰ ποιεῖ πρὸς τὴν θήκην, ἀκέσασθαι τοῦτον τὸ διῤῥωγός. Atque vt hic Aristoteles dixit ἀκέσασθαι τὸ διῤῥωγός, ita Lucianus, ἀκέσαι τὸ διῤῥωγός. Sic enim in Apate scribit, αὖθις ἀκέσαι τὴν ἱματίων τὰ διῤῥωγότα, Rursum vestimenta rupta sarcire. Idem, μαθοῦ ἀκέσασθαι τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. ‖ Item, Ἀκέσασθαι, Sarcire, metaphoricè. Xenophon, ἀπορίας τῶν φίλων τὰς δι' ἄγνοιαν ἐπιχειρεῖ γνώμῃ ἀκέσασθαι, id est, Damna quæ amici in re familiari passi erant ex ignorantia, sarcire consilio conabatur.

Ἀκέω etiam inueniri testatur Hesychius, qui ἀκέσαι exponit θεραπεῦσαι. A quo Ἀκέσασθαι interdum passimè accipitur, pro Sanari. Item pro Sarciri. νόσου δὲ ἀκεσθείσης apud Pausaniam, Sanato autem morbo. & Hes. ἀκεσίδημα exponit θεραπεύσιμα.

Ἄκεσμα, τος, τὸ, ET Ἄκεσις, εως, ἡ, Sanatio, Medicatio, Medela. Hesychius ἀκέσματα exponit ἰάματα, & ἀκεσμοὺς, θεραπείας, ἰατρείας. Exponitur & ὑγίασμα, id est Sanitatis recuperatio. vno verbo, Conualescentia, si Latinè dici posset. Fit à præteriti prima persona ἄκεσμαι.

Ἀκέσμιος, ου, ὁ ἢ ἡ, Sanabilis. Idē quod ἀκέσιμος. Hesychius ἀκέσμιον exponit ἰάσιμον. Et vt ab ἄκεσις fit ἀκέσιμος, sic ab ἄκεσμα fieri ἀκέσμιος dicemus: nisi fortè deprauatè legitur apud Hesych. ἀκέσμιον.

Ἄκεσμα, ατος, τὸ, Idem quod ἄκεσμα siue ἀκεσμός, siue ἄκεσις, aut ἄκος, quorū illa duo hic præcedūt, hæc sequuntur. Iliad. ο, — ὅτε μ' ἤλυθε λυγρὸν Φάρμακ' ἀκέσματ' ἔπεσσι μαιήονος ἠδιώωνος, id est Remedia. Fit autem ἄκεσμα tanquā à futuro ἀκέσω, quum præcedentia omnia verbalia ab ἀκέσω fiant: sicut & quæ sequūtur composita. Verbi ἀκῶ ἀκέσω (inquit Eustathius) videtur futurum esse per η etiam: vt apparet ex ἀκέσματα significante θεραπεύματα. nam ab ἀκῶ ἀκέσω fit ἄκεσμα. Quod tamen Eustathii dictum non ita intelligendum est quasi ὄκεσμα immediatè formetur à futuro habente η, sed illud η futuri in præterito quoque poni (siue vsitato, siue inusitato) à quo formatum sit ἄκεσμα: quemadmodum ab ἤκεσμαι habente ε futuri ἀκέσω, vel potius ἀκέσομαι, formantur ἄκεσμα & ἀκεσμός.

Ἄκεσις, εως, ἡ, Idem quod præcedentia Ἄκεσμα siue Ἀκεσμός, ab ἤκεσμαι formatum. Erotianus apud Hippocratem ἀκέσιας exponit ἰάσεις. Sed ἀκέσιας ibi legitur tanquam ab Ἀκεσία. Exponitur etiam ὑγίασις, id est, Valetudinis recuperatio, apud Plutarchum in Lycurgo.

Ἀκέσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanabilis, Medicabilis. ἀκεστός. ‖ Item Valens ad sanandum.

Ἀκέσιος dicitur Apollo quasi ἀκέσιμος, à facultate sanandi qua præditus est. nam & arti medicæ præesse fertur.

C. Ἀκεσίμβροτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mortales sanans. Orpheus initio libelli De lapidibus filium Apollinis ἀκεσίμβροτον appellat. Ex ἀκέσιμος & βροτός, inserto μ, vt in aliis ex βροτὸς compositis.

C. Ἀκεσίπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanans laborem, ad verbum: vt sit quasi Corroboratorius. Linguam nostratem sequendo Confortatiuus. ex ἀκέσιμος & πόνος. Scribitur interdum ἀκεσίπονος duplici σ, metri gratia.

C. Ἀκεσίδυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sanans dolores. Ex ἀκέσιμος & ὀδυνή, verso ο in ω, vt fit in aliis multis ex ὀδυνή compositis. Ἀκεσιδύνιον, θεραπευτικὸν τῆς ὀδυνῶν, Suidas. De Hippocrate quidam loquens, dixit, ἐστὶ πατὴρ ὑγείας, ἐστὶ σωτὴρ, ἐστὶ ἀκεσιδύνιος.

Ἀκεστὸς, οὐ, ὁ, (ex ἤκεσται, tertia præteriti: vt ἄκεσις, à secunda ἤκεσαι: ἄκεσμα & ἀκεσμὸς à prima ἤκεσμαι) Sanabilis, Medicabilis. Idem quod ἀκέσιμος. Erotianus apud Hippocratem ἀκεστὰ explicat ἰάσιμα. Potest verò ἀκεστὸς reddi etiam Sanatu facilis. nam ἀκεστὰ Hesychius exponit ῥᾴστα. ‖ Apud Homerum ἀκεσταὶ exponitur ὀλιόρθωτοι ab Eustathio, hoc in versu Iliadis ν, Ἀλλ' ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν, id est, Faciles emendatu sunt mentes virorum virtute præditorum. Videtur autem, vt exponitur ἀκεσταὶ, sic & ἀκεσώμεθα exponi debere. quod tamen in breuibus scholiis non est obseruatum. in iis enim exponitur ita hic locus, Sed errori seu peccato medeamur. virorum strenuorum mentes



faciles sunt sanatu, id est, facilè in melius conuertuntur. Ita illic: at si exponendum sit ἀκεσώμεθα eodem sensu quo ἀκεσταὶ, existimo ἀκεσώμεθα perinde esse acsi quis diceret, Sed hanc animorum infractionem & demissionem sanemus. Nec tamen nego posse alio ἀκεσώμεθα, aliò ἀκεσταὶ referri.

Ἀκεστὴς, οῦ, ὁ, Sanator, Medicator, Medicandi peritus, Medicus. Apud Eustathium ἀκέστης habetur cum acuto in penultima, scribentem ex vet. gram. Phryges medicum ita appellare. Apud Suidam legitur ἀκέστας (itidem παροξυτόνως) vt sit α Doricè pro ἀκέστης: fortasse quòd apud quempiam Dorica vtentem dialecto scriptum ita reperisset. Volunt tamen quidam, sequentes eum qui voces collegit diuersum pro diuersa significatione accipientes accentum, ἀκεστὴς pro medico scribi ὀξυτόνως, at quum est nomen proprium, ἀκέστης, παροξυτόνως.

Ἀκεστὴς, οῦ, ὁ, Sartor. Xenophon Pæd. ι, ὥσπερ ἱματίων ῥαπτῶν εἰσί τινες ἀκεσταὶ, οὕτω καὶ ἰατροί, ὅταν τινὲς νοσήσωσι, τότε ἰῶνται. Vtpote, id est, Vt sunt vestimentorum ruptorū quidam sartores, sic & medici, quum aliqui in morbū inciderint, tunc illis medētur. Quo tamen in loco vetera nonnulla exemplaria non ἀκεσταὶ sed ἥπται habent. sed si ἀκέσασθαι dicere oportet non ἥπτεσθαι, & ἥπτεσθαι prorsus est barbarum, nequaquam hic exēpl. illis adhibere fidem debemus.

Ἀκεσταὶ vocantur etiam vehicula quædam Sicula, à quadam Siciliæ vrbe. Fortasse autem ἀκέσται potius scribendum est apud Hes. (quamvis duobus locis ἀκεσταὶ in eius exempl. legatur) nam apud Stephanum est ἀκέστη vrbs Siciliæ. ET Ἄκεστις, ιδος, ἡ, Fornacis ferreæ genus, ἐν ᾗ καμινεύεται ὁ χαλκὸς, vt habet Dioscorides lib. 5. cap. 84. Is enim postquam dixit, θλιβόμεναι δὲ ἡ καδμεία ἐν τῷ χαλκοῦ καμινευομένου, τὰς σαλευούσης τῆς λιγνύος τοῖς τοίχοις καὶ τῇ κορυφῇ τοῦ καμίνου, subiungit, εἰσὶ δὲ αὐταὶ σιδηραῖ παμμεγέθεις, ὑπὸ τοῦ μεταλλουργοῦ καλούμεναι ἀκεστίδες, ἢ κορυφιῶν σωληνώσεις, &c. Quæ postrema verba ita vertit Ruellius, Prægrandes autem ac ferreæ sunt rudes ab officinis appellatæ acestides, per summa fastigia connexæ, &c. Marcellus quoque (vt in vulgatis lexicis refertur) ἀκεστίδας esse tradidit virgas veluti axes transuersas aut regulas, qua voce Græci ab Acesta Siciliæ ciuitate plostelli genus axibus huiusmodi compactum vocabant. At ego satis mirari nequeo quî factum fuerit vt hi interpretes non viderint αὗται ad præcedens καμίνου referri, vt sit αὗται αἱ κάμινοι.

C. Ἀνήκεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insanabilis, Immedicabilis: vt ἀνήκεστον νόσημα, Morbus insanabilis, ἄϊατος. Dicitur & ἀνήκεστος διαφορά à Plutarcho in Pericle, & ὀργὴ ἀνήκεστος ab eodem in Coriolano, Dissidium & ira quibus nullum adhiberi remedium potest. Ego ἀνήκεστον in his aliisque huiusmodi locis existimo reddi posse Implacabile. quum Placare & inter se reconciliare dissidentes & iratos, sit velut Sanare dissidium & iram. Eodem verò sensu ἀνήκεστον Irreconciliabile verti etiam posset, si Latina lingua pateretur. ‖ Transfertur autem & ad alia, & dicitur ἀνήκεστον κακὸν, Malum graue, seu grauissimum. q. d. malum ex quo sequatur damnum irreparabile. Vel, Malum inexpiabile. Isocr. Helenes encomio, καὶ κακοῖς ἀνηκέστοις ἐξεπιστάτης. Idem in Panathenaico, οὐδὲν ἄλλο οὕτω δεῖ ἀνηκέστων κακῶν. Citatur & ex Hesiodo, — καὶ ἀνήκεστον κακὸν ἔλθῃ. Ex Herodoto autem, ἀνήκεστον πάθος ἐργάζειν, pro Atrociter tractare. Apud eundem in Thalia legitur ἀνήκεστος λώβη de Zopyro, pro fœdissima, & qua nulla fœdior esse possit. Sicut & ἀνήκεστον κακὸν, Malum grauissimum, seu maximum, & quo nullum maius esse queat. ducta à morbis metaphora, qui quum insanabiles sunt, pro grauissimis habentur. Sed quibusdā in locis puto μηδὲν ἀνήκεστον aptissimè reddi posse, Nihil grauius, quibus verbis Latini sæpe vtūtur cū verbo Cōsulere: vt Cic. ad Att. Quintū fratrē ames, néue quid eum patiare grauius cōsulere de se quā expediet fororis tuæ filio. Vide & alia exempla in Thesauro Lat. linguæ à patre meo edito. Talis autem interpretatio huic Thucydidis loco conuenire videtur, lib. ι, μὴ πρὸς τοῦ τε πρὸς ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, καὶ ἀναμφιῤῥήτων τιμωρείων, βουλῶσαί τι ἀνήκεστον. ‖ Budæus ἀνήκεστον vult significare interdum

Atrox & facinoroſum, vel inexpiabile: vt apud Demoſthenem, τῶ μηδὲν αἰήκυστον ἡμῖν γεγενῆσθαι. vbi per αἰήκυστον declarari cædes & homicidia: & ſic ab eo ſæpe accipi. Ibidē citat hæc ex Iuliano, quæ ille ſcribit de morte Cōſtantii loquens, ζῶμεν δὲ ἐπὶ τοῖς θεοῖς ἱλεουμένοις τῇ παιδὶ ἢ ἀρᾶ σφῶν τὸ αἰήκυστον, id eſt (eodem Budæo interprete) Deūm benignitate nō neceſſe fuit nobis aliquid indignū vel pati vel admittere. Sed vox Indignum non ſatis ſignificans eſſe videtur ad exprimendam vim nominis αἰήκυστον. Obſeruandum eſt autem in hoc & in præcedente loco (ſicut & paſſim in aliis apud ſcriptores Græcos) αἰήκυστον & ἀνήκεστα poni, nō addito κακὰ & κακά. ET Αἰηκύστως, aduerbium, Inſanabiliter, Immedicabiliter: vt αἰηκύστως ἔχω, Inſanabili morbo teneor, ſeu laboro. B

‖ Αἰηκύστως, Atrociſſimè, Crudeliſſimè, Exitialiter. q. d. Inſanabili malo vel clade. Herodotus non procul à fine Thaliæ, φαὶ δὲ ἐς τοὺς πολιορκευμένους σφεῶν αἰηκύστως δοῆναι. Apud Plutarchum, μὴ χρῆσθαί τινι τῶν ἐχθρῶν αἰηκύστως exponitur, Neque in quempiam inimicorum ſe crudelem præſtare.

Αἰκιστικός, ἡ, ὁ, q. d. Sartorius, Ad ſarturā veſtiū pertinē s: vel, Ad ſarciendū aptus: aut Sarciendi peritus. Αἰκιστικὴ (ſubaudiēdo τέχνη). Ars ſartoria, Ars ſarciēdi veſtes, Ars ſartrix veſtiū. Plut. in lib. πέρι τῶν ζώων φρον. &c. tradit Democritū dixiſſe homines ab aranea duas haſce artes didiciſſe, ὑφαντικὴν & αἰκιστικήν. Gal. περὶ οὐσίας ἰατρικῆς ad Patrophilum, ἀλλ' ὡς ἐπὶ τῆς πηνθυφείας εἰσὶν ἐπανορθωτικὴ καὶ τῶν ῥαγέντων ἱματίων αἰκιστική. Apud Platonem in Politico αἰκιστικὴ ſubiecta eſt fullonicæ, vt κναπτική. ‖ Poſſit etiam αἰκιστικὸς dici Medicatorius, Ad medicinam pertinens, vel, Medicandi peritus: & Αἰκιστική, Ars medicandi, ab αἰκιστὴς ſignificante medicum. C

Αἰκίστρια, ας, ἡ, Medicatrix: vt ſit αἰκιστὴς, αἰκίστρια: ſicut ποιητὴς ποιήτρια. ‖ Item Sartrix, ῥάπτρια. Ælius Dionyſius vult αἰκίστριαν dici, non ἠπήτριαν: ſcribens & ἠπήσασθαι prorſus barbarum eſſe: vt quidem refert Euſtathius. qui etiam ὑφαίτριαν appellari tradit αἰκίστριαν. Quidam vir doctus Antiphanis fabulam αἰκιστρίας interpretatus eſt Sutrices, quid ſequutus, neſcio: ego certè Sartrices vertiſſem.

‖ Αἰκιστρίας (inquit Erotianus in lex. in Hippocr. pag. 16 meæ editionis) Attici ταὶ ῥαφίδας appellant (id eſt acus) ἐκ τοῦ τὰ αἰκίζεσθαι καὶ ὑγιᾶ ποιεῖν τὰ ἱμάτια, id eſt, Ex eo quòd ſanent (id eſt ſarciant) veſtimenta. Vbi vereor ne pro αἰκιστρίας vel αἰκίστρας vel αἰκίστρια legendum ſit, de quibus iamiam dicam. E

Αἰκίστρα, ας, ἡ, Acus. Lucianus in dialogo Mercurii & Charontis, καὶ αἰκίστραν ὑπὲρ τὸ ἱστίον, id eſt Acum ad velum ſarciendum. Quod rectè conuenit cum eo quod ab Etymologico ſcribitur, Αἰκίστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἢ νῦν ἀκκεφάτιον καλοῦσι. Id eſt, αἰκίστρα, acus maior, quam nunc appellant ἀκκεφάτιον. Dicitur autem αἰκίστρα ἀπὸ τοῦ αἰκίζω τὰ διῤῥωγότα τῆς ὀθόνης. Hæc ille. Generaliter tamen quātus βελόνιον (i. acū) ſignificari hac voce crediderim: quum ſcribant quidam grammatici αἰκίστρια eſſe quæ ſubtiliſſimis ῥαφίσι (confunduntur autem ῥαφὶς & βελόνη interdum.) veſtimenta ſarciant. DICITVR & Αἰκίστριον eadem ſignif. qua αἰκίστρα, videlicet pro acu. nam Etymologicus αἰκίστραν ait eſſe ἠπητήριον: quo nomine Euſtathius exponit αἰκίστριον: ſed apud hunc legitur ἠπητήλιον, quòd perinde valet. ET Αἰκιστήλιον Heſychio idem quod Αἰκίστριον Euſtathio: ſicut viciſſim Heſychius & Euſt. nominant ἠπητήλιον quod Etymol. ἠπήτριον. F G

Αἰκίστωρ, ορος, ὁ, Idem quod αἰκιστὴς, Medicus. Suid. Gregorius, Χρήσων δὲ πατέρων αἰκίστορος. Apud Euripidem αἰκίστωρ Φοῖβος, Medicus Apollo, vel potius Medicinæ præſes.

‖ Eſt etiam Αἰκίστωρ nomen proprium filii Ephippi ab Achille occiſi. Plut. in Probl. HINC Αἰκιστεία, ας, ἡ, Medicina, Ars medica. Apoll. Argon. 2, — αἰκιστείλιο τε θεοπροπίας τ' ἰδὲ δαῆναι. vbi αἰκιστείλιο Ionicè poſuit pro αἰκιστείας. VNDE Αἰκιστικὸς, ὴ, ὸν, Medicinalis, Ad medicum vel ad medicinam pertinens. ET Αἰκιστικῶς, Aduerb. Medicinaliter, ad verbum.

Νηλεὴς pro αἰνήκυστος, apud poetas interdum: vt apud Heſiodum, — νήλεον ἀχὴν, quod aduerbialiter ponitur pro αἰνηκύστως, id eſt inſanabiliter.

A ¶ Ἄκος, ους, τὸ, Medela, Medicina, Medicamentum, Remedium. ἄκια, Ionicè pro ἄκη, remedia, apud Herodotum lib. 1. Propriè medela quæ adhibetur alicui morbo, vt & apud Hippocratem vſurpatur. Vide apud Colum. ἐμπλάστου ἄκος, lib. 7. cap. 3. ‖ Item ἄκος remedium cuiuſlibet mali. Il. ι, — νέον τι μῆχος ἐπιχθόνιος κακοῦ ἔτι ἄκος εὑρεῖν. Archias in Anthologia epigramm. — ἐμοὶ δὲ κακῶν ἔβρον ἄκος φθιμένοι. Apud Platonem, ἄκος ποιεῖσθαι, Remedium afferre.

C. Πανακὴς, ους, ὁ καὶ ἡ, Omnia ſanans, Omnibus morbis medens. In vulg. lex. ex Strab. lib. 6. Apud Pollucē quoque hac ſignificatione παιδικὰ φάρμακα accipi videtur, ſed pro παιακῶ malè ſcriptum, vt opinor.

Παιάκια, Medela, Medicina. Apud Heſychium autem legitur παιακία, accentu in penult. At verò apud Suidā (ſicut & alibi paſſim) παιάκια: qui non ſolùm exponit θεραπία, vt Heſychius: ſed & nomen deæ eſſe ſcribit. Eſt autem hæc dea, filia Æſculapii, vt ex Ariſtophanis Pluto annotatur. Sed & Plinius id teſtatur lib. 25. cap. 4. Callimachi autem ſchol. in hunc illius locum hymni in Apollinem, Οὐλίπος Ἀπόλλωνος ἀποσταίζουσιν ἔθραι, Ἀλλ' αὐτῷ παιάκιαν, exponit πλὴν ἴασιν. quod idē eſt cum θεραπίαν, quod ex Heſ. & Suida attuli. Sed non placet ita exponi ſimpliciter, quum ſignificet omnem morborum curationem.

Παιάκια, Panacea herba (quæ & Παίαχις & Παίαξις Galeno ad Glauc. lib. 2) ita dicta quaſi omnia ſanans. vnde Plinius, lib. 25. cap. 4. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit. Hinc à Lucano vocatur potens, in hoc verſu, Et panacea potens & Theſſala centaurea. Schol. Nic. in hunc Ther. verſum, Πρώτιστα δὲ Χείρωνος ἐπαλθέα ῥίζαν ἀλέσσας, ſcribit ἐπαλθέα, id eſt, θεραπευτικὴν vocari πλὴν Χειρωνείας, quæ & κενταυρία & παιάκια vocetur. Παίαχις (inquit Heſychius) herba quædam, quæ multis nominibus appellatur. Dioſcorides παίαχις Ἡρακλέων, & παίαχις Ἀσκληπιοῦ, & παίαχις Χειρώνιον deſcribit lib. 3. cap. 55, & 56, & 57. Παιάκια (inquit Gorr.) à quibuſdam leuiſticum, à quibuſdam etiam centaureum maius dictum fuit, quòd ſuccurrat omnibus vitiis, plurimiſque polleat remediis. Idem ſubiungit, varia medicamēta hoc nomine vocata fuiſſe. Liguſticū autem hoc vocabulo appellatū fuiſſe teſtatur Dioſcorides eiuſdem libri cap. 58, & Theoph. Hiſtor. lib. 9, cap. 7. Nicandri ſchol. in Ther. vbi ipſe poeta παίαχις dicit, ait poſſe intelligi vel τὸ Ἡρακλέιον, vel τὸ Κενταύριον (quod & Χειρώνειον) vel τὸ Ἀσκληπιεῖον. multa enim eſſe παιάκια. Idem ſchol. in hunc eiuſdem libri locum Ἄχεϊ καὶ παίαχις φλεγμαίνοντι, ἔρρά τε πᾶσσον Παιήων Μήδεσσι ποταμοῦ ἀπὸ χεῖλος ἄμαρσον, annotat, καὶ τὸ πάταχις, τὸ καὶ παγαπὸν, εἶδος φυτοῦ. In vulg. lex. habetur Lucretium ſalem etiam hoc nomine adoptare conſueuiſſe.

Παταίκη, ης, ἡ, pro παταίκια herba, & filia Æſculapii, in vulgatis lexicis citatur ex epigr. ET Παταχὶς, ίδος, ἡ, apud ſchol. Nicandri.

Παίαξ etiam vocatur illa herba (vti dixi) vnde ſuccus eius ὀπὸς παίακος, ſed peculiariter ſuccus ſeu liquor panacis Heraclei. Ita enim Dioſcor. orditur caput 55 libri 3, Παίαχις Ἡρακλέιον ἐξ οὗ ὁ ὀπὸς παίακος συλλέγεται.

Παιακίτης οἶνος, Panacites vinum, id eſt, Ex panace herba confectum, Dioſc. lib. 5. cap. 72.

C. Ἐξακέομαι, οῦμαι, Medeor, Sano. Vel potius Perſano, vt exprimatur vis præpoſitionis quæ auget. Sed & vacare interdum conſtat. ‖ Ab Homero metaphoricè dicitur χόλον ἐξακέσασθαι, Il. ι, & Od. γ, pro Placare: ſicut & αἰήκυστον ὀργὴν ſuprà interpretatus ſum Implacabilem iram. Elegāter autem hoc dicitur, tanquā ſit ira morbus animi. ‖ Et Ἐξακεῖσθαι pro Sarcire, ſicut & ἀκεῖσθαι Euſtath.

Ἐξακέω, ῶ, etiam inuenitur eadem ſignific. in Pyth. Car. aureis. H

Ἐξάκεσις, Sanatio. ET Ἐξακετήριος, Sanandi vim habēs. Quod nomen Iupiter & Iuno habent, vt tradit Heſych. In vulg. lex. exponitur Expiatorius, Exitialia depellens. Item, Exitialis, fœdo & manifeſto errore.

¶ Ἀκέω, pro ἀκέω, & Ἀκέομαι pro ἀκέομαι, vnde Ἄκεμα, pro ἄκεσμα, Medela. ἴαμα.

Α᾽ΚΗ᾽, ῆς,ἡ, Mucro, Cuspis, Acies ferri. In compositione præsertim vsurpatur. nam hinc παπήκια χαλκὸν & παυάκης ἄορ deducit Eustathius. Ab eodem ἀνήκης αἰχμὴ exponitur ἡ δῦ τῆς ἀκῆς ἔχουσα. de quibus paulo pòst dicetur. Ab ἀκὴ formantur ἀκὶς & ἀκωκὴ, quæ sunt vsitatiora: hoc per reduplicationem: illud per formam diminutiui. Quin & ἀκμὴ ab ἀκὴ deductum esse volunt grammatici epenthesi literæ μ.

Α᾽κάζω, Acuo. Et pass. Α᾽κάζομαι, Acuor: vnde ἠκασμένος, Acutus, & sine incremento ἀκαὲς ὠμός: deinde ἀκαχμένος, mutato σ in χ. Hom. Od. α, Εἶλεπο δ᾽ ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ. id est ἠκονημένον, vel ἑτοιμοτμητον, inquit Hesychius. Eustath. autem hanc quidem & ipse significationem agnoscit, videlicet pro ἑτοιμοτμητον: sed vt sit ἀκαχμένον quasi ἀκὴν ἔχον, quæ etymologia multo minus esse videtur rationi consentanea quàm altera illa ex Etymologico à me allata. Affert autem idem Eustath. & aliam derivationem, simul cum alia significatione. sed ridiculè subtilem, meo iudicio: vt videlicet dicatur ἀκαχμένον ὀξέι χαλκῷ, παρὰ λυπῶ, à verbo ἀκαχεῖν.

C. Ἀμφήκης, ους, ὁ καὶ ἡ, Vtrinque acutus, Anceps. Ex vtraque parte incidens: vt ἄμφηκες ἴσχες, apud Sophoclem in Aiace, id est, ξίφος ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, Ensis vtrinque exacutus cote, vel redditus acutus. Non dubium est autem quin ἀμφήκης dicatur quasi ἀμφιακὴς, eadem formatione qua & reliqua quæ sequuntur. Quare nemo (vt opinor) negauerit deprauatũ esse Etymologici locũ, in quo ab ἥκω deducitur. & pro eo quod ibi post ἄμφηκες, ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένον, legitur ἀπὸ τοῦ ἥκω, παρ᾽ ὃ ξίφος ἀμφοτέρωθεν μεμαθὸν ὀξύ, ita legendum, ἀπὸ τοῦ ἥκω, ἧκη καὶ ἀκὴ ἡ ὀξύτης. quanquã nec hæc deductio τῆς ἀκὴ mihi valde placeat. Caterùm: ἀμφῆκες non ἄμφηκες, ab aliis scribi sciendum est.

Ἀμφήκης γλῶττα, metaphoricè Aristoph. in Nebulis, Lingua anceps. quæ metaphora & in nostrate sermone manet. Chion in epistola ad Matridem, ἀμφήκης φιλοσοφία ὡς τὸν πολιτικὸν βίον καὶ ὡς τὸν ἀπράγμονα, id est ancipitem vsum præbens.

C. Εὐήκης, ους, ὁ καὶ ἡ, Valde acutus. q.d. Bene acutus. Nic. Alexiph. ἀνήκει ξυρῷ. vbi schol. ἀκονητῷ. Sic Apoll. Arg. 2, ἀνήκεα φάσγανα, acutissimos enses dixit: quod alius poeta ἀνήκη per contractionem. Apud Hesychium εὔηκες.

C. Νεήκης, ους, ὁ καὶ ἡ, vt νεῆκες ξίφος, Ensis quem aliquis nuper seu recès exacuit. Hesychius, νεηκέαν, νεωστὶ ἠκονημένοις, ὀξέσι. Vbi obserua νεηκέαν (non νεήκεαν) tanquam à νεηκής. Habet tamen idem Hesych. δῦηκες, non ἀνήκες, aut ἄδηκες. Sed fuerit τὸ νεηκὴς simile sequentibus compositis παντηκὴς, & παυηκὴς, quæ vita scripta sunt apud eundẽ Hes. Dicitur signif. eadem & νεηκὴς, quod vide infrà.

C. Ταναήκης, ους, ὁ καὶ ἡ, ET Ταυηκὴς, Protensam habẽs aciem, siue longam. Il. ν, Εἰ μέν κεν ἐμὰ κῶας ἕλῃ παναήκεϊ χαλκῷ. Ita enim legit Eustath. quum alioqui in textu inserto eius comment. sit παντηκεῖ, accentu in penult. Sic & apud Hesychium παναήκης, & παναηκεῖ, item ταυηκὴς & ταυηκείας. Sed contrà Suidas ταυάκης & ταυήκειας, vt Eustathius. Exponit autem ταυήκης Hesychius, τὸ ἀκὴν ἔχον ὡδαπαμφὺν. quæ simplicissima & optima est tam huius quàm alterius vocis expositio. Idem tamen παναεῖ χαλκῷ vult esse simpliciter τὸ ἐκπεπαμένῳ σιδήρῳ. Sed παναήκης exponit & δύμηκες. de qua signific. vide in sequentibus.

Ταυήκης, Protensus, In longum protensus, Longus: quum alioqui significet etiam Protensam habens aciem, veluti quum dicitur ταυήκης ἄορ, à ταυύω & ἀκή. At verò apud Homerum Il. ω, ταυήκεας ὄζους, simpliciter significat ἐκπεπαμένους, vt Hesych. siue μακρούς, vt Eustath. tãquam per ὡδαχρόνως dũtaxat à ταυύω factum, minimeque nomen ἀκὴ inclusum habens, vt idem scribit.

¶ Ἀκὶς, ίδος, ἡ, Diminutiuum ab ἀκὴ: vt σκαφὶς à σκάφη, habet tamen significationem primitiui ἀκή. quanquam Græca lexica volunt peculiariter ἀκίδα esse sagittæ cuspidem: quibus assentiri videtur Pollux. At Chrysostomus quodam loco non ἀκίδα simpliciter, sed ἀκίδα βέλους appellat sagittæ cuspidem. Hinc & ἀκιδωτὸν βέλος, quasi dicas Cuspidata sagitta, Cuspidatum telum. Dioscorides lib. 3, αἱ ἀγκάλαι ἀκιδωταί καὶ ἀκίδας. vbi ἀκίδας alii aculeos, alii cuspides, quidam & spicula interpretantur. Apud eũdem verò alio loco ἀκὶς exponitur Sagitta. ¶ Poni autem generaliter ἀκὶς pro acumine, siue acie, apparet ex eo quod appellatur ὀνύχων ἀκὶς, Vnguium acumen siue acies, in Anthol. epigr. Pro eodẽ ὀνύχων ἀκμὴ dicitur.

Ἀκίδες,, teste Seruio, dicũtur à Græcis curæ. vnde Acidalia Venus, iuxta quosdam. Non video autem quomodo hæc significatio quam Seruius huic voci tribuit aliter quàm per metaphoram accipi possit. eadem videlicet qua Latini aculeos vsurpant.

C. Ταιακιδὴς, Protensam habens aciem. Idem quod παναήκης, siue ταυήκης. Erit autem ταιακιδὴς (si apud Hesychiũ rectè scriptum est) à ταυύω & ἀκὶς, vt illa à ταυύω & ἀκή.

Ἀκιδώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Cuspidis sagittæ formam habens, Acuminatus in modum cuspidis sagittæ.

Ἀκιδωτὸς, οῦ, ὁ, Cuspidatus, ad verbum. ἀκιδωτὸν inquit Suidas, τὸ ἔχον ἀκίδας. At Hesychius contrà, ἀκιδωτὸν βέλος explicat χωρὶς σιδήρου, id est Sine ferro. nisi fortè legendum est σιδηρέου, id est Sine acie. Sed rectius Suidas, meo quidem iudicio. nam ἀκιδωτὸς formatur tanquam à verbo ἀκιδόω, vt λεπιδωτὸς squamatus, tanquam à λεπιδόω facto à nomine λεπὶς.

¶ Ἀκωκὴ, ῆς, ἡ, Idem quod ἀκὴ, & ab ἀκὴ formatũ per ἀναδιπλασιασμὸν, id est reduplicationem, vt Etymol. tradit, vt ab ἴδω: ἴδη, & ἰδωδὴ, itidem, ἀγωγὴ, & ἀγωγή. Ἀκωκὴ generaliter Mucro, Cuspis, ὀξύτης, vt ait Hesychius, id est acumen. Ab eodem tamen exponitur particularius, ἡ τῶν ὀπτῶν ἐρεθίσεως ἀκμή: & ab Etymologico, ὀξύτης τοῦ βέλους. Ab Homero ἀκωκὴ δουρὸς siue ἔγχος & αἰχμὴ ἔγχος pro eodem ponuntur. Il. χ, Ἄντικρυ δὲ διὰ παλόιο δόρυ αὐχένος ἦλυθ᾽ ἀκωκή. vbi intelligo ἀκωκὴ ἔγχος ex proximè præcedente versu. Vsurpatur & in soluta oratione à Luciano in dial. Diog. Antisth. & Cratetis, τῇ πίλτῃ ἀπικρύσαι τὸν προσελθόντα, ἢ παρῆλθεν ἡ ἀκωκή. HINC derivari volunt quidam nomen αἰακωχὴ, vt dicetur suo loco.

Ἀκωκὴ, Turris forma quædam. Etymol.

C. Ἀναχωχὴ, ῆς, Inducia, Pax sequestra, Requies à bello. Thucydides lib. 1, Κερκυραίοις μὲν γὰρ ἀναπαυσις ἐγένετο Κερκυραίοις δὲ οὐδὲ δι᾽ αἰακωχῆς πόπτοτε ἐγένετο. Herodianus lib. 6, ἔχλη δὲ αἰακωχὴν καὶ μέλετην τοῦ βαρβάρου. Ἀναχωχὴ generaliter Requies, Laxamentum: vt αἰακωχὴ κακῶν ex Thucydide citatur à Budæo. Ab eodem autem poni videtur pro remoratione seu retardatione, lib. 8, pag. 290, πείθῃς ἐνταῦθα καὶ αἰακωχῆς τὴν Ἑλλησποντον. Dictum αἰακωχὴ ὡσεὶ τὸ αὖω τοὺς ἀκοντας ἔχειν (id est, quod sursumuersus habeatur telorum cuspides, inducianum tempore videlicet) tradunt schol. Thuc. Suidas & Etymol. atque alii quidam grammatici. Quam derivationem quanuis hic sequar, quod ad ordinem attinet, suspectam tamen habeo, & potius ab αἰοχὴ, verbali τῷ αἰόχω deduci posse αἰακωχὴ dico: præsertim quum Galenus apud Hippocratem αἰακωχὴ exponat αἰόχω & αἰακλάσεις. Dionysius Halic. inter vocabula γλωσσηματικὰ & ἀπηργαιωμένα, atque adeò δυσήκαστα τοῖς πολλοῖς, quibus est vsus Thucydides, hoc annumerat. Ab Hesychio αἰακωχὴ exponitur etiam ἀναχώρησις ἐξ ἀπόπτου τόπου. HINC Ἀναχωχύω, ET Ἀναχωχόω, ῶ, Retineo nauem in alto, Nauem in ancoris stare facio, subductis velis propter tempestatem, vt Bud. ex Suida & Hesych. exponit. Herodot. in Erato, ὑπὸ τούτου αἰακωχύσαντες τὰς νῆας. Sed & ipsæ naues dicuntur αἰακωχύειν: vt apud Arrianum lib. 2, ὀλίγον γὰρ ὕστερον ἐπεσχεῖν τῇ πόλει, αἰτιώμενοι ἐπὶ πολλαῖσι αἷς ξὺν Ἀλεξάνδρῳ πρῆξε. Metaphoricè etiã αἰακωχύειν ἅρμα, Currum retrahere & inhibere. secundum quam signific. schol. Sophoclis in Electra αἰακωχύειν exponit αἰαστρέφειν, & κατέχειν. ¶ Ἀναχωχύειν in alio Herodoti loco Valla Stabilire vertit: sed eius interpretatio reprehenditur. Ἀναχωχᾶν autem apud Hesychiũ habetur, qui exponit αἰαχωρεῖν: sicut & αἰακωχήσαντες, αἰαχωρήσαντες, & αἰακωχὰς, αἰαχωρήσεις ἐξ ἀπόπτου τόπου.

Α᾽ΚΟ᾽ΝΗ, ης, ἡ, Cos, in Isocratis apophthegmate, καὶ γὰρ ἡ ἀκόνη, καίτοι μὴ οὐ τίμιος, τὰ δὲ ξίφη ἐξίσα ποιεῖ, Etenim cos

non ſecat ipſa quidem, at gladios acutos reddit, ſiue acuit. Horatius in Arte poetica — fungar vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum valet, exors ipſa ſecandi. Ακάνη Νάξία, Cos ex Naxo inſula, apud Dioſc. l. 9. Prouerbia ſunt, ξυρὸς εἰς ἀκάνθιον, Nouacula in cotē. ſub. ἔπεσε, vel ἐπέπτωκε. i. incidit. & Ἀκάνθιον σπάζεις, Cotē alis, vt Eraſmus exponit. quem vide. Huius autē vocis ἀκάνη Etymologicus aliā etiam deductionem affert, videlicet à κατὰ, ſed prætuli quam ponit ab ἀκή. Vide Κατακοτῶ paulo póſt.

A Ἀκάνη à quibuſdam exponitur, ex Iulio Polluce, Pila, B Hirci pars iuxta tempora. Intellige autem hircum (βάγρον dicit Pollux) cauitatis eam partē quæ ſub temporū extremitate in interiorem neruum aſſurgit.

Ἀκοπάω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, Acuo, Exacuo, propriè cote. nā ab ἀκόνη factum eſſe manifeſtiſſimum eſt. Luc. in Timone, ὅπως τὸ κεφαλιὸν ἀκονήσαντες ὀπτικῶς ἀσπιοῦ. ἀκονάω, metaphoricè, etiā pro Incito, Impello. vt apud Latinos Acuo, Exacuo. & ſæpe apud Græcos παροξύνω, & ῥήγω. Herodianus, εἰς ὠμότητα ἀκόνησαν τὸν τῆς Μαξιμίνου ψυχήν. Id eſt, Maximini animum ad crudelitatem exacuerunt & incitarunt. Xenophon autem Παρακονᾶν ψυχὴν dicit abſolutè pro animum exacuere ad fortitudinem, & quaſi alacritatem animo comparare. Præd. 6, ὁ δὲ λόγχην ἀκονᾷ, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχὴν παρακονᾷ. Vſurpatur verò hoc compoſitum Παρακονῶ in propria ſignificatione à Theophraſto De pl. lib. 5, cap. 6, pro ſimplici ἀκονῶ. ‖Paſſiua autem terminatione huius verbi in actiua ſignificatione vtitur idem Xenophon Hell. 7, πάντας δὲ ἠκροῶντο καὶ λόγχας. Alioqui Ἀκονάομαι, ώμαι, eſt Acuor, Exacuor.

Ἀκόνημα, ατος, τὸ, Incitamētum, metaphorica ſignificatione, vt ἀκονάω pro Incitare.

C. ΚΑΤ ακονάω, νῶ, ab Etymologico affertur ex hoc Euripidis loco. κατακονᾶ μὲ σωῦ ἀβίωτον βίον, idque, vt confirmet etymologiam vocis ἀκόνη à κονῶ ſignificante φθείρω & λιπαίνω, præfixo α epitatico, vt videlicet dicatur ἀκόνη quaſi διαφθείρουσα καὶ λιπαίνουσα τὸ αἰδηρον. Cum hac autem expoſitione verbi κατακονῶ conuenit quod legimus apud Heſychium, videlicet κατακόνα expoſitum διαφθορά. Fuerit igitur Κατακονῶ (vt opinor) Corrumpo & attenuo atterendo, vt cos acuens ferrum, illud atterit & attenuat. Sed & quin pro Acuo ſumatur hoc cōpoſitum, minimè dubitandum puto. In illo porro Euripidis loco pro βίον reponendum credo βίον, ſiqua ex tam paucis verbis de eo fieri coniectura poteſt.

C. ΠΑΡ ακονάω, νῶ, vide paulo antè cum ſimplici Ἀκονάω.

C. Νεηκονής, Recèns vel nuper exacutus, id eſt redditus acutus. Νεηκονές, νεηκονημένον νεωστί, Heſ. Pro eodem dicitur νεήκης, quod habes paulo antè.

Ἄκων, & Ἄκις, ιος, ὁ, Iaculum, Spiculū, Miſſile, Telum. In Anthol. epigr. — χῦ μὲ ἄλεσε ἄρος ἄκων, Ab ἀκὴ ſignificante ὀξύτητα, fit ἄκων (inquit Euſtath.) vnde & ὀξὺς dicitur tanquam per etymologiam. & priorem corripit, quum contrà ἄκων quo ſignificatur Inuitus, priorem producat, vtpote ex ἀέκων factum per contractionem. ‖Hom. Odyſſ. ξ, verſu tertio à fine, Εἰλιπὼν ὀξὺν ἄκοντα, κακῶν ἀμύντορα καὶ ἀνδρῶν. Ariſtid. in Romæ encomio, οἱ δὲ ἄκοντες, οἷον οἱ Διὸς ἀδελφοὶ πάντες, ἀφήλους ἵστασαν λαμβάνειν. Vſurpant tamen poetæ frequentius ἄκοντα, proſæ autem ſcriptores frequentius ἀκόντιον. Heſychius ἀκόντιον exponit per ἀκωκήν, tanquam per notius: exponit & per δρέπανον.

C. Ἀκοντοβόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iaculi vibrator, Qui iaculum ſeu ſpiculum mittit, Iaculator. Opp. De venat. lib. 3, Οὐ πλησίον ὀπτεύουσιν ἀκοντοβόλων ἀνέρων.

C. Ἀκοντοδόκος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui iacula obſeruat, id eſt iaculorum ictus, vt videlicet eos vitet. Vide Etymol. qui habet ἀκοντοδόκη malè pro ἄκοντα.

C. Ἀκοντοφόρος, ν, ὁ καὶ ἡ, q. d. Iaculifer, Iaculum ferens. Quē ferentarii appellatione quidam comprehendi volunt. Vtitur autē hac voce ἀκοντοφόρος Dion hiſtoricus.

¶ Ἀκόντιον, idem quod ἄκων, (licet formam diminutiui habeat) ſed frequentiore in vſu, ac præſertim in oratione ſoluta. Xenoph. Hell. 4, ἤρουν τι ἀδύνατα ἐξ ἀκοντίου βολῆς. Sic autem ante Xenophontem Thuc. ἀκοντίου βολῇ dixit lib. 5, p. 186, ᾧ μάχει μὲν λίθου καὶ ἀκοντίου βολῆς ἐχέφησαν. Callim. apud Athenæum, Γαλλοὶ δὲ φιλέοντες ἀκόντιον ἦκαν ἔσω. Οἰνοπάτας. Heſychius ἀκόντιον exponit δορύξοον, μικρὰ λόγχη. Interdum ἀκόντιον pro teli iactu ſumitur: vt apud eundē Xenoph. ὅπου μάλ' αὖ εἰς ἀκόντιον ἀφικνοῖτο, ἀκοντίζω τὸ φεύγοντα. Vbi ἀκόντιον exiſtimo poſſe exponi ἀκόντισμα, ex hoc eiuſdem ſcriptoris loco, Hellen. 4, τοὺς μέντοι Λακεδαιμονίους ὕπνος αὖ οἱ πολῖται ἐδιδάσκουν εἰς ἐντὸς ἀκοντίσματος ἑαυτοὺς τῆς ὁπλίτας. Ἀκόντιον à Macedonibus dicta fuit & ſpina dorſi, teſte eodem Heſychio. qui addit & aliam ſignificationem, ſed quæ mendoſe ſcripta eſſe videtur.

Ἀκοντίας, ου, ὁ, Iaculus, ſerpentis genus. Sonat autem ἀκοντίας quaſi à Iaculum dicas Iacularis. Luc. De dipſad. Ἐκπρήστεις δὲ ἀκοντίαι δὲ καὶ ἀμφίσβαιναι καὶ δρακοντες. Nicād. in Ther. — σοὶ θ' ὅσοι ἀκοντίαι ἠδὲ μόλουροι. vbi ſchol. dicit ἀκοντίας eſſe τοὺς κατὰ τὸ ἀκόντιον ἅλλεσθαι τοὺς. addens eſſe & alia animalia quæ ita vocentur ἅλλεσθαι τὸ ὠμᾶν ὡς τοὺς τὸ ἀκόντια. Ἀκοντίαι, Stellæ ſic dictæ quòd iaculi modo ferātur.

Ἀκοντιάς, Herba quæ medetur canibus morſis à ſerpentibus, vt inquit Heſychius. Exiſtimo autem de ſerpentibus id intelligendum qui ἀκοντίαι vocentur in Luciani loco quem modò citaui.

Ἀκόντιον, medicamentum quoddam, quod à ſanandis ἀκόντων vulneribus ita dictum videtur. Heſychius tamen habet duntaxat, ἀκόντιον, φάρμακον οὕτω καλούμενον.

Ἀκοντίδης, Heſychio idem ſerpens qui & Ἀκοντίας. ET Ἀκοντίλη, idem in lex. vulg. ex Nicandro. Etymologicus autem ſcribit, Ἀκοντίαι, ὄφεις τινές· καλοῦνται δὲ καὶ ἀκοντίλαι. καὶ Ἀκοντία, βοτάνη τις. Vbi pro ἀκοντίαι reponendum eſſe ἀκοντίαι, apparet ex iis quæ modò dicta ſunt. Sed & ἀκοντιὰς pro ἀκοντία legendum puto.

¶ Ἀκοντίζω, Iaculor, Iaculum vibro, vel intorqueo, ſeu ſpiculum, aut telum. Xen. Præd. 1, de Perſis loquens, οἱ δὲ πόνοις μαθήμασιν πεζοὺς ἵππους καὶ ἀκοντίζειν. Interdum cum accuſatiuo, accuſatiuo (inquam) rei vel perſonæ: cum accuſatiuo rei, vt Il. ξ — ἀκόντιζον ἧμαι ἀΐχμαί. Sic ἀκοντίσας τὸ δόρυ, apud Plutarchum, τῶν τῆς Ἡροδ. κακ. (Sed & datiuo rei iungit idem poeta, quū dicit ἀκοντίζειν ἵππῳ & ἀκοντίζειν δουρί). Cū perſonæ autē accuſatiuo, pro Iaculo peto, ſeu ferio. (quo etiam modo Horatius verbo iaculari eſt vſus) vt apud Herodotum, ἀκοντίζων τὸν σῦν, τὸν μὲν ἁμαρτάνει. Sic Xenoph. ἀκοντίζει τὸ φεύγοντα. Dicitur & ἀκοντίζω εἴς τινα. vt Thuc. lib. 7, εἰς τοὺς ταύτας ἀκοντίζοντες. Citatur ex eodem cum datiuo: ſed eum locū aliter accipio. Ab Homero autē dicitur ἀκοντίζειν cum genitiuo perſonæ, ſed ſubaudita præpoſitione κατ', vt Il. ρ, Ἕκτορ δ' αὖτ' Αἰαντος ἀκόντιον δουρὶ φαεινῷ. Animaduertendum eſt autē (vt etiam ex citatis exemplis colligi poteſt) ἀκοντίζειν licet ab ἄκων deductum, tam latè patere interdum quàm iaculari quod à iaculo deducitur. De vētis dicitur à Muſæo, ἀκοντίζοντες αὖται.

Ἀλλ' ὄγε καὶ τόδ' ἅμαρτε. παρίσφηλεν γὰρ Ἀπόλλων. Iliad.ρ, — τῶ μὲν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν. Sic vſurpatur & in proſa. vt apud Xenophontem Pæd.lib.8, ἵνα καὶ μώνυβάλης, ἂν αὖ ἀμείνους αὐτοῦ ἀγαθοί. Et lib.4, ὁ μὲν ἄρχων οὐκ ἀκουσίως ἅμαρτεν ὡς μήποτ' ὤφελεν. Idem lib.5, καὶ χαλεπὰς μὲν πλοῦς ἁμαρτάνει. ‖Item ἁμαρτάνειν πρός apud Hom. In aliqua re vel circa rē aliquā errare, aut Ab aliquo aberrare. i. A recto aberrare, & quaſi à recta via, circa quidpiā. vt ἁμαρτάνειν μύθων, Od.λ, Ἀλείσκετο ἴδμεν ἕκαστα καὶ οὐκ ἀμάρτη μύθων. Vbi οὐκ ἀμάρτη μύθων poſſumus etiam exponere, Non errabat verbis. ſequentes Fabium, qui ait Homerum dixiſſe Menelaum non errare verbis: exponens quod ille dicit οὐκ ἀφαμαρτοεπής. Pro quo & ἁμαρτοεπὴς dicitur ab eodem poeta, vt infrà docebimus. Porro ſecundum eam quam dixi habere apud eum ſignificationem ἁμαρτάνειν πρός, poterimus exponere apud eundem Iliad.ω, — ἀμφὶ σοὶ υἱὸν φίλον ἀμβροσίαι δαῖσαι. Quia non à recto & æquo aberrabat circa munerum largitionem, vel In largiendis muneribus à recto non aberrabat, & quaſi à recta via. Vel, A recto non diſcedebat in dandis muneribus. Nam dura eſſet interpretatio ad verbum, A donis gratis & acceptis non aberrabat. Huc etiam referre poſſumus & illud loquendi genus paulo antè poſitum, ἁμαρτάνει πατὴρ ἀπαίρου. Item hoc, ἁμαρτάνω τῆς γνώμης, Erro in ſententia, vel Aberro à recto circa ſententiam, Fallit me opinio, Fallor. quæ tamen loquendi forma & rara & dura eſt. ἁμαρτάνω τῆς πράξεως, Erro in agenda re aliqua, Erro in actione rei alicuius. Malim tamen ἁμαρτάνω accipi pro ἀποτυγχάνω: de qua ſignificatione iamiam dicam. ‖ Vicina eſt huic ſignificatio verbi ἁμαρτόω, quæ per verbum Fruſtrari vertitur, paſſiuè ſumptum: licet rarò à Latinis ita vſurpetur. vt δυοῖν θατέρου πάντως οὐχ ἁμαρτόμεθα, Duorum altero nequaquam fruſtremur. Sic ἡμαρτώκαμεν ἀμφοτέρων, Fruſtrati ſumus ambobus. vel accipiendo Fruſtrari in actiua ſignificatione, Vtraque nos fruſtrata ſunt. Ad verbum, Aberrauimus abvtriſque. Sic ſæpe dicitur, ἁμαρτὼν τῆς ἐλπίδος, pro ἀποτυχών, Qui fruſtratus eſt ſua ſpe; Quem fruſtrata eſt ſua ſpes.

Ἁμαρτάνω, Erro, Fallor, Allucinor. Pecco, pro Erro, Erratum committo. quam ſignificationem in præcedente annotatione attigimus. Plato Politicō 1, ἁμαρτάνουσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ταῦτα, In hoc errant homines. Sic Iſocrates iunxit cum περὶ, ſcribens, ἁμαρτάνειν περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων, In rerum delectu errare: vel falli, aut allucinari. Cum accuſatiuo, Ariſtophanes in Pluto, ἅπαντ' ἁμαρτάνουσ' ἀποδιδόναι. Galenus ad Glauconem 2, ἅμα δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἁμαρτάνουσι. Sic apud Sophoclem, Τοιαῦτ' ἁμαρτάνουσιν οἱ λόγοις ἄπο. Abſolutè item ponitur. vt apud eundem Politicō 1, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει. ὅπου γὰρ ὀρθότης, ἐκεῖ ἀδύνατον τὸν ἁμαρτάνοντα ἁμαρτάνειν. Sic in Lamachi apophthegmate apud Plutar. οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτεῖν, Non licet in bello bis errare.

Ἁμαρτάνω, Pecco, Delinquo, Peccatū admitto. Abſolutè Iliad.ι, — ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ. Heſiodus Theogonia, Πείρ γὰρ ἀπὸ πάντων κακῶν ὅπερ ὅς τε ἁμάρτῃ. Iſocrates in Buſiridis encomio, ἁμαρτάνουσι διὰ ἐλάττονα καταφρονῶ. Idem in Paneg. ὧν μή τις ἐρρωμένως ὀλιγωρήσει τῶν ἁμαρτάνειν. Habet ſæpe & accuſatiuū rei, vt ἁμαρτάνουσι τὰ αὐτά, Eadem peccata committunt, Vitiis iiſdem obnoxii ſunt. Sic Xenophon Pæd.3, ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν, Humana mihi videris peccauiſſe. Id eſt, Peccata commiſiſſe ab hominum natura minimè aliena. Dicitur & ἁμαρτάνειν ἁμάρτημα, Peccare peccatum. vt νοσεῖν νόσον. Et accuſatiuum perſonæ, ſed qui regitur à præpoſitione εἰς. vt ἁμαρτάνειν εἰς τοὺς γονεῖς, Peccare in parentes. Interdum vtrunque accuſatiuum ſimul habet: vt apud Thucydidem, ἁμαρτάνει πολλὰ εἰς ἡμᾶς, Multa in nos peccat. nam Latini quoque ita loquuntur. Dicitur & ἁμαρτάνειν εἰς ἑαυτὸν, Peccare in ſeipſum. vt apud Iſocratem ad Demonicum, δίκαιος δ' ἂν εἴη τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμι μὴ μόνον εἰς ἑαυτοὺς ἁμαρτάνειν. Sic Cicero dixit epiſt. ad Att. lib 3, In me enim ipſum peccaui vehementius. Item ἁμαρτάνειν cum aduerbio: vt ἁμαρτάνειν ἀσυλλόγως, Demoſth. in Midiam.

Ἁμαρταίω, Priuor, στερῶμαι. Vide inter ſignificationes vocis paſſiuæ ἁμαρτάνομαι.

¶ Ἁμαρτῇ, pro ἁμαρτῆν, id eſt ſequi, iuxta Euſtathiū & Heſychium. Ab ἁμαρτῆ (vt opinor) quod pro ὁμαρτῆ, id eſt Simul, legerūt quidam ex veteribus in hoc Iliad.ι loco, — καὶ τὸ μὲν ὁμαρτῆ δοιὼ ἔχετον μάχεσθαι. Ex χερσὶν νίκας. Cenſuit autem Ariſtarchus ἁμαρτῆ per ſyncopen eſſe factum ex ἁμαρτηδόν itidem ſignificante Simul.

Ἁμάρτιον, paſſiuè, Peccor. nam pecco apud Latinos itidem paſſiuum format. ἁμαρτάνεται igitur dicitur Quod peccatur, Quod perperam ſeu improbè fit aut dicitur. Interdum impersonaliter ponitur ἁμαρτάνεται, vt Latinè peccatur. Cic. De officiis 1, Quo in genere etiam in republica multa peccantur. τὰ περὶ τὴν πόλιν ἁμαρτανόμενα, apud Xenophontem Ἀπομν.1. ἀπολογία τῶν τοῖς ἡμαρτημένων, apud Demoſthenem, Excuſatio peccatorū. Thucydides ἔργα εὐτυχῆ ὄντα & ἁμαρτανόμενα inter ſe opponit, id eſt Res bene geſtas & res malè geſtas. Vel ἁμαρτανόμενα ἔργα, Opera ſeu actiones quæ non ſuccedunt, Actiones in quibus vel circa quas offenſum eſt. Puto enim reſpondere illi Græco Latinum hoc vocabulum: & τὰ ἁμαρτανόμενα ἐν τῷ πολέμῳ interpretari nos poſſe Ciceronianis verbis Offenſiones belli. Sic Plutarchus in Fabio, ἡμαρτημένα & διώρθωται ἡμαρτημένα contraria facit, ſcribens, τὰ μὲν ἐκεῖ ἡμαρτημένα ἐπιδιορθοῦσθαι τοῖς διώρθωται ἡμαρτημένοις. Apud Ariſtotelem ἁμαρτάνεται & κατορθοῦται inter ſe opponuntur: quod facit pro mea interpretatione illius Thucydidis loci modò citati. ‖ Ἡμαρτημένος, Deprauatus, Vitiatus. vt ἡμαρτημένα γράφαι, apud Porphyrium, Deprauatæ ſcripturæ. Sic ἡμαρτημένον δρᾶμα, apud Athenæum, lib. 7. Ibidem ἁμαρτανόμενα τὰ τῶν δείπνων ἀκράσια exponitur apud Theoph. De cauſ. pl. 3, c. 28, aeris intemperantia depranata.

Ἁμαρτάνομαι, Priuor. Odyſſ.ι, Χερσὶν ἐξ Ὀδυσῆος ἁμαρτάνεται ὀφθαλμοῖο, id eſt, Manibus Vlyſſis me priuatum iri oculis. Heſychius ἁμαρτάνεσθαι exponit δι' ἁμαρτίαν στερίσκεσθαι, id eſt, ob peccatum priuatum iri. Notat idē vocem actiuā ἁμαρτᾶσαι itidem pro στερῆσαι, id eſt priuari. Habetur & Il.χ, — φίλου ἀπὸ πατρὸς ἁμαρτών, pro Priuatus ſeu orbatus patre. id eſt ἀπὸ ἁμάρτων, pro ἀφαμαρτών, ab ἀφαμαρτάνω. Neque enim ἁμαρτάνω iungitur cum præpoſitione ἀπό.

Ἁμάρτημα, ατος, τὸ, Erratum, Peccatū, Lapſus. μέγα ἁμάρτημα, Xen. Pæd.5, Magnum peccatum, vel Graue peccatū. ἐλάχιστα ἁμαρτήματα, Iſocr. ad Nicoclem, Leuiſſima peccata. Cicero ἁμάρτημα vertit Erratum, epiſt. ad Att. l.13, Erratum eſſe meum, ſed (vt aiunt) ἁμάρτημα μνημονικόν. Ariſt. Ethic.5 ἁμάρτημα diſtinguit ἀπὸ τοῦ ἀδικήματος. Idē Rhet.1, ait ἁμαρτήματα eſſe quæ non committuntur improbitate, & quæ non ſunt πρόδηλα. Ego in hoc Ouidiano verſu exiſtimo ἁμαρτήματος & ἀδικήματος diſcrimen poſſe oſtendi, In facto errorē non ſcelus eſſe meo. Puto enim perinde eſſe acſi dixiſſet factum ſuū eſſe ἁμάρτημα non autē ἀδίκημα. Plato hæc duo copulat, ſcribens ep.7, ἃ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα σμικρότερον ἢ χρὴ κακὰ πάσχοντ' ἢ δρῶντα. id eſt Peccata & ſcelera perpeti ab aliis in nos admiſſa, quā ipſos ea in alios admittere.

Ἁμαρτηρός, ᾶ, ὁ, Erroneus. Eud. In vulg. lex. Græcol. habetur ἁμάρτηπος expoſitum Peccans, quod per errorem poſitum ſuſpicor pro hoc ἁμαρτηρός. Nā αἱ ἁμάρτηπος quidē reperitur, & huius formæ ſunt aliæ at ἁμάρτηπος forma planè noua diceretur.

Ἁμαρτηλικός, ᾶ, όν, Offēſator, Qui ſæpe offendit in re aliqua, Errare ſolitus in re quapiā. Ab Ariſtot. opponitur τῷ κατορθωτικῷ, Eth.2, ἀεὶ πάσαις ταῖς ὁδοῖς ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτηλικός. In vulg. lex. Græcol. mēdoſe habetur ἁμαρτικὸς pro ἁμαρτηλικός. at in Tuſan. eſt vtrūq; nā prius ponitur ἁμαρτικὸς, deinde ſeorſū ἁμαρτηλικὸς, eadē tamē cū interpretatione. quaſi verò nō manifeſtiſimū ſit ἁμαρτικὸς nomē eſſe nō poſſe, nec idē quod ἁμαρτηλικὸς ſignificare. Tolerabilius eſſet ἁμαρτικός.

¶ Ἁμαρτὰς, άδος, ἡ, Idē quod ἁμαρτία ſiue ἁμάρτημα. vt ἁμαρτάδα αἰτίαν, apud Dionyſ. Hal. λόγ. lib. 2. Suidas citat ex Procopio, αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες ἀεὶ &c. ἁμαρτάς, inquit Suid. dicūt Attici. ἁμαρτάδα Herodot. & alii Iones.

¶ Ἁμαρτωλὸς, ὸν, ὁ ἡ, Peccator vel Peccatrix. ἁμαρτωλοὶ, inquit Suidas, Qui prauum vitæ inſtitutū amplectuntur,

Certè in Nouo teſtamento ἁμαρτωλοὶ exponitur Peccatores, (vſitato quidem & recepto paſſim nomine, non tamen Latino)proQui identidem peccant,Qui peccatis ſunt dedit. Eraſmus ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία apud diuum Paulum cap.7 ad Rom.exponit peccans peccatū, vel Peccaminoſum peccatum: ego(ſi fingendum vocabulum eſſet)mallem Peccatoſum ab vſitato nomine peccatum,quàm Peccaminoſum ab inuſitato Peccamen dicere. Heſych. ἁμαρτωλὸν exponit πανοῦργον, μοχθηρόν, ἀμιώλον.

A

Ἁμαρτωλότης, ητος, ἡ, ad verbum, Peccatoſitas: eodem modo quo ἁμαρτωλὸς Peccatoſus diceretur.Erotianus in Hippocratem ἁμαρτωλίαν exponit ἡ περὶ ἁμαρτημάτων ἄγνοια. vbi fortaſſeaccuſatiuum εἴδηται mendo non carere ſuſpicetur aliquis.

B

¶ Ἁμαρτία, ας, ἡ, Error, Peccatum, Delictum. Idem quod ἁμάρτημα. niſi quòd ἁμάρτημα ſonat potius Erratum, ἁμαρτία, Error ſiue Erratio. Demoſth.ad epiſtolam Philippi, αἱ γὰρ ἀδικίαι δηλαί εἰσι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας εἰσὶ πρὸς αὐτῶν. Iſocr.inBuſir.encomio, ἡ γὰρ ἀπολύσις αὐτῶν τῶν ἁμαρτιῶν μᾶλλον ἀπορίαν. Plutarchus οὐδὲ δίκαιον. copulat ἁμαρτίας & ἀτυχημάτων. D.Paulus pro eodem dicit ἁμαρτίαν & παράπτωμα. Hieronymus tamen ita diſtinguit, vt dicat leuius eſſe παράπτωμα, quòd ſit primus ille ad peccandum lapſus: ἁμαρτίαν autem, quum ad ipſum facinus peruentum eſt.

C

Ex ſequentibus compoſitis primùm quidem ab ἁμαρτία deductum videri poſſit, at cætera quæ ο habent non ι, ab aoriſto ἥμαρτον aliquis fortaſſe deriuare malit.

C. Ἁμαρτίνους, ου, ὁ καὶ ἡ, Mente errans, Cuius mens eſt praua. Heſ. Theogonia, — ἡδὲ Προμηθία Ποικίλον, αἰολόμητιν, ἁμαρτίνοόν τ' Ἐπιμηθίαν.

C. Ἁμαρτιεπὴς, ἐος, ὁ & ἡ, Errās verbis, vt Fabius interpretatur ἀφαμαρτιεπής. Il. ν, Αἴαν ἁμαρτιεπὴς βουλαῖσι πῶον ἔφησεν; Vbi Errans verbis Aiax dicitur, pro eo quod eſt mendax, aut etiā propter inconditū & inſuaue genus ſermonis: teſte Euſtath. aitq; poſſe eſſe ſimile alteri epitheto ἀφαμαρτιεπής, quod Fabius ad proprietatem verborum retulit.

C. Ἁμαρτολόγος, ου, ὁ & ἡ, Idē quod ἁμαρτιεπής. Athen. ἁμαρτολόγους vocat voluptarios philoſophos, quorū coryphæus eſt Epicurus. Poſſunt autem Errates verbis dici varias ob cauſas: ſed fortaſſe reſpexit ad id quòd vocabulo vno pro alio vtebantur, vel vocabulis abutebantur.

D

C Ἀφαμαρτάνω, Aberro λανθάνω. vnde ἀφαμαρτάνειν apud Suid. expoſitum habetur λανθάνειν, ſφάλλειν. Antipho, ἀφαμαρτάνοντες ὧν αὐ δίκην ἐποίησαν ἢ ἀφᾶσαν. Eſt apud Eraſmū prouerbium, τῇ πάνυ ὁδῷ ἀφαμαρτάνειν, Tota aberrare via. vbi verbum compoſitum, & quidem paſſiuæ vocis, pro ſimplici & actiuo ἁμαρτάνειν vſurpatur. Hoc verbum habet aoriſtum ſecundū ἀφέμαρτον apud poetas pro ἀφήμαρτον, aberrauit: ſicut ſimplex ἁμαρτάνω habet ἔμαρτον. Sunt tamen ἔμαρτον & ἀφήμαρτον tāquam ab ἁμαρτῶ & ἀφαμαρτῶ.

E

c.2. Ἀφαμαρτιεπής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Aberrās in verbis, vel Errās in verbis, cum Quintiliano. Compoſitum ex ἀφαμαρτῶ & nomine ἔπος. Hom. Il. γ. de Menelao, — ἐπὶ οὐ πολύμυθος, Οὐδ' ἀφαμαρτιεπὴς ἦν καὶ ἧμιν ὕστερος ἦεν. Quintil.lib.12, cap.De genere dicendi. Nam & Homerus breuem quidem cum animi iucunditate, & propriam (id enim eſt non errare verbis) & carentem ſuperuacuis eloquentiam Menelao dedit. quæ ſunt virtutes generis illius primi.

F

C. Διαμαρτάνω, Aberro. vt διαμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ, Thuc.lib. 1, pag.34. διήμαρτον Φιδήνων, Fidenis aberrarunt. id eſt à via Fidenas ducente. Sic dictum illud cum genit.perſonæ, διήμαρτον ἀλλήλων, A ſe inuicem aberrarunt, Haud ſibi facti ſunt obuii. Apud Plutar.rurſum διαμαρτάνειν τῶν παντὸς exponitur Tota errare via. Quo etiā ſenſu putatur dixiſſe Ariſtoteles dandi caſu, Ethic.1, διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις. Qui tamen locus mendi quibuſdam ſuſpectus eſt, tanquam τοῖς ὅλοις perperam ſcripti pro τῆς ὅλης.

G

H

¶ Διαμαρτάνω, Aberro, Aſſequi nequeo, vel efficere quodconor. Excido. Iſocrates ad Philippum, εἰ δ' ὅλως τινὲς ἢ μὴ διαμαρτῶν ἂν ἐπῄνουν. Idem Panath. διημάρτανε τῆς δόξης ἧς εἶχον τοῦ τυχεῖν αὐτῶν. Idem ibidem, οἱ μὲν ἅπαντα φοβοῦντες οὐδὲν διαμαρτάνουσι τῶν συμφόρων. Huic interdum opponitur καταρθῶ. Plutarchus De aud. οὐ μόνον καταρθοῦντες ἀλλὰ καὶ διαμαρτάνοντες. Et διαμαρτάνειν τῆς ἐλπίδος dicitur vel πρὸς ἐλπίδων, vt apud Lucianum, Qui excidit ſua ſpe, Quem ſua ſpes fruſtratur. pro quo Demoſthenes dicit etiam διαμαρτάνειν ὧν ἤλπισεν. Quod & ἀποτυγχάνειν dicitur. Thucydides lib.2, ἐπιδὴ καὶ τούτου διήμαρτον, Quum hoc excidiſſent (quod ſperabant videlicet)id eſt, Quum hac ſpe exciduſſent. Nonnunquam etiam διαμαρτάνω τούτου, Excido hoc, id eſt Nō impetro hoc quod petii. Interdum exponitur & per verbum Fallere: vt apud Iſocratem, διαμαρτάνω τῆς δόξης ἣν εἶχον περὶ σοῦ τυγχάνω, Fallit me quam de te concepi opinio. Interdum pro Non aſſequor, id eſt Non percipio: vt τῆς ἐμῆς γνώμης διημαρτηκός. Sine caſu verò διαμαρτάνειν interdum opponitur τῷ καταρθοῦν (vt in exemplo paulo antè citato) interdum pro Erro, Allucinor: quo ſenſu γλῶττα dicitur διαμαρτάνειν apud Iſocratem. Huic autem verbo actiuo dari ſolet futurum vocis paſſiuæ διαμαρτήσομαι.

I

Διαμαρτία, Aberratio, Item Error. Plutarchus in Fabio Maximo, μιᾷ ταύτῃ γίνεται διαμαρτίᾳ ἡ Ἀννίβου. Et aliquanto pòſt διαμαρτία τῆς πόας, de re eadem, Aberratio à loco. Apud Thucydidem lib.4 pag.150, διαμαρτία τῆς ἡμέρας, Aberratio à diebus, id eſt à certo dierum numero, intra quos vterunque proficiſci oportebat. Vel, Error in diebus commiſſus. Ipſemet ſtatim poſt ἁμάρτημα appellat Luc.initio libelli De ſacrificiis, οὕτως ἄρα βαθείως κατῆκεν αὐτῆς ἡ περὶ ἱερείων διαμαρτία. Quod invulg.lexicis exponitur, Adeo eam malè habuit quòd ſacris non interfuerit. Quæ expoſitio & inepta & falſa eſt. At Eraſmus optimè ſenſum reddidit, hoc modo, Vſqueadeo nimirum altè dolor hic animo illius inſederat quòd ſacris epulis eſſet fruſtrata.

K

C. Ἐξαμαρτάνω, Erro, Pecco. Interdum ſine caſu, & quidem nonnunquam ſequente participio, vt apud Xenophontem Pæd. 3, ἔλεγεν ὅτι ἐξαμαρτάνοι διδάσκων καὶ οὐκ ἄγων, &c. Dicebat eum peccare ſeu perperam facere in eo quòd, &c. Interdū & cum accuſatiuo, vt apud Latinos Pecco. vt Xenoph. Pæd.3, πόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι, πόσα ἀκούσια ταῦτ' ἐγὼ νομίζω. Sic apud Ariſtophanem Nubibus, ὅταν ἡμεῖς, ἃ σὺ νῦν ἐξαμαρτάνεις, ὀρθῶς ἐπιτιμῶμεν. Dicitur & ἐξαμαρτάνω ἐν τούτῳ, vt Plato De republica 1, ἐξαμαρτάνομεν ἐν τῷ περὶ λόγους σκέψει, Erramus, Fallimur. Apud Antiphontem ἐξαμαρτάνειν pro σφάλλεσθαι, id eſt Lingua & verbo labi, inquit Bud. Nonnunquam ἐξαμαρτάνω pro Aberro, Non aſſequor. vnde & τῷ καταρθοῦν illi opponitur, ſicut τῷ διαμαρτάνειν opponi paulo antè docui. Iſocr. Areopag. ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἷς ὀλίγα ἂν κατορθοῦτο, πολλὰ δὲ ἐξαμαρτάνοντας μέμφομαι. Idem ad Philippum, ἀλλὰ γὰρ πολὺ πλείω τοῦ καλῶς ἐξαμαρτάνειν ἢ κατορθοῦν. Sic & apud Platonem accipio, vbi iungitur cum ἁμαρτεῖν, De repub.lib.1, ἆρ' οὖν καλεῖς σὺ τὸν ἐξαμαρτάνοντα ἁμαρτεῖν τοὺς καμόντας, κατ' αὐτὸ τοῦτο ὃ ἐξαμαρτάνει;

L

Ἐξαμαρτάνω, Pecco, Delinquo, Admitto aliquid in quempiam, Iniuria afficio. Plato Minoe, πολλὰ εἰς θεοὺς καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν. Apud Lyſiam ἐξαμαρτάνειν εἴς τινα & ἀδικεῖν τινα pro eodem, vbi dicit, μήτε εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτάνειν, μήτε πολίτας ὑπὸ τῶν ξένων ἀδικεῖσθαι. perinde ac ſi dixiſſet μήτε ξένους ἀδικεῖν, μήτε, &c. Interdū additur accuſatiuo rei, vt ταῦτα ἐξαμαρτάνω εἴς σε. Et pro εἰς ponitur interdum ἐπὶ. vt apud Iſocratem Paneg. ἐπὶ δὲ τοῖς ἑαυτῶν πολίταις αἰσχίστας ὑπομένοντες ἐξαμαρτεῖν, Idem in Areop. ἐπὶ τοῖς γονεῦσιν ἐξαμαρτάνειν. Interdum etiam ἐξαμαρτάνων ſine adiectione, vt apud eūdem ibidem, ὥσθ' ἡμᾶς μὴ καλεῖν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας.

M

Ἐξαμαρτάνομαι, pro Peccare facio, apud eos qui vocantur ο ἑ ἑ interpr. vt 4.Reg.10, ὃς ἐξήμαρτε τὸν Ισραηλ.

Ἐξαμαρτάνομαι paſſiuū, cuius potius vſurpatur præteritum ἐξημαρτημένος (q.d. erratus, ſeu peccatus) pro mendoſo, & in quo erratum ſeu peccatum ſit. Ariſtot. Polit.4, de oligarchia & democratia loquens, ἡμεῖς δὲ ὅλως πάσας ἐξημαρτημένας τῇ φαύλῃ, pro Mendoſas, vel Perperam conſtitutas. ET Ἐξημαρτημένος aduerbium, Mendoſè. Item, Perperam, Pla. De leg.

N

c.2. Προσξαμαρτάνω, Præterea erro. Gal. ad Glauc. lib. 1, καί τινι ἄλλῳ προσξαμαρτάνοντες, Aliud peccãtes, In alium errorem delabentes.

c.2. Συνεξαμαρτάνω, Vnà erro, Vnà delinquo. Isocrates, ὡς συνεξαμαρτάνοιεν πλυσάζειν, Consuetudinẽ habere cum iis qui vnà vel simul delinquunt.

NHMEPTHΣ, Verus. q.d. In quo dicendo non erratur, (vt Gall. *Sans faute*, & in quibusdam locis *Sans faillir*, pro Verè) Homerus Il. α, v. 513, Νημερτὴς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάλυσον. Vbi Eustathius tradit νημερτὴς esse τὸ μὴ ἡμαρτημένον δηλ. τὸ ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἀληθές. Et Odyss. γ, Λίσσεσθαί δέ μιν αὐτὸν ὅπως νημερτέα εἴπῃ. Ponitur νημερτὴς aduerb. etiam pro Verè: vt & hic accipiunt quidam. ET Νημερτέως aduerb. Verè, vt Od. ι, Νημερτέως τὸν μῦθον ἐνίσπες.

A'MEI'BΩ, F. ψω, Commuto, Permuto, Muto. Iliad. ζ, Ὅς ποθὲ Τυδεΐδῃ Διομήδεϊ πὰρ' ἄμειβε Χρύσεα χαλκείων, id est, Qui cum Diomede Tydei filio sua permutabat arma, aurea permutans æreis. Debere autem verti hic ἀμείβω permuto, patet ex ipso prouerbio, ab antiquis etiam ita enuntiato, Diomedis & Glauci permutatio. De qua Plato loquens, pro ἀμείβειν dixit διαμείβεσθαι, in Phædro, καὶ παρ' ἑνὸς χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι τοῖς. Apud Hermogenem, ἀμείβειν ὄνομα αὐτὶ ὀνόματος, Nomen cum nomine commutare, Nomen aliquod alio permutare. vbi notanda est alia constructio quàm apud Homerum, qui non dicit χρύσεα αὐτὶ χαλκείων, sed χρύσεα χαλκείων. Ponitur ἀμείβω & cũ vno accusatiuo, pro Muto. vt apud Iulianum, πολλὰ ἀμείβων χρώματα, ὡς περ ὁ χαμαιλέων, Multos mutans colores, chamæleontis more, vel Colorem subinde mutãs. Lucianus in Anacharside, ἄλοπι ἄλλην γῆν ἀμείβων, Aliàs aliam regionem mutans. Vel sic Latinius, Subinde terram mutans. Poterat dicere & ἄλλην γῆν ἐξ ἄλλης ἀμείβων, vel ἄλλην ἐξ ἄλλης γῆς ἀμείβων. qua forma loquendi est vsus Plato, sed cum participio vocis passiuæ ἀμειβόμενος. Vide Ἀμείβω pro Prætereo. ‖ Dicitur etiam ἀμείβω pro Permuto, more mercatorum. vnde apud Apollonium lib. 2, ὦνον ἀμείβοντας βιοτήσιον, exponitur Merces esculentas permutant.

Ἀμείβω, Alterno. vt Il. λ, Εἰ ἐθέλοι παλίζοκον, ὅλιγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων, paulum alternans genua, id est alternis vel permutatis vicibus paulum mouens vnum genu post alterum. id est, paulatim & sensim progrediens. Mihi enim videtur sic explicari commodè posse hic locus. ‖ Huic signific. affinis est ea qua pro Succedo ponitur cum vnico casu, & eo quidem accusatiuo, ἀλλήλοις ἀμείβοντες ταχυγράφοι, Sibi inuicem succedentes librarii celeres. Quasi, sese inuicem alternantes: vel, Scribendi ministerium alternãtes. Ἀμείβω exponitur itidem διαδέχεται à scholiaste Euripidis, in hoc eius versu, Καὶ μὴν ἀμείβει καιρὸν οὐ καιρὸς πόλει vbi absolutè ponitur.

Ἀμείβω, Prætereo, Pertrãseo: vt πολλοὺς πότους ἀμείβειν, & ἀμείβει πλὼ ὁδόν: pro quo dixit Nonnus, οἶμον ἀμείβειν. quod exponitur etiam Viam pergere. Apud Apollonium, μῆκος ἄμειβον, prætereibant, prætereuehebantur. Aristides in Panath. ἡ δὲ περίμετρος τῶν ἐπαρχιῶν τῶν, στενὸν μὲν ἀμείβουσι πόλεις ὡς ἂν εἰ πίπτω ἀμείβοντας ἔστιν οὗ, id est, Prætereuntes binas ternásque vrbes. In hac autem significatione sæpe & composito διαμείβω vtuntur. ‖ Ἀμείβω pro relinquo apud Sophoclem, si eius scholiastæ credimus. nam ἀμείψας exponit καταλιπὼν in hoc eius versu ex Philoctete, Ἔξειμ' ἀμείψας, πὰς δὲ πατρίους τύχας. Fortasse tamen hic ἀμείψας exponere aliquis malit vt in proximè citatis locis.

Ἀμείβοντες, Tigna ædificium sustinentia, vel Trabes ædificium sustinentes, quæ sese inuicem fulciunt. Il. ψ, Ὡς δ' ὅτ' ἀμείβοντες δίε πλατὺς ἕρμασι τέκτων Δούπασε ὀφλοποιοῖο. Dicuntur verò ἀμείβοντες (vt opinor) quòd videantur alterũ cum altero ipsum sustinẽdi ædificii officium permutare, & quandam velut vicissitudinem in ferendo onere inter se habere, quum vnum ab altero excipitur, vbi iungi incipiunt. Vel quòd à muro ad murum transeant. Quidam arrectaria tigna & tibicines interp. Subaud. autem δοκοί, aut quid simile.

ΑΜείβομαι, Pass. voce, sed actiua significatione, Permuto, Commuto. Plutarch. De exilio, ἀμείβομαι γῆν τὴν οἰ-

A

κείαν πατρὶς ἄλλην, Commuto cum terra commuto. Plato in Apologia, ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλεως ἀμειβόμενος, Ad verbum, Aliam ex alia ciuitate mutãs. pro, Aliam atque aliam ciuitatem subinde mutans, aut etiam breuius & Latinius, omittendo nomen aliam, Subinde ciuitatem mutans. Posset etiam dici Græcè eadem significatione, ἄλλοτε ἄλλην πόλιν ἀμειβόμενος, vt Lucianus dixit ἄλοτε ἄλλην χλῶ ἀμείβων. Item vt dicitur ἀμείβω πολλὰ χρώματα in loco modò citato, Muto multos colores: id est, Subinde colorem muto: sic ἀμείβομαι γυναῖκας, Muto vxores, pro Identidem vxorem muto, Vxorem aliam atque aliam duco, vel Vxorem vnam ex alia duco. In Anth. epigr. κύκνον ἀμειφάμενος exponitur In cycnum mutatus: secundum quam expositionem dictum fuerit ἀμειφάμενος κύκνον, pro ἀμείψεις εἰς κύκνον, posito aoristo verbi medii pro aoristo verbi passiui.

Ἀμείβομαι, absolutè positum, Alterno. Il. ι, Οἱ μὲν ἀμείβόμενοι φυλακὰς ἔχον, Alternantes agebant vigilias, vel Alternis seu vicibus agebant vigilias, id est vicissim. sic Od. ι, Ὠρχίδην δὲ διὰ πάσης πολυδοπίης Ταφίοι ἀμείβόμενοι, id est (inquit Eustathius) κατὰ μέρος ὀρχούμενοι πανηγυρικῶς. At Od. α, — ἀμειβόμενοι κατ' οἴκους exponitur in breuibus scholiis, Alii alios per successionem excipientes. Erit igitur ἀμείβεσθαι hic positum pro διαδέχεσθαι eodem ferè modo quo in loco Euripidis paulo antè à me citato. Apud Gregorium ἀμείβομαι cum accusatiuo itidem pro Succedo: quum εἰς ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ita scribit, ταύτην τὴν ἀγρυπνίαν εἰς ὕπνος τῆς νήσου ἀμείβεται, His vigiliis succedit, Has vigilias excipit, Has sequitur.

Ἀμείβομαι, Transeo, Pertranseo. Il. ι & κ, & alibi, — ἀμείψαντ' ἔρκος ὀδόντων, Pertransierit vallum dentium. Il. ο, cum alia constructione, Θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλοι ἀμείβει. Capitur etiam ἀμείβομαι μεταφορικῶς pro Traduco, Traiicio, quod est quasi dicas transire facio: vt in Anthol. epigr. πικρὸν φάρμακον ἀμείψαμένη exponitur Quæ traieci, transuexi. ‖ Ἀμείβεσθαι exponitur etiam ingredi: vt apud Euripidem, ἀμείψασθαι πύλας, Ingredi ianuas. Alii transire hic quoque interpretari malunt.

Ἀμείβομαι, Remuneror, Gratiam rependo, Vices refero, Par pari refero. Apud Demosthenem, ἀμείβομαι τοῖς ὁμοίοις, Par pari refero. vel, cum Budæo, Paria facio. Dicitur pro eodem τοῖς ἴσοις ἀμείβομαι, à Basilio in quadã epistola. Dicitur verò & ἴσοις ἴσα ἀμείψασθαι. At verò ἀμείβεσθαι σὺν ὑπερβολῇ, est non esse contentum paria facere, sed cum fœnore referre beneficium. Qua autem forma dicitur ἀμείβεσθαι τοῖς ἴσοις, eadem ἀμείβεσθαι τοῖς ὑπερβολαίοις apud Chrysostomum, id est Contraria rependere: vt quum malum beneficio reddimus. ‖ Interdum habet accusatiuũ solum ἀμείβομαι: vt θεοὺς ἀμειβόμεθα, Deos remuneramur. sed vtplurimũ alium casum adiunctum habet. interdũ cum accusatiuo personæ datiuũ rei. Herodianus, δώροις τινὰ αὐτὸς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο, i. Donis eos remunerabatur. Chrysostomus De sacerdotio, πόσην τοὺς τοιαῦτα αὐτῆς ἀμείψασθαι δωρεάν; Quãta eos remunerabitur munificentia? Interdum autem habet ἀμείβομαι accusatiuũ personæ cum genitiuo rei, non tamen eodem pertinentem quò datiuus: nam per datiuum exprimitur id quo remuneramur, id est, quod pro remuneratione damus: at per genitiuum, id quod remuneratione dignum à nobis existimatur: vt ἀμείψομαί σε τῆσδε τῆς δικαιοσύνης, apud Lucianum, Remunerabor te ob istam æquitatem, vel Remunerabor istam tuam æquitatem, Digna ista tua æquitate tibi rependam, Gratiam pro ista tua æquitate referam. Sic dicitur ἀμείβομαί σε τῆς φιλίας, & ἀμείβεται αὐτὸν τούτων ἡ τύχη, Pro his gratiam illi refert fortuna. ‖ Interdum ἀμείβομαι cum participio ponitur: vt ἀμείβεται δοῦναι, Vices refert in conferendis beneficiis, id est Vices refert in beneficentia, Beneficia rependit beneficiis, vel pensat, Beneficentia respondet alteri.

Ἀμείβομαι, Vices sermonis reddo, id est Respondeo, Responsum do, apud Homerũ sæpe: vt Od. μ, Αὐτίκα δ' Εὐρύλοχος στυγερῷ μ' ἠμείβετο μύθῳ. Od. β, — οὐδέ πῃ ἔτλη Τῶν μῦθον χατὶ μοῦνον ἀμείψασθαι χαλεπαίνων. Interdum absolutè ἀμείβομαι, vt Il. α, Μυκηναίων δ' αὖ ἄνδρα ἑκάστην ἀμειβόμην ὀπὶ καλῇ. Pro eodem ἀντιμείβομαι sæpe apud eundem

poetis: quo vtitur & Xenophon, ἀπαμείβω dicens pro Respondi. Est autem & simplex ἀμείβομαι in vsu pro Respondeo in prosa, Plutarchus in Coriolano, αἱ δὲ γυναῖκες, ἠμείψαντο δὲ ὀλολυγμῷ. Item ἀμείβομαι cum accusatiuo rei. Idem Plutarchus in Othone, ἀντὶ τούτων τῷ φωνασκοῦντι μετὰ φωνῆς πολεμικῆς ἀμειψάμενον, Quum illi clamore bellico salutationi respondissent. vel, Quum illi clamore bellico salutationem excepissent. Sic ἀμείβεσθαι dicitur apud Lucianū is qui salutatus resalutat: verbo hoc iuncto cum aduerbio. φωνασκοῦντι μὲν γὰρ, καὶ ἀμείβομαι αὐτῷ ὁμοίως, Ego illi respondeo similiter, id est, Vices in salutando reddo, Vicissim saluto, Salutem reddo. Apud Synesium autem ἀλλήλοις εὐχαριστίας ἀμείβεσθαι, Sibi inuicem respondere mittendo nuntia, id est, Sese mutuò certiores facere.

Ἀμείβομαι, passiua voce pariter & significatione: vt ἀμείβεται φόνος apud Euripidem, Rependitur cædes vel retribuitur, Rependuntur cædis vices, id est Vicissim fit cædes.

Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, Mutatio, Permutatio, apud Dionysium Halicarnasseum. ‖ Item Retributio, Compensatio. Ponitur enim pro ἀμοιβή: sed hoc vsitatius quàm illud.

¶ Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, Mutatio, Permutatio. Mutationes (inquit in Ann. post. Bud.) sunt quæ à Græcis ἀλλαγαὶ dicuntur & ἀμοιβαί. vt ἐάν τις μίαν γοῦν ἀλλαγὴν παρελάσῃ vel παρέλθῃ, Siquis vel vnicam mutationem præteruehatur, id est, mansionem demutandis equis destinatam. Est ἀμοιβὴ & permutatio, mercatorum more. vt apud Plutarchum ἀμοιβὴ δέκα μνῶν exponitur Permutatio decē minarum. Quod decem minis permutari potest, Quod decem minarum est instar. At ego illam significationem quæ à Budæo ponitur, nequaquam priorem esse dixerim.

Ἀμοιβή, Vicissitudo: vt apud Platonem De legibus 2, αἱ τῶν ἑορτῶν ἀμοιβαί, Festorum vicissitudines. Alii exponūt, Festorum varietates. Apud Plutarchum in Galba, ἀμοιβαὶ τοῦ ὀχήματος, Vicissitudines vehiculorū. Nisi quis malit mutationes interpretari: vt in proximè præcedente annotatione à Budæo exponitur, qui ei synonymum facit ἀλλαγάς.

Ἀμοιβή, Compensatio, Retributio, in bonam & in malam partem. Pro retributione in bonam partem, id est Gratiæ relatione, Remuneratione, Pensatione meritorum, vt Od. α, — εἰ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς. Sic Od. γ, δίδου ἀμοιβὴν ἐκατόμβης, id est remunerationem. Luc. in Caucaso, ταῦτά μοι τὴν ἀμοιβὴν ἀπόδοτε τῆς βουλῆς, Hanc mihi pro consilio gratiam retulistis. A Politiano apud Herodianum redditur etiam Præmium. Dicitur & ἀμοιβαὶ plurali numero: vt Synes. epist. 31, ἡμῖν δοκεῖ σοι φρυκτοὺς αἴρειν ἀμοιβὰς τῆς εὐδιχοῦς ἐκείνου μηνύσεως. ‖ Ἀμοιβή, Retributio in malam partem, Pœna, Supplicium. Od. ι, Εἰ δέ μοι οὐκ ἐθέλουσι βοὸν ὀπιπτεύειν ἀμοιβήν. vnde Apollonius Rhodius videtur sumpsisse, κακὴν ἔτεκεν ἀμοιβὴν Ἀμυθαονίς. Hesiodus in Ergas, Ἔρδειν αὖτ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.

Ἀμοιβός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, vt ἀμοιβὸς χάρις, Gratia mutua, Gratia quæ vicissim refertur: ἀντιχάρις. At verò ἀμοιβὸν ὄπλευρον variis modis apud Homerum exponitur, quos vide apud Eust.

Ἀμοιβαῖος, ου, ὁ, Mutuus, Alternus: vt ἀμοιβαῖοι λόγοι, Mutui siue alterni sermones, Vicissitudinem habētes sermones, Dialogi. Apud poetas autem dicuntur esse ἀμοιβαῖοι λόγοι quum personæ singulis versibus sibi inuicē respondēt, aut etiam crebrius quàm singulis versibus & pauciorbus verbis quàm versus integri. quod & ἀλληλοστιχία dicitur, vt tradit Eustathius. Dicitur & ἀμοιβαῖα χάρις. pro ἀμοιβὸς χάρις, siue ἀμοιβή, quæ explicata modò fuerunt. Dionysius Areopag. ἐγὼ δὲ ὅπ ἀμοιβαῖα ἔχει τὴν ἀντιλήψιν ἐκάστης δυνάμεως, id est, Noui pro meritis præmium & pœnam laturum esse quenque, vt vertit Budæus. Apud Nonnum ἀμοιβαῖος τοῖχος exponitur Paries respondens & è regione positus.

Ἀμοιβαίως, aduerb. Vicissim, Alternis. Bud.

¶ Ἀμοιβαῖ, ἁδος, ἡ, Mutatoria, Permutatoria: vt apud Homerum, Odyss. ξ, χλαῖναι ἀμοιβαῖ, Permutatoria



læna, id est, quæ habetur ad cōmutādam aliquando aliam cum ea. Apud Nonnum ἀμοιβάδα βίβλον exponunt vulgò Alternum librum. Fortasse autem ibi nomen positum est pro aduerbio. Certè Alternum librum durè nimis interpretantur.

Ἀμοιβαδόν, aduerbium, Idem quod ἀμοιβαίως, Vicissim, Alternis. Apollonius lib. 2, Ὣς οἳ γ' ἀλλήλοισιν ἀμοιβαδὸν ἠγορόωντο, Sic illi se vicissim compellabant. Vtuntur hoc aduerbio interdum & prosæ scriptores. Ἀμοιβαδὶν, Sortitò, Per sortitionem. vide Ἀμοιβαδόν.

Ἀμοιβαδὶς, aduerbium, Idem quod ἀμοιβαδόν. Sed magis est poeticum ἀμοιβαδὶς quàm ἀμοιβαδόν. Apoll. lib. Arg. 2, Ἀλλήλους δ' ἐρέτας ἀμοιβαδὶς, Sese mutuò interrogabant, vel vicissim.

Ἀμοιβηδὶν etiam dicitur & Ἀμοιβαδὶς, Iohicè pro ἀμοιβαδόν & ἀμοιβαδὶς. vsurpant autem illa poetæ vt producant penultimam syllabam, quæ cum α est breuis. Il. σ, — ἀμοιβηδὶς δ' ἐδίκαζον, id est, Per vices, Vicissim. Vel (inquit Eustathius) κῦμα λαχμοῦ πρὸ καὶ κλῆρον ἄλλοτε ἄλλος. id est, Sortitò, siue Per sortitionem, modò hic, modò ille.

Ἀμοιβάδιος etiam reperitur: vt apud Apollonium Argon. 2, — ἀμοιβάδιος ἐλάασκον, Alternis remigabant.

Ἀμοιβαδὶς nomen proprium citharœdi apud Plutarch. τοῦτο Ἀμφίονος ἀρετῆς, & apud Athen.

C. Ἀντ' ἀμείβομαι, F. ἀμαι, Vicissim respondeo. nam Hesychius exponit non ἀποκρίνομαι, sed ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνομαι. & ἀντὶ μεγάθους itidem ἀντὶ τοῦ μεγαλύνομαι. Alii ὦ ἀμοιβὸς ἀποκρινόμενος. Potest tamen exponi etiam simpliciter Respondeo. Est autem freques apud Homerum hoc verbum, vtpote repetentem sæpe hoc hemistichium, Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη: vt Il. κ, Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς. & Od. μ, Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη φιλοπαίγμονι θυμῷ Ζεύς. & Od. η, Τὸν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη εἰδυῖαν ἀμαρτῇ. Et Odyss. ν, initio, Τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοος ἀντὶ μείζετο, φώνησέν τε. Vsus est autem huius verbi in oratione etiam soluta, videlicet apud Xenophontem, ἀναβ. 2, Κλέαρχος μὲν ἐκεῖ πυθόμενος ταῦτα εἶπε. Τισσαφέρνης δὲ ὧδε ἀπεμείψατο.

C. Διαμείβω, vel potius Διαμείβομαι, Permuto. vt apud Plutarchum in Aristide, 105, ὃν τούτῳ δ' οἱ Δελφοὶ προθυμότατα δημοσίᾳ συνεμείβοντο τοῖς Σπαρτιάταις τὴν τάξιν, Permutarunt cum illis locum. Id est, A sinistro cornu in dextrum concesserunt, in quo locati erant Spartani. Idem in Cimone, 160, δημοσίᾳ συνεμείβοντο πρὸς αὐτὸν τὰ ἱμάτια. Vbi obserua πρὸς αὐτὸν loco datiui αὐτῷ. Alicubi verò rei cum qua ut permutatio hanc dat constructionem: vt quum dicit, παῦσαι δημεψαμένους πρὸς ἀργύριον ἡμᾶς, permuta pecunia. At verò Solon inuersa constructione dixisse videtur δημοῦσθαι τὸν πλοῦτον τῆς ἀρετῆς, apud eundem Plutarchum, apud Basilium, & alios, pro δημοῦσθαι τὴν ἀρετὴν τῷ πλούτῳ. ita enim scripsit, Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῆς οὐ δημεψόμεθα Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. quum tamen nolit dicere, Non permutabimus diuitias virtute, sed contrarium potius. Ideóque rectè Budæus δημοῦσθαι hoc in loco esse dixit Permutare, hoc est emere, vel pro alio accipere.

Διαμοιβή. Permutatio. Plutarchus in Fabio, ὡς καὶ ἡμῖν μέτεστι τῆς κατ' ἄνδρα δημοσίας, διῤῥήθησαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων παρ' ἀλλήλοις παραχρῆμα καὶ δημόσιοι. Gall. dicitur Echange des prisonniers. Et ab ipso eadem significatione dicitur ἄνδρα ἀνδρὶ λύεσθαι.

C. Ἐναμοιβαδὶς, Permutatis vicib⁹, Vicissim, Apoll. Rhod.

C. Ἐξαμείβω, vel Ἐξαμείβομαι, Immuto, In varias formas muto. Sed Hesychio ἐξαμοιβὴ non solùm ἐξαλλαγή, sed etiam ἁπλότης & πρόσταγμα. Imò verò illi expositioni Ἐξαλλαγὴ tertium dat locum. Vereor autem ne verbo ἁπλότης apud eum (pro quo ἁπλόης repono) aliud subsit mendi genus.

Ἐξάμειψις, Immutatio. Item Vicissitudo: vt apud Plutarchum De def. orac. αἱ κατ' οὐρανὸν ἐξαμείψεις καὶ περίοδοι exponitur Cœlestes vicissitudines & conuersiones.

Ἐξαμοιβός, οῦ, ὁ, Permutatorius: vt ὕματα ἐξαμοιβὰ apud Homerum, quæ permutatis vicibus induūtur, modò hæc, modò illa. Od. θ, v. 249, Εἵματά τ' ἐξαμοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί. Id est τὰ ἄλλοτε ἄλλα ἀμοιβόμενα, inquit Eustathius. ex quo & Phæacum luxum declarari. Eodem autē sensu ἐξαμοιβοὺς χιτῶνας dixit, Odyss. ξ, Οὐ γὰρ πολλαὶ χλαῖναι ἐξαμοιβοὶ καὶ χιτῶνες.

C. Ἐπαμείβω, vel Ἐπαμείβομαι, Permuto. Il. ζ, v. 230; Τεύχεα ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν, arma inter nos (vel inuicem) permutabimus. Item Iliad. ζ, v. 339, — νίκη δ' ἐπαμείβεται ἀνδρας, Victoria alternat homines. Ita enim puto reddi posse, tam liberè vtendo Latino Alterno, quàm ille Græco ἐπαμείβομαι vsus est. Mollius tamen fuerit, Victoria vices in hominibus alternat. Idem certè significauit Hom. νίκην appellando ἐπεσκλίσιν.

Ἐπαμοιβός, οῦ, ὁ, Alternans. In vulg. lex. exponitur Alternus siue Alternans in hoc Apollonii loco Arg. 2, — ἄλλος ὁμῶς ἐπαμοιβος ἔρηται Ἄλλῳ.

Ἐπαμοιβαδόν ET Ἐπαμοιβαδίς (q. d. Permutatoriè) Per vices. Apud Homerum autem Odyss. ε, circa finem, — ὡς ἄρα πᾶσι Ἀλιήλοισιν ἔσαν ἐπαμοιβαδίς, exponitur ἐναλλαξ & ὀπιπλεγμένως, in breuibus schol. Eustathius quoque, τὸ δὲ ἀλλήλοις ἐπαμοιβαδίς, inquit, πρὸς δύο ἐστὶ τὸ πρὸ ὀφθαλμῶν πυκνότητα. ὀπιπλεγμένοι γὰρ ἀλλήλοις ὀπτικῶς πυκνοῦται. Exponitur autem illud ὀπιπλεγμένως, Implicitè: ego malim Conserté. nam quæ conserta sunt, alia aliis velut mutuò superincumbunt. Sunt & qui, Alternatim intertexta interpretentur. Cæterùm admonet Eustathius ἀμοιβαδὸν esse κοινόν: at verò ἀμοιβαδίς, poeticum, id (opinor) de his etiam compositis intelligens.

Ἐπαμοιβίς, οῦ, ὁ, Permutatorius: vt χιτῶνες ἐπαμοιβοί, vide paulo antè in Ἐξαμοιβίς.

C. ΜΕΤαμείβω, Transmuto, μεταμάσσω, Hes. ET Μεταμοιψις, Transmutatio.

C. ΠΑΡαμείβω, vel Παραμείβομαι, Permuto. Apoll. Arg. 2, — παρὲκ γένυ χεύεις ἀμοιβάν, vel pro παραμείβων, vel pro παροιχόμενος. Vide suprà Ἀμείβω. ‖ Παραμείβω, Prætereo, Prætergredior, Præteruehor, Transeo: vt κάλπιν παραμείβον, apud Apollonium. Et apud Nonnum, παραμείβειν δρόμον. Synes. παραμεῖψαι τὰς σειρῆνας. Sæpe etiam in passiua voce παραμείβεσθαι eadem significatione; vt apud Xenophontem Pæd. 5, παραμειβομένου δὲ τὸν πόλιν τὸ στράτευμα. Plutarchus παραμειβόμενος δὲ Λάεμονα. Apoll. Arg. 2, ὃς παραμείβοιθεν. Interdum autem sine casu, vt παραμείβόμενοι ποταμοί, apud Luc. Sic apud Hesiodum, Ἡ δ' ἄρα παραμείβετον, μυθῶ δέ τι ἔργον. vt dicitur Tempus præterire, elabi: interdum & fugere. Eadē est autem ratio huius significationis verbi παραμείβω quæ & de verbo παρσμάσσω à me suprà fuit reddita. quia enim vnum locum prætereuntes & in alium venientes, locum loco commutamus seu permutamus, ideo hæc verba vtrunque significant.

ΑΜΕΥΩ, siue Ἀμεύομαι secundum quosdam ab ἀμείβω, licet aliunde deducat Etymologistes, capitur pro Trāseo, Pertranseo. Quam significationem & verbo Ἀμείβω dedimus, & eius quoque passiuo ἀμείβομαι. Nam Ἀμεύσασθαι Hesychius exponit, ἀμείψασθαι διελθεῖν πραιώσασθαι. Etymologistes ἀμεύω exponit πορεύομαι, id est Vado, Iter facio.

Ἀμεύσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pertransibilis: vt ὅπη καὶ ἀμεύσιμον, apud Apollonium Rhodium, Quà transiri potest. vel, Quà iter fieri potest, Quà via patet. ὅπη καὶ ἀμεύσιμον inquit Etymologistes, pro ὅπη πορεύσιμον.

Ἀμειψιπής, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Compositum ex ἀμεύω & ἔπος, Respondens verbis, seu sermonibus, Mutuos sermones reddens, Mutuò compellans. Etymologistes & Hesych. ἀμειψιπὴς exponunt, διαλεγόμενος καὶ ἀμειβομένῳ τοῖς λόγοις.

ΑΜΕΡΓΩ, Exugo. Propriè, Exugo oleas, & amurcam exprimo. Atque hanc esse propriam huius verbi significationem probari posse videtur ex ἀμόργη. Dicitur autem & μόργω, vt tradit Eustathius, addens, vtrum ab altero factum sit, non constare. Sunt præterea qui ἀμέλγω pro ἀμόργω dici velint, sunt qui contrà. Exponit vero Eustathius & καρπολογῶν, id est Fructum decerpere.

Ἀμόργη, ης, ἡ, vel potius Ἄμαργη (nam hæc scriptura & frequentior, & ad ponendum discrimen cum ἀμόργη herbæ seu coloris genus significante, melior) Amurca, Oliuæ expressæ recrementum, apud Dioscoridem, & alios. Erotianus in lexico in Hippocratem, ἀμόργη, ὡς ἔνιοι τὸ ὑποστάθμιον τοῦ ἐλαίου. Apud Theophrastum De caus. plant. lib. 2. cap. 13, & Galenum ad Glauconem, exponitur Fæx olei. Hesych. ἀμόργη, πυτία ἐλαίου, ἰλύς. Legitur apud Aristot. ὁ ἀμόργης.

Ἀμοργεύς, έως, ὁ, Qui exugit oleas, Qui amurcam exprimit.

Ἀμοργός, οῦ, ὁ, Qui exugit. ἀμοργοὶ vt inquit Eustathius, dicebantur oratores qui ad rempublicam pertinentia veluti exugebant. Dicebantur verò iidem & μοργοί.

Ἀμορβίτης, ου, ὁ, Placentæ genus. ἀμορβίτας Hesychius exponit πλακοῶντας. In vulgatis lexicis Græcolatinis exponitur etiam Simila frixa oleo. Apud Athenæum lib. 14 legitur, Ἀμορβίτης, placentæ genus apud Siculos: vbi ἀμοργίτης repono pro ἀμορβίτης.

ΜΟΡΓΝΥΜΙ & ΟΜΟΡΓΝΥΜΙ, Fut. ξω. Præt. χα, tanquam à Μόργω & Ὁμόργω. Visitatius tamen (præsertim apud Homeri posteros) Ὁμόργνυμι quàm Μόργνυμι vt in composito Ἀπομόργνυμι docebo, ex Eustathio. Frequentia sunt autem & Ὁμόργνυσθαι & Ὁμόρξασθαι voce passiua & media, in signif. actiua. Abstergo exponitur hoc in loco Apollonii Arg. 2, δάκρυ δ' ὁμορξαμένω. Apud Homerum autem ἀπομόρξατο δάκρυ vult Eustathius esse potius Expressit lacrymam. nam verba quibus id exponit, aptè Latino isto (& quidem Terētiano, in hoc loquendi genere) reddi posse existimo. Sed & pro Imprimo & Inuro poni simplex Ὁμόργνυσθαι tradit Budæus, sicut & composita Ἀναμόργνυξ, & Ἐναπομόργνυξ, & Ἐξομόργνυξ, item Ἐπομόργνυξ, quæ mox sequuntur. Suidæ est Ἀπομάσσω seu ἐκμάσσω, item Ἀποψήχω, & Ἀποψᾶν. Hesychio itidem Ἀπομάξαι & Ἀποψᾶν. quæ significatio datur & composito Ἀπομόργνυμι, in illo etiam Homeri loco, vt paulo pòst dicetur.

C. ΑΝΑμόργνυμι, vel Ἀναμόργνυμαι, Imprimo, Inuro, Quasi Tergendo premendòque imbuo. Plut. in Cicerone metaphoricè τὰ τῆς πόλεως ἀναμόρξασθαι πάθη δι' ὁμιλίαν ἢ σωπήσαι τοῖς πολιτευομένοις, pro Affectus populares imbuere & inurere. Bud. pag. 655.

C. ΑΠΟμόργνυμι, vel Ἀπομορύω. Fut. Ἀπομορξω, tanquam ab Ἀπομόργω. propriè Exprimo, ὀκπιέζω. si credimus, Eustathio. is enim in hunc locum Il. β, ἀπομόρξατο δάκρυ, annotat ex μόργω fieri μόργνω, hinc μορύνω, ab hoc μόργνυμι: vnde fit Ἀπομόργνυται & similia. Sed & ex μόργω fieri compositum Ἀπομόργω, vnde sit Ἀπόμοργμα. At verò μόργω fieri ex ἀμόργω, quod est ὀκπιέζω, secundum veteres: vnde sit ἀμόργη dicta ἀπὸ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη. Fuerit igitur (inquit) Ἀπομόργω & Ἀπομόργνυμι propriè τὸ ὀκπιέζειν vnde ἀπομόρξατο δάκρυον, pro ἐξέθλιψε, καὶ οἷς ὀκπιέσας ἀπὸ γαγε τὸ ὀφθαλμοῦ. Deinde subiungit apud Homeri posteros esse frequentius ὁμόργω & ὁμόργνυμι cum pleonasmo literæ ο, quàm μόργω & μόργνυμι. Ponit & aliā sententiam, vt videlicet ὁμόργω & ἀμόργω idem valeant. Hanc autem ratione non carere ait, quòd sic dicatur ἀσταφίδες & ἰσταφίδες: item ἀσακὸς & ἰσακὸς indifferenter. Ἀπομόρσιμαι (inquit Budæus) Exprimo, Informo. Paulo pòst, Significat etiam Abstergo. quia exprimendo fit abstersio. Plura in Commentariis. Cæterùm Ἀπομόργνυμι, seu voce passiua Ἀπομόργνυμαι, non solùm ponitur pro Exprimo (quod est ὀκπιέζω, vel ὀκπιέσας ἀπάγω, aut ὀκθλίβω) sed & pro Exprimo significante ὀκτυπῶ & Ἀπομάττομαι. Budæus tradens capi pro Exprimo, Informo, citat Areopagitæ locum in quo est aliud supercompositum ἀναπομόργνυται. ita enim ille scribit, καὶ γὰρ ἀπορίαν δίνιλω ἀναπομόργνυται τοῖς ἀπλοῖς τῆς ψυχῶν. vbi scholiastes exponit ἀναπλάττεται. Sed & Ἀπομόργνυται inuenitur expositum Exprimit & repræsentat, apud Alexandrum Aphrodiseum, Probl. 2, τὸ πρῶτον ἀχῶν Ἀπομόργνυται καὶ τὸ τῶν πλείστων χρῶμα. Vbi & Imprimit vel Imbuit nonnullis placet interpretari. ‖ Significat etiam Abstergo (inquit Budæus) quia exprimendo fit abstersio. Est autem frequentissima hæc significatio quam Budæus notat. Hom. Il. ψ, Καί ῥ' Ἀπομορξαμένω κατέλυσε δύσετο χιτῶνας. Il. β, — ἀπομόρξατο δάκρυ. Sic Apollonius Argon. 2, ἀπομόρξατο ματρὸς Ἰδρῶ, Sudorē abstersérunt à facie. Vbi notandum est vsurpari aoristum medium. Aristophanes autem participio aoristi passiui vsus est, dicens τῷ ὀργῷ Ἀπομορχθείς ad imitationem illi⁹ Homerici, modò citati, ἀπομόρξατο δάκρυ, pro Abstersit lacrymam. Est enim τῷ ὀργῷ Ἀπομορχθείς, Ira

abſterſi:vel ad verbum,Abſterſus iræ. Sciendum eſt præterea ἀπομόρξασθαι abſolutè poſitum exponi etiam δακρύσαι,id eſt Plorare.ἀπομορξάμενος, inquit Heſychius, ἐδάκρυσε.Suidas autem citat etiam locum hunc in quo ita vſurpatur,ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλίπασα κἀπομορξάμενος ἰδὼν αὖθις φοινιξὶ πλεκτὸν ἐπ' αὐχένος ζώνην κειμένην . deinde ſubiungit,habere hanc ſignificationem ἀπὸ τῶν ἀδιαλοιπτως δακρυόντων,id eſt, à conſequenti. abſterſionem enim conſequi lacrymas. Citat deinde ἀπομόρξασθαι poſitũ pro ἐξεμάξατο,vel ἐξωμοιώσατο. Iã verò & hoc animaduertendũ eſt in loco Homeri modò citato ex Il.β, legi & ἀπεμόρξατο & ἀπομόρξατο. Euſtathius in ſuis commentariis ambiguam relinquit ſuam lectionem,quum priore in loco ἀπομόρξατο, in poſteriore autem ἀπεμόρξατο habeat. De quo vide & pag.1587.Sed & alibi idem grammaticus verbum ὀμόργω ( vnde eſſet ἀπομόρξατο) poſteris Homeri tribuit.Heſychius vno in loco habet ἀπεμόρξατο,in altero ἀπομόρξατο, vtrobiq; expoſitum ἀπεμάξατο. Suidas participium quidem ἀπομορξάμενος, ſed ἀπομορξάμενος & ἀπεμόρξατο duntaxat.Etymologiſtes autem ait ex ἀμόργω, mutato α in ο,fieri ὀμόργω: vnde ſit ὀμόρξω: aoriſtus ὤμορξα, ὠμορξάμην, ὠμόρξατο.& ἀπομόρξατο,inquit,σωαρχαϊκῶς.Ita ille.Hoc autem conſtat,ſi ἀπομόρξατο apud Homerum legamus,vt habent quædam exẽplaria, (non ἀπεμόρξατο) ab Ὀμόργω eſſe, habente ſimplex Ὀμόργω,pro quo ſit potius in vſu Ὀμόργνυμι.

Ἀπόμαγμα,τος,τὸ,Quod eſt expreſſum ex alio.Item,Quod eſt abſtergendo expreſſum. Vel, Quod exprimitur & repræſentatur. vel Expreſſa forma & ſimulachrum.Exponitur etiam vno verbo Abſtergimentum,vt & ἀπόμαγμα vertitur à Gaza. ΕΤ Ἀπόμορξις, εως,ἡ,Expreſſio.Item Abſterſio. Dionyſius Areopagita ἀπόμαγμα pro ἀκμαγεῖον vſurpat in hoc libri περὶ νοερᾶς ἱεραρχίας loco,teſte Budæo , ἀλλ' ἡ τῶν μεταχόντων διαφορότης ἀνόμοια ποιεῖ τὰ ἀπομάγματα τῆς μιᾶς καὶ ὅλης καὶ ὡσαύτως ἀφ' ἧς τυπίας.

C.1. Ἐναπομόργνυμαι,Imprimo,Inuro.Syneſ.Ioãni, ἀγγαύων γὰρ ἡμᾶς ἐναπομόρξῃ τῷ σώματι ἕξιν,Nos enim tangens,inures piaculum. vel (vt Budæus interpretatur liberius) Si enim me tangeres, contagione reatus me inficeres & contaminares. ‖Ἐναπομόργνυμαι, Abſtergo , Detergo.nam ἐναπομόργνυσθαι exponitur non ſolùm ἐναποτίλλεσθαι & ἀναμάττεσθαι, ſed etiam ἀποψήσασθαι ex Polluce. Suidæ autem ἐναπομόργνυσθαι eſt ἐναποψᾶσθαι & ἐναπομάττειν in quodam loco Ariſtoph. Sed & ἐναπομόργνυσθαι alicubi eſſe vult idem,quod ἐναποπλύνεσθαι.

C.Ἐκμόργνυμι vel Ἐκμόργνυμαι, ET Ἐξομόργνυμι ſeu Ἐξομόργνυμαι,Imprimo,Exprimo.vt Plato De leg. lib.6,οἷς ταῖς ὑγρωμέναις ψυχαῖς ἢ σώμασιν ἐξομεργνύμενον ἐκτυποῦσθαι,id eſt exprimentem & inſculpentem. Vide Bud.Cõment.pag.654.Sic idem Plato in Gorgia,ἐὰν ἐάσῃς ἐμὲ ἔτι ἐξομόρξασθαι τοῖς τοῦ ψυχοῦ . Suidæ ἐξομόργνυται eſt ἀποπλύνεται, item ἀφανοῦται. quod poſterius vocabulum mendoſum eſſe ſuſpicor. Citatur autem ex Ariſtophanis Acharnenſibus, ἢν ἐξομόρξῃς Πρίπτε τῷ δρυπεπτικῷ σοι,pro ἐναποψήσῃς & ἐναπομάξῃ.quũ Suidas ibi legat ἐναπομάξῃς, eandem alioqui expoſitionem afferens.

C.Εἰσομόργνυμι,vel Εἰσμόργνυμαι,Imprimo,Inuro. Bud.ex Greg.Carminibus. Vide Cõm. p.655. Quæ ſignificatio (inquit)ex eo manauit quòd in fricando & odor & color hæreſcit.quare etiam προσπελάζεσθαι dicitur.

C.ΠΡΟΣομόργνυμι vel Προσομόργνυμαι, itidem pro Imprimo,Inuro.Exponitur & Abſtergo.

Ἀμέλγω, F.ξω.Mulgeo.Prouerbialis eſt verſus Theocriti in Cyclope , Τὼ πρόβατον ἄμελγε· τὰ δ' ἐπὶ φόβονται ἰόντες; Id eſt,Mulge eam quæ adeſt.quid eum qui fugit inſequeris?Suidas & Euſtathius ex ἀμόργω factum eſſe volunt,vnde & ἀμόργνυμι.

Ἀμέλγη(vt habetur apud Ariſtophanis enarratorem & Suidam)peculiari ſignific . capitur pro Extra legitimum tempus fructus immaturos auellere, quod fures facere ſolent. hæc autem annotantur in hunc Ariſtophanis in Equitibus verſum,Η. οὐ πανοῦν ἀμέλγεις τὴν ξένην τοὺς καρπούς. vbi ipſe enarrator ἀμέλγεις exponit ἀποδύεται,ἁπαγάζεις,πτοεῖς δὲ καρπίζῃ, id eſt Eos deterres pis tanquam fructum,Eos vindemias.In vulg.lex.Græcolat. annotatur hanc eſſe propriam ſignificationem: quòd videlicet dicat Ariſtophanis ſcholiaſtes &Suidas ἰδίως λέγεται ἀμέλγειν τὴν, &c. verùm ego ἰδίως non accipio pro κυρίως, id eſt Prὸpriè , Propria ſignificatione: ſed pro Peculiariter,Peculiari ſignificatione.

Ἀμολγεύς,έως,ὁ,Mulctra. Theocritus Idyll.8,de capra,Ἅπας ἐπὶ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα κομεῖ.

Ἀμολγὸς,ου,ὁ, itidem Mulctra,in vulg. lex. ſed vereor ne potius Ἀμολγὶς,ίδος,ſcribendum ſit.

Ἀμολγαῖος,adiectiuum : vt ἀμολγαῖος μαστὸς in Anthol. epigramm . Mamma quæ mulgetur . quaſi quis dicat, Mulctraria mamma. Apud Heſiodum autem ἀμολγαίη μᾶζα,ex lacte facta,quod videlicet ex mulctu prouenit,vbi dicit,Μᾶζά τ' ἀμολγαίη,γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμένων. Athen. autem lib.3 exponit τὴν ποιμενικὴν καὶ ἀκμαίαν. quòd ἀμολγὸς ſit τὸ ἀκμαῖόπαιον. vbi fortaſſe addendum eſt τῆς νυκτὸς,quum Euſtathius pag. 838,exponens vocẽ ἀμολγὸς, ſcribat , ἢ καὶ τὸ ἀκμαῖον καὶ μέσον τῆς νυκτὸς , ὡς βούλονται τινες καὶ οἱ περὶ Ἡσίοδον ἀμολγαίῳ μᾶζαν ἱρμωδιόντες.

Ἀμολγὸς,οῦ,ὁ, Tempus quo mulgentur pecora.Quia autẽ mulgentur veſperi & extrema nocte,ideo pro vtroque tempore ponitur,inquit Euſtathius.Dicitur autem vel ἀμολγὸς per ſe,vel cum genitiuo νυκτὸς:vt apud Homerum Il.ο & χ,item Od.ν,& alibi,— νυκτὸς ἀμολγῷ . Heſychius tradit Euripidem dixiſſe ἀμολγὸν νύκτα tenebricoſam.alios autem ἀμολγὸν appellare partem noctis qua mulgent . Apud eundem legitur ἀμολγῷ expoſitum, Media nocte,ea hora qua mulgent. ‖Idem exponit ἀμολγεῖς τοὺς ἀμέλγοντας τὰ δημόσια,ad verbum,qui mulgent publica.Intelligit autem (opinor) depeculatores. Vide Ἀμοργὸς paulo antè. HINC Ἀμολγάζω quod apud eodem Heſychio exponitur μαστεύω.

ἌΜΙΛΛΑ, ης,ἡ,Certamen, Concertatio,Contentio. Ariſtoteles Rhet. 1,ὅπου γὰρ ἄμιλλα, ἐνταῦθα καὶ νίκη ἐστί,id eſt, Vbi enim eſt certamen,ibi eſt & victoria.Plutarchus Sympoſ.5,πρὸς τὰ θηρία γινομένας ἀμίλλας , Certaminibus aduerſus feras , vel cum feris. Iſocrates , θεωροῦντες τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς ἀμίλλας ἄχθονται. Apud Platonem De leg. ἄμιλλα ἀρετῆς exponitur Studium virtutis. ἄμιλλαν ποιεῖσθαι, Contendere. Iſocrates Panegyrico,περὶ οὗπερ ποιούμενοι τὴν ἄμιλλαν,de hoc contendentes.Apud Demoſthenem, τὴν ἄμιλλαν ποιεῖσθαι ὅτι τοῖς ἵπποις τοῖς τῶν ἰδίων ἀνδρικοῖς,Budæus reddit Certatim contendere.

Ἀμιλλότερος,Contentioſior . nam ἀμιλλότερον Heſychius exponit ὀπτικὸν ἐρίζοντος . Hoc autem vocabulum vel à nomine ἄμιλλα,vel à verbo barytono Ἀμίλλομαι fiat neceſſe eſt.nam à circunflexo ἀμιλλῶμαι nullo modo poſſe formari videtur.

¶ Ἀμιλλάομαι,ῶμαι,Fut.ήσομαι,Certo, Contendo . Ἀμιλλᾶσθαι πρός τινα,Contendere cum aliquo : vt πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλώμενοι,Luc.in Satur. ἀμιλλᾶσθαι πρὸς τὴν τύχην, Aduerſus fortunam contendere, Cum fortuna certare, Ariſtides.Citatur etiam ex Xenophonte ἀμιλλᾶσθαι ὅτι τὰ θηρία,pro Certare cum feris: vt ſit ὅτι τὰ θηρία pro πρὸς τὰ θηρία.Interdum etiã dicitur ἀμιλλᾶσθαί τινι pro πρός τινα. Aliquando verò datiuus qui ponitur poſt ἀμιλλᾶσθαι,eſt inſtrumentalis: vt quum dicitur ἀμιλλώμενοι τοῖς ἵπποις,Certantes equis, id eſt Cõtendentes equeſtri certamine. ‖Nonnũquam habet & præpoſitionem περὶ iunctam genitiuo,præter datiuum,aut præpoſitionem πρὸς accuſatiuo iunctam : vt ἀμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους,Certantes inter ſe de victoria . Interdum pro περὶ ponitur ὑπὲρ: vt apud Plutarchum in Numa, ἀμιλλᾶσθαι τοῖς πολίταις ὑπὲρ τῆς ὁμοιότητος . vbi notandum præter præpoſitionem ὑπὲρ iunctam genitiuo nullam habere conſtructionem. Quinetiã accuſatiuo iungitur ἀμιλλῶμαι : ſed duntaxat quum certa adiunguntur verba:vt ἀμιλλᾶσθαι τὸν δίαυλον,apud Platonem.Fortaſſe autem vtcunque tolerari poſſet Latinè itidem Certare ſtadium:ea forma qua dicitur Vincere olympia. Certè Currere ſtadium Latinis vſitatum eſt. Dicit verò Plato itidem ἀμιλλᾶσθαι τὸν δίαυλον,& τὸν ἱππικὸν.Locus eſt lib.De leg.8. Eodem autẽ libro , paulo poſt illũ locum

genitino iungitur, πίμπλης δὲ ἕξεων ὁν βαφύτερον ἐπιτίθω ἐπορμαίζοντες ἀφύσσομεν λευκὸν ὁδὸν ἁμιλλώμενον. Quo in loco Budæus aliquid subintelligendum existimabat, videlicet φράσον, aut præpositionem ἅμα, sicut paulo pòst sequitur, δι' ὁρῶν πυκνὰ καὶ παντοίας ὁδοὺς ἁμιλλώμενον. Fortasse tamen (quod Budæi pace dictum sit) præpositionē ἅμα nihil necesse fuerit extrinsecus adhibere, quum in ipso Platonis habeatur loco, verbo videlicet iuncta. Scimus autem Græcos interdum præpositionem quæ seorsum alioqui ponenda foret, verbo annectere, dando eandem ipsi verbo constructionem quam haberet si seorsum posita præpositio esset. quod tamen fateor fieri rarius in præpositione ἅμα quàm ἐν aut ὑπό. Sciēdū est præterea citari ex Euripide locum in quo ἁμιλλῶμαι itidem genitiuum habet, non significantem tamē certaminis genus, vt in præcedentibus ex Platone exē plis. Euripidis verba sunt, ἁμιλλῶμαι πόδα λόγου, quæ exponuntur in vulgatis lexicis Græcol. Hac contendo oratione.

Ἁμιλλῶμαι σοὶ σοί, Certo tecum, id est Æquo te, Tibi non cedo, Te inferior non sum. Athenæus, ἡ πόλις δὲ σοὶ ἀπάσαις ἡμιλλᾶτο σοὶ πρυδής, id est, Vrbs autem illa cum qualibet certabat de luxu, vel cōtendebat, Quamlibet luxu æquabat. Interdū pro præpositione σοὶ cū genit. ponitur: vt si in loco illo Ath. pro σοὶ βυφῆς diceres τρυφῆ. Sic Libanius dixit, ἁμιλλῶμαι σωφροσύνῃ σοὶ τοῖς γέρουσι, Certo temperantia cum senibus, vel Certo aut contendo de temperantia cum senibus.

Ἁμιλλῶμαι σοὶ τοῦτο, Enitor ad hoc, Certatim contendo ad hoc. Isocrates in Areopagitico, σοὶ γὰρ τοῦ ἐκείνων ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ σοὶ τοῦ τῆς πεφαλαίοπα πονηρίας ἁμιλλητέον ὑμῖν ἐστι, Nam ad illorum virtutem, non autem ad ipsorū temperatam improbitatem enitendum vobis est. Videtur ἁμιλλᾶσθαι accipi pro Eniti & in hoc Platonis loco, ἁμιλλησόμεθα ἁπάντων πλεῖστον αὐτὸς λαβεῖν. vt sit, Enitetur ad hoc vt omnium plurimum accipiat. Exponitur tamen vulgò Certabit vt omnium plurimum habeat.

Ἁμιλλᾶσθαι (inquit Budæus) pro Æmulari id est Inuidere, poni videtur apud Gregorium, datiuo iunctum.

Ἄμιλλημα, ατος, τό, Certatio, Contentio: vt ἄμιλλα certamē. & vt ab ἄμιλλα fit ἁμιλλῶμαι, sic vicissim ἄμιλλημα ab ἁμιλλῶμαι

Ἀμιλλητήρ, ῆρος, ὁ, Certator. Apud Sophoclem in Antigone, vbi dicit, — μὴ πολοῖς ἐπ Τροχοις ἁμιλλητῆρας ἡλίου παλιν, scholiastes ἁμιλλητῆρας exponit τοὺς ἀμοίβους δρομεῖς χαλκήλατους, id est qui inuicem sibi succedunt. Nec plura ille. Ego autem existimo Sophoclem periphrasticè τροχοὺς ἁμιλλητῆρας ἡλίου (id verbum, rotas certatrices solis) appellare temporis spatia: quòd soli ex cuius cursu vicissitudinem temporum metimur, tribuatur currus. in curru autem vna rota videatur volubilitate quodammodo cum altera certare. Hæc mea est opinio: fieri tamen potest vt aliò respexerit. Nonnus hoc nomen genitiuo iunxit: appellans μῶδον (id est sermonem) ἁμιλλητῆρα σιωπῆς, id est ἁμιλλώμενον σοὶ τῷ σιωπᾷν, Certātem cum silentio, quasi certamine quodam silētium superantē. Exponunt vulgò apud eum, Silentii æmulum & aduersarium.

Ἀμιλλητήριος, α, ὁ ἡ, Certatiuus, Certatorius: vt ἁμιλλητήριοι ἵπποι, apud Aristidem, Certatores equi. Ea forma qua dicuntur bellatores equi. Hesychius ἁμιλλητήριος exponit ὁ διεξιζων πολύ. idem Multum contendens.

Ἁμιλλητήριον, α, τό, Locus in quo certatur, vt exponit Suidas. Secundum quam expositionem ita dicetur ἁμιλλητήριον vt ἀγωνιστήριον. Exponūtur verò ἁμιλλητήρια etiam ἀγωνίσματα, id est Certamina.

Ἁμιλλῶμαι, Certo. & Ἀμίλλομαι, barytona, pro circunflexis ἀμιλλῶμαι & ἁμιλῶμαι. vt apud Syngelum Ναιλώοις ἀμιλλόμενος χύμασι, si modò scriptura deprauata non est, ac ω pro o reponi non debet.

ΑΜΜΟΣ, α, ἡ, Arena. Hesychius ἄμμος exponit ἡ ψάμμος, alii autem differre volunt. A ψάμμος quidam factum putant, ablata litera ψ, alii verò ψάμμος ab ἄμμος, ea addita. Athen. 7, ὁπ τῶν μικρῶν ἐν φαύλων τῶν ὡς τὴ ἄμμον ὁμοιομερῶν κοκκίων. Prouerbium est, ἄμμον μετρεῖς, Arenā metiris, de quo vide Eras.

A C. Ἀμμοβάτης, ου, ὁ, Per arenam incedens. Nomen est cuiusdam serpentis.

C. Ἀμμοδύτης. q.d. Arenam subiens. Serpēs quidam Aetio qui & cenchrias. ET Ἀμμοδυάτης, α, ὁ, Arenam subiēs, Arenarius, in Anthologia epigr. Vide Ψαμμοδύτης paulo pòst.

C. Ἀμμοχωσία vide in Ψαμμοχωσίᾳ.

C. ΚΑΘάμμιζω, Arena obruo. Aristot. De anim. lib 9.

C. Ὑφάμμιος (q.d. Subtus habens arenam) Arenosus, Arenaceus, Sabulosus. ὑφάμμια χωρία, Arenosa loca, Theophrasto, Gaza interpr. Idem, ἐν δὲ τῷ ἀλμώδει καὶ ὑφάμμῳ φυτεύσει. sub. γῇ. In solo sabuloso, & (ex consequenti) tenui & exili. cui ἡ πίειρα γῆ opponitur. ET Ἀνύφαμμος γῆ, cōtr. Nō arenosa terra, vel Nō arenosus ager.

C. Χρύσαμμος, ου, ἡ, aurea arena.

Ἀμμώδης, ους, ὁ ἡ, Arenosus. πόποι ἀμμώδεις, loca arenosa.

¶ Ἄμαθος, ου, ἡ, Arena. Suidas ἄμαθον tradit esse campi puluerem, ψάμαθον autem eum qui est prope mare, id est litoralem. Ammonius ψάμαθον ait esse ἄμμον παραθαλασσίαν, at ἄμαθον, esse κόνιν: vt, — τύχα γ' ἀμάθου βαθείης. Hesychius autem scribit ἄμαθον esse arenam mediterraneam, ψάμμον autem & ψάμαθον esse maritimam. Sed apud hunc lexicogr. fœdissimū mendum est, aut ego valde fallor. nam μεσόγειος apud eum scriptum esse perperam pro μεσόγεως, contendo, atque ita repono. Eustathius autem scribit ἄμαθον esse terram arenosam, aut puluis genus: ψάμαθον autem, esse ἄμμον. Ait & videri Homerum κονίην & ἄμαθον pro eodem accepisse, quòd quum dixisset, — ἀτρυγέος ἐκτὸς δ' Ὠκεανοῖο κύματος ἐν κονίῃσι, subiunxerit, — τύχα δ' ἀμάθοιο βαθείης. Idem ἀμαθύνω exponens ait veteres ἄνυσθον dixisse significare κόνιν πεδιάσιμον. Secundum Hesychium quoque in alio loco ἄμαθος est ἡ χερσαία καὶ τὸ πεδίον κόνις. Quanquam non pauca exemplaria hoc loco, vt legit Eustathius sed quædam ψαμάθοιο. & quidem in ipsa editione Romana, contextus ita habet, quum illi qui subiungūtur Eustathii commentarii habeant ἀμάθοιο. Ammonius certè (vt apparet ex loco modò à me citato) eandem quam Eustathius scripturam secutus est. legit enim & ipse ἀμαθοιο, sed non prætigens particulam ψα habentem α elisum per apostrophum. ac certè vt iuuat dimensionem versus hæc particula, ita eius euphoniā multum lædit.

Ἀμαθώδης, ους, ὁ ἡ, Arenosus. ET Ἀμαθόεις pro eodē apud poetas, in fœminino ἀμαθόεσσα, in neutro ἀμαθόεν. Sed in hexametro versu dici solet ἠμαθόεις. quòd eum ingredi non possit ἀμαθόεις, quum tres sint breues.

Ἀμαθύνω, In ἄμαθον redigo, id est In arenam seu puluerem redigo, Perdo, Destruo. Iliad. ι, — πόλιν δέ πυρ ἀμαθύνει, Vrbem autem ignis in puluerē redigit. vel potius in cinerem.

Ψάμμος, idem quod ἔμμος, Arena, Sabulum: vt ψάμμος ἀριθμὸν ὑπερπίφυγε, Pindarus apud Plutarchum. Vtuntur & prosæ scriptores. Et ψάμμοι plurali numero apud Athen. τὰς ὠὰ Λιβύῃ ψάμμους. Cæterùm sunt qui ψάμμος ex ἄμμος factum velint, sunt qui contrà: ego illos potius sequor.

C. Ψαμμοδύτης, Piscis ἀπὸ τῆ δύειν τὴν ψάμμον sic dictus, id est, Ex eo quòd arenam subeat, in ea videlicet se occultans. vnde & ἀμμοδύτης. Nonnulli arenarium vocarunt. Alio nomine καλιώνυμος appellatur. Quod autē habuimus paulo antè Ἀμμοδυάτης, citatum ex Anthol. epigr. versus gratia additum habere videtur ω. cōsule tamen locum.

C. Ψαμμακόσιοι, οἱ, ET Ψαμμακόσια, Ϛ, Arenarum numerum æquantes, seu æquātia, id est Innumeri, seu innumera. Eupolis, ἀριθμῶν ἦσαν ψαμμακοσίων. Fictitium vocabulum ad imitationem numeralium quæ in κόσιοι & κόσια terminantur, vt τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, &c. Hinc autem dicitur quòd ψάμμος ἀριθμὸν ὑπερπίφυγε (vt loquitur Pindarus) id est, in numerum non cadat. Inuenitur etiam scriptum ψαμμοκόσιοι & ψαμμοκόσια. sed quum exemplo illorum τετρακόσιοι & πεντακόσιοι hæc dicantur, quin itidem α habere debeant, minimè mihi dubium est. HINC & Ψαμμακοσιομέτρια ἐρωτικά, Aristo-

phani Acharn. itidem pro innumeris. Quod ego (contra Eustathium) ad Ouidianum illud refero, Gargara quot segetes, &c. vt dicatur de illis quæ tam sint innumera, quàm & maris arena & segetes montis aut ciuitatis illius. Scribitur autem & Ψαμμιακοσπόρημα ex: sed quod de ψαμμιτόπωα & ψαμμιακόπωα dixi, idem & de hoc dicendum fuerit.

Ψαμμώδης, ους, ὁ ἡ, Arenosus, Sabulosus. ET Ψαμμώτης pro eodem.

Ψαμμῖτις, ιδος, ἡ, vt ἡ ψαμμῖτις (q.d. Arenacea) quidam apud Athen. lib. 7.

Ψαμμισμός, οῦ, ὁ, nomen verbale tanquam à ψαμμίζω, pro In arenam defodio. adeo vt ψαμμισμὸς ad verbum sonet Defossio in arenam. In vulg. lex. ψαμμισμὸς ex Paulo Ægineta lib. 3, cap. 41, Vsus arenæ à sole feruefactæ ad deliccanda hydropicorum corpora in ipsam defossa. Qua de re vide Dioscor. lib. 5. cap. de arena: Aetium lib. 10. cap. 18: Cornelium Celsum lib. 3. cap. 21. Dicitur & Ἀμμοχυσία.

Ψαμμίον, ου, τὸ, Arenula. Alex. Aphr. Probl. lib. 1.

¶ Ψάμαθος pro ψάμμος, sicut ἄμαθος pro ἄμμος, Arena. Il. 1. v. 385, Οὐδ' εἰ μοι δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. pro quo dixerit aliquis Comicè ludens, οὐδ' εἰ μοι δοίη ψαμμακόσια. Apud Sophoclem pro ipso litore (vt & alicubi apud Homerum, si bene memini) vbi dicit ἀμφὶ χλωραὶ ψάμαθον ἐκβεβληκυῖαι. quod schol. exponit, περὶ τὸν παράλιον τόπον τὸν χλοηφόρον. Dicitur & ψάμαθοι plurali numero ab Homero, in Bœotia. φύλλοισιν ἐοικότες ἢ ψαμάθοισιν. & Od. γ, — ὅθι ψαμάθοις ἁλίηισι. Annotat autem Eustathius ψάμαθον quidem esse idem quod ψάμμον, at ἄμαθον videri esse κοπρώδες εἶδος.

Ψαμαθώδης, ους, ὁ ἡ, Arenosus. Idem quod ἀμαθώδης. Sunt tamen qui differre velint, vt ψάμαθος ab ἄμαθος.

¶ Ψαμάθη, Nereidum vna, Phoci mater, Hesiodo, in vulg. lex. ἀπὸ τῆς ψαμάθου fortasse fictum nomen.

ΑΜΝΟΣ, οῦ, ὁ, Agnus. quod Atticè aspirari scribit Eustathius. Vsitatum autem est vocabulum vtriusque scriptoribus. ἀμνὸς περσέπτης à Nicandro dicitur: sed à schol. reprehenditur. De etymo autem huius vocis dicam paulo pòst in Ἀμνίς.

C. Ἀμνοπάτος, ου, ὁ, Pastor, ποιμὴν, Hesych.

C. Ἀμνοφόρος, ου, ὁ ἡ, Agnum ferens, siue agnam. Ab ἀμνὸς siue ἀμνή, & φορεῖν.

Ἀμνοφόρος, apud Theocritum dicitur Cerua grauida, quasi gerēs in vtero ἀμνούς. accipiēdo ἀμνοὺς latius pro fœtibus ceruæ, i. hinnuleis. tāquam videlicet ἀμνὸς generale sit nomen, significans cuiuslibet animalis catulum. Locus habetur Idyll. 11, — τρέφω δέ τοι ἴνδεκα νηδὺς Πάσας ἀμνοφόρους. Sed alia est etiam lectio μαινοφόρους, de qua vide schol. qui ἀμνοφόρους exponit ἀμνίδας ἢ βρέφη φερούσας.

C. Ἀμνοχαῆ, Agni mentem habens, Simplex, aut Fatuus. Aristophanes in Equitibus, Καὶ σκοπῆς γε τὴν πολιτῶν ὄψιν ὁποία ἀμνοχαῶν. vbi schol. ἀβέβαιός τις, τουτέστι μωρὸς καὶ ἀνόητος. Videtur ἀμνοχαῆ dici pro ἀμνοκαοῦ, ἀμνοκαοῦ autē quasi ἀμνοκαοῦ. Scribit enim Eustathius, ἀμνοχαῆ, ἀμνὸς τὰ εἰς νοῦν. παρὰ τὸ κρῆν (ὅ ἐστι νοεῖν) ὡς ἀμνός. Vide in Erasmi Chiliadibus annotationem meam in prouerbiū Ouium mores: vbi & ex Æschylo protuli θεοκατηγόρων idem prorsus significans quod ἀμνοχαῆ.

Ἀμνή, ῆς, ἡ, Agna. Inuenitur etiam scriptum ἄμνη, quum tamen passim scribatur ἀμνός. Orph. Argon. ἐκ' αὐτοῦ δὲ γλάγος ἀμνῆς. Sed in nonnullis edit. ἄμνης. Quem accentum habet hoc nomen & in quibusdam edit. Anthologiæ epigrammi. Apud Eustathium legitur ἀμνὴ, quem de hac voce consule.

Ἀμνὶς, ίδος, ἡ, ET Ἀμνάς, άδος, ἡ, Idem quod proximè præcedens ἀμνή, id est agna. Theocr. Idyll. 5, in principio, Οὐκ ἀπὸ τᾶς κραίας σὺ δ' ἀμνίδες; Vbi schol. annotat ἀμνίδας dici τὰ μικρὰ θηλάσματα, tanquam ἀμβλυωπά. Itidem verò Etymol. ἀμνὸς à λάω deducit, præfixo α priuatiuo, vt dicatur ἀμνὸς quasi ἄλαος. sed & aliam affert etymologiam, à μνοὺς significante mollem pilum, seu tenerrimam aut molliſſimam lanam cum qua nascitur: vt sit ἀμνὸς, παρὰ τὸ τὴν τοιαύτην τρίχα ἔχειν. Ego verò inter has de etymologia controuersias, tanquam primitiuum posui.

Ἀμνάδες appellari virgines quoque, tradit Hes.

Ἀμνειὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἀμνὸς, Agnus. Quidam autem volunt ἀμνειὸν dici agnum qui iam sit adulta ætate. Etymologiſtes scribit ἀμνειὸς eadem forma dici qua ἀρνειός. quod ἀρνειὸς fieri à genitiuo ἀρνὸς eadem forma qua ἀδελφειὸς ab ἀδελφὸς, scribit Eustathius.

Ἀμνία, Ouis, aut secundum alios, Agnus. Hesych.

¶ Ἀμνίον, ου, τὸ, Membrana fœtui proxima, ipsum totum à vertice ad imos pedes inuoluens, Corr. ex Galeno. qui Gorræus & alia ex eodem affert, quæ apud eum lege in Defin. med. Vide & Theophilum Anatom. lib. 5. cap. 18. Pollux quoque ex duabus tunicis quæ sint circa fœtum, eam quæ sit intrinsecus, tenuiorem & molliorē, ἀμνίον ab Empedocle vocatam tradit, sicut alteram χωρίον. (scribitur & χορίον) Cæterùm hanc vocem ἀμνίον quidam ab ἀμνὸς, ab eius videlicet molliciē seu teneritudine, alii à μῆλος deduxerunt (vnde & ipsum ἀμνὸς quosdam deriuare diximus) vt sit quasi τὸ ἁπαλὸν μήλου.

Ἀμνίον dicitur & Agnellus, vt quidam volunt.

Ἀμνίον putauit Erasmus poni pro μυῖον, quod muscū significat: vt esset α pleonasticum, sicut in ἄσταχυς pro στάχυς. de qua eius opinione vide meam annotationem in prouerbium Muscum metere: quæ est in libro Animaduersionum mearum in calce Chiliadum excuso à patre meo.

Ἀμνεῖν pro θερίζειν, id est Metere. de qua signif. eandem illam annot. consule.

ΑΜΟΡΓΗ, ης, ἡ, Herba quædam purpurea, vt scribit autor Etymologici, εἶδος βοτάνης πορφυρᾶς. vnde ἀμόργινα indumenta dicuntur purpurea. Fortasse tamē flos herbæ potius purpureus vocandus fuit quàm ipsa herba. apud eundem ἀμόργη coloris genus esse scribit Methodius.

Ἀμοργὶς, ίδος, ἡ, est (teste Hesychio) καλάμη quædam est ex qua fit ἔνδυμα, ἢ ὕφασμα, ἢ χιτών. Vbi pro quānam re καλάμη, accipiat, ambigi potest. præsertim quum Etymologiſtes in verbo ἀποῤῥῶξαι scribat, ἀμοργὶς ἡ, τῆ καλάμου τῆς αἰγίλωπος τὸ λεπτότατον μόριον: idem verò alio loco scribat, ἀμοργὶς ἡ καλάμη τῆς ἐξ ἧς τὰ ἐνδύματα ἀμόργινα οἱ δὲ λινᾶ ὑφάσματα· οἱ δέ, &c. Suidas autem dicit esse λίνου καλάμην. In vulg. lex. Græcolatinis ἀμοργὶς scribitur esse lini species tenuissima, bysso non dissimilis: fortasse quòd Suidas scribat ἀμόργινον, simile bysso & pretiosum.

Ἀμόργινος, ου, ὁ ἡ, Colorem habens herbæ quæ dicitur ἀμόργη, aut floris illius herbæ, Purpureus, vel Ruber cū Etymologiſte. Ἀμόργινος χιτωνίσκος, id est Amorgina tunicula, dicitur à nomine ἀμόργη, quod est coloris genus, simile byssо. Significat & pretiosam vestem. Sic apud Etymologiſten Methodius. At Hesychius habet ἀμόργινα, λεπτοῦ φῆ ἱμάτια, id est, Indumēta tenui filo contexta. pro qua expositione videtur facere locus Æschinis in Timarchum, ἐπὶ δὲ τοῖς τούτοις γυναῖκα καταλιπὼν ἀμόργινα ὅπλα μέλλω ἐργάζεσθαι, καὶ ἔργα λεπτὰ εἰς ἀγορὰν ἐκφέρουσα. Athen. lib. 8, πορφυροῦν ἀμφίβαιον ἀμοργίνῳ καλύμματι ἐσκιαγραμμένον. Etymologiſtes postquam dixit Ἀμόργη δὲ, καλάμη τις ἐξ ἧς ἐνδύματα ἀμόργινα· οἱ δὲ λινᾶ ὑφάσματα· οἱ δὲ ἀπὸ ἀμόργου τῆς νήσου. οἱ δὲ ἀμοργίνους ἐρυθροὺς τὸ χρῶμα. Quanquā in exempl. vulg. legitur ἀμόργου, sed ego ἀμόργου repono. quum ita vocari insulam cum ex aliis constet, tum ex Stephano: qui postquā dixit ab ἀμοργὸς insula fieri ἀμοργῖνος eadem forma qua ἰρινῶς: (vt Simonides dicebatur ἀμοργῖνος) paucis interiectis, subiungit, At ἀμόργινος χιτὼν, coloris est propriū. Quod etiam facit cōtra eos quos ἀμόργινα indumēta ab insula Amorgo putauisse denominata, refert Etymologiſtes. At Pollux ita scribit, Amorgina autem fieri optima quidem in Amorgo, esse verò & has ex lino aiunt. Cæterùm ἀμόργινος χιτὼν vocabatur & μόργις. Suidas postquam scripsit, Ἀμόργινον, simile byssо & pretiosum, subiungit, Dicitur & ἀμόργινα fœminino genere.

ΑΜΟΣ, Vnus, Aliquis. vel, Vnus aliquis. Esse autē Ionicæ vel Doricæ dialecti tradit Eustath. Ab hoc autem fiunt ista, οὐδαμὸς & μηδαμὸς: à quibus aduerbia cum alia tum οὐδαμῶ & οὐδαμῶς: μηδαμῶ &

δαμῆ & μηδαμῶς. quæ hìc omissa, in ᾱ & μὸ ponam.

Ἀμόθεν, Alicunde, Ex aliquo loco, Ab aliquo, Vel ab vno aliquo. vt οὐδαμόθεν, Nullicunde (si fas esset hoc aduerbio vti) Ex nullo loco. Od. ι, initio, Τῶν ἀμόθεν γε θεά θύγατερ Διὸς εἰπὲ καὶ ἡμῖν, id est, πόθεν καὶ ἀπό τινος ἑνός. Hesych. autem exponit Ab aliqua parte, vnde volueris. Apud Platonem pro Alicunde, lib. De leg. 7, μηχανᾶσθαι δὴ δεῖ τὸν νομοθέτην ὁντινοῦν ἀμόθεν γε πόθεν, ὅτῳ τινὰ τρόπον τοῦτ' ἔσται ἢ κάλλ.

Ἀμᾶ, ET Ἀμῶς, ET Ἀμοῖ, aduerbia itidem ab ἀμὸς facta, sed quæ composita cum aliis particulis vsurpentur. Dicitur enim Ἀμᾶγε, Ἀμαγέ τη, Ἀμαγέτου, Ἀμαχέπως, Ἀμωσγέπως, Ἀμφιγέποι.

Ἀμαγέτη, Quodammodo, Quadantenus, Quoquomodo, vel Quouis modo. vt Agathias apud Suidam, ἔδοξέν οἱ ἀμαγέτη ἀποπειρᾶσθαι τῆ φρουρείου. Apud eundem (idem, vt opinor) ἀμαγέτη τῶν παρεπιόντων ἀλαμβάνειν.

Ἀμᾶγε, Hesych. exponit ἀμαγέπως, accipiens (opinor) vtrunque pro ἀμαγέπως, siue ἀμωσγέπως, quod habes hic in proximè sequentibus.

Ἀμωσγέπως pro eodem dicitur. Plutarchus in Pericle, ἐπολιόρκει τὴν Σαμίους, ἀμωσγέπως ἐπὶ πολλῶν τὰς ἐπιχειρήσεις ἢ δόξαν μαχόμενος ἢ τῇ τύχῃ.

Ἀμαγέτου autem & ἀμοιγέποι aliam habent significationem: & ἀμαγέτου quidem exponitur ab enarratore Aristophanis, ἀπαπαχοῖ, id est Vbique, Vbiuis: in hoc Aristophanis versu in Acharn. Ὑμᾶς μὲν οὐδὲν μὴ διαφορεῖν ἀμαγέτου. At ἀμαγέποι ab Hes. explicatur ὅποι ποτέ, Quencunq; ad locū. At ἀμωσγέποι alibi scribit, per οι videlicet in secūda & vltima syllaba, & exponit In aliquem locū. aut Vno modo. Itidē verò ἀμαγέτου enarrator Aristophanis non vno illo modo explicat, videlicet per ἀπαπαχοῖ, sed & ὅπως αὐτύχῃ, καθ' οἱονδήποτε τρόπον. Mirum est tamen hisaduerbiis eodem scriptis pacto significationem vtrāq; tribui. ac merito fuerit alicui suspecta hic exemplariū fides. Apud Suid. legitur etiam Ἀμωσγέποι.

¶ Ἀμὸς Doricè pro ἡμέτερος, Noster: vt ἀμὸν πατέρα, Patrē nostrum, apud Sophoclem. Sic & πόλιν ὑμὴν dicit Homerus Vrbem vestram, & ὑμὰ κτήματα, vestras opes, tanquam ab ὑμός. Vide inter pronomina.

¶ Ἄμος, Quando, aduerbium temporis, pro ἦμος, cui respōdet τῆμος. Vide ἦμος.

## Α'ΜΠΕΛΟΣ, ου, ἡ, Vitis, Vinea.

ἄμπελον φυτεύειν Vitem serere, Cicero interpretatur. Od. ι, — ἠλὶ ἄμπελος αἴπη φυομένη Οἴνον ἱεμεναίφυλον. Dioscoridi lib. ε, cap. 2, dicitur ἄμπελος οἰνοφόρος, i. vitis vinifera, ad differentiam (vt opinor) aliarum duarum, quarum vnam ἄμπελον λευκὴν, id est Vitem albam, alio nomine βρυωνίαν: alteram, ἄμπελον μέλαιναν, id est, vitem albam, item βρυωνίαν μέλαιναν vocat.

C. Ἀγριάμπελος, (q. d. ἀγρία ἄμπελος, Vitis syluestris) Labrusca. Vide οἰναίθη secundum quosdam.

C. Ἀμπελόκαρπον, ου, τὸ, Herbæ nomen, quæ & ἀπαρίνη. Dioscor. lib. 3. cap. 183.

C. Ἀμπελόπρασον, ου, τὸ, apud Dioscor. lib. 2, c. 130. Marcellus vult esse agreste porrum quod in vinetis nascitur. Sonat ad verbum, Vitiporrum, id est Vitis porrum, In vite nascens porrum.

C. Ἀμπελουργὸς, οῦ, ὁ, Vinitor. ad verbum, Cuius opus est in vite, Qui operatur circa vitem, ex ἄμπελος & ἔργον.

Ἀμπελουργικὸς, ὴ, ὁ, Vinitorius, Ad vinitorem pertinens. ἀμπελουργικὴ, Ars vinitoria, Ars vitium colendarū. subaudiendo τέχνη. Pla. Pol. ι, Ὅπερ δὴ δρέπανον δὴν φυλάττειν, ἡ δικαιοσύνη χρήσιμος & κοινῇ καὶ ἰδίᾳ ὅπου δὲ χρῆσθαι, ἡ ἀμπελουργική.

Ἀμπελουργία, ας, ἡ, Vineæ cultura, Vinitoris actio. Theophrastus alibi ἀμπελουργίαν & κλάσιν, alibi ἀμπελουργίαν & θρυλὼ pro eodem dixit, vt annotat Bud. in Comm.

Ἀμπελουργέω, ῶ. F. ήσω, Vinitoris opus facio, Vinitoriam artem exerceo, Vites puto, siue amputo. quod est vinitorum. ἀμπελουργεῖν (inquit B. in C.) Vites putare, Sarmēta expurgare quæ vitem onerāt: citátq; Theophr. locū.

Ἀμπελουργεῖν metaphoricè. Æschin. Demosthenē hæc verba dixisse ait, ἀμπελουργοῦσι τινὲς ἡ πόλει, αἱ ἀπτόμενοι τὰ κλήματα τῆ δήμου. i. (Bud. interpr.) Quidā sunt qui sic ciuitatē vt vitē vinitores putādā susceperūt, hominésq; ex populo excidere quasi palmites instituerūt.



Ἀμπελουργοῦμαι, pass. vnde ἀμπελουργούμενα ἄμπελος apud Theophr. Vinea quæ amputatur. vel κλᾶται. nam Bud. vult ἀμπελουργίαν ab eo dici etiam κλάσιν.

C. Ἀμπελόφυτος, ου, ὁ ἡ, Vitibus cōsitus: vt ἀμπελόφυτος γῆ, secundum Suidam, quæ vna voce ἀμπελών.

C. Ἀμπελοφύτωρ, ορος, ὁ ἡ, Vitis sator. vel potius Vitisator vna voce, vt apud Virgil. ἀμπελοφύτορι Βάκχῳ, Vitisatori Baccho, in Anth. epigr.

Ἀμπέλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Viteus, Vitigineus, Vinealis. Exponitur etiā Vinearius, Vineaticus. ἀμπέλινα φύλλα, Aristot. De animal. lib. 3, Folia vitiginea, vt Columella vocat. Herod. lib. 2, οἶνος ἀμπέλινος, Vinum vineale, Vitea pocula, Virgil. Addit autem Herodotus ἀμπέλινος ad differentiam vinorum è frugibus confectorum. Apud eūdem ἀμπέλινος καρπὸς, Vitis fructus.

C. Ξηραμπέλινος, vt ξηραμπέλινος χρὼς, Colorem habens vitibus arefactis simillimū. Certū enim genus vitis adulto iam autumno pampinis rubet velut cruentatis. Ita Thylesius. At alii, sumpta ex Suidæ verbis coniectura, ξηραμπέλινον χρῶμα dici putant pullum & atrum colorem, quē pulliginē Plinius, atrorē appellauerit Gell. quòd videlicet Suid. χλαμύδας ξηραμπέλινας appellatas etiam ἀτραβατικὰς tradiderit. Dictas enim esse atrabati cas ille putat à colore atro, vel à trabea qua simul vtebantur. Vide ἀτραβατικὰς apud eum.

Ἀμπέλιος, idē quod ἀμπέλινος (sicut αὐτοώπιος & αὐτρώπινος pro eodē dicūtur) vnde ἀμπέλιος βότρυς, Vitē racem. At ἀμπέλιος cum ι solo, nomē proprīū, inquit Suidas.

Ἀμπελόεις, Vitifer, Vineas habens. Vineosus ad verbum, si ita loqui liceret. ἀμπελόεις, vt Etym. ait, εἴδους τοῦ ἀζαρόεντος μετασχηματισθέν. Hes. ἀμπελόεσσα exponit vites habētem. A Suida ἀμπελόεσσα γῆ exponitur ἀμπελόφυτος, i. Solum vitibus consitū. Quod & ἀμπελόεσσαν πόδον vocāt poetæ, & vna voce dicitur ἀμπελὼν siue ἀμπελών. At Hom. ἀμπελόεντα vocans Epidaurū, intelligit πολυάμπελον, iuxta quosdam. i. vitibus abundantem. Secundū hanc autem signif. ἀμπελόεις sonabit ad verbum Vineosus, si hoc adiectiuo vti liceret.

Ἀμπελῖτις γῆ, Vinealis terra, quæ & φαρμακῖτις: vt citatur ex Dioscor. lib. 5. cap. 173. Sic autem dictā tradunt quòd aduersus innascentes viti bus vermes illini soleat.

Ἀμπέλιον, ου, τὸ, Dim. Viticula. vnde ἀμπέλια apud Aristoph. Viticulæ. quo diminutiuo nomine Cicero vtitur. Quidam ἀμπέλια vites exponunt.

Ἀμπελών, ῶνος, ὁ, Vinetū, Vitibus cōsitus locus. Vinea quoq; (secundum quosdā) pro loco vitibus cōsito vsurpatur.

Ἀμπελιών etiā dicitur tetrasyllabè pro eodē, more Attico, vt vult Eust. eadem forma qua ἀκανθιών.

¶ Ἄμπελις, ίδος, ἡ, Auis quædam à vite dicta: vt συκαλὶς, à ficu, Latinè fœcedula. de qua Martialis extat hoc distichū,

Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis,
Cur potius nomen non dedit vua mihi?

perinde ac si queratur poeta quòd ea quæ συκαλὶς vocatur, non potius ἀμπελὶς appelletur.

## Α'ΜΥΝΩ, Auxilior, Opem fero, Suppetias eo, Succurro, Aliquem defendo. vel Ab iniuria defendo.

Hom. Il. φ, — αἰεὶ δέ τι ἀμυνέμεν ἄλλοισι. Il. π, — ἢ ἀμυνέμεν οἷσι τέτυκται. Il. ι, — νῦν δέ τι πάμπαν ἀμυνέμεν υἱοῖσι θανόντων. Il. φ, Τρωσὶ παρεστάμεναι καὶ ἀμυνέμεν. Alibi quoq; hæc duo copulat: vt Il. ο, Θαρσεῖ νῦν. τέον τι σοὶ ἐπιπνείουσι Κρονίων Ἐξ Ἰδης σεσίησι παρεστάμεναι ἢ ἀμυνέειν. Isocr. οἱ δὲ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, ἥκουν ὑμῖν ἀμυνοῦντες, Venerūt vobis auxiliaturi, siue opem laturi. aut breuius, Venerunt vobis suppetias. Xenophon. Pæd. 3. μὴ φεύγειν καταλιπόντας αὐτὰς, ἀλλ' ἀμύνεσθαι & πίνουσι ἢ ἐσθίουσι ἢ σῖτον αὐτοῖς. Pla. De leg. 3, οὐ δὴ ἤμυνεν ἱεροῖς τισὶ ἢ τάφοις, Neque opē ferebat tēplis & sepulchris. vel Neq; propugnabat pro tēplis & sepulchris. Alii tamē, pro sacris & sepulchris interpret.

Ἀμύνω, Propello, Propulso, Arceo. passim apud Hom. cum accus. & dat. vt Od. ϑ, Ἄστυ ἢ πυκάσαι ἀμύνειν πῦρ αἰθόμενον ἢ ἥμῳ, Ab vrbe & liberis arcēs crudelē diē, vel propulsans. Sic Il. π, ὅς σφιν ἀμύνω Ἦμαρ αἰαλόεσσαν. Il. ρ, Ἦ τι σέθεν γε σάοσα βέλος ἐχεπευκὲς ἀμῦναι. Il. ι, — ἀμῦναι νηυσὶ θοῇσι Πῦρ αἰθόμενον, Arcere vis ignem à nauibus, Defendere naues ab igni, vel Defendere ignem nauibus. vt Virgil. dixit Sol Titiū pecori defēdite, pro à pecore. vt idē alibi, — defēdo

à frigore myrtos. Aliquãdo pro dat. ponitur genitiuꝰ, A vt Il.ν,— ἠ αὐτοῦ κῆρας ἀμύνειν. & Il.ε, Τρῶας ἄμυνε νεφ. Interdũ additur præpositio, vt Od.ρ, — ἀμφὶ δὲ οἴκου ἀμῦναι. Sic & apud Apoll. Arg. ι, ἀπὸ μισθὸς ἄμυνον λοιβίω. Nisi quis malit hic dicere ἀπὸ μισθὸς ἄμυνον esse pro ἀπάμυνον μισθός: & ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι, pro οἴκου ἀπαμῦναι. Vsus est autem huius verbi hac quoq; in significatione apud prosæ scriptores, sed cum illa priori constructione. videlicet cum datiuo & accus. Chrysost. De sacerdotio, κἀκεῖνα μὲν οὐδὲ τὸ σῶμα πολὺ αὐτοῖς διώκειν ἀπ' ἀμυνῶν θάνατον. id est, Mortem propellere, propulsare, Eos à morte defendere, vel tueri. B

Ἀμύνω, Vlciscor: vt ἀμύνω σοὶ νεκρόν, Vlciscor te mortuum, Vlciscor mortẽ tuam. Videtur ad verbũ sonare, Propugno pro te mortuo. Dicitur etiam ἀμύνεσθαι σοὶ νεκρόν. Vide exemplum ex Homero. Hesychiꝰ ἀμύνειν inter cætera αἰτᾶν τιθέναι vult significare, id est Vices referre.

Ἀμύνομαι, Iniuriam propulso, Vim arceo, Resisto, Dimico, Propugno pro aliquo. Il.ω, Ὅς κέ σευ αὖτε ἔλθῃ C ἀμυνόμενος. Il.ω, Αἴσιμα, τοῦ σφῶϊν ἀμύνεσθαι φίλον ἦεν. quibus in locis absolutè ponitur. Habet aliquando genit. vt τοῦδ' ἀμύνομαι, Il.μ. nisi quis extrinsecus aliquid subaudiat. Habet & accusat. vt Il.ρ, Ἀμφ' αὐτοῦ βεβάασιν ἐγὼ ἀμύνεσθαι ἀχαιούς. Νῶϊν δὲ ζωοῖσιν ἀμύνειν πολεμίους ἦμαρ. Vbi ἀμύνεσθαι ἀχαιούς, vel Iniuriam propulsare ab agminibus, Pro agminibus propugnare: vel Tueri, seu defendere agmina potest exponi. De qua signif. dicam paulo pòst. Interdum verò habet præpos. περὶ cum genit. vt ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, apud eum aliquoties, Pugnare pro patria, vel Propugnare. Sic Il.σ, Οἱ δ' ἀμυνόμενοι πέρι πάντων περὶ πατρῶν. Apud oratores autẽ (vt ait Suidas) ἀμύνεσθαι dicuntur qui illatam iniuriam vlciscuntur. In qua signif. à Suida posita vsurpatur interdum absolutè (vt in illo Bratidæ celebri dicto) apud Plutarchum πῶς ἄν τις ἄμυνοιτο. &c: ὡς οὐδεὶς ἔτι μικρὸν οὐδ' ἀδικεῖς, ὁ μὴ ζήσεται τοῦτο ἀμυνόμενος) sæpe vero cum accusat. idque nõ solùm in prosa, sed & in carmine. Hom. Od.μ. Τίνα δέ κ' ἀμύναιμι. Demosth. Phil.3, ἵν' ὅπως ἀσφαλέστατα καὶ ῥᾷστα αὐτὴν ἀμυνούμεθα, Tutissimè & facillimè ipsum vlciscemur. Herodianus, τὸν ἐχθρὸν ἡμυνάμην. Dicitur etiam ἀμύνεσθαί τινα ὑπέρ τινος. Isocrat. ad Philippum, ἡμᾶς δὲ τί ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν, ἀμυνομένους βουλόμεθα αὐτούς. id est, Vlciscì eos ob iniurias quibus nos affecerunt. vel, Pœnas ab eis reposcere iniuriarum. Potest autẽ Lat. dici Vlciscor te pro iis iniuriis (vt Terentius dixit) Ego te pro istis dictis & factis vlciscar. ‖ Dicitur & ἀμύνομαί τινα τοῦτο: vt apud Lucianum, ἀμύνομαί σου τοῦ γέλωτος, Vlciscor te ob risum, vel Vicem reddo tuo risui. Ἀμύνομαι autem cum accusat. possumus aliter quàm per verbum Vlciscor interpretari. vt ἀμύνομαι τοὺς πολεμίους Vlciscor hostes, aut Iniuriam ab hostibus illatam propulso. Aut breuius, Hostiũ iniuriam propulso: vel Defendo me aut tueor aduersus hostes. Sic ἀμύνομαι τοῖς ὄπισθεν ἥκουσι, Tueor me aduersus eos qui me adoriuntur. Xen. ὅπλα κτῶνται οἷς ἀμύνονται τοῖς ἀδικοῦσιν, Habent arma quibus iniuriam inferentibus resistunt. vel, Iniuriam illatam propulsant. aut, Vim vi repellunt. Reperitur & ἀμύνομαί τι ἀδικούμενα. notandum est autem eiusdem significationis accusatiuos esse in hoc & illo loco: sed in hoc accusatiuum rei, illic personæ esse. ‖ Capitur verò ἀμύνεσθαι in prosa in illa etiam significatione quam primam ei dedi, initio huius annot. videlicet pro Dimicare, Propugnare, Tueri, Defendere. vel Propugnando tueri. Xen. αἱ δ' ἄλλαι φυλαὶ τὰς πύλας, ἀμυνόμεναι καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως, κατεπαύσαν. Dem. ad epist. Philippi, μηδ' ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνοι δικαίως κτησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ἀρπασθέντων ἀμύνεσθαι, id est, Nec pro iis quæ illi iustè à se parta nobis tradiderunt, velle fortiter propugnare. Plut. ἀμυνόμενοι ὑπὲρ τῆς βασιλείας. Apud eundẽ in Problem. ἀμύνομαι περὶ τὴν ἀδελφήν, interpret. Pro sorore propugno, Sororem defendo. Dicitur & cum accus. vt ἀμύνομαι τὴν Ἑλλάδα, Pla. De leg. Pro Græcia dimico, vel propugno, vel Græciam tueor, Græciã defẽdo. aut, Græciæ opem fero: vt ἀμύνομαι cum accusatiuo idem significet quod ἀμύνειν cum datiuo: id est, idem valeat



ἀμύνεσθαι τὴν Ἑλλάδα, quod ἀμύνειν τῇ Ἑλλάδι. Cæterùm omittendum non est, in Homeri loco paulo antè citato, in quo vtrunque habetur verbum, ἀμύνεσθαι σχεῖν, exponi posse per hoc verbum Tueri vel Defendere, vt illic admonui. Est verò & hoc obseruandum: vt Latinè duobus modis dicitur Vlciscor te: significando videlicet Vlciscor te pro iniuria mihi à te illata, vel Vlciscor alium pro iniuria quam tibi intulit: ita & ἀμύνομαί σε dupliciter vsurpari, sicut ex præcedentibus patet exemplis.

Ἀμύνομαι, Arceo, Propello. Propulso: vt ἀμύνετο πολεῖς ἦμαρ, Il.λ & ρ. Sic apud Plutarchum in Publicola, ἔστη ἐπὶ τῆς γεφύρας ἀμυνόμενος τοῖς πολεμίοις, Hic stans pro ponte hostes arcebat. Sic apud eundem in Lycurgo, ἀμυνόμενοι δ' ἐνίκων exponi potest Arcẽtes vel propulsantes.

Ἀμύνομαι, in bonam etiam partem: vt ἀμύνεσθαι τὰς ἴσας, Par pari referre, apud Aristotelem in Problem. Autor Budæus. Itidẽ apud Eustathium Aristophanes grammaticus docet ἀμύνεσθαι pro ἀμείβεσθαι simpliciter poni, citans Alcmanis hunc locum, οὐ γὰρ πορφύρας πέσος κόρος ὥστ' ἀμύνεσθαι. & hunc Thucydideum, ἀξιοῦντα τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Existimo autem ἀμύνεσθαι τοῖς ὁμοίοις significare Par pari referre, itidem vt τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι. Vt autem ἀμύνεσθαι in bonam etiam partem sumitur, sic & Gall. *Se reuenger* (quod propriè sonat ἀμύνεσθαι) & *Auoir sa reuenge*, eleganter dicitur pro Gratiam referre.

Ἀμυνάθω Atticè pro ἀμύνω. vt δικάθω pro δίκην. Aristophanes Nebulis, ἀμυνάθετί μοι ταχὺ βοηθῶν, Opem ferte mihi vapulanti. D

Ἄμυνα, ης, ἡ, Vltio, Vindicta, Propulsatio iniuriæ. Aliquando absolutè ponitur: nonnunquam cum genitiuo, vt Alexander Aphrod. πρὸς ἄμυναν τῶν ἀδικούντων, Ad eos propulsandos qui nobis iniuriam inferunt, Ad propulsandam eam quæ nobis ab aliquibus infertur iniuriam.

Ἄμυνα, in bonam partem, vt & ἀμοιβή, Gratiæ relatio, Beneficii compensatio, Retributio. ἄμυνα, ἀμοιβή, Suid. Eust.

Ἀμυνίας, ου, ὁ, pro ἀμυντικός, Hesychius & Suid. Hinc ἀμυνίας θυμὸς apud Comicum, inquit Eustath. id est (vt opinor) Animus vltionis cupidus, vel vlciscendi. In vulg. lex. Græcol. legitur ἀμυντίας. Est autem & nomen viri proprium Ἀμυνίας. Suid. E

Ἀμυντικός, ὴ, όν, Iniuriæ propulsatiuus, Ad iniuriam propulsandam aptus, vel Ad iniuriã propulsandam instructus, siue ad defensionem. ἀμυντικὴ δύναμις ἡ πρὸς τοὺς πολεμίους, Plat. in Epist. Vis propulsatoria iniuriarum, Facultas iniuriæ propulsandæ. Animaliũ quædam φυλακτικὰ esse dicuntur (inquit Bud.) id est cauta & prouida: quædam ἀμυντικά, id est defensioni siue ad defensionẽ instructa, quæ tueri sese possunt & vim arcere. Ide annotat apud Aristotelem Ethic. quarto, ἀμυντικὸν oppositum συγγνωμονικῷ, sed non declarant huius nominis eo in loco significationem. ego existimo ἀμυντὴν ibi verti posse Cupidum vltionis, Deditum vltioni, Cupidum vindictæ. quem nostrates vocant hominem vindicatiuum.

Ἀμυντήρ, ῆρος, ὁ & ἡ, Auxiliator, vel Vltor. Iliad.ε, ἀμυντὴρ Ζηλός, Od.π. Καὶ φάσθαι εἰ καὶ νῶϊν Ἀθήνη σὺν Διὶ πατρὶ Ἀρείσιν. ἵνα μὴ ἄλλοι ἀμυντῆρες μαρμαίρωσι. vnde ἀμυντὴρ & ἀμυντῆρες (ἵνα) pro eodem accipi patet. G

Ἀμύντωρ cum genitiuo, Propulsator, Expulsor: vt Simonides οἶνον dixit esse ἀμύντορα δυσφροσυνάων, Propulsatorem mœrorum, vel expulsorem. Vinum autem quia Latini dicunt genere neutro, propulsator dici vix possit: videndum igitur an vinum propulsatorium aut expulsorium interpretari liceat.

Ἀμυντὴρ, ῆρος, ὁ, Idem quod ἀμύντωρ, Auxiliator, vel Vltor, vel, Propulsator. H

Ἀμυστὴρ, Pars cornu ceruini, apud Aristotelem in 9 de historia anim. vt in suo lexico Budæus scribit. In vulgatis autem lexicis Græcol. habetur, Ἀμυστῆρες, Admnicula, Rami in ceruorum cornibus, qui impendent ante frontem. Aristot. an. lib. 9. cap. 5.

Ἀμυντήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Auxiliatorius, Propulsatorius, Expulsorius. ἀμυντήρια ὀδόντες, In vulg. lex. Græcol. exponitur Dentes execti serrative. Sed ad verbum ἀμυντήρια dicuntur, quasi Ad vim propulsandam apti.

Ἀμυντήριον, Tutamen, Munimen. Ἀμυντήρια, inquit in Comm. Bud. Tutamina, Arma tutoria. hoc est φυλακτικά, vt thorax, galea, ocreæ. ἀμυντήρια etiã, inquit, δι' ὧν μαχόμενοι ἀμυνόμεθα τοὺς ἐχθρούς, ᾗ ἀσπὶς, ξίφος, id est, Quibus in pugna propulsamus hostium iniuriam. vt gladius. Quæ Budæus ex Græcis grammaticis sumpsit. Idem in Annot. prior. in Pand. Exarmare feras, A B est dentes, vngues, vel alia noxia membra adimere, vel etiam tutamina; quæ Græci ἀμυντήρια appellant, quibus vim propulsare nata sunt. Hactenus Budæus. Cæterùm cum ἀμυντήρια subaudiri semper existimo ὅπλον, & cum ἀμυντήρια itidem ὅπλα. quod substãtiuum exprimit Diodorus, ex cuius verbis manifestum esse potest quæ sint arma ἀμυντήρια, quæ item σκεπαστήρια. ita enim ille lib. 3, pag. 130 & 131 meæ editionis, de Amazonibus loquens, ὅπλοις δὲ χρῆσθαι σκεπαστηρίοις, ὄφεων μεγάλων δοραῖς, ἰχθύσι τῆς Λιβύης ταῦτα τὰ ζῶα τοῖς μεγέθεσιν C ἔκπλησσα· ἀμυντηρίοις δ', ὡς ξίφεσι καὶ ταῖς λόγχαις, ἔτι δὲ τόξοις, οἷς μὴ μόνον, &c. id est, Armis autem eas vti σκεπαστηρίοις quidem serpentum grandium exuuiis, habente Libya huiusmodi animalia incredibili magnitudine: ἀμυντηρίοις autem, gladiis & lanceis, item arcubus; quibus nõ solùm, &c. Sunt igitur arma σκεπαστήρια, Arma operto ria, Arma corpus operientia, vel tegentia, vel Arma corpori operimentum seu tegmen præbentia: quanquam tegmen vocatur aliquando à poetis ipse etiam clypeus. Operto ria autem arma dicere non dubitaut: D quòd, quum Opertorium dicat substantiuè Seneca, videatur & Opertorius adiectiuè dicere, concessum esse. ἀμυντήρια autem Defensoria arma, Propulsatoria arma, Arma quibus vis repellitur. Aristophanis interpres ait fulmina esse præcipua Iouis ἀμυντήρια.

C. Ἀντ' ἀμύνομαι, Vicissim auxilior. In vulg. autem lex. exponitur Obsisto rursum, Me vlciscor.

C. Ἀπ' ἀμύνω, Propulso, Propello, Arceo. Cum datiuo & accusatiuo: vt Iliad. α, — ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι. Sic & apud Herodotum, ἀπαμύνειν στι τὰ κακά. Inuenitur & cum genitiuo & accusatiuo, vt τῶν ἀλλων ἀπήμυνε τὰ κακά. Mala propulsabat ab aliis, id est ἡμύνετο ἀπὸ τῶν ἀλλων τὰ κακά.

Ἀπαμύνομαι, Pass. Iniuriam propulso, Resisto, Vlciscor hostem, vel iniuriam mihi illatam. Od. π, Αὐτὰρ μνίος εἰμὶ, καὶ οὔπω χρηὶ πίσυρσι Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτις θοὸς χάλκεος ἦλθη. qui versus posterior & alibi habetur. Sic & Od. λ, de Tityo, vbi dixit vultures illi adstantes ne cur tundere, subiũgit, ὁ δ' οὐκ ἀπαμύνεται χερσί. Eustath. in hoc verbo vult otiosam esse præpositionem, & ἀπαμύνασθαι nihil esse aliud quàm ἀμύνασθαι. Cæterùm vsus est huius verbi in prosa quoque: vt apud Basilium in oratione ad iuuenes, ὥσπερ μὲ ἀδελφὸν ἐκείνων τῇ διδαγμάτων, ὅτι ὦ τύπτοντι κῆ τῆς σιαγόνος καὶ τὸν ἕτερον παρέχειν τὴν σιαγόνα δεῖν ἀπαμύνασθαι.

C. Ἐπαμύνω, Defendo ab iniuria, Auxilior, Succurro. Il. ι, — μηδή με ἕλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς Κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον. Alibi. — ἐπαίρω Κτενομένῳ ἐπαμῦναι. Et in oratione soluta. Isocr. Paneg. καὶ τοῖς ἀδικουμένοις ἀεὶ τῶν Ἑλλήνων ἐπαμύνουσαν. Iungitur autem & dat. pers. vt ἐπαμύνειν τῇ συμφορᾷ & ἐπαμύνειν τῇ ἀδικίᾳ. apud eundẽ. ‖ Ἐπαμύνειν accus. pers. iunctum, exponitur Vlcisci, in hoc epigr. loco, Τίσω δολίῳ ἐπάμυνον.

Ἐπαμύντωρ, Auxiliator, Vindex. idem quod ἀμυντήρ.

C. ΠΡΟ ἀμύνω, vt προαμύνω σοί, q. d. ἀμύνω σοὶ σοί, i. ὑπὲρ σοῦ, Protego te, Propugnator tuus sum. Quod & simplici ἀμύνω significatur.

C. ΠΡΟΣ ἀμύνω, vel προσαμύνομαι. Insuper auxilior, Insuper opem fero. Il. β, — ὄφρα ἴδωμαι Ἥν τινά οἱ χ' ἡμεῖς προσαμύνομεν. Citatur autem ex Plutarchi Romulo προσαμύνεσθαι voce passiua pro Propugnare, Protegere.

ΑΜΥΣΣΩ vel Ἀμύσσω. Fut. ξω, Rado vnguib⁹. Vellico, Lacero, Discerpo, Carpo. eo sẽsu quo à poetis vsurpatur interdum hoc verbum, & (Seruio teste) in Leg. duodecim tabularũ scriptũ erat, Mulier faciẽ ne carpito. Quanquam apud Ciceronem legitur, Mulieres genas ne radunto. Vide ἀμυχή, non multo post. Prouerbium est apud Suidam μηδ' ἄκανθα ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς, Probos ne spina quidem vellicauerit, aut punxerit. Il. τ, — χερσὶ δὲ μιν ἄμυσσε παρηϊὰ τ' ἠδὲ μέτωπα ἰδὲ γλαφυρὰ περόωντα. Ab αἷμα, inquit Etymologistes, fit ἀιμάσσω, & mutato α in υ, ἀιμύσσω. vt μαίομαι, μαίθομαι, μυῖθος. significat autem αἱματῶ, & rado vnguibus. Ponit & aliam Etymologiam à μύζω siue ἀμύζω, prorsus friuolam & ineptã. Ideo rectè Eustathius non hanc sed illam sequutus est, ἀμύσσειν tenuari docens; quanuis quasi ἀμύσσειν dicatur. Sciendum est autem, licet dicant grammatici ἀμύσσειν esse propriè ξέειν τοῖς ὄνυξι, id est Radere vnguibus: interdum tamen datiuum illum addi ab autoribus: vt quidam apud Suidam, ποτὲ μὲν τοῖς ὄνυξιν ἀμύττων τὰς παρειάς. ‖ Ἀμύσσειν exponitur etiam Lancino.

Ἀμύσσω (inquit Bud.) Scarifico. Pollux, ὅπερ γὰρ ἔλεγον τὸ ἀμύσσειν, ὃ οἱ νῦν καταξέειν.

Ἀμύσσω, metaphoricè, Animum exulcero, Saucio animum alicuius, apud Basilium. Æschines in epistolis, καὶ μισθὸν οὐ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐσόμενον ἔχειν ὃ πᾶν ἀνθρώπου ἀμύξει, Quod mẽtem exulceret, dolorem videlicet refricando. Homerus Il. α, — σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύσσεις. Poterit autẽ hîc reddi etiã Carpo. transfertur enim eodem à poetis Latinis. adeo vt ἀμύσσω tam in propria quàm in translatiua significatione hoc eodem verbo interpretari possimus.

Ἄμυξις, ιως, ἡ, Vellicatio, Laniatio, Laceratio. Item Scarificatio.

Ἄμυξ, υχος, ἡ, idem quod proximè præcedens ἄμυξις, & quod ἀμυχή, sequens paulo pòst. ἄμυξ, ἀμυχή, Hesych.

Ἀμύξ, aduerb. q. d. Vellicatim, Discerptim. Malè autem apud Nicandri schol. & alibi ἄμυξ scriptum est pro aduerbio. Vide καὶ ἀμυχηδὸν alio aduerbio paulo pòst.

Ἀμυχηπηδόν, Aliud aduerbium, Idem. Nicandri scholiastes ἀμύξ ἐμφῦσα apud eum exponit, ἀμυχηπηδὸν καὶ καταξυστικῶς ἐμφῦσα. Nam in hoc loco ipsius poetæ in Theriacis, Ἡνίκα θορνυμβοῦ ἔχιος θολερῷ κυτόδοντι Θυρσὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα, ait ab aliis legi ἀμυξ ἐμφῦσα pro ὀδὰξ ἐμφῦσα. Sed ibi malè legitur ἄμυξ paroxytonè.

Ἀμυχή, ῆς, ἡ, Idẽ quod ἄμυξις. Plut. ἀμυχὰς καὶ πομφόλυγας ἀφεῖναι, i. Lacerationes plangentiũ sustulit. hoc est, quæ fieri solebant à plangentibus. Est tamen in duodecim tabularum lege (quã Cicero ait ex Solonis legibus translatam) non verbum lacerare, sed verbum radere. ita enim ibi, Mulieres genas ne radunto.

Ἀμυχαὶ Dioscoridis interpretes Parua hulcera siue Hulcuscula vertunt. quidam Hulcuscula cutis: vt lib. 5. cap. 3. οὐχ ὅστις δ' ἀλλαντοπώλης τὰ μεγάλα τραύματα ὅτι τῶν λυατδήκτων, ὡς τὰ μικρὰ καὶ ταῖς ἀμυχαῖς ἐμφυῆ. Rectè autem videtur addi genitiuus cutis. quia & Græci lexicographi ἀμυχὰ exponũt ὀπιπόλαιον ἕλκος, id est Superficiale hulcus. vnde & ἀμυχὰ aduerbiũ, pro ὀπιπολαίως, id est Superficialiter. ‖ Sunt & qui ἀμυχαὶ, Tubera liuentia interpretentur: vt in hoc loco, ἀμυχαὶ πᾶσαι ὅτι περισσοῦσι. Apud Plutarchum autem De tranquill. πραγματικαὶ καὶ ἀμυχαὶ vulgò interpretantur aspera & caua loca, vel aspera tremulosaque loca, perperam, meo quidem iudicio.

Ἀμυχὶς, apud Suidam reperitur in expositione nominis ἄμυξις. exponit enim, ἀμυχὶς, κατάξεσις, ξέσις. Vbi si non malè ἀμυχὶς legitur pro ἀμυχὴ, certè diminutiuũ formã habere videtur ἀμυχὶς, genitiuum habens ἀμυχίδος.

Ἀμυχὶ, aduerb. Cum vellicatione, Superficialiter: Quasi radendo summam cutem. Vide proximè præcedentem annotationem.

Ἀμυχηδὸν, aduerb. quod ex ἀμυχὴ factum esse patet. ἀμυχηδὸν apud Etymologistẽ exponitur ἄκροις δακτύλοις, id est Primoribus digitis, vel Summis digitis. Videtur tamen potius significare, In lacerationis, aut vellicationis modum, aut Per vellicationem, & quasi quis diceret, Vellicatoriè, seu Vellicatum, aut Discerptim. Idem videtur & ἀμυξὶ significare.

ΑΜΦΙ, præpositio, Circa, De. quanuis autem eius frequentissima significatio sit Circa, cum accus.

aut De, cum genitiuo vel dat. tamen à genitiuo ordien A
tes (vt ordinem casuum sequamur) quas illi iuncta habeat præterea significationes, dicemus.

Ἀμφὶ, cum genitiuo, De, περὶ. Od. ϑ, Ἀμφ' Ἄρεως φιλότητος ἰοῦ τε καὶ οἴστοῦ τ' Ἀφροδίτης. Luc. in Astrol. vbi Ionica dialecto vtitur, ἀμφὶ τῶν αἰτίων ἐρωτᾷ. ‖ Item Ἀμφὶ cum genitiuo, Propter. Apollon. Arg. 1, — τῆς δ' ἀμφὶ δίλῳ ἐμέγηρε βαρεῖαν, id est, Propter hanc, Huius causa, vel gratia, Huius nomine. ‖ Ἀμφὶ pro ὑπὲρ, Per. vt quum dicitur Oro te per Iouem. Idē Apollon. Arg. 2, — Φοίβου τ' ἀμφὶ ϗ αὐτῆς εἴρεσθαι Ἥρης Λίσσομαι, Oro atque obtestor B
per Phœbum. ‖ Ἀμφὶ cum genitiuo pro Circa, citatur ex hoc Herodoti loco, ἀμφὶ πόλιος οἰκεῦσι. exponitur enim, Circa vrbem habitant.

Ἀμφὶ, cum datiuo, itidem pro De, περὶ, Atticè secundum quosdam. vt apud Sophoclem in Aiace, ἀμφὶ μὲν πότμῳ δῦ ϗκησε, id est περὶ πότμου. Ibidem ἀμφὶ πείθοῖ scholiastes exponit περὶ σοῦ. Sic vtitur passim & Herodotus, vt, ἀμφὶ δὲ ὧδε αὐτοῦ δίξὸς ἀμφίρεται λόγος, De eius autem morte duplex vulgatur fama. Idem, ἀμφὶ δὲ ἀποδρήσῳ τῇ ἐμῇ, πίσομαι, De meo autem discessu. vel C
Quantum autem ad discessum meum attinet. Sic ἀμφὶ Ἑλένῃ μάχεσθαι apud Homerum exponitur περὶ τῆς Ἑλένης, Pugnare de Helena: alii tamen pro Propter malunt accipere vt paulo pòst dicetur. At in hoc eiusdem loco Od. ξ, — κακὸν φάσαν ὧδε βουλὴν Ἀμφ' ἐμοί, manifestè ἀμφ' ἐμοὶ pro περὶ ἐμοῦ positū est. Sic & ἀμφὶ βουλαῖσι & ἀμφὶ χαίῳ apud eundem indubitatè pro περὶ βουλαῖσι & περὶ χαίῳ. ‖ Ἀμφὶ datiuo iunctum ponitur etiam pro Circa vel Circum, idque frequentissima & maximè recenta significatione præsertim apud poetas. Hesiodus Θῆκαν δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀνὴρ ἀλκτῆρα πίδηον. Homerus Od. ξ, — ἀμφὶ πόδεσσι ἑοῖς ἀρίεσσι πέδιλα. Apoll. Arg. 2, Ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθηκε, id est, Æreas autem galeas circum capita posuerunt. vel, Capitibus circumposuerunt. Sic & apud Theocritum ἀμφὶ στήθεσσι, Circa pectus. ‖ Ἀμφὶ, Propter: vt ἀμφὶ φόβῳ apud Euripidem scholiastes exponit διὰ τὸν φόβον. Sic ἀμφ' Ἑλένῃ μάχεσθαι nonnulli (vt modò dictum est) exponunt Propter Helenam pugnare, vel Helenæ causa. Itidem & in hoc versu. Ἅλλα μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαίφρονι δαίεται ἦτορ, exponitur ἀμφ' Ὀδυσῆϊ, propter Vlyssem. Potest E
etiam fortassis verti In Vlysse, id est In Vlyssis recordatione. nam In hic aliquando Latini vsurpant. Od. λ, Καὶ σαώσῃς, πίων κ' ἐπὶ Καυταμώνῃσιν ὀλόμενος Ἀμφ' ἐμοί. Id est, Propter me, inquit Eustath. vel, Super me. ‖ Ἀμφὶ pro κατ', Contra. Soph. Aiace, Λόγχης αἰτίαται δοὺς μὲν Ἀτρεϊδῶν κάτα, Τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσῆ. id est κατὰ τῶν Ὀδυσσέως, Aduersus Vlyssem. vt dixit Ἀτρεϊδῶν κάτα.

Ἀμφὶ, Circa, cum accusatiuo apud prosæ scriptores potius quàm cum datiuo. vt ἀμφὶ πόλιν πόλιν. Circa vrbē. F
Lucianus in Prometheo, ἀμφὶ ἑσπέραν ἔχων τὰ πολλά, Circa fornacem vt plurimum occupatus sum. Accepit autem hoc loquendi genus ex Xenophonte, vt opinor. nullus enim (si bene obseruaui:) ex Græcis antiquis scriptoribus frequentius eo vtitur: vt Prædix 7, οὐκ οἶμαί σοι σχολὴν εἶναι ἀμφ' ἡμᾶς ἔχειν. Sic lib. 8, ἀμφὶ τοῖς ἄλλοις φίλοις ἦσχον. Itidem lib. 5, ἀμφὶ δεῖπνον ἦν, Circa cœnam occupatus erat. ab eodem agricolæ vocantur οἱ ἀμφὶ γῆν ἔχοντες, Circa terram occupati, Quibus res est cum terra, vel est cum terra negotium, vt Latinus quidam scriptor loquutus est. Dicunt verò eodem sensu nonnunquam, εἶναι περί τι, & γίνεσθαι περί τι. Notandum est autem Xenophontem dixisse ἀμφὶ δεῖπνον ἔχειν, pro Circa cœnam occupatum esse, id est, Occupatum esse in cœnando, in sumenda cœna, vel in sumendo cœnæ cibo. at verò apud Thucydidem, τὰ ἀμφὶ δεῖπνον appellari, quæ ad prandium pertinent, id est ad instruendum & apparandum prandium pertinentia. ‖ Οἱ ἀμφὶ Πρίαμον, ad verbum, Qui sunt circa Priamum vel erant (subauditur enim ὄντες) pro ὁ Πρίαμος, Priamus. Homerus Iliadis γ, H
Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, ἠδὲ Θυμοίτην, Λάμπον τε, Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος, pro, Priamus & Pāthous, & Thymœtes, &c. vt docet Eustathius. & ipse Homerus mutato hoc genere loquendi, subiungit Οὐκ ἀλίγων τε καὶ Ἀντιθέων, pro οἱ δὲ Οὐκ ἀλίγοντες καὶ Ἀντιθέους ἔχε, re-



tinendo eandem sermonis formulam. Est autem non minus, imò etiam magis vsitatum in prosa hoc loquendi genus. Lucianus, οἱ μέντοι ἀμφὶ Ἀριστίππου τε καὶ Ἐπίκουρον ἐδόκουν παρ' αὐτῶν ἐφέρεσθαι, Aristipp⁹ & Epicurus primas tenebant. Sic οἱ ἀμφὶ Σωκράτην reperitur positum pro Socrates: οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, Herod. pro οἱ Κορίνθιοι, Corinthii. Vsurpatur autem hæc phrasis & in obliquis casibus. Synesius, ἐδεήθη τοῦ ἀμφὶ τὸν ἱππέα Παῦλον καὶ Διονύσιον, pro τοῦ ἱππέως Παύλου καὶ Διονυσίου. Vsitatum est verò & περὶ pro ἀμφὶ in huiusmodi formula sermonis, vt οἱ περὶ Ἀναξαγόραν apud Aristotelem, pro Anaxagoras. Sic apud Plutarchum in Demetrio, οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον. Quoniam verò (inquit Budæus) sub voce plurali singulos significat hic sermo, ideo singularis numeri verbo iungi potest figuratè. quomodo Herodotus lib. 1 vsus est, his verbis, καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ἐστρατήγησε τὸν Μαραθῶνα, ἔσεσθαι δοκέω τοῦτο μὲν τοῦ τὸ σῶμα ἐόντος, ἀπηυτομολήκεσι δὴ παρὰ Λυκώνιδος Ἀθηναίοισι ἱρόν, καὶ ἀνάθημα ἵδρυται τὸ ὅπλα. Aliquando tamen (subiungit idem Budæus) pro homine & comitatu eius vel sodalitate accipitur, vt apud Plutarchum in Demetrio, οἱ δὲ περὶ τὸν Φαλαικρέα, πάντες μὲν ὤοντο δεῖν χάριν τὸν κρατοῦντα, ἅμιλλαν δὲ προσβάσεις οὐδαμοῦ ἀπέφηναν. Hactenus Budæus. Sciendum est autem in nonnullis locis ambiguum esse vtro modo intelligendus sit hic sermo. vnde & duplices extant in quibusdam locis interpretationes: vt apud Thucydidē, οἱ ἀμφὶ Πείσανδρον, Pisander cum sociis. vel, vt alii, ipse Pisander, nihil adiungendo. Sic οἱ ἀμφὶ Κῦρον apud Xenophontem, Cyrus & eius milites. vel, secundum alios simpliciter, Cyri milites. Sic apud Platonem, οἱ ἀμφὶ τὸν Ὀρφέα, Orphe⁹ & eius sectatores. vel, vt alii, simpliciter, Orphei sectatores. ‖ Ἀμφὶ itidem cum accusatiuo, Circiter. Lucianus, ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους. Idem, ἀμφὶ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ὢν ἀπέθανον, Quum annos esses natus circiter quinquaginta. vel (vt alii) Quū circa quinquagesimum esses annum.

Ἀμφὶ περὶ, cum accus. positæ, ὀκτὼ περὶ τὰς χιλίους, pro alterutra sola. ll. β, Ἀμφὶ περὶ κρήνην. Interdū autem περὶ præponitur, posita post ipsam particula τε, itémq; post ἀμφὶ. vt Il. ο, — περί τ' ἀμφί τε βάλλον. Sic Apoll. Arg. 2, — ὅφις περί τ' ἀμφί τ' ἔρυτο Ἀθήνας. Existimo autem hanc copulam ab vtroque inseri metri gratia potissimū. Suidas ἀμφὶ περὶ exponit ἐξ ἑκατέρου μέρους, id est, Ex vtraque parte: in cuius exēplaribus malè inter ἀμφὶ & περὶ distinctio interposita est.

Ἀμφὶ, pro περὶ & ὦν & ὅτι, & pro δύο, in compos. Eust.

Ἀμφὶ, aduerb. tunc casu, vt & Circùm Latinè aliquando Exponitur & Circumcirca. Apoll. Arg. 2, — ἀμφὶ δ' ἅπαντα. potest tamen subaudiri hic aliquis datiuus extrinsecus. Exponitur & Circumcirca, ibidē, — ἀμφὶ δ' Κόλχων ἔδραι ναιετάουσι.

Ἀμφὶς, aliud aduerb. ex ἀμφὶ præpositione factū, addita litera σ: vt ex præpos. περὶ nt πέρξ, additione literæ ξ. Vtrinq; , Ab vtraque parte. Il. ι, σθεναρὼ δ' ἄξονε ἀμφὶς, id est ἀμφοτέρωθεν, inquit Eustath. At Il. ν, Ἡ χ' ἵππους ἐξ λαὸν ἐλαύνεις ἀμφὶς ἰόντας. vbi ἀμφὶς idem ait significare vel in circuitu, aut circumcirca: vel Ἀμφὶς aduerb. pro præpositione ἀμφὶ (significante Circum) accipi: vt intelligatur ἀμφὶ τὰ τάχεα ἵππων. Idem & alibi ἀμφὶς pro ἀμφὶ positum annotat. Apud Hesiod. autem ἀμφὶς, Circunquaq; aut secundū Hesych. Apertè significat in Ergois, Πάντα μὰλ' ἀμφὶς ἰδών. at Il. β, itidem cum verbo ἰδών iungitur, sed genitiuū habet: hoc loco, Ἀμφὶς ἀμφὶς ἰδών: secundum hanc expos. περὶ περὶ βάθος τὸ ὄρυμα vel περὶ κλίσας.

Ἀμφὶς, Sine, Seorsum, cum genit. vt ἀμφὶς Διός, pro Absque Ioue, vel Seorsum à Ioue, apud Homerum. Apud eundem Od. ω, — πολλὰ χρόνον ἀμφὶς ἐόντα Φιλότητος id est χωρὶς inquit Eust. vel πόρρω. Hesych. in Διαμφὶς tradit & Æschylum in Prometheo vincto ἀμφὶς posuisse pro χωρὶς. Interdum cum verbo iunctū (non in compositione tamen) idē significat: vt ἀμφὶς φρονεῖν, Seorsum deliberare vel cōsultare. pro Diuersa consilia agitare. Sic ἀμφὶς φρονῶν exponitur διχόνοιαν, quasi διχόφρονα.

Ἀμφὶς, Extra, itidē cum genit. vt apud Hom. ἀμφὶς ἑδὸς δρεμέτοιο, id est ἐκτὸς, inquit Eust.

Ἀμφὶς, Inter, In medio. Iliad. γ, — ὀλίγῳ σ' ἐπὶ ἴσῳ ἀμφὶς

χρουσι, Parum terræ erat inter vtrosque. vel In medio, A si non subaudiatur casus.

Ἀμφοῖς ἔχω, pro περιέχω, Complector. Hes.

C. Διαμφὶς, Vtrinque. Item, Seorsim. κεχωρισμένως, & ἐξ ἑκατέρου μέρους. Vtitur Dionys. in lib. De situ orbis. ΒΤ Διαμφίδιος (q.d. Seorsim positus, Separatus) Diuersus, Alienus. Διαμφίδιον μέλος Hesychius exponit ἀλλοῖον & διῃρημένως κεχωρισμένον.

ΑΜΦΩ, Ambo. Il. ε, Ἄμφω ἀφ' ἡμείων, εἰ χρεὼ ἔπρός γε φύγῃσιν. Interdum etiam Ambæ, vt apud Hesiodum, — ἄμφω χείρε ἰσθλαί. Interdū articulus præfigitur, vt Odyss. σ, C — τὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνίσχον.

Ἀμφοῖν, in duali, gen. vel dat. Syn. ἐπ' ἀμφοῖν τοῖν δρυοῖν. vbi notandus est dualis cum plurali coniunctus. (quod & in δυοῖν fit aliquando: vt δυοῖν ἀρρένων) ἀμφοῖν χεροῖν, Ambabus manibus. ἀμφοῖν ποδοῖν, Ambobus pedibus. Est & fœm. gen. interdum, sicut ἄμφω: vt ἀμφοῖν ταῖν δέλτοιν. ¶ Absolutè interdum ponitur ἀμφοῖν, subaudito nomine χεροῖν, idque more Attico: vt apud Homerum ἀμφοτέρωσε & ἀμφοτέρωθι, subaudiendo χερσί: vt si Latinè dicamus Ambabus, pro Ambabus manibus. D

C. Σωάμφω, pro Simul ambo, vel simpliciter pro ἄμφω, Ambo. Vtrique, vel Vtraque. Polyb. lib. 1, ὁ δὲ τολίμων ἅπαξ μὲν σωάμφω ἐσφαλκὼς ἦν τοῖς πολεμίοις. Vbi obserua præfixum esse articulum. Philo De mundo, σωάμφω θεωρεῖν τὰ ὁπωσοῦν, vtrunque expendentes, de re statuere, Bud. interpr.

¶ Ἀμφοτέρως, ἀμφοτέρα, ἀμφότερον, Vterque, vtraque, vtrunque. Aphthonius, μόνος γὰρ πάντων ἐπ' ἀμφοτέρῳ κρίνεται βίῳ. qui locus citatur in vulg. lex. Græcol. Il. ζ, Ἀμφότερον, κόσμος ἦν ἵππων ἐλατῆρί τε κῶδος. Od. ο, Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ αἶσα καὶ ὄνειαρ Δ[illegible]πήσαν τε ἴμεν. vbi ἀμφότερον ait Eustathius significare δύο ταῦτα, id est hæc duo: τόδε καὶ τόδε, hoc & illud. Il. γ, — Ἀρητροίων Ἀχαμέμνων Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. Vbi eodem modo positum est ἀμφότερον quo in præcedente loco: & Eustath. inter se eos confert vt similes: alibi tamē aduerbialiter positum hic censet ἀμφότερον, vt postea dicetur.

Ἀμφοτέρω, in duali, Od. ζ, Νῶϊ δὲ ἀμφοτέρω ὠμοιήμεθον ἁρμηνείης. Isocr. in Panegyr. ἀμφοτέροιν αὐτοῖν ὀρθῶς τῆς Ἑλλάδος ὄντοιν. E

Ἀμφότεροι, in plurali, in quo & frequentius vsurpatur: & ita quidem frequenter vt Budæus in eo solo vsurpari scripserit. Οὐδέτερος etiam (inquit in Comm.) & οὐδέτεροι pluraliter dicitur, sed ἀμφότεροι semper pluraliter profertur. At singularis & dualis habētur in modò citatis locis. ac, si singularis in vsu non fuisset, iocatus ex vocis ambiguitate nō diceretur Philippus in illo dicto quod à Plut. refertur, ὁ μὲ ἑκάτερος ἀμφότερος, ὁ δὲ ἀμφότερος, οὐδέτερος. nec traderent grammatici ἀμφοτερὸς scribi ὀξυτόνως quum est nomen proprium, ad differen F tiam nominis appellatiui. quod tamen in illo Plut. loco obseruandum non videtur, ne discrimine posito per accentū, gratiam quæ est ex ambiguitate, amittat, sicut & in ἑκάτερος. Ponitur autē in plurali sicut & apud Latinos Vtrique pro vterque: vt apud Terētium Vtrique ab vtriusque deuincimini: pro Vterque ab vtroque. Gal. ad Glauconem, καὶ εἰ δι' ἀμφοτέρων ῥινῶν αἷμα πολὺ φέροιτο, τοῖς ἀπαλοῖς ἀμφοτέροις ἐνεβάλλετο τὸν σωλῆνα δύο. Per vtrasque nares, & vtrisque intestinis, pro Per vtranque narem, & vtrique intestino. Athen. de G Stratone & Nicocle, ἀλλ' ἀμφότεροι βιαίῳ θανάτῳ διεφθάρησαν. Interdum articulus præfigitur, vt Il. υ, Ὡς τοὶ ἀμφοτέροις μάκαρες θεοὶ ὀπιπεύεσκον Σύβαλον. Neutro genere ἀμφότερα. Xenoph. ἐδόκει δ' αὖ ἀμφότερα ταῦτα, &c.

Ἀμφότερα (inquit Budæus) de pluribus dicitur, sed vt duobus: hoc est, in duo genera diuisis. Aristot. in 2, De hist. anim. loquens de lacerta & crocodilo, τούτοις ἀμφότερα τὰ πτερὰ, καὶ τὰ σκέλη καὶ τὰ ὀπίσθια, καμπτέα εἰς τὸ σκέλος.

Ἀμφοτέρως, sæpissimè per se ponitur, subaudito substantiuo χρεί: & ἀμφοτέρωσε Ionicè pro ἀμφοτέρως. Od. σ, — ὃν αὖ κακὰ μητιόωσι μνηστῆρες ἀμφοτέρωσε. Sic alibi ἀμφοτέρωθεν ἰδέξατο. Non tamen semper hunc datiuum χρεὼ omittit: vt Od. ε, Ἀμφοτέρωσε δὲ χεὶρ ὑποσύμβολος λαξιπήρης. Vsurpatur autē & in prosa ἀμφοτέρως interdū pro



ἀμφοτέραις χερσί. ac fortasse sic accipitur hoc in loco, ἀμφοτέραις τὴμὲ ῥινὸς, τὴν δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλελημένος, id est Quū ambabus, vna quidē nares, altera autē oculū prehendisset. Quæ mea interpretatio valde discrepat ab ista quæ in vulg. lex. habetur, Pariter tum nare, tum oculo mutilatus. Sed quidnam subaudiendo ἀμφοτέραις pro Pariter posset accipi, & quomodo ἐπιλελημένος (pro quo illic ὑπολελειμένος) mutilatum significare, viderint ii quibus ea placebit interpretatio. Notandum est autem, vt dicitur ἀμφοτέραις subaudiendo χερσὶ, ita & ἀμφοτέρων dixisse Theocritum subaudientem ποδῶν, in fine Idyllii 14, — ἐπ' ἀμφοτέρων δὲ βεβακὼς Τολμασῆς ὀπόταν μόλοι θρασὺν ἀναστήσων, id est, Vtrique pedi insistens.

C. Φιλανάλωτὴς, οῦ, ὁ, Qui lubenter sumptus facit. q. d. Qui sumptus facere amat. Vnde opponi φειδωλῷ apud Plat. scribit Bud. In vulg. lex. exponitur etiam Consumptor, Sumptuosus: item Prodigus.

C. ΑΠαναλίσκω, Absumo, Insumo, Consumo, Erogo. Vnde pass. partic. ἀπαναλισκόμενα, Thucyd. Et Ἀπαναλόω, vnde ἀπαναλωκίας apud Thucydidem pro ἀπαναλωκίας. vbi dicit ἀπαναλωκίᾳ φυλακῆς τοῦ τειχῶν μέρος τι τὸ ἐπιπεσὸν, quum murorum custodia consumptissēt. Id est, Quum in eam insumi necesse fuisset.

ΕΞαναλίσκω, Absumo. Item Exhaurio. Et Ἐξαναλόω pro eodem, sed parum vsitatū. à quo ἐξαναλῶσαι pro Exhausisse pecuniis & patrimonio, apud Athenæū, de meretrice amatorem spoliante. à cuius pass. est ἐξαπόλωται, apud Phil. De mundo, τὸ οὖν θαυμαστὸν εἰ μὴ τὰ ὄρη ταῖς τοῦ ὑετοῦ φοραῖς ἐξαπόλωται; Chrysost. De sacerd. ἐξαναλωθέντων ὑπὸ πόνων. Æschines, ἐξαναλωμένοι ὑπὸ τοῦ τοὺς Φιλίππου πολέμους καὶ πάντως ἀπόρως διακείμενοι. pro Exhausti. Sic & Dem. τοῖς συμμορίταις dixit, ἐξαναλώσασι τὸ αὑτῶν ἴδιοι πόνοις οἴκοι καὶ τὰ κοινὰ τὴν πόλει.

c. 2. Δυσεξανάλωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui difficilè consumitur. In vulg. lex.

ΕΠαναλίσκω, Insumo. Et Ἐπαναλόω, vnde ἐπαναλωτὴς, Isocr. Areop. Ἐπανάλωτα Demosth. pro Vltra insumpsi.

C. ΚΑΤαναλίσκω, Consumo, Absumo, Impendo. accusat. Isocr. καταναλίσκει τινὰ ὁ τοῦ βίου χρόνος εἰς τινὰ τῶν λόγων φιλοσοφίαν, Vitæ otium impende literis libenter percipiendis. Plutarch. in Pericle, τὸ φύσει φιλοτιμὸν ὁ ἡμῶν, εἰς θηρία καταναλίσκοντος, In bruta insumentes. Et καταναλῶσαι apud Isocratem tanquam à καταναλόω: in Euagora, εἰς ἃ στρατιὰν πλέον ἢ πεντακισμυρίαν ἄλλατα κατανάλωσεν. Sic Xe-

nophon καταναλώσαντες χρήματα. Budæus per καταναλίσκειν & καταναλίσκειν explicat τὸ καθαναλίσκειν, vt sit Consumere, Absumere, Profundere. Idē τῷ ἀφανίζω synonyma facit hæc verba, ἀφανίζω, καταναλίσκω, τρυχῶ & interpretatur Accidere, quo sensu Liuius dixerit Accisæ à Camillo Volscorum res. Idem καταναλωκέναι apud Isocr. exponit Accisum, Exhaustum. ¶Hesychio præter ἀναναίω, est etiam ἀναίνειν, generali significatione arctius constricta.

C. Γ A Παραναλίσκω, Obiter & præter destinatum Impendo, Perperam consumo. Greg. De baptis. ἡ πόλεως ἀναναλίσκειν. Idem or. 2 in Iulianum, καὶ πονηρὸν ἦθος καὶ οὖπως ἐφὸν ἀναναλίσκειν. Bud.

Παραναλωμα, ατος, τὸ, Sumptus superuacaneus & inutilis, quiq; frustra fit. τὸ αἰωρτιλῶς ἢ ἀφελῶς ἀπαλωλὸν, ἢ τὸ περιττὸν ἀνάλωμα. Plutar. de Cethego loquens in Cicer. παραναλωμὰ γίγνεται τῷ ταμίᾳ κριτὴ δοθὲν, id est Impensa superuacua. quia alter duorum corruptus satis erat. quod verbum hominis erat leges & iudicia ludibrio habētis. Ælian. De quadrigis tam pusillis factis vt à musca tegerētur, & opere simili opificio ad admirationem tantum facto, εἰ γὰρ δεῖ ἔτι ἕτερα ἢ χρόνου ἀναναλώματα; Quàm frustra tempus contereret Synes. τῶν ἐκ ὑπερφόνου γεγενῶς ἀναναλώματα, id est, Obiter ob alterius odium perditus, non causa sua. Est enim ἀναναλώματα, Additamentū, & velut appendix impensæ destinatæ. vt Basil. ἕλκος ποδῶν καὶ σώματος ἀμυρφία, νόσων ἀναναλώματα. i. (inquit idē Bud.) Quæ obiter à morbis consumuntur, qui alios effœdus habent. febris enim hominem torrens, vnà etiam decorem & colorem delet. ¶Παραναλωμα Suidas exponit ἐκθεσίδημα in quodam loco vbi Macrinus dicitur cædes innocentium hominum facere solitus ἀναναλώματα τῆς τρυφῆς.

ΑΝΑΞ, κτος, ὁ, (pro ἄναασος, inserto τ per pleonasmū) Rex. Hom. Od. ρ, Γεραπάλῳ, εἶπε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν. Interdum verò additur genitiuus αἰῶρῶν, vt Il. α, initio, Ἀτρεΐδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς. Et Iliad. υ, ἄναξ ἀνδρῶν Εὐμηλεῦ. Tribuitur verò hæc appellatio diis quoque ab eodem poeta, sine vlla adiūctione. vt ibidem, Ἀπόλλωνι ἄνακτι. Et Il. β, Ἑρμείας τ' ἄναξ. Od. μ, Ἥλιον αἰνὴν ἀνάκτων. In vocatiuo ἄνα. vt, Od. ρ, Ζεῦ ἄνα. Sed & Euripides dixit, ostendens dominitatis significationem hac voce includi, Ἄναξ θεοὺς γὰρ δίκαιος καλεῖν χρεών. Isocr. in Euagoræ encomio, καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι τὸν ἐξ αὐτῆς ἡμιθνῆ νόσον καταλαβόντα ἀνέστησε καὶ τοσοῦτον ἐπέθηκε χρόνον, ἐφ' ὃν ἐβασίλευσε καὶ κατέλιπε παῖδας τοὺς αὐτοῦ βασιλεῦσαι τῆς Κυπρίων ἀρχῆς ἀπάσης, ἐκ τούτων ἕνα τὸν πρεσβύτατον ἄνακτα καὶ κύριον ἁπάντων ἀποδείξας. Ὦ ἄναξ etiam sæpe dicitur pro ὦ ἄναξ. vt initio Argon. Orphei, Ὦ ἄναξ Γυμνῶν μελέων, ἱκετηρίαι, μαίης. Vbi scribitur etiam Ὤναξ & Ὦνναξ, tanquam coalescente α cū ω. Soph. οἴκτιρε μ' ὦ ὤναξ παῖδα τὸν σόν. Ita enim vulgò ibi scribitur, cum ' post ω, non cum ν.

Ἄναξ, Herus, Dominus. Od. κ, Ὡς μ' ὅπλων ἀμφὶ ἄνακτα χώρης δαίτηθεν ἰούσαι ἀείρωσι. αἰφὶ, &c. Et Od. ρ, — δμῶες & ἄνακτες appellantur famuli & domini. Item Od. α, οἶκος ἄνακτος, domus dominus. Cæterùm ἄναξ secundum etymologistē dicitur quasi ἄνω τὰξιν ἔχων, vel ὁ ἄνω αἴρων. Secūdum quosdam verò significatio τῆ ἄνοιξ est inclusa huic nomini. quæ deriuatio Eustathio non satis videtur placere. mihi quidem certè nullo modo placet: sed nihilo magis illæ duæ priores. Non defuerunt & qui ab αἰακοὶ siue ἄναξις (quod est Dioscuris tributum epitheton) deduci arbitrarentur. item qui ab αἰακῶς aduerbio. Egoverò existimem potius ἄναξ primitiuum esse, à quo fiat αἰακῶς aduerbium: in qua opinione videtur & Methodius esse apud Etymologistē. apud quem habetur etiā, fieri αἰακὸς ab αἰάσσω, eodem modo quo φυλακὸς à φυλάσσω. Quin autē sit αἰάσσω verbum à nomine ΦΑΝΑΞ factū, minimè dubium est. Vide Ἄναξις.

Ἄναξις, In Cypro nobiles quidam viri, suos habentes ὑπηκόους. Vide Athenæum lib. 6. καὶ τὸ πάγμα ἔνδοξον ἐν Κύπρῳ ἄναξις ὀνομάζεται, inquit Eustath.

C. Ἀμφιάναξις dicti dithyrāmbici poetæ, quòd subinde his verbis vterentur, ἀμφὶ μοι αὖτε Φοίβος ἄναξ Δήλιε. Suidas. HINC Ἀμφιαναξίζειν, proœmio vti, προοιμιάζειν, inquiunt Suidas & Aristophanis enarrator: quòd proœmia dithyrambici poetæ ordirentur ab his vocabulis ἀμφὶ & ἄναξ. vnde apud Aristophanē in Nebulis proœmia eorum imitantem, legitur, Ἀμφί μοι αὖτε Φοῖβ' ἄναξ Δήλιε. ¶Suidas ἀμφιαναξίζειν exponit etiam, Canere Terpandri νόμον (vel potius, secundum Terpandri νόμους. nam Varinus habet τὰ ἄδειν κατὰ τὸν Τερπάνδρου νόμον, qui appellatur ὄρθιος. cuius proœmiū huiusmodi erat, Ἀμφί μοι αὐτὸν αὖ ἄναχθ' ἑκατηβόλον ἀείσω φρενί. Pro quib⁹ tamen verbis habentur hæc duntaxat apud Aristophanis enarratorem, Ἀμφὶ ἐμοὶ αὖ ἄναχτα ἑκατηβόλον. post quæ subaudiēdum ait ἔσω, aut χόρδευσον, aut aliquid huiusmodi. Leguntur verò apud Suidam Periādri nomine hæc verba (seorsum ab illis quæ modò ex eo protuli) ἀμφὶ μοι αὖτος αὖ ἄναχθα. Sed Περίανδρος apud eum deprauatè scriptum fuisse existimo pro Τέρπανδρος.

C. Χειρώναξ, pro χειροναύαξ, vide Χείρ.

Ἄναασσα, ης, ἡ, Regina. Filii & fratres τῶν βασιλέως (id est regis) vocantur ἄνακτες: sorores autē & vxores, ἄναασσαι, inquit Suidas. Sed apud Homerum ab Vlysse vocatur ἄναασσα regis etiam filia. ita enim compellat Nausicaam Alcinoi filiam, Od. ζ, Ἀλλὰ ἄναασ' ἐλέαιρε. Vide in loco Isocratis paulo antè citato, ἀνδὰ τὴν μὲν, βασιλέα καλούμενον, τοὺς δὲ ἄνακτας, παῖδας ὄντας, αἰάσασθαι.

Ἀναάσσω, F. ξω, Regno, Impero, Regnopotior, siue imperio: tam cum genitiuo, quàm cū datiuo. Il. α, — Τυδεΐδῃ πὶ ἐφ αἰάσσεις. Od. λ, Καδ μείων ἐΐσασα. Ibidē, Ζωὸς Φαίηκεσσι φιλήτορσιν ἀνάσσω. Heliodus, ὁ ἀδιαπόπαυστον αἰάξειν. Homerus tria hæc vno in loco posuit eodem pertinentia, κρατεῖν, αἰάσσειν, σημαίνειν. Il. α, Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δὲ αἰάσσειν, Πᾶσι δ' σημαίνειν. Idem Il. π, priori loco ponit σημαίνειν, posteriore autem verbum ἀνάσσειν cū participio κρατέων. Idem ἀνάξασθαι dixit voce media, Τεῖς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι χθονὶ εὐρεῖ.

¶ΑΝάκτωρ, ορος, ὁ, Rex, vel Herus, Dominus. Item Deus, Ἥλιος, Βασιλεύς, Hesych.

Ἀνακτεία, ας, ἡ, Regnum, Imperium. Item, Dominium. δεσποτία, vt à Suida & Hesychio exponitur. At verò ἀνακτήϊον apud Hom. adiectiuum est, à nominatiuo singulari ἀνακτήϊος.

Ἀνακτήϊος, ου, ὁ καὶ ἡ, siue ἀνακτόριος, Regius, vel Herilis. vtpote ab ἀνάκτωρ significante regem, vel dominum, siue herum. Odyss. ο, Δεσπόσας ἄμι ὕδωρ ἀνακτήϊον ἐπίωσι. Citatur autem ἀνακτορίοιο δώκου, pro Regiæ sedis, & ἀνακτορίῳ ἐχθρῷ, pro Regio inimico, ex Anth. epigr. ¶Dicta item fuit Miletus ἀνακτεία, ab Anacte quodam Cæli & Terræ filio.

Ἀνάκτορον, ου, τὸ, Regia, Palatium. Et plurali numero pro eodem, ἀνάκτορα. nam exponitur à Suida τὰ βασίλεια. & ἀνακτόρων ab Hesychio οἴκων βασιλέων, seu potius βασιλείων. ¶Est etiam ἀνάκτορον, Templum: sicut ἄνακτας vocari diximus deos quoque: & ἀνάκτωρ ex Hesychio expositum fuit itidem, Rex & Deus. Suidas item ἀνάκτορα non solùm τὰ βασίλεια, sed etiam τὰ ἱερὰ significare tradit. Lucianus de seruo paulo antè manumisso loquens, ἔπι πλεῖ πόδιλλα περικεῖσθαι, καὶ τὸ μηλωτὰ ὡς ἔφη τὰ ἀνάκτορα φορεῖσθαι. vbi pro ἀνάκτορα quidam poni volunt. Apud Dionysium Areopagitam habetur ἱεροῖς ἀνακτορίοις. vbi dicit. Διὰ τίνων ἴσμεν ὅτι φασμάτων ἐν θείοις ἱεροῖς ἀνακτορίοις; vbi ait enarrator, ἀνάκτορα Ἕλληνες ὀνομάζουσι τὰ παρ' αὐτοῖς ἡμῶν τὸ τέμενος.

Ἀνάκτορον peculiariter Templum Cereris, secundum Hesychium. atque ita crediderim sumi apud Athenæū, lib. 4, Ἐλευσῖνί τε μυστηρίων ὄντων, ἐθηκεναύτῃ θρόνον ἐν τῷ ἀνάκτορον. Sed notādū apud Hesychiū legi, Ἀνάκτορον, τὸ τοῦ Διὸς μητρὸς ὃ καὶ μέγαρον καλοῦσι, ὅπου τὰ ἀνάκτορα πίνουσι.

Ἀνάκτορα, (inquit Budæus) Theodoritus Eccles. hist. lib. 5, pro gradibus altaris magni ponere videtur, vel loco edito. aut pro adyto altaris, ἐπειδὴ ὁ καιρὸς ἐκάλει τὴν ἱερὰν πρᾶξιν ἐν ὑψηλοτέρᾳ διαστάσει ἑστηκέναι, ἀναγκαῖον ἦν τὰ ἀνάκτορα ἐπιβῆναι. Idem, τοὺς ἐν παλαιστρίταις περὶ ἱερεῖς ἐκβαίνειν νόμους, ὑπερβαίνειν τὰ ἀνάκτορα ὠνείδιζον. ¶Suidas ἀνάκτορα explicat etiam ἱερεῖα.

Ἀνάκτειον, Substantiuè, idem quod ἀνάκτορον, Templum. Citatur tamen ex Herodoto ἱρὸν ἀνακτήϊον.

¶Ἄνακες, ων, vel Ἀνακοί, Dioscuri, Castor & Pollux. At Cicero

cero De natura deorum lib.3,ſcribit,Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominãtur. Primi tres,qui appellantur Αἴακες,Athenis ex Ioue rege antiquiſſimo &Proſerpina nati,Tritopatreus,Eubuleus,Dionyſius. Secundi,Ioue tertio nati ex Leda,Caſtor & Poilux.Tertii dicuntur à nõnullis,Aleo & Melampus,Emolus,Atrei filii, qui Pelope natus fuit.Hæc Cicero. Sciendũ eſt autem Αἴακας dictos ſecundum Plutarchum in Numa,ἀπὸ τῆς τοῦ δήμου αἰσχύσπου.Secundum eundem autẽ in Theſeo, vel διὰ τὰς αὐχμὰς vel ab αἴειν Atticè ſignificante ἀεί. aut certè ab αἰακῶς. nam αἰακῶς ἔχειν dici τοὺς ὀπτιμαλμίους ἢ φυλάττοντας ὁποιῶ. Quam etymologiam cæteris longè anteferendam cenſeo: quæ ponitur etiam apud Etymologiſten, ſed cum falſa expoſitione huius aduerbii αἰακῶς. ſcribitur enim ibi, αἰακοὶ, Διόσκουροι,ὅτι αἰακῶς(ὃ ὅτι εἰλικρινῶς) εἶχόντο τῆς Ἀθηναίοις. Cæterũ quod Plutarchus dicit, Αἴακτας appellatos reges fortaſſis ab αἰακῶς,contrariũ eſt iis quæ leguntur apud eundem Etymologiſten,ex Methodio,videlicet αἰακῶς ſignificare ὀπτιμάλμως καὶ προνοητικῶς καὶ φυλακτικῶς, idque ἀπὸ τῆς Αἰάκτων, vtpote quibus φροντίδες εἶσι τῆς ὑπατείας,id eſt curæ & ſolicitudines ſunt de ſubditis.Certè vtrum prius fuerit, an αἰακῶς, an αἰακὸς, & vtrum ab vtro deriuatum ſit, coniicere non facilè fuerit. Euſtathius, Αἴλιος γοῦν Διονύσιος αἰακοὺς τοὺς Διοσκούρους φησὶ λέγεσθαι ὡς αἰακῶς. καὶ καπύχεται, φησὶν, αἰακοῖν Διοσκούροιν. Apud Heſych.quoque habetur αἰακοῖν, τῶν Διοσκούροιν.

Αἰακοὶ, Locus quidam Athenarũ, apud Lucianum. Budæus.

Αἰάκειον, ου, τὸ, Templum αἰάκων, id eſt Dioſcurorum. Διοσκούρειον, inquit Heſychius: τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν, Suidas.

Αἰάκεια, τὰ, , Feſtum Dioſcurorum. αἰάκεια (inquit Pauſanias apud Euſtathium) ἑορτὴ Διοσκούροιν αἰακοῖν. Apud Heſychium autem ſingulari numero etiam in ἑορτῆς ſignificatione habetur.ita enim ibi legitur,αἰάκειον, τὸ Διοσκούρειον, ἢ ἑορτὴ Ἀθήνησι.

¶ Αἰακῶς,aduerbium,Cum cura & diligentia, Seduló. & αἰακῶς ἔχειν τινὸς, Curam alicuius gerere, apud Herodotum & Thucydidem. Herodotus,αἰακῶς δὲ ἔχειν τῆς τροθυμίης. Thucydides lib.8,ὅπως αὐτῶν αἰακῶς ἕξουσιν, ἵνα ἐκπλέωσι. vbi αἰακῶς ἔχειν τινὸς videtur eſſe Obſeruare magna cura quempiam. Scholiaſtes tamen exponit ſimpliciter ὡς εὖ φυλάξειν. Heſychius αἰακῶς exponit ὀπτιμαλῶς, προνοητικῶς. Suidas ὀπτιμαλῶς, φυλακτικῶς, rectè hæc duo aduerbia ponens: ſiquidem & Plutarchus in Theſeo ſcribit αἰακῶς ἔχειν dici τοὺς ὀπτιμαλμίους ἢ φυλάττοντας ὁποιῶ.

Αἰακῶς,Regiè,Regaliter.βασιλικῶς,Suidas. ‖ Apud Etymologiſten autem αἰακῶς dicitur poni pro αἴω. vbi αἰακῶς eſt pro eo quod apud alios ſcribitur αἰκαὶς.

— Ἄ'NEMOΣ, ου,ὁ, Ventus. Ab ἄω deriuatum putatur, ſiue ἄημι, ſignificante πνέω,id eſt Flo,Spiro: interiecto ν.facto videlicet prius ἄϊμος, deinde ἄνεμος. Vox eſt tã poetis ¶ proſæ ſcript. vſitata, ſicut & apud Lat. Ventus.& quæ eſt inter Ventum & Auram differentia apud hos, eadem & apud Græcos inter ἄνεμον & αὔραν, ſecundum quoſdam. Ariſtot.autẽ De mũdo,ſcribit,τὰ δὲ ἐν ἀέρι πνεύματα καλοῦμεν ἀνέμους. αὔρας δὲ τὰς ἐκ ὑγροῦ φερομένας ἐκπνοάς.id eſt,Flatus qui in aere flant,vocamus ἀνέμους: at verò αὔρας,ex humore prodeuntes expirationes.Idem ibidem quid ſit ſiue ἄνεμος, ſiue πνεῦμα (idem enim valet vtrũque)docet his verbis,ὅτι τῆς ξηρᾶς [ἀναθυμιάσεως] ὑπὸ ψύχους βιαίως ὥσπερ ῥοῆς· ἄνεμος ἐγένετο. οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστιν ἄνεμος ἢ πολὺς ῥεῦσις καὶ αἴρεσις, ὅταν ἅμα καὶ πνεῦμα λάβῃ. id eſt, A ſicca verò[exhalatione]orta ſolet ἄνεμος, quum à frigore ita protruſa eſt illa vt fluat. nihil enim eſt hic aliud quàm aer multus fluens & coacerua-tus: qui etiam πνεῦμα nominatur.Poetæ dicunt interdum πνοιὰς ἀνέμου ſiue ἀνέμων, pro ἄνεμον ſiue ἀνέμους ſimpliciter,vt Homerus Odyſſeæ β,— πάντα μοι πνοιῆς ἀνέμοιο. & Odyſſeæ λ,— λιάζετο Ἐς πνοιὰς ἀνέμων. Apud eundem habetur ἀνέμου θύελλα ſiue ἄελλα,id eſt,ad verbum, Venti procella: Odyſſeæ κ, αἰὲν ἐρίπνα χαλῇ ἀνέμου θύελλα. Aratus;— εἰ δέ κε νηὶ Υάδων ἐμπλήσῃ δεινὴ ἀήτου θύελλα,id eſt (Ciceróne interprete) Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus. At Iliadis ρ paulo aliter, Ὡς δ' ὅτ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων ἀπὸ χάσματα ἄελλαι.

Ἄνεμος,filii Ἀστραίου & Ἠοῦς, Heſiodo in Theog.

C. Ἀνεμόδαπα ῥητὰ,vide paulo pòſt in ἀνεμοτραφής.

C. Ἀνεμόδρομος, ου,ὁ καὶ ἡ, Curſor cum vento currens. Vel, Curſor qui à vento impellitur. Lucianus, De vera hiſtoria lib.1.

C. Ἀνεμοδῶπαι dicti fuerunt quidam apud Corinthum, quaſi ſopitores venti,quòd incantamentis quibuſdam ventorum tempeſtates ſedarent. ἡμῖν ἐν Κορίνθῳ τοὺς ἀνέμους καταμύττοντες,inquit Euſtathius.ad quod ſolers fuiſſe narratur Empedocles, cuius etiam ars quædam ad hanc rem, memoriæ prodita eſt. hinc & κωλυσανέμιος fuit vocitatus,ſeu κωλυσανέμας(vt inuenitur etiam ſcriptum) quòd videlicet ventos prohiberet, ſeu arceret. verùm ſecundum quoſdam non incantamẽtis ſed circumpoſitis Agrigentinorũ vrbi innumeris alinorum pellibus,auertit ab ea ventos quibus infeſtabatur.Meminit Laertius.

C. Ἀνεμοσκέπης, A vento tegens, A vento defendens. A Budæo exponitur liberius, Aduerſus iniuriam ventorum factus.Hom.Il.π, - χλαινάων τ' ἀνεμοσκεπέων.Apud eundẽ Od.ζ & η,σκέπας ἀνέμοιο. Volunt tamen quidam grãm. ἀνεμοσκέπης eſſe à verbo σκέπω nõ autem à nomine σκέπας: & ſcribendum contendunt ἀνεμοσκέπης,non ἀνεμοσκεπής.alioqui ſignificaturũ,Qui à vento tegitur.

C. Ἀνεμοτρεφής, ές, ὁ καὶ ἡ,& Ἀνεμοτραφής, A vento nutritus, A vento auctus & corroboratus. Suidas autem dicit ἀνεμοτρεφὲς eſſe quod nutritum fuerit in locis bonos ventos habentibus,vel quæ ſint bene vento expoſita.hoc enim ſolere eſſe & ſolidius & validius. Aut certè ſignificare Quod à vento nutritur. Apud Homerum Iliadis λ, ἀνεμοτρεφὲς ἔγχος exponitur Haſta corroborata à ventis antequam ex arbore abſinderetur. & Iliad. ε, ἀνεμοτρεφὲς κῦμα, Fluctus alimentum à vento ſumens & incrementum. Nam quo vehementius flat ventus,eo maior oritur fluctus. Dicũtur & ῥητὰ ἀνεμοτραφῆ, de quibus Euſtathius, Ἄλλως γὲ (inquit) ἀνεμοβλαφῆ ἀκούομεν ῥητὰ τὰ κοῦφα καὶ αὐξομένῳ πνεύματι. Hæc autem (addit)idiotæ opifices ἀνεμώδη ῥητὰ appellant:quæ videlicet πνοαὶ δονοῦσι ταπείνων ἀνέμων. quæ verba, Homerica ſunt. Videtur autem fuiſſe hoc vocabulum ἀνεμώδη ῥητὰ apud vulgus duntaxat in vſu.

C. Ἀνεμόφθορος, ου,ὁ καὶ ἡ, A vento diſperditus, A vento periens. σπέρματα ἀνεμόφθορα, Semina vento perdita ſeu corrupta, Euſtathio autore. Itidem verò ἀνεμόφθορα ἐπαοιδαί, apud Græcos Bibliorum interpretes, Oſeæ cap. 8.

Ἀνεμοφθορία, ας,ἡ, Corruptio quæ fit à vento.ἡ πληγὴ τῆς ἀνέμων, Suid.

C. Ἀνεμοφόρητος, ου,ὁ καὶ ἡ, A ventis diſiectus, A ventis dilatus,id eſt,in diuerſas partes latus.

C. Ἀνεμώκης, εος,ὁ καὶ ἡ, Velox. Ad verbum, Vento velox, ſiue celer. Venti celeritatem habens,ſeu velocitatem. ἀνεμώκεσι δίναις, Apud Ariſtophanem exponitur πρὸς τὸ ἀνέμου ὠκείας συροφαῖς. Apud Suidam ponitur etiam ἀνεμώκεως (qui genitiuus eſt ab ἀνεμώκης) tanquam nominatiuus.

C. Ἀνεμώλιος, ου,ὁ καὶ ἡ, Ventoſus, Vanus, Inanis, Friuolus, Futilis. A genitiuo ἀνέμου fit ἀνεμώνιος, deinde ἀνεμώλιος, inquit Etymologiſtes: compoſitum eſſe negans. Alii tamen volunt ex ἄνεμος & ὅλλω conflatum eſſe, vt ſit ἀνεμώλιον Quod ventus perdit, Quod à vento rapitur,& ita perditur,Quod cum vento interit.Iliad.φ, Νηπόποι,ἦ τιν' ἔτι ἔσχες ἀνεμώλιον αὖτως; Apud eundem Od. η & λ,ἀνεμωλια βάζειν, id eſt ἀνεμοφόρητα, vt ait Etymologiſtes. Vide Euſtathium de huius nominis formatione.

Ἀνεμωλία herba,vide Ἀνεμώνη.

‖ C. Ἀλεξάνεμος, Ventos arcens: vt Odyſſ.ξ, χλαῖναί τέ μοι εἰσὶν ἀλεξάνεμοι.

C. Ἰσάνεμος, Par vento,velocitate videlicet,id eſt Velociſſimus,apud Euripidem. Sic Homerus dicit ἴσον ἀνέμοισιν ὁμοίην.

C. Κωλυανέμιος, vide suprà in Ἀνεμοκοίτης.
C. Λαισηγένετος ὦος vide in Λαισήτης.
Ἀνεμώδεις, εσσα, ές, Ventosus, ea significatione qua dicuntur loca ventosa. Est autem poeticum vocabulum αἰνεμόεις, quod vt ingredi versum hexametrum possit, mutat α in η interdum. dicitur enim ἠνεμόεις, ἠνεμόεσσα, ἠνεμόετ, Od. τ, — ἔχει δ' ἠνεμόεσσαν πτύχας ἠνεμόεσσας.
Ἀνεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Vento plenus, Ventosus, Venti naturam habens, αἰνεμώδης.
¶ Ἀνεμόω, ῶ, Ventilo, Vento agitari facio. Ἀνεμοῦμαι pass. vnde partic. ἠνεμωμένος. Luc. τῇ ἐπάρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸν πλοῦν σωτῆρα, id est, Ventilatum, vt vult Bud. Ἠνεμῶσθαι praeterea est Suidae, τὸ πρὸ ἑνὸς ἐπιπνεῖσθαι, in hoc Aeliani loco, ἢ ἰδίᾳ πνεῦσαι τὸν ἄνεμον τὸν ἀκρατῶς ἠνεμωμένον.
C. Διανεμόω, Idem. Exponitur etiam Ventis expono, in vulg. lex. Et διανεμῶσαι ἱστία, iubas vento expassas, in Epigr. pro διϊανεμῶσαι.
C. Ἐξανεμόω, ῶ, vel potius Ἐξανεμοῦμαι pass. vt ἐξανεμοῦσθαι de segetibus dictum, quum iam matureſcentes perflatu nimio exinaniuntur & quasi euentilãtur. Theophr. De hist. pl. lib. 8, cap. 10, ἀπόλλυται δὲ καὶ ὑπὸ τῶν πνευμάτων καὶ ὑπερβολῆς καὶ ἀνομβρίας, ὅταν ἢ αὐχμώδης ληφθῇ, ἢ ἀνεμώδης καὶ ἀνάνεμος. μᾶλλον δὲ ἡ κριθή. πολλάκις γοῦν ἤδη ἐν ταῖς ἀνεμωδίαις. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ πνεύσεις μεγάλαι καὶ πλείω χρόνον ὀπωρινὰς ξηραίνουσι καὶ ἀφανίζουσι. ὃ καλοῦσί τινες ἐξανεμοῦσθαι. Gaza vertit Euentari, sine autore (vt opinor) loquutus. Vide Plinũ lib. 18, c. 17. Ἐξανεμώδης καὶ αἰσείζων ab Aretha dicitur pro In ventrum euanescens, vt tradit Bud. Ab Aristotele autem equae equientes alio sensu ἐξανεμοῦσθαι dicuntur, De hist. anim. lib. 6. ‖ Suidae ἐξανεμοῦσθαι est ἐπαρτᾶσθαι: Hesychio autem nõ solùm μανωσίζεσθαι, sed etiam ξηραίνεσθαι, quod conuenit cum illo Exinaniri, de segetibus dicto paulo antè.
¶ Ἄνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, itẽ Ἀνεμώδιος, item Ἀνεμαῖος, Vento plenus, Vanus, Euanidus: Subuentaneus, secundum quosdam: vt ἀνεμώδιον ὠόν, Subuentaneum ouum, quod & ὑπηνέμιον dicitur. Ventosum hac in significatione sunt qui dici posse existimẽt. Inuenitur & ἀνεμαῖον κύημα expositum Fœtus euanidus. Plato ἀνεμαῖον πόον opposuit πολυγονίᾳ, i. fœcundo, in Theaeteto. ‖ Metaphoricè ἀνεμαῖος ἄνθρωπος, Homo leuis, inconstans, & instabilis merè. διὸ καὶ τοὺς κενοῦ λόγου ἀστάτους, ἀνεμαίους φασίν. Eust.
Ἀνεμίζω, Vento impello siue agito. Ἀνεμίζομαι, pass. Vento impellor siue agitor. Iac. epist. cap. 1, ὁ γὰρ διακρινόμενος ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ.
¶ Ἤνεμος pro ἄνεμος, poet. Hes.
C. Ἠνεμόφοιτος, ου, ὁ ἡ, Per aera vadens, Aerius.
C. Ἀνήνεμος, ος ὁ ἡ, Ventorum expers, Tranquillus. ἀνήνεμος γαλήνη, in Epigr. ET Ἀνεμία, Ventorum expers tranquillitas. Aristot. in Probl. quod tamen vocabulum Luciano improbari scribunt.
C. Ἀπήνεμος, ος, ὁ ἡ, Ventos non habens. aut, A vento procul remotus. Hes.
C. Δυσήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Difficiles & malos ventos habens. δυσήνεμος χθὼν apud Dionys. De situ orbis, Ventis vexata regio. Est itẽ δυσπέσεχος, Hesychio & vulg. lex. Graecol. Grauiter olens & fœtens. CVI contrarium Εὐήνεμος, Bonos & prosperos ventos habens. Et metaphoricè, Serenus, Pulcher, Suid. Apud Eurip. Εὔνεμος λιμήν, A ventorum iniuria tutus portus.
C. Νήνεμος, ου, ὁ ἡ, Ventos non habens. Item Serenus, Trãquillus, & idem quod αἰήνεμος: item & δῦπος, Hesych. Hom. Il. ϐ, νήνεμος αἰθὴρ, id est χωρὶς αὔ̃μου. Compos. ex νὴ priuatiuo & ἄνεμος, seu poetico ἤνεμος. HINC Νηνεμία, Ventos nõ habẽs serenitas. Et quemadmodũ γαλήνη propriè de maris tranquillitate dicitur, sic νηνεμία de serenitate aeris. Annotatur autẽ Atticos νηνεμίας absolutè pro — γαληνίας ὕπος dicere. ET Νηνεμώδωρον Quod à vẽtis nõ amplius agitatur, Tranquillũ. Vide Hes.
C. Ποδήνεμος, ν, ὁ ἡ, q. d. Pedibus (i. pedum velocitate) ventos aquans, Pedibus celer. ποδήνεμος ἵππος, Il. ι, & in Epigr. ποδήνεμος αἴθοψ apud Suid. qui interpretatur & ταχὺς ἵππος. Hes. autem ὃς περὶ ταχείας: item ὑπόπτερος.
C. Προσήνεμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vento expositus, Aurae patens. προσήνεμος ἄλως, Xenophon. προσήνεμον ἢ πνεῦμα πῶδες, Theophr. & ὁ προσηνέμου, In aura. Xenophon OEconomico, λιμὴν ὃν τὸ ὑπηνέμου μέρος φαῦλον, οὗτος ὃν τὸ προσηνέμου



νέμου. vbi προσήνεμον & ὑπήνεμον opponuntur. Sic & apud Theophr. Bud. Vide Ὑπήνεμος.
C. Πυρήνεμος, ου, ὁ ἡ, Ignem ventilans: vt πυρὶ νεμίεις ῥιπίδας, in Epigr.
C. Ὑπήνεμος, ν, ὁ ἡ, (inquit Bud) Aurae patẽs, i. vẽto expositus: vt ὑπήνεμος νεοττιά, Vento expositus nidus, hoc est nõ occultus & in terra defossus. Aristot. De hist. anim. Ὑπήνεμος tamen nonnunquam προσήνεμος opponitur, vt apud Xenoph. in OEcon. vbi περὶ τῆς λιμνῆς loquitur, Ἢν δέ τις, ἔφη, λιμνᾶσθαι τὸν ὑπηνέμιον ἱρχόμενος, δῆλον, ἔφη, ἐγγὺς ἤδη ὄντα τοῦ ἀχυροδόκην ἔχειν τὸν ὄχθον, id est, Ita ventilare incipiat, vt primùm id ventiletur quod ab aduerso vento longissimè distat: vt scilicet progrediatur ventilatio sursum versus & in aduersum ventum (ad eam partem videlicet quae προσήνεμον μέρος τῆς ἄλω dicitur) Gallicè au dessous du vent. Haec Budaeus in suo lexico, addens etiam opponi sic & apud Theophrastum ὑπήνεμος & προσήνεμος: quod Theodorus non intellexerit. Idem certè Theodorus ὑπήνεμον τόπον apud Theophrastum De causis plant. lib. 3, vertit locum tranquillũ. Soph. Antigone, Καθ' ἡμᾶς ἄκρον ὀκ πάγον ὑπήνεμοι pro A vento auersi. Quam interpretationem quum locus apertè poscat, contrariam tamen vulg. interpres habet, sed à me emendatam in editione tragoediarum selectarum Graecol.
C. Ὑπηνέμιος, ου, ὁ ἡ, Ventosus (Subuentaneus, si Latinè dici potest) Cui subest ventus. Vilissima significatur hoc vocabulum de ouis irritis & ex quibus nihil gignitur, quae fœminae mutua inter se libidinis imaginatione cõcipiunt. Plin. libri 10, caput 58 ita claudit, Ipsae autẽ inter se (si mas non sit) fœminae aequè saliunt, pariuntque oua irrita, ex quibus nihil gignitur. quae ὑπηνέμια Graeci vocant. Idem Plinius eiusdem libri cap. 60, itidem de ouis, Quidam & vento putant ea generari: qua de causa etiam zephyria appellantur. Vide & ἄνεμα ὠά. item κενόσουρα ὠά. Aristoph. apud Athen. lib. 9, πολλαχοῦ τῶν ἀλεκτρυόνων ὑπώνυμα βίᾳ ἅπτεσθαι ὠῶν πολλάκις. Legitur & apud Aristotelem aliquoties. Huc autẽ Lucianus alludens in lib. De sacrificiis, dixit Iunonem sine congressu virili concepisse Vulcanum ὑπηνέμιον παῖδα. Ab illis denique ouis ducta metaphora dicitur ὑπηνέμιον quicquid est inane, vanum & futile. vnde ὑπηνέμιος λόγος, Plutarch. De audiendo, pro inani, & ex quo nullus gignitur meris conceptus aut editur, quique audienti non prodest, vt inquit Budaeus. Sic Lucianus, ὑπηνέμια ὀνείρατα dixit futilia. ‖ At Graeci poetae ὑπηνέμιον variè vsurpat, eodem ferè modo quo Latini poetae suum ventosum. vnde apud Nonnum ὑπηνέμιος πεζός, & ὑπηνέμιον πνεῦμα.
Ἠνεμώεις, εσσα, ές, Vẽtosus, Vẽtis perspirabilis. Inde metaph. Altum significat, quòd loca altiora ventis magis perui a sint: vt ἠνεμώεντα Ἴλιος apud Homerum. Significat etiam Celerem & Ventos velocitate assequentẽ, quemadmodum apud Oppian. De venat. lib. 3, Παρδάλεις τ' ὀλοαὶ καὶ πτελέης ἠνεμόεσσαι.
Ἠνεμώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Ventosus. Ἠνεμῶδες item Hesychio ἠχῶδες significat, quòd venti vehementiores sonitum quendam & murmur edant. Hinc Virg. Ventosum aurae murmur.
Ἀνεμώνη, Minerua fuit cognominata in Peloponnesi quodam loco, quòd ibi ventum pernicioſum sedaret.
¶ Ἀνεμώνη, ης, ἡ, Herba sic dicta quòd vento flante aperiatur. Esse autem tradunt papaueris genus, cuius flos rosae quidem speciem praeſe fert, sed omni odoris gratia caret. Vnde ortum prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις, Rosam cum anemona confers. Sunt qui herbam hanc anemonam fremium à Latinis appellari velint. Caeterùm ad huius nominis etymum respiciens Ouidius, ita clausit Metamorphoseon librum decimum,

Nanque malè haerentem & nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem qui perflant omnia venti.

vel, vt in aliis codicibus, — qui perflant nomina. Sed legendum potius, vt in vetustis, — qui praestant nomina. Loquitur autem ibi de flore ipso. In vulgatis lexicis scribitur, ἀνεμωλίαν Theophrasto lib. 7. historiae plantarum cap. 10, idem esse quod ἀνεμώλιον, & Latinis fremium.
Ἀνεμώλιος, metaphoricè, Vanitas. Luc. μηδὲ ἀνεμώλιος

αἱ ἀνημῶναι τῶν λόγων, id est (inquit Bud.) vana verba, frivola, nugatoria.

¶ Ἀνημώρεια, siue Ἀνημώλεια, Vrbs Phocidis, apud Homerum Il. β, cuius ciuis dicitur ἀνημωρεύς. Sic autem appellata fuit à ventis eam perflantibus. Vide Stephanũ & Eustath.

ΑΝΕΥ, aduerbium, Absque, Sine. Ex α priuatiuo & verbo νίεσθαι, vt vult Eustathius: sed ridiculum videtur esse hoc etymũ. ἄνευ ἠχῆς, Sine sono, Cicero vertit, Sine vllo sono. Interdum redditur per Citra: vt, ἄνευ τῆς πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας, Citra virilem congressum. ἄνευ τῶν πραχθέντων, Factis procul, in vulg. lex. exponitur ex Gellio. Ibidem, ἄνευ πλεόνων, Exceptis aliis, Cicero quoq; particulã hanc variis modis exprimit: vt quũ hæc Epicuri verba, οὐκ ἔστι ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως, vertit, Non posse iucundè viui, nisi sapienter viuatur. Idẽ hunc ex Timæo Platonis locum, in quo bis hoc aduerbium habetur, χωρὶς δὲ τοῦ παντὸς οὐδὲν αὖ τοιοῦτον ὁρατὸν ἡμῖν πέφυκε, οὐδὲ ἁπτόν, ἄνευ πυρὸς στερεοῦ· στερεὸν δὲ οὐκ ἄνευ γῆς: sic reddit, Nihil porrò igni vacuum videri potest, nec verò tangi quod careat solido: solidum autem nihil quod terræ sit expers. Posset tamen & his in locis ἄνευ verti Sine, vel Absque.

Ἄνευ, Præterquam quòd, vt Budæus vertit in hoc Demosthenis loco, ὁ γὰρ τοῦτο ἐκεῖνος πόλεμος, ἄνευ τῆς δόξαν καλλιὼ ἐκείνῃ, ἐν πᾶσι τοῖς καθ' ἡμέραν ὑμᾶς διήγαγεν ὑμᾶς.

Ἄνευ postponitur nonnunquam, vt Sine apud Latinos: vt οἷς ἄνευ, & πᾶσιν ἄνευ, Quibus sine, His sine. Est autem ἄνευ in vsu tam prosæ scriptoribus, quàm poetis: vt Αἴαντα ἄνευ ἐμεῖο.

Ἄνευθε & Ἄνευθεν, apud poetas tantùm pro eodem. Iliad. χ, Οἷος ἄνευθ' ἑτάροιο. Il. π, Μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο Interdum ponitur sine casu. Etymologistes ait nullum extare aliud aduerbium illi simile in θεν desinens.

C. Ἀπάνευθε & ἀπανεύθεν etiã dicuntur pro Sine, vel Procul à, aut Seorsum. vt Il. α, ἀπάνευθε θεῶν. Il. ψ, Μὴ ἐμὲ σὸν ἀπάνευθε λίποι ἀδάκρυτα ἄκλαυτα. Achmet. Il. υ, Εἴως κεν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θεσπέσιον ἔτον αἰχμήν. Od. ζ, αἳ κε τ' ἀπάνευθεν ἔωσι.

ΑΝΕΨΙΟΣ, οῦ, ὁ, Consobrinus, Amitinus, Patruelis, Fratris vel sororis filius. ἀνεψιοί (inquit Hesychius) ἀδελφαὶ εἰσί. Dicitur autem interdũ ὁ ἐκ πατρὸς ἀνεψιὸς, & ὁ ἐκ μητρὸς ἀνεψιός. Isæus, ὁ νόμος δίδωσιν ἀλλήλοις τοῖς ἐκ πατρὸς ἀνεψιοῖς. id est (vt Budæus in Comm. interpretatur) Lex refert hæreditatem amitinis, vel patruelibus, vel agnatis. Variè enim (inquit) accipitur ἀνεψιός. Idẽ in lexico suo scribit, Demosthenes fratris & sororis liberos inuicem ἀνεψιοὺς appellat, & eorũ filios ἀνεψιαδοῦς, in oratione contra Stephanum. Plutarchus Theseum & Herculem appellat ἀνεψιούς. Homerus Il. ι, Ἦ μάλα πολλὰ ἔπαθε καὶ ἀνεψιοὶ ἀμφὶς ἐόντες. vbi Eustathius ἔπαθε ait vocari πάντας τοὺς συγγενεῖς, ὡς ἀπὸ τοῦ ἴσου. dici autem ἀνεψιοὺς, τοὺς τῷ ἡλίκους, ὡς ἀπὸ μέρους τοῦ ἀνεψιοῦ. esse autem ἀνεψιοὺς qui postea nominati sunt ἐξάδελφοι. Cæterùm ἀνεψιὸς vult Etymologistes esse ductum ἀπὸ τοῦ ἀνῆσθαι. vt sit ὁ ἄνωθεν συνειμένος εἰς συγγένειαν. sed viderit.

Ἀνεψιά, ᾶς, ἡ, Consobrina, Patruelis. Xenophon, συνελαύνειν τοὺς ἐμοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφιδοῦς, καὶ ἀνεψιάς. Citatur ex Plutarcho in Solone ἀνεψιὰ μητρὸς pro Consobrina matris. Plut. in Probl. Rom. ἀλλὰ τοῖς συνοικοῦσι χώρησαν ἀνεψιαῖς. συνοικεῖν. vbi quidam ἀνεψιὰς vertunt neptes, alii rectius consobrinas.

Ἀνεψιότης, ητος, ἡ, Consobrinitas, ad verbum, vel Patruelitas. Gradus propinquitatis quam ἀνεψιοὶ faciunt & ἀνεψιαί. Apud Demosthenem, μέχρι ἀνεψιότητος.

Ἀνεψιαδοῦς, ὁ, Filius consobrini, siue consobrinæ, siue patruelis, vel amitini. Demosthenes (vt paulo antè ex Budæo retuli) fratris & sororis liberos inuicem ἀνεψιοὺς appellat, & eorũ filios ἀνεψιαδοῦς, in oratione aduersus Stephanũ. ἀνεψιαδοῦς (inquit Hesychius) ὁ ἐκ τῶν ἀνεψιῶν γεγονὼς ἢ τῆς ἀνεψιᾶς. Fit autem ἀνεψιαδοῦς ex ἀνεψιὸς eadem forma qua ἀδελφιδοῦς ex ἀδελφός.

Ἀνεψιαδῆ, Filia consobrini, vel consobrinæ, siue patruelis, vel amitini.

Ἀνεψιάδης, vide apud Poll. & Suidam in vita Hesiodi.

C. Ἀνεψιὸς pro ἀνεψιὸς putat poni Bud. afferens hunc

Ἀνεμώνη, metaphoricè. Vanitas. Luc. μηδὲ σὺ ἡμᾶς Platonis locum in Euthydemo, ἔστι δὲ ἐκεῖ Ἀξίοχος μὲν ὁ ἐκ τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, ἀνεψιὸς ἢ τοῦ νεωτέρου Ἀλκιβιάδου. Sed & à Polluce ἀνεψιοὶ & ἀνεψιοὶ pro iisdem poni quidam tradiderunt. Ego tamen in ἀνεψιοὶ restringi signif. puto. Idem & de Ἀνεψιάδης dico.

C. Ἐξανεψιός, Expatre consobrinus. ἐξανεψιοί, Quorum patres sunt inter se ἀνεψιοί, aut matres inter se ἀνεψιαί. Iul. Poll. 3, οἱ ὑὸν τὸν ἀνεψιαδῶν καὶ πάλιν ἐξανεψιοί τε καὶ ἐξανεψιαί.

ΑΝΗΘΟΝ, ου, τὸ, Anethum, herba nota, quæ & apud nostrates Græcum nomen ex parte retinet. Sic autem appellatur secundum Etymologistẽ, ἀπὸ τοῦ ἄνω θεῖν, quod citò crescat. Aristoph. in Nub. ἵνα μὴ ἂν ἄνηθον ἢ τὸ τετράβυτιρον ἁπαξ.

C. Ἀνηθοειδής, ἐος, ὁ ἢ ἡ, Anethi speciẽ seu formam habens, i. similis anethe. Ex ἄνηθον & εἶδος.

Ἀνήθινος, ου, ὁ καὶ ἡ, Anethinus, Ex anetho confectus, vel Ex anetho constans: vt ἀνήθινος στέφανος, Anethina corona, pro Ex anetho confecta, citatur ex Theocrito. Et ἀνήθινον μύρον, ex Dioscoridis lib. 1, cap. 62. Item ἀνήθινος οἶνος, ex eiusdem lib. 5, cap. 67.

ΑΝΗΡ, Vir, in genitiuo ἀνδρὸς, & itidẽ in cæt. sed ἀνέρος, ἀνέρι, ἀνέρα dicunt poetæ, & interdũ etiã ἀνδρὸς, ἀνδρὶ, ἄνδρα. in prosa autem vsurpantur hæc, non item illa. Vocatiuus est ἄνερ: vt πάτερ à πατήρ. Vt autem Vir apud Latinos variè sumitur, sic ἀνὴρ apud Græcos. Ἀνὴρ simpliciter pro ἄνθρωπος, vt Vir pro Homo. καὶ ὁ ἁπλῶς ἄνθρωπος, inquit Eustathius, vt in τί χρὴ πάσχειν ἀνδρὶ. & in compositis ἀνδραποδιστὴς & ἀνδροφόνος. nam in his & similibus ἀνδρὸς appellatione omnis ἄνθρωπος intelligitur. Possunt autem alia multa exempla proferri præter hæc Eustathii, huius significationis, ex Homero, quin etiam ex prosa: vt quum dicitur ἀνὴρ ῥήτωρ, & ἄνδρες ἀγωνισταὶ à Demosthene: & passim ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Sed & in aliis quibusdam loquendi generibus: in quorum tamen bona parte viri appellationem potius quàm hominis vsurpamus, Latinè ea interpretantes: vt quum Thucydides de captiuorum permutatione loquens, dicit, ἀνὴρ ἀντὶ ἀνδρὸς ἐλύθη παρ. Sic & quum dicitur κατ' ἄνδρα pro In singulos viros, vel Per singulos viros, aut potius aduerbialiter Viritim. ‖ Vsurpatur itidem pro ἑαυτοῦ, vt ἄνθρωπος, cum apud alios, tum apud Gregorium identidem: vt ὅπερ γὰρ ἀνὴρ αἰδέσιμος ἐμοὶ. pro Erat enim ille. Item, ἐξωμότης πρὸς τὸν ἄνδρα διαφορᾶς, pro Aduersus illum.

Ἀνὴρ, Vir, id est mas, non fœmina, Masculus. Plato De legibus, τῶν ἀνδρῶν ἄπαις. Carens liberis maribus, Masculæ prole carens. Huc pertinet istud loquendi genus, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι. iidem enim appellantur οἱ ἐκ τῶν πατρίων οἰκεῖοι, videlicet agnati & gentiles, vt ait Budæus. De tauro etiam dicitur in Anth. epig. vt Virgil. dixit, Vir gregis ipse caper.

Ἀνὴρ, Vir, id est Non eunuchus, Virilitatem suam habens, id est sua virilia, Non eunuchus. vt in ænigmate quod ex Clearcho profert Athenæus, ἀνὴρ πτηνὸν ἀνὴρ ὄρνιθα πτηνὸν ὄρνιθα ἰδὼν πτηνὸν ἰδών, &c. Nec malè tamen in Actis Apostolicis ἀνὴρ & εὐνοῦχος cõiunguntur, cap. 8, ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης, &c. hic enim ἀνὴρ cum Αἰθίοψ iungitur, & simpliciter pro ἄνθρωπος vsurpatur, de quo vsu modò dictum est. ‖ In epigrammate quodam incerti autoris quod est Anthol. epigr. lib. 1, ἀνὴρ & μαλακὸς opponuntur. vbi à quibusdam ἀνὴρ exponitur Nõ effœminatus. videtur etiam exponi posse Non eneruatus, ex Ouidio. Secundum quosdam autem ἀνὴρ hîc dicitur Non obscœnus, & μαλακὸς contrà Obscœnus. Confer epigramma illud in fontem Salmacin cum iis quæ de eo scribit Ouidius Metamorph. 4. Huius vndas appellat obscœnas idem, lib. 15.

Ἀνὴρ, Vir, id est Virilem ætatem habens, Vir ætate. Plut. in Alcib. ἐν παισὶ δὲ μειρακίοις καὶ ἄνδρα πάσῃ σωφροσύνῃ τὴν ἡλικίαν. Hinc illa loquẽdi genera, εἰς ἄνδρας πλεῖν, item εἰς ἄνδρας ἐγγεγράφθαι, item εἰς ἄνδρας δοκιμάζεσθαι, item εἰς ἄνδρας τελεῖσθαι. vbi ἄνδρας (id est viros) solemus virilem ætatem interpretari. dicimus enim, Ad virilem ætatem peruenire, vel Ætatem virilem attingere, siue attigisse. Dicitur etiam εἰς ἄνδρας

ληθῆν & ἀφθλαθῆν ab Aphthonio, item εἰς ἄνδρας ἀφικέσθαι ad verbum, Ad viros peruenire, id est Ad virilem ætatem. Illud autem εἰς ἄνδρας ἱκνεῖσθαι dicit Demosthenes. Citatur & εἰς ἄνδρας σωφρονεῖν ex Isocrate, pro εἰς ἄνδρας πολεῖν. Idem εἰς ἄνδρας δουναι θῆναι dicit, in Areopagit. ἐπειδὴ εἰς ἄνδρας δοῦναι θῆναι. Sed & δοῦναι θῆναι per se significat idem quod εἰς ἄνδρας δοῦναι καθίστημι. in hoc Demosthenis loco aduersus Midiam, εἰσφέρων ὑπὲρ τῆς δόξης ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε, καὶ ὧν δίκαιον ἐμὲ δοῦναι καὶ ποιῆσαι θαι. vbi δοῦναι θῆναι Budæus exponit εἰς ἄνδρας ἤδη καθίστασθαι, & εἰς ἄνδρας τελεῖν ἀρχαίως, & εἰ. ἄνδρας ἐγγενέσθαι μαίνεσθαι. Romani enim dicebant virilem togam sumere. quod ἀνδροῦσθαι etiam dicitur Aristoteli. Ἄνδρα γενέσθαι etiam est Maiorem annis fieri, vt quo tempore οἱ ἀνδρωθέντες λόγον ἀπῄτουν τῆς οἰκήσεως, id est, Rationem reposcebant & reliquæ tutelæ administratæ. Non solùm autem dicunt ἄνδρα γενέσθαι, sed etiam ἄνδρα πλέειν. Xenophon Pæd. 8, πλεῖς πανηγυρίδας, πλὴν ἀνδρείας. Nec solùm inuenitur ἀνὴρ πλέων, sed & ἀνὴρ μάτην, quem sequitur ἀφρόνως τῇ ἡλικίᾳ. hunc autem ἄνδρα μάτην præcedit ἀνὴρ νέος.

Ἀνήρ, Vir, id est Virili animo præditus, Strenuus, Fortis. Iliad. ϗ, Ἀνέρες ἔστε φίλοι, μνῆσαι δὲ θούριδος ἀλκῆς. aliis quoque multis in locis sic vtitur. & apud Thucydidē scholiastes ἄνδρας exponit ἀνδρεῖοι. Sic & Latini virum vsurpant in certis loquendi generibus. Horatius autem nouè dixit, Nam siquid in Flacco viri est, pro Siquid virilis animi, meo quidem iudicio. ‖Dicuntur etiam aliquando ἄνδρες quicūque aliquid dignum viro vel dicunt vel faciunt: & non esse ἄνδρες, qui seruile quidpiam & abiectum facere sustinent: vt Xenophon in Hierone, de iis qui laudis & gloriæ cupiditate ducuntur, ait, ἄνδρες καὶ οὐκ ἐπ' ἄνθρωπε μόνον νομιζόμενοι. Herodotus in Polymnia, δῆλον δ' ἐποιεῦντο ὅτι πολλοί μὲν ἄνθρωποί εἰσιν, ὀλίγοι δ' ἄνδρες, Multos quidem esse homines, paucos autem viros. Cicero lib. 5 epistolarum ad fam. in epistola ad Publium Sestium, Vt & hominem te & virum esse meminisses. Rursus Xenophon Pæd. 4, ὡς ὁ πάππος τοιοῦτος, οὐκέτι ἀνὴρ ὄζει, ἀλλὰ σκυθρώπιος. Idem Hellenicōn -, μετεγνωκότα καὶ ὑπερφιλοῦντα τὸν Λυκομήδην, καὶ μόνον ἄνδρα ἡγούμενον. Æschines in Ctesiphontem, σοφίζει δὲ ἀνδρὸς οὐ σοφίζεις.

Ἀνήρ, Vir, id est Maritus. quæ significatio vnà cum præcedente haberur in apophthegmate cuiusdam Lacænæ quod commemoratur à Plutarcho in Lycurgo, μόναι γὰρ ἀνδρῶν ἄρχουσιν ὑμῶν αἱ Λάκαιναι. μόναι γάρ, ἔφη, λαμβάνουσιν ἄνδρας. Homerus Odyssea ?, Ἄνδρά τοι καὶ οἶκον καὶ ὁμοφροσύνην ὀπάσσαι Ἐσθλήν. & subiungit, nihil potius esse ac præstantius quàm quum concordes eandem domum habitant ἀνὴρ ἠδὲ γυνή, id est maritus & vxor. Iungitur cum genitiuo: vt ἀνὴρ ἑταίρης, Maritus illius. Athen. 12, ἡγοῦνται δὲ αἰσχρὸν οὐδὲν εἶναι τὰς ἀνδρευομένας τῶν ἑαυτῶν. Dicitur item ἀνδρὸς ὥραια, virgo nubilis. quod genus loquendi aptissimè (vt opinor) exponere possumus Horatianis verbis, Tempestiua viro. Planè enim Græcorum imitatione videtur ita loquutus fuisse. Odyss. α, — καὶ ἀνίεις μητέρα δώτῳ. Iliad. τ, Ἄνδρα μοι ὦ ἔδοσαν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ. Possumus tamen in huiusmodi loquendi generibus, ac præsertim in hoc vltimo, ἄνδρα accipere simpliciter pro viro, non pro marito. sicut & quum dicitur puella ἀνδρὸς δεκτική. q.d. capax viri, Latinè viripotens.

Ἀνὴρ ancipitem habet vocalem α, id est quæ produci vel corripi possit. His in locis producitur, Iliad. ν, Αἶσις δὲ αἰσιμὴ ἔρριζε, κύριος κάμω, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Odyss. α, — καὶ ἀνίεις μητέρα δώτῳ. Iliad. λ, Ἑστήκει κύνες τε καὶ ἀνέρες ἀχεύοντες. Iliad. σ, — μή δ' ἀνέρες οἷς ἔπι χῆρας. & alibi frequenter. Corripitur autem hic, Iliad. ρ, Ὅππότ' ἀνὴρ ἰθὺς ἔλαση θοὸν δαίμονα φωτὸς μαχέσασθαι. Il. π, Ἔνθα δ' ἀνὴρ ἕλεν ἄνδρα καθαπτόμενος ὑσμίνης Ἡγεμόνων. qui versus habetur etiam Il. ο. quanquam in editionibus quibusdam particula δὲ non additur eo in loco: sed legitur ἔνθ' ἀνὴρ, & ita longam haberet priorem ἀνὴρ. Sed obseruauit particulam hanc in iisdem editionibus non solùm temerè omissam, sed & additam nonnunquam: vt in versu quem modò ex Il. ρ protuli, Αἶσις δὲ αἰσιμὴ ἔρριζε, &c. nam cum in aliis quibusdam editionibus, tum in Florentina ibi legitur, Αἶσις δ' ἀμφὶ αἰσιμὴ ἔρριζε, non sine manifesto errore.

C. Ἀνηρόδασμος, ου, ὁ, Angusta via, vt quæ vni duntaxat viro sufficiat, quæ vnum tantummodo virum capiat. στενὴ ὁδὸς, Hesychius. Dici puto quasi ἀνηρὸς βασμός.

C. Ἀνηροβόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Viriuorus, Virorum deuorator, Homines vorans: vt ἀνηροβόροι κύνες. & in Anthologia epigrammatum, Ἀνηροβόρε, ὁμάτηχε κυνῶν, ἄλουρε κακίστη.

C. Ἀνηρογήνεια, ας, ἡ, Virorum genitura, Virilis sexus genitura, vel propagatio, vt exponitur apud Hippocratem. Secundum quosdam tamen ἀνηρογήνεια est generaliter Hominum genitura, siue propagatio. Malè autem scribitur in quibusdam libris & in vulgatis lexicis ἀνηρογήνεια cum accentu in antepenultima. ita enim esset nomen ὁπλιτικὸν: vt ἀφροσύνεια, νεογήνεια.

C. Ἀνηρογόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Virum generans, vel gignens. Apud Hesiodum ἀνηρογόνος dicitur ἡμέρα, dies. in Diebus, μάλ' ἀσύμφορός ἐστι φυτεῦσαι. Ἕβδομη δ' ἀνηρογόνος. Quo in loco ἀνηρογόνος, ab eo dicitur Virorū generatrix. Fortasse virisatrix possemus interpretari, ex virisator (eadem forma facto qua virisator) deducentes fœmininum virisatrix: sed asperius est fœmininū quàm masculinum. A quibusdam ἀνηρογόνος ἡμέρα apud Hesiodum exponitur dies viripara. A Nonno ἀνηρογόνος χεὼς vocatur humus ex qua formatus fuit Adam, quasi virigeneratrix. Vide γονος, ex quo & ἀνὴρ componitur hoc nomen.

C. Ἀνηρομώης, ου, ὁ, vel Ἀνηρόμοιος, ad verbum (si ita dici posset) Marifœmina, pro Mas & fœmina, Vir pariter & fœmina, Vtrunque habens sexum, vel Vtriusque naturæ, vt loquitur Plinius: ex cuius libro 3 citantur hæc verba, ἀνηρομώαι appellabantur populi quidam in Aphrica, vtriusque naturæ, inter se vicibus coeuntes: quibus dextra mamma virilis erat, sinistra verò muliebris. Plato in Symposio, ἀνηρόμοιον γὰρ ἦν τότε ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ εἶδος καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τότε ἀρρενός καὶ θηλέος· νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ὄνειδός τι λόγου κείμενον. Augustinus de androgynis loquens, In his (inquit) sic vterque sexus apparet, vt ex quo potius debeant accipere nomen incertum sit. Hi alio nomine ἀμφίσβητοι vocantur, item ἑρμαφρόδιτοι, ab Hermaphrodito Mercurii & Veneris filio, qui cum nympha Salmacide confusum sexum habuisse perhibetur.

Ἀνηρόγυνοι vocantur etiam illi quibus excisa sunt virilia. qui & ἀπόκοποι, & χωνίδες, item ἡμιχωίαικες, item ἡμίανδροι, id est Latinè ad verbum, Semiuiri. Vide Pollucem. ‖Ἀνηρόγυνος ab Hesychio exponitur non solùm ἑρμαφρόδιτος, sed etiam ἀσθενὴς & ἀνίσχυρος, id est Debilis & imbecillis, Inualidus. quæ significatio videtur manare ex proximè dicta. nam fere cum virilibus excinditur etiā virile robur, & vigor virilis. Est item ἀνηρόγυνος ex Suida Effœminatus, Muliebri & molli animo præditus, ἀνανδρος. In Parabolis Solomonis capitur pro socorde & parum strenuo, ac non virili, vt scribit Budæus.

Ἀνηρόγυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, adiectiuum· vt ἀνηρόγυνα λουτρὰ ex Anthologia epigr. citatur pro balneis vbi promiscuè viri & fœminæ lauantur. ‖Sunt qui ἀνηρόγυνος velint Bacchi etiam cognomen esse.

C. Ἀνηροδάμας, αντος, ὁ, Gemma quædam, sic dicta quòd impetus hominum domet, Plin. nam δαμάω (pro quo & δαμάζω) sonat domo.

C. Ἀνηροδῦμος, apud Hesychium (si mendum nō est) ὕπανδρος γυνή.

C. Ἀνηρόδομος, ου, ὁ, quasi ἀνηρὸς δόμος, Triclinium. τρίκλινος, Suid. Hesych. Idem quod ἀνηρών, secundum quosdam.

C. Ἀνηρόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A viro interfectus. Sophocles in Aiace, — ἐν μέσοις βοτοῖς Σιδηροκμήτοις. vbi scholiastes, σιδηροκμήτοις, τοῖς σιδήρῳ φονευθεῖσιν, οἷς ἀνηροκμήτοις. Vide κάμω.

C. Ἀνηρκαίμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A viro elaboratus, A viro

constructus: vt ἀνδρομήτῳ ὅπλῳ τόμῳ, Il. λ. Sic & Hesychius ἀνδρομήτους ἀγῶνας dixit certamina à viris laborata, cum labore peracta. Sed Hesychius ponit & aliam expositionem apud Homerum, vt ἀνδρομήτῳ possit significare, In quo vir mortuus iacet. Vide κάμω.

C. Ἀνδροπόθαλος, ω, ὁ, Nequam, Improbus, Veterator. κακοῦργος, Suidæ. Hesychio κακοῦργος & πανοῦργος, scribenti etiam duplici λ.

C. Ἀνδροκτασία, ας, ἡ, Hominum vel hominis cædes, Homicidium. Il. ψ, — ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς. Item Il. λ, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἐκ δ' αἵματος, ἐκ π πυδυμοῦ. Aliquãdo etiã pluralem numerum vsurpat: vt Iliad. ν, — μαίνεαι τ' ἀνδροκτασίας π. Item Iliad. ς, Παύσασθαι βροτολοιγὸν Ἄρεα ἀνδροκτασιάων. Possumus autẽ ἀνδροκτασίας simpliciter interpretari Cædes, vel Homicidia. Vide verbum κτείνω, quod significat Interficio.

C. Ἀνδροκτόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Hominis vel hominum interfector, Homicida. ἀνδροκτόνου χωμαστοῦ, Plutarch. πᾶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρ. VNDE Ἀνδροκτονία idem significans quod proximè præcedẽs ἀνδροκτασία, & ab eodẽ verbo κτείνω; sed ab alio eius tempore deriuatum.

C. Ἀνδρολήμων, ης, ὁ, Virilem habens animi elationem. ἀνδρολήμων, ἀνδρὸς ἔχουσαν λῆμα. Hesych.

C. Ἀνδρολυμία, ας, ἡ, vel Ἀνδρόλυμον, ου, τὸ, Corporum pigneratio. hæc autem dabatur non contra eos qui profugos suscipiebant, sed contra eos apud quos facinus perpetratum fuerat. Itẽ, Corporis prehensio, vt docet Budæus in Comm. Eundem in Annot. posterior. consule, & inde vocis huius exẽpla pete. Si (inquit Suid.) extra Atticam vir Athenienſis interfectus fuisset, & ciuitas in qua perpetratum id homicidium erat, eum qui eius autor esse videretur, ad pœnam poscentibus non daret: tres licebat ciues illius ciuitatis capere, & pœnã homicidii daturos Athenas abducere. atque hoc appellabatur ἀνδρολήψιον. Citat deinde hũc Demosthenis locum in oratione aduersus Aristocratem, ὡς δὲ τύπτεις, ὀνόμενος, ἐὰν μήτε δίκας ὑπ' ἐμοῦ παρ' οἷς αὐτὸ τὸ πάθος ἠδίκησαι, μήτε τοὺς δικάσοντας ἐνδιδῶσι, καὶ δίκην τούτων τῷ μὴ χρῆσθαι τῷ ἀνδρολήψιον. Subiũgit idem Suidas paulo aliam interpretationem nominis ἀνδρολυμία, ex Harpocratione descriptam, quem adi. Dicitur autem ἀνδρολυμία forma eadem qua ποδοπολυμία. A λαμβάνω enim fit λῆψις nomen verbale, pro quo in cõpositione λυμία.

C. Ἀνδρολογέω, ῶ, Fut. ήσω, Viros lego vel colligo, ad militiã videlicet, Delectum habeo. Alciphron, ἀνδρολογοῦσί δὲ ὁπόταν Πειραιεῖς ἢ Φαληρόθεν. Sic dicitur vt ξενολογῶ & στρατολογῶ. Hesych. ἀνδρολογεῖ explicat στρατολογεῖ.

Ἀνδρολογίζω, pro eodem. sed ab Hesychio ponitur duntaxat præcedens.

Ἀνδρολογία, ας, ἡ, Virorum collectio ad militiam, Virorum delectus. Item, Collectio quælibet quæ fit viritim: vt Maccab. cap. 2, τὸ πατρῷόν σου κατ' ἀνδρολογίαν κατασκεύασμα εἰς ἀργυρίου δ' ἐχουσαὶ δισχίλιαι, ἀπίσχλιν, &c. Vbi exponitur Præparationes viritim collectas.

C. Ἀνδρομανής, ές, ὁ καὶ ἡ, Insaniens viris, Insaniens virorum amore, Viros insanè amans vel appetens. De muliere dicitur: vt contrà vir dicitur γυναικομανής, insaniẽs amore mulierum.

Ἀνδρομανία, ας, ἡ, Virorum insanus amor, qualis est impudicarum mulierum. Greg. ἀλληλοφονίαις, μυιχίαις, ὁπορνίαις, ἀνδρομανίαις.

C. Ἀνδρομάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum viris vel cum viro decertãs, vt θηριομάχος, Cum fera vel cum feris decertans. In Anthol. epigr. ἀνδρομάχοις χορεί.

Ἀνδρομάχη, ης, ἡ, Nomẽ proprium mulieris. ita enim vocabatur vxor Hectoris, secundum quosdam grammaticos, ἀπὸ τοῦ ἀνδρῶν καὶ τοῦ μάχων. Sed eleganti & apto ioco potest ex proprio nomine fieri appellatiuũ, & vocari ἀνδρομάχη quælibet mulier litigare & rixari cum viro solita. Hoc sensu, dii boni, quàm multæ sunt hodie per totum orbẽ Andromachæ: sed ibi præsertim abundant ἀνδρομάχαι vbi viri sunt γυναικοκρατούμενοι.

C. Ἀνδρομήκης, ους, ὁ καὶ ἡ, Virilem altitudinem seu staturam habens, ἀνδρὸς μῆκος ἔχων. est tamen μῆκος propriè longitudo: sed hominis longitudo vix dicatur. Gaza vertit Altitudinem hominis. Nostrates itidem dicunt De la hauteur d'un homme. nam hauteur est altitudo. Xen., Hell. 3, στυρακίοις ἀνδρομήκεσι ὅπλοις. Et apud Athenæum lib. 5, σὺν ἀνδρομήκεσι λαμπροῖς χρυσῷ πεπλήμασι. Itẽ ἀσπὶς (id est clypeus) dicitur ἀνδρομήκης, qui & ποδιαῖος apud Homerum. Vide Eust.

C. Ἀνδρόπαις, αιδος, ὁ, Puer ad virilem ætatẽ tendens, Puer iam grandior. ¶ Vel, Puer virilem prudentiam præ se ferens, Puer aliquid virilis prudentiæ resipiens. Hes. vtranq; ponit expositionẽ, Suidas priorẽ duntaxat. Ego posteriorẽ malo: nisi ἀνδρύμβος accipiatur potius pro eo qui virilitatẽ quãdã præ se ferat. Affertur autẽ ex Soph.

C. Ἀνδροπληθία, ας, ἡ, Hominum multitudo, Hominũ amplus cœtus. ἀνδρῶν πλῆθος. Suid.

C. Ἀνδροποιός, οῦ, ὁ ἡ, ἡ, Viros faciens. In vulg. lex. Græcolat. ponitur hoc vocabulum, sine autore.

C. Ἀνδροπρεπής, ές, ὁ ἡ, ἡ, Virum vel viros decẽs, Viro seu viris conueniens, Viro siue viris dignus: vt ἀνδροπρεπὴς μορφή, Digna viro forma, Virum decens forma. Compositum cum verbo πρέπω.

C. Ἀνδροσάθων apud Suidam & Eustathium, Ἀνδροσθὴς apud Hesychium, Virilia grandiora habens, Membrosus, eo sensu quo de obscœno deo dicitur. Sed Hesych. vult ἀνδροσθὴς posse etiã intelligi ipsum virile mẽbrũ.

C. Ἀνδρόσαιμον, ου, τὸ, vel Ἀνδρόσαιμος, ου, ἡ, Ruta syluestris, πήγανον ἄγριον. Sic dicitur quòd eius flores, si digitis terantur, sanguineo succo manẽt. αἷμα enim est sanguis. Vide Dioscoridem. Oribas. alio nomine ascyron vocari dicit: Aetius atractylida.

C. Ἀνδρόσακες, εος, τὸ, Herba quædam amara, tenues cirros sine foliis habens. de qua lege Dioscoridem. Fortasse ita dicitur quasi ἀνδρὸς ἄκος.

C. Ἀνδρόσιτις, ὁ ἡ, ἡ, Hominibus noxius. in Anthol. epigr. ἀνόμαι, est noceo: vnde σῖτις.

C. Ἀνδροφάγος, ου, ὁ ἡ, ἡ, Hominiuorus, seu Homiuorus, Humana carne vescens. idem quod ἀνθρωποφάγος. Philostratus in Heroicis.

Ἀνδροφαγέω, ῶ, Humana carne vescor. idem quod ἀνθρωποφαγέω.

C. Ἀνδροφόνος, ου, ὁ ἡ, ἡ, Homicida. Il. ω, Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο κάρη μὴ χερσὶν ἔχουσα. Vnde Horatius homicidam Hectorem nominauit. Apud eundem Homerum Achillis manus dicuntur ἀνδροφόνοι. Apud Hesiodum ἀνδροφόνος μελίη. In Anth. epigramm. ἀνδροφόνος φρενίτις. Vsurpatur autem non solùm in carmine, sed & in prosa. φόνος est cædes, sed in cõpositione capitur pro cædem perpetrante.

Ἀνδροφονία, ας, ἡ, Homicidium. pro quo ἀνδροκτασία apud poetas, præsertim heroicos, quòd ἀνδροφονία versum heroicum ingredi non possit. Apud Homerum ἀνδροκτασιάων exponitur ἀνδροφονιῶν. Dicitur verò & ἀνδροκτονία interdum in prosa, pro eodem.

Ἀνδροφονίω, νῶ, Homicidium perpetro, Sum homicida. Interdum pro φονεύω simpliciter, vt apud Hippocratẽ in epistola ad Demagetum, βασιλῆας ἀνδροφονίοισι, γλιχομένους ἀρχμητῆρας ζηπυῦσι.

C. Ἀνδρόφωνος, ου, ὁ ἡ ἡ, Virilem vocem habens. Comicus quidam apud Athenæum lib. 9, ἡ δ' ἀνδρόφωνος γύναιμα γλαύσεται. Compositum cum φωνή.

C. Ἀνδρόφιλος, ου, ὁ, Virum amans, vel Viro amicus. Magis proprii nominis speciẽ præ se fert, quàm appellatiui: sicut δίφιλος ex quo per syncopẽ factũ fuit δίφιλος.

C. Ἀνδροφόντης, ου, ὁ, Homicida, aut magis ad verbum Viricida. Il. ρ, ἐνυάλιος (id est Mars) hoc epitheton habet. scribitur tamen ἀνδροφόντης potius quàm ἀνδροφόντης. Eustathius vtriusq; scripturæ meminit, ex cuius verbis colligimus, ἀνδροφόντης scribendo, dici primùm ἀνδροφόντης pro ἀνδροφόντης, deinde per epenthesin ipsius ι, ἀνδροφόντης.

Composita in quibus remanet duntaxat ἀνδρ, vocali amissa. ἀνδρεκτόνον tamen pro diuersa etymologia, vel retinuisse α, vel amisisse videri potest: vt ibi dicetur.

C. Ἀνδρεξαλία, ας, ἡ, Fortitudo, Strenuitas. Item, Actio digna forti viro. quasi ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργον. accipiẽdo ἀγαθὸν pro strenuo & forti. Quidã apud Plut. in Apoph. ἀνδρεξαλίας ἢ παλαιστρικὰς μισθοὺς ἢ δωρεὰς δίδωμι. Vsurpatur

aliquoties à Xenophonte. Significat autem ἀνδραγαθία potius ipsum habitum ad fortitudinem, quàm ipsam actionem: sed tamen interdum hanc quoque significationem habet, idem valens videlicet quod ἀνδράγαθημα. vnde & ἀνδραγαθήσειν plurali numero pro ἀνδραγαθήματα. Diodorus Siculus lib.15, pag.487 meæ editionis, τῆς γὰρ ὅπλα λίαν ἐπιδεδωκυίας τοῖς ἀνδραγαθίαις.

Ἀνδραγαθία, inquit Budæus, apud Dem. Officium viri boni, Probitas. κατόρθωμα.

Ἀνδραγαθίζομαι, Fortem virum me præsto, Fortiter me gero, Strenuè me gero, vel Strenuè rem gero. vnde Ἀνδραγαθίω.

Ἀνδραγαθίζομαι, Probum virum me præsto. Ex Thucydide Bud. in Comm.

Ἀνδραγαθίω, ῶ, Idē, Fortiter vel Strenuè me gero, Strenuè seu fortiter rem gero, Viriliter ago, Fortē virū me præsto, Præclarū aliquod facinus edo, & viro forti dignū. Idem ἀνδραγαθεῖν & ἀνδραγαθίζεσθαι. sed illud frequentius quàm hoc: & illud voce actiua, hoc voce passiua enuntiatur. quod puto voluisse significare Suidam, quum scribit, ἀνδραγαθίζομαι, ἀνδρίζομαι. ἀνδραγαθῶ δέ. Plutar. in Eumene, ὁ δὲ ἐξευλαβεῖτο ἀνδραγαθεῖν τοῖς περὶ αὐτὸν ἀγαμόσιν, αἰτησάμενος. Interdum cum accusatiuo. vt apud eundem in Apophth. καὶ πολλὰ τῶν βαρβάρων χώρας ἀνδραγαθήσαντα ἀφῄρηται.

Ἀνδραγαθεῖν dicuntur viri, ipsæ autem res ἀνδραγαθεῖσθαι, id est fortiter geri, vel præclarè. vnde participium ἀνδραγαθούμενος, cui opponitur ἠμελημένος, in hoc Plutar. loco, τὰ μὲν οὖν ἠμελημένα λελύσθω τοῖς ἀνδραγαθουμένοις.

Ἀνδραγάθημα, ατος, τό, Facinus viro forti dignum, Factū virile, vel forte, aut strenuum, Actio viri fortis, Res fortiter gesta, vel præclarè gesta.

ΕΤΑΪ́ΡΟΣ, ου, ὁ, Sodalis. Od. π, Ἦ μάλα τίς τι ἰδὼν ἐπιτέλλεται ἐσθλὸν ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Et Il. ρ, Σαρπηδὼν ἅμα ξεῖνος καὶ ἑταῖρος. Ibidem, — ἐπεὶ οἱ ἑταῖρος ἔλω φίλος εἰλαπινάστης. Et παρῳδίας ἑταῖρος, vt Od. ρ, Οἵ τε οἱ ἐξ ἀρχῆς παρῳδοὶ ἦσαν ἑταῖροι. Sic autem & alibi cum datiuo, vt Il. σ, Ἔνθεν δ' ἦεν ἑταῖρος. Vt autem dicitur ἐμοὶ ἑταῖρος, sic etiam ἐμὸς ἑταῖρος. vt Il. ψ, Μυρμιδόνες πεζόπωλοι, ἐμοὶ ἐκέκλετε ἑταῖροι. Itidemque dicit οἷς ἑταίροις. vt Il. λ, Οἷς ἑταίροις σίλλυπα καὶ ὀφρυόεντα μάχεσθαι. Et Od. ξ, Αὐτάρ ὁ οἷς ἑταίροισιν ἐκέκλετο δῖος ὑφορβός. Frequentissimus est huius vocabuli vsus in soluta quoque oratione. Tribuuntur verò & regibus ἑταῖροι. vt à Xenophonte qui Pæd. librum 5 ita orditur, Καλέσας δὲ ὁ Κῦρος Ἀρταξέρξην Μῆδον, ὃς ἦν αὐτῷ ὁπηνίκα παιδὸς ἑταῖρος, ὥ καὶ πάνυ φιλῶ, &c. Sic Demosthenes in oratione ad Phil. epistolam, ei tribuit ἑταίρους, scribens, τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας, βούλοιτ' ἂν ὑμᾶς ἔχοντας ἐν αἱρέσει, πρεσβεύειν δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας. Quibus in locis (Xenophontis dico & Demosthenis) ἑταῖροι videntur esse qui Gall. *mignons*: eo sensu quo dicuntur *les mignons du roy*. Eo autem magis respondet vox hæc Gallica Græcæ in huiusmodi locis, quòd vt illa aliquam effœminati cultus signif. inclusam habet, qualem in nostris illis aulicis cernimus, quibus id criminis datur: sic & olim ἑταῖροι regum, atque adeo huius ipsius de quo loquitur Demosthenes, vsqueadeo luxu & mollitie diffluerent, vt Theopompus ἑταίρας potius quàm ἑταίρους appellãdos esse dixerit. Cæterùm eo ferè sensu quo dicimus *mignons du roy*, videntur à Liuio dici Qui sunt à latere regis. Alioqui Familiares hic saltē dicere malim quàm sodales. Sed & in aliis plerisque locis illam interpretationem huic anteposuerim. Imò verò ἑταῖρον alicubi vertere etiam socium minimè dubitarim. qui autē me reprehendent, (vt certè multis hanc interpretationem displicere video) illis eadem opera & Latini poetæ reprehendendi fuerint qui quos Homerus appellauit passim Vlyssis ἑταίρους, ipsi quoque passim Vlyssis socios nominant. Quod autem in hoc Latino nomine, idem & in plerisque aliis vsuuenire animaduerti, vt nimirum inopia linguæ Latinæ sæpe laboremus non ob eam duntaxat causam quam reddit Quintilianus, sed quòd multa verba licet Latina, Latinitatis finib⁹ alioqui per se angustis expellamus: in cõtrariũ vitiũ incurrẽtes ei quo imperitũ vulgus laborare videmus. hoc enim apertè etiam barbara donare ciuitate Romana conatur. Cuius rei admoneo propter nonnulla loquendi genera ac vocabula quæ reprehensum iri à multis scio, sed nihilo iustius quàm siquis me quòd ἑταίρους Ὀδυσσέως vertam socios Vlyssis, reprehendat. Interim tamen fateor me ea quæ lexicographis & grammaticalia tractantibus cõceditur, libertate vsum, multa etiam quæ alioqui planè à Latini sermonis consuetudine abhorrent, atque adeo barbara sunt, vsurpasse, & alicubi vt facilius à balbutiẽtibus pueris intelligerer, cum illis velut balbutisse. Hoc autem & lexicographos Græcos alicubi feciſse sciendum est. quod qui non considerabit, multa apud eos inueniet quæ illi & admirationem moueant & multum negotii facessant. Atque hoc semel in toto hoc opere dictum sit. Illud autem pro voce ἑταῖρος addo, Patroclum, quem Homerus Achillis appellat ἑταῖρον, à Latinis poetis passim quidem amicum dici, sed & alicubi socium, nisi me fallit memoria.

Ἑταῖρε interdum est etiam quædam compellatio, qualis apud Gallos *compagnon* (quod planè Græcæ vocis significationi respondet) vel, *mon ami*. quum vel parum notũ, vel prorsus etiam ignotũ alloquimur. Sic Matth. 20, ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ σε. (At verò vbi Christus dicit Iudæ, ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; vocabulũ hoc in prima eius significatione accipio. vt perinde sit ac si diceret, Quorsum ades tu qui esse sodalis meus solebas? vel, familiaris meus) Talē autem vocatiui ἑταῖρε vsum apud classicos etiam scriptores obseruare me memini. Atque adeo in præsentia loci vnius recordor huc pertinentis. Is est in longa illa epistola Hippocratis ad Damagetum, vbi illi qui nunquam antea visus fuerat, & de nomine duntaxat notus erat, dicitur τί δέ σε χρὴ δεῦρ' ἐλθεῖν ἑταῖρε; Sed & apud Plutarch. in lib. πῶς ἂν τις αἰσθοιτο τῶν χρησ. ὦ ἑταῖρε blandè compellantis esse videtur, vt Lat. Amabo vel Sodes.

Ἑταῖρος cum genitiuo rei. Synes. epist. 81, τὸν σπάρτον, τὸ ἐμμελὲς, τὸν παιδείας ἑταῖρον, q.d. Doctrinæ familiarem. Id est Cui intercedit familiaritas cum doctrina. Possumus autem & inuersa structura orationis dicere, Cui doctrina est familiaris. At verò apud Theognidem, Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι, esse resoluendum genitiuum in præpositionẽ ὡς cum datiuo, dicẽdo, πολλοὶ ἑταῖροι ὡς πόσι καὶ βρώσι, ostendit sequens versus, Ἐν δ' ὀνυδαίῳ σπήϊ πανάποροι. Gall. itidem dicimus, *amis de table*. id est, qui mensa tenus se amicos exhibent.

Ἑταῖρος ab Homero vocatur etiã Administer & Adiutor. à quo & ventus dicitur nauigantibus esse ἑταῖρος ἐσθλός. Vide Eustath. de hac significatione, simul verò & de huius vocis etymo ab ἕτος vel ab αἴρω τέω.

POETAE autem Ἕταρος etiam dicunt, metri causa. Hom. Od. α, in princ. quum dixisset Ἀρτέμιδος δ' ἐν ψυχὴν

καὶ τόσον ἑταίρων, dicit proximè sequente versu, Ἀλλ' οὐδὲ Α
ὡς ἑτάρους ἐρύσαντο ἱμάδιος πόδας.

Ἑταίρα, & Ionicè ἑταίρη, Sodalis, fœm. gen. Amica. Sic Galli ô émis étaîros, mon compagnon, ἡ ἐμὴ ἑταίρα, ma compagne dicunt. Sappho, τὰ δ' ἐμῶ ἑταίραις ταῖς ἐμαῖς πρέπει καλὸς ἀείσω. Et, Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι. Homerus apud Athen. vocat etiam citharam ἑταίρην cõsuetudinis. Φόρμιγγός θ' ἱμερόεσσα, ἣν ἑταίρην πέποσαν ἑταίρῃ. sed nos apud Homerum Od. θ legimus, Φόρμιγγός θ' ἣ δαπὰ σύμφορός ἐστι θαλείη. admonet tamē Eustathius in quibusdam exemplaribus pro θαλείη legi & ἑταίρη, quæ tertia fuerit lectio.

Ἑταίρα, Meretrix. Cuius appellationis autores tradun tur Atheniēses, rei odiosæ speciosum dare nomen volentes. ita enim ἑταίρα dixerūt pro πόρνη, vt σωμοπάξις pro φόρος, & οἴκημα pro δισμωτήριον. In vulg: lex. annotatur ex Plutarcho, Solonem per vrbanitatem appellasse ἑταίρας quæ πόρναι dicebatur. Quod tamen à Plutarcho non dicitur, sed Athenienses in imponendis nouis illis nominibus imitatos esse Solonem, qui χοιρὼν ἀποκτὴν appellauerat ὑποχοίνας. Itidem certè mutarunt Itali quidem primùm, deinde verò & Galli odiosum nomē quod πόρνη illis significabat. vnde est hodie honestum vel potius speciosum vocabulum courtisane (ab Italico vocabulo) pro turpi putain vel paillarde. Sed ita mutarunt vt tamen & alterum manserit: sicut etiam Græci suum πόρνη seruarunt. Ad nomen autem Latinum Amica quod attinet, ita meretricem apud poetas significat, vt tamen potius Græco ἑρωμένη respondeat, eodémque modo cum adiectione dicatur. Sed de harum vocum discrimine agam & infrà. Caterùm ad huius vocis ἑταίρα originem respiciens Antiphanes, dixit de quadā meretrice optimè morata, illam ὄντως fuisse ἑταίραν, quum cæteræ contrà tam pulchrum nomen moribus suis contaminent. Postquam enim dixit de illa, Ἥδύς τ' ἀκροᾶσθαι ὡσεὶς ἀφ' ἑτέρου κιθαρίζης, subiunxit, Ὄντως ἑταίρας. αἱ δὲ ἄλλαι ὄνομα βλάπτουσι τοῖς ἔργοισιν, ὄντως οὐ καλόν. Anaxilas verò (comicus & ipse) dicit cuidam, eum non πόρνης (vt ipse vocabat) sed ἑταίρας amore capeum esse, & ἑταίρας appellationem ἀπὸ τῆς ἑταιρείας sumptam esse. ita enim scribit, ἀπὸ τῆς ἑταιρείας, ἑταίρας ὄνομα μετωνομάσθη. καὶ σὺ νῦν οὐχ οἷς λέγῃς, Πόρνης, ἑταίρας δ' εἰς ἔρωτα τυγχάνεις ἐλευθέρως. Est autem obseruanda hæc deductio, propter illud etiam quod quidam veteres grammatici annotāt, ἑταίρα videlicet in hac significatione non habere præcedens masculinum. Quibus tamen puto responderi posse, nomen ἑταίρα pro sodali muliere habere suum masculinum ἑταῖρος: quanuis autem ab illa significatione in aliam detortum sit, nō ideo desinere ἑταῖρος masculinū eius esse. Obseruanda verò est diuersitas accentus in genitiuo plurali ab ἑταῖρος, & gen. plur. ab ἑταίρα: in qua luserunt aliquando Græci scriptores: vt quidam apud Athenæum lib. 13, οὐ δεῖ ὦ σοφιστὰ ἐν τοῖς καπηλείοις σωσαφύρη οὐ μετ' ἑταίρων ἀλλὰ μετ' ἑταιρῶν, μαζοπρωκτούσας αὖθι σαυτὸν οὐκ ὀλίγας ἔχων. (repono autem hic σωσαφύρη pro σωσαφώρη: de qua mea emendatione iudicet lector.) Porro non solùm dicebatur aliqua esse ἑταίρα, sed interdum & cum adiectione, esse ἑταίρα huius vel illius. sed rarò tamen: potius enim voce ἑρωμένη tum vtebantur. quæ alioqui sine adiectione non ponebatur. & quanuis quum dicebatur ἡ ἑρωμένη ἀυτοῦ, vel αἱ ἑρώμεναι ἀυτοῦ (vt Athen. Φιλάδελφος πλείστας ἔσχεν ἑρωμένας) vt plurimum non aliud intelligeretur quàm ἡ ἑταίρα ἀυτοῦ & αἱ ἑταῖραι ἀυτοῦ, non tamen ἑρωμένη sine genitiuo itidem ponebatur pro ἑταίρα. Vt autem dicebatur ἔχειν ἑρωμένην (sicut ἔχειν ἑταίραν) ita vicissim illa dicebatur ἔχειν ἑρώμενον vel ἔχειν ἐραστήν. Denique honestior multo erat appellatio ἑρωμένης quàm ἑταίρας, & quiddam minus meretricium præ se ferebat. Plato tamen non dubitauit dicere se habere Archeanassam ἑταίραν, in hoc versu, Ἀρχεανάσσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίραν. Et vice versa poeta quidam Latinus (Propert. si bene memini) amicas, quod Græco ἑρωμένας respondere dixi) non aliud quàm meretrices esse ostendit, quum scribit, Nunquam venales essent ad munus amicæ. conquerens videlicet quòd venales essent. Η



Ἑταίρα cognominata etiam fuit Venus, tanquam ἑταίρους & ἑταίρας congregans: vel tanquam gaudens ἑταίραις. Meminit Eustathius, & ante eum Athenæus, qui & πόρνης Ἀφροδίτης templum apud Abydenos fuisse tradit.

C. Ἀνέταιρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Carens sodalibus.

C. Παραβαλλέταιρος, Qui sodali seu sodalibus imponit, Eustath.

C. Φιλέταιρος, Sodalium seu amicorum studiosus, Qui suos sodales amore prosequitur & colit. Διγενώμων δὲ φιλέταιρος à Plutarcho copulantur in lib. De Socr. dæmonio, circa princ. Thucydid. autem αἰδρίαν φιλέταιρον dixit lib. 3, πάλαι μὲν γὰρ ἀλόγιστος, αἰδρία φιλέταιρος ὁμοιοῦτο. ET Φιλεταίρως, Eorum more qui sodalium studiosi sunt. Bud. aptissimè mihi videtur interpretari Socialiter & Concorditer in hoc Æschinis loco, ἥκιστον δὲ τῆς πόλεως κοινῇ καὶ μάλα φιλεταίρως χιλίας δραχμάς. ET Φιλεταιρία, Amor quo sodales prosequimur. AT verò Ἀφιλέταιρος contr. πρ φιλέταιρος.

Φιλεταίριον autem seu Φιλεταιρεῖον (ET Φιλέταιρις Nicandro in Ther. vbi schol. ῥάμνον esse tradit) dicta est herba aparine, quòd vestibus ac præsertim lacinis commeātium, tanquam sodalium seu amicorum, adhæreat, idque tenaci quadam asperitate. Qua de causa & φιλανθρωπος nominata fuit. Officinis & herbariis Aspergula. ET Φιλίστιον illa eadem herba Hippocr. vt vult Gal. vtranque vocem ex eo afferens.

Ἑταιρεία, ας, ἡ, Sodalitas, Sodalitium. φιλία. Isocr. ὡσὲ ἑταιρείαν πολὺ κρείττων φύσις τόμου. Aristot. Polit. 1, ἑταιρεῖαι τὰ συσσίτια, conuiuia à sodalibus instituta. Sodalitates id vocat Cicero De senectute. Plut. De Socr. Ἐξέπεσον αἱ κατὰ πόλεις ἑταιρείαι τῶν Πυθαγορείων στάσεις κρατηθέντων, sodalitates seu sodalitia. Ponitur etiam generalius pro amicitia. Illud enim Thucyd. lib. 3, τῆς τε ἑταιρείας διάλυτής, exponitur, Amicitiæ dissolutor. loquitur autem ibi de seditionibus in Corcyrensium rep. excitatis. Vide & suprà in Ἑταίρα.

Ἑταιρεικός, οῦ, ὁ, Sodalitius., Sodalem decēs. vt ἑταιρεικὴ φιλία qualis fuit Pyladæ & Orestis, vt Laertius scribit. Luc. ἑταιρεικὴ μὲν ἡ παράκλησις. Aristot. Ethic. 8, ἡ δὲ ἀδελφικὴ φιλία τῇ ἑταιρεικῇ ὁμοιοῦται, fraterna amicitia similis est sodalitiæ. Idem lib. Ethic. 9, οὐ γίγνονται γὰρ φίλοι πολλοὶ κατ' ἐξοχὴν ἑταιρεικὴν φιλίαν. Et neutro gen. τὸ ἑταιρεικόν, sodalitium. Thuc. lib. 3, καὶ τὸ ξυγγενὲς τῷ ἑταιρεικῷ ἀλλοτριώτερον ἡγήσατο, id est propinquitas sodalitii. Ἑταιρεικὸς est etiam Meretricius, Amatorius. vt apud Suidam, ἡ δὲ οὐ πανδήμου ἡ δόσις, ἑταιρεικὸν φάσκουσα εἶναι τὸ μίσθωμα, id est (Budæo interprete) Meretriciumq; esse quæstū dixit. Theophyl. epist. 75, πρίασθαι γὰρ πίστιν ἑταιρικὴν, χαλεπώτατον. Philostr. epist. 38, ὁ μὲν γὰρ καλλωπισμὸς ἑταιρεικόν. Bud. quoque ἑταιρεικὸν pro amatorio & meretricio citat ex Areop.

Ἑταιρεῖος, ου, ὁ, q.d. Sodalitialis. ἑταιρεῖος Ζεύς, Iupiter sodalitii præses, seu Iupiter sodalitius, Bud. interpr. (vt ἑρκεῖος & ἑφέστιος, præses eorum qui eiusdē aulæ septi & eiusdē laris participes essent) ὁ ἱκέτος ἀφ' ἑστίας ἐν τῇ ἑταιρείᾳ καιωνίας, vt Eustathius tradit. Scribitur autē ἑταιρεῖος ab Eustath. sicut ἑρκεῖος: annotante tamen, πχικὸν quendam, sicut ἡμαθίρεως dicitur, ita & ἑταίρειος dicendum tradere. Epigramm. lib. 2, Ὅσσα θ' ἑταιρείοιο θοὰς κρητῆρι φόνευε Γλύκωνι, qui inter scyphos sodalis sanguinem gustauit.

C Ἑταιρεῖος, ου, ὁ, idem quod ἑταιρεικός. Luc. Lexiph. ἄπιμι πρὸς τὸν ἑταιρεῖον Κλεινίαν.

Ἑταιρεὶς, ίδος, ἡ, Meretrix. idem quod ἑταίρα. Athen. lib. 13, περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρείδων. Idem lib. 4, αὗται δ' ἦσαν τῶν οὐκ ἀσήμων ἑταιρείδων. VNDE Ἑταιρείδιον, ου, τὸ, Meretricula. Plut. Polit. præc. Τοιαύτας χάριτας λαμβάνειν ἑταιρειδίοις οὐ στρατηγοῖς ἁρμόττον ὄντι. quæ ait Epaminōdas ad Pelopidā pro caupone in carcerē coniecto intercedentē.

Ἑταιρείδια, τὰ, Festum in honorē Iouis sodalitii, Magnesiæ celebrari solitū: quod Athen. dictū scribit, nō ab ἑταίρα, sed aliunde: idque mox declarans, (lib. 13) ita subiungit, ἱστοροῦσι δ' ὡσαύτως Γλαῦκον τὸν Αἴσονος σωσαγόντα τοὺς Ἀργοναύτας, ἑταιρείῳ Διὶ θῦσαι, καὶ τῷ ἱερῷ ἑταιρείδια ἑορτάσαι.

Ἑταιρεύω, In societate versor.

Ἑταιρεία, ας, ἡ, Sodalitas, Sodalitiū, σωμήθης ὁμόνοια & φιλία,

vt Suid.exponit. Plato Epist.7, προσδοῦναι τῷ Δίωνος ξενίαν καὶ ἑταιρείαν. Isocr. σωτηρίαν ἑταιρείας, sodalitatem contrahere. Luc. De salt. τῷ Περιήγου καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ ἅδου ἑταιρείαν. Autor Axiochi, ἐξ ἑταιρείας ἑκατὸν ἅμα καὶ ἑρώμενος, ex sodalitate seu sodalitio. Babrius apud Suid. Θίντο μετ' ἀλλήλοιιν ἑταιρείῃ μιῇ δοιώ. ❙Ἑταιρεία est etiam ὄχλος seu πλῆθος, q.d. sodalitium factiosum, Factio. Demosth. μιᾶς τινῶν συνεστώσα ἑταιρείας. Plutarchus Pericle, ἑταιρείαν αἱρέσεως μείζω καταλύσαι, contrariam factionem euertit. Idem in Publicola, ἑταιρείαν ἐκ δυνάμεων φίλων ἴσχων καὶ οἰκείων, magnam amicorum & clientum manum. ❙Peculiariter verò ὀπὶ τῆς ἑταιρήσεως hoc vocabulum vsurpauit Andocides, teste Suida. VNDE Ἑταιρεῖαρχος, ου, ὁ, apud eundem Suidam, ὁ τῆς ἑταιρείας ἄρχων.

Ἑταιρέω, ῶ, F. ήσω, Mereor, Prostituo me, ὅτι σωτηρίας μισθαρνῶ, vt Athenæus lib.13 exponit. Reperiturverò tam de mare quàm de fœmina vsurpatum. Æschines 12 cōtra Timarchum (inquit Budæus) ἡταιρηκέναι dicit esse παρ' ἐνίοις μεμισθαρνηκέναι ὅτι τῷ σώματι, seu πεπορδυκέναι: vulgò Merere & passim prostare. (Idem tamen Bud. à Chrysost. 14, τὸν ἡταιρηκότα ἄνθρωπον καὶ πεπορδυμένον pro eodem poni scribit. sicut & in vita Æschinis, ἐν ᾧ τοσοῦτον ἡλικίας ἡταιρηκέναι καθ' ὁμολογίαν ἐν οἰκήματι πωλῶν ὧν ἐκαλαμίπυρώω, illud ἡταιρηκέναι pro πεπορνευκέναι vsurpatur, id est publicè prostitisse) Idem Æsch. in eadem oratione pag. 8, ὃς αὐτὸν μισθωθῆ ἑταιρεῖν. Et ἡταιρηκὼς apud eundem pag. 10, ὁ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει παρεσκευακώς, vt Bud. annotat. Plutarchus, μισεῖσθαι ὑπὸ παιδικῆς ὥρας ἑταιρούσας. Idem Pericle, παιδίσκας ἑταιρούσας φέρεσθαι. Apud Athenæum lib. 13 cum datiuo construitur, Εἰρωνίδος ἑταίρας μίμηται ὡς ἑταιρούσης τῷ Διωκράτει. VNDE Ἑταίρησις, εως, ἡ, Vita meritoria seu meretricia. Æschines contra Timarch. κατ' αὐτὴν μὲν τὴν παιδὸς [τὸν ὁκμιωθήντος ἑταιρεῖν] ἡλικίαν χαρίζῃ ἑταιρήσεως ζῆν, lex vitæ meritoriæ reum non agit cum qui à parentibus aut tutoribus aut dominis ad quæstum corpore faciendum prostitutus sit.

Ἑταιρίζω, F. ίσω, Sodalis fio, Sodalitatem ineo, φιλιοῦμαι seu φιλίαν καταπροσάομαι, vt Eustathius exponit illud Il. ω, σοὶ γάρ τι μάλιστά γε φίλτατόν ἐστιν Ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι. Cui tamē loco non malè conuenerit expositio quæ apud Hesychium est, vt videlicet ἑταιρίσσαι accipiamus pro σωτηρῆσαι, opitulari & operis faciendi socium esse. Sunt autē ea verba Iouis Mercurium Priamo comitem & ducē itineris ad Achillis castra mittentis. ❙Ἑταιρίζω, Meretriciam facito. Budæus ex Luc. 380, ταῦτα δὲ λέγω πρός σε, ἵνα σὺν ἄλοις ἵπποις ἑταιρίσασα.

Ἑταιρίζομαι SEV Ἑπαιρίζομαι (apud poetas) Associo mihi, Socium mihi adiungo, Adiutorem & administrum mihi assumo. ab ea significatione τῷ ἑταῖρος qua pro administro ponitur, βοηθὸν καὶ ὑπουργὸν προσλαμβάνω. ll. ν. de Deiphobo Ἥτινά που Τρώων ἑταιρίσσατο μεγαθύμων, (&c.) ἢ πιφήσατο καὶ οἷος. vbi ἑταιρίζεσθαί τινα & πιφᾶσθαι οἷον sibi opposita sunt. Nonn. Ὑμέας ὡς ἰδίους ἑταίρίζετο. ❙Ἑταιρίζομαι, Meretricor, quo vocabulo vtitur Columella. A Comicis. ἑταιριζόμενον appellari τὸν πρὸς ταῖς ἑταίραις ἔχοντα annotat Pollux lib. 6. Quod de muliere etiam dicitur apud Chrysostomum, διέζωμεν τῆς ἑταιριζομένης γυναικὸς τὴν βδελυμίαν, id est, τῆς ἑταιρούσης, mulieris quæ quæstum corpore facit. VNDE Ἑταιρισμός, οῦ, ὁ, Venus merens, Vita meritoria & meretricia, Scortatio, inquit Bud. citans ex Athen. 215 de Cypriis & Lydis qui puellas suas Veneri ob vias exponebant omnibus, καὶ πάντων ἁπλῶς τὴν ἑταιρισμὸν τὰς ἑαυτῶν κόρας ἀφοσιούντων, id est, denique omnium (vt semel dicam) fœminæ quibus mos est puellas suas Veneri meretrici prostituræque consecrare. ET Ἑταιρισής, οῦ, ὁ, Qui meretricari solet, vel, Qui cum meretricibus consuescit. ὁ περὶ τὰς πρὸ ἑταιρῶν διατριβὰς πολυδούλιος, vt Pollux scribit lib. 6, cap. 41, titulo περὶ τῶν ἐπ' ἀφροδισίοις μαγειρείων. ET Ἑταιρίσσια, ας, ἡ, Meretrix. ἑταιρίσσιαι, αἱ πεζαὶ ἑταῖραι, Ἀθηναῖοι, inquit Bud. citans Lucianum. Plato Sympos. dicit ἑταιρίσσιας ex earum mulierum genere esse ὅσαι γυναικὸς τιμῶμαί εἰσι, καὶ οὐ πάνυ ταῖς ἀνδράσι τὸν νοῦν προσέχουσι, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς τὰς γυναῖκας τετραμμέναι εἰσί.

A C. ΠΡΟΣ ἑταιρίζω, Mihi sodalem seu socium asciscо. Vnde passiuum in Axiocho, ὁ δὲ τούτῳ προσεταιριζόμενος, ἀθλιώτερος μαχαιρᾶ, Qui verò illi associatur, Qui societatē cum eo contrahit. ❙Προσεταιρίζομαι, voce pass. significatione actiua, idem quod ἑταιρίζομαι, seu προσεταιρίζω, id est, Socium & adiutorem assumo. Bud. ex Appiani lib. 2 Ciuil. ἀγανακτῶν οὖν ὁ Πομπήϊος, προσεταιρίζεται Καίσαρα, συμπροθέξειν αὐτῷ εἰς τὴν ἐπανάστασιν ἐπιμόσας. Lucianus De historia scrib. οἱ καὶ προσεταιρίζονται τὸν Ξενοφῶντα. Laert. in Pythag. προσεταιρίζεται καὶ φίλον παρισοβιάζεται. VNDE Προσεταιρισός, οῦ, ὁ, In societatem & adiumentum ascitus. Thuc. lib. 8, p. 195, διαπομψάντων ἐκ τῆς Κύμης προσεταιρισομένους ἐκ τῆς ἠπείρου ὡς πεντήκοντα.

B ἜΤΗΣ, ου, ὁ, Socius, Amicus: idem ferè quod ἑταῖρος. nam & ἑτὴς & ἑταῖρος esse dicūtur ἑταῖροι à grammaticis: ἑταῖρος autem συνηθέστερος id est familiarior alicui, quàm ἑτὴς. Il. π, Σοὶ πρὸ μάλιστα ἑταὶ καὶ ἑταίροιιν. Od. ρ, Τείπερ νῦν ἑτὴς Μενελάου. Il. ι, ἑταὶ καὶ αἰνότατοι ἀμφὶ ἑοῖσι. Il. ζ. de Troianis mulieribus, Εἰρώμεθα παῖδές τε καὶ ἑτὴς πρὸ τε καὶ ὀπίσσω. Deriuatur autem hoc vocabulū ab Eustathio inde vnde & ἑταῖρος, videlicet ab ἕος, vt ambo idem sint quod ἑτὸς: Etymologistes verò ab ἑτὴς deriuat, vt sit ὁμοιότης, Æqualis, Coætaneus: vel ab ἑπὸς, vt sit Verus amicus. HINC Ω ἑταὶ pro ὦ ἑταῖροι, facta ecthlipsi, sicut in μῶν pro μὴ ἔστι. Cuius vocatiui idem vsus est qui supra τῷ ἑταῖρε. Aristophanes Neb. Μὴ σκῶπτε μ' ὦ ἑταῖρε, ἀλλά μοι τὰ χρήματα Τὸν ἐν Δελφοῖσιν κλύδωνα. Interdum vsurpatur pro Bone vir, ὦ γαθέ. Plato Apol. ὦ ταὶ Δήκριται. οὐδὲν γὰρ πω γαλεπὸν ἐρωτῶ. pro quo paulo pòst, Δήκριτε ὦ γαθέ. Ἀλλ' ὦ ταὶ saepe in obiectione, aut etiam in responsione ad obiectionem adhibetur. Demosth. Pro corona, Ἀλλ' ὦ ταὶ εἰ μηδὲν τοῦτων, δῆλον γε καὶ τοῖς θυμία πρό: Idē Olynth. 3, Ἀλλ' ὦ ταὶ εἰ ταῦτα ταύτως ἦν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἅπασιν ἔχει. Et Olynth. 1, ἦ ἄλλός τις. ἀλλ' ὦ ταὶ οὐχὶ βουλήσεται. ❙Iungitur etiam duali & plurali numero interdum. Aristoph. Pluto, Ὦ ταὶ, ἀπαλλάχθην ἀπ' ἐμοῦ. Vbi tamen (vt schol. docet) referri potest ὦ ταὶ ad Chremylum solum, & ἀπαλλάχθην ad ambos. Cratinus, Δράγε ὦ ταὶ ἐλαίσω. (vel ἐλάσωμεν, vt apud Suid. scribitur) Suidas quoque ὦ ταὶ ὅτι πλῆθος dici annotat, citans autorem Ctesiphontem. Ὦ ταὶ, ὦ ἑταῖε, ὦ φίλε, ὦ πάλαι & ὦ μέλε apud recentiores à solis mulieribus dici, annotat idem Suidas. Cæterùm quod ad scripturā attinet, idem Suidas tradit Attici ℔ alteram syllabam corripi, & scribendum ὦ ταὶ, quum vnica vox duobus circunflexis notata non reperiatur: esse autem ἑταὶ Doricum vocatiuum pro ἑταῖροι: vnde hoc ὦ ταὶ factum sit.

—ἙΤΕΟΣ, έα, όν, Verus. ἀληθής. Etymolog. Deriuatur autem AB Ἐτὸς, (id est Verus, Bonus. NAM Ἐτὸς ab Hesychio exponitur ἀληθῆ, ἀγαθά.) interiecto ε: ἐτὸς autem ab εἰμὶ, vt δοτὸς à δίδωμι, ἐπτὸς à ἕπω: vt ἑτά ea appellentur Quæ verè seu reuera talia sunt qualia esse dicuntur. Cuius quidem vocabuli nulla exempla ab Etymologico ponuntur aut alibi citata reperiuntur: at ἑτὸν neutro genere, aut nomen, aut aduerbialiter sumptum, frequens poetis. EST autem ἑτὸν, Verum, aut Verè, Reuera. Iliad. β, Ὄφρα δαῶμεν Εἰ ἑτὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκί, an verè Calchas vaticinetur, An verū dicat seu prædicat. vel, (vt Cic. interpretatur) Auguris vt nostri Calchātis fata queam Scire, ratióne habeāt an vanos pectoris orsus. Il. ο, εἰ δή ῥ' ἑτόν γε ἐτητύμως ἀγορεύῃς, Si verū dicis, Si ita dicis vt res se habet. Od. ν, Εἰπέ μοι εἰ ἑτὸν γε φίλων εἰς πατρίδ' ἵκωμαι, an reuera in patriam veniam, Il. θ, εἰ ἑτὸν γε Τυδέος υἱὸς Δῶκε κακὸν πολέμοιο ἐπιστάμεναι ἔγχος ἀρῆϊ, si reuera audebis arma contra Iouem capere. Apud Aristoph. frequenter interrogationibus adhibetur. vt in Neb. τί δὴ τοῦτ' ἐγέλασας ἑτόν; Quid tibi reuera risum mouit? Ibidem, Τί οὖν τοῦτ' ἔστιν ἑτὸν ὦ πάτερ, Quidnam igitur reuera hoc est? Ibidem, ἑτὸν ὦ πάτερ τὰ δικαιότατα; Componitur autē hoc vocabulum cum aliquot nominibus etiam propriis. NAM Ἑτεοβουτάδαι hinc dicuntur, qui reuera ex Butæ progenie sunt, Genuini & germani Butadæ. SIC Ἑτόκρητες apud Homerum, Genuini & natiui Cretenses. ἰθαγενεῖς Κρῆτες. SED & Ἑτοδμῶες hinc appellantur, Genuini & veri serui, Qui ita vt veros seruos decet, seruiunt.

Dicitur autem ΕΤ Ἐτήσιμον (q.d. genuinum hordeum) quod nũquam rubigine vitiatur, quoniam incuruum nascitur. Gorr.

ΕΤΥΜΟΣ, ου, ὁ, ἡ, Verus, idẽ quod ἐτής. Od. τ, Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισι ὁμοῖα. Sic apud Hesiodum Theog. ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Odyss. ρ, Ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω; Mentiarne an verum dicam? Sic suprà dixerat ab ἐτεόν, ἐτόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Vsus est etiã autor dialogi qui Axiochus inscribitur, hoc vocabulo. σὺ δ' οὐκ ἔτυμά μοι (inquit) μαρτυρεῖς, Non vera de me prædicas, Vera ista tua de me non est sententia. Item Athen. lib. 11, μονογενὴς ἐτεὸν, οὐκ ἔτυμος· λόγος οὗτος, ἐγκώμια αὐτοῦ διεξέρχεται. Ἔτυμον neutro gen. aduerbialiter etiam capitur eo sensu quo ἐτεόν, id est Verè, Reuera. Od. φ, ἦλθ' ἔτυμόν τι ἢλθ' Ὀδυσεύς, Verè venit Vlysses. Iliad. φ, Ἐρρ' ἐπεὶ οὔ σ' ἔτυμον γε φάσθω πατρὸς ἄνωγε. Quod verò ad etymon huius vocabuli attinet, deriuatur ἐτὸς ab εἰμί, vt à θέμις θετὸς, à δίδωμι δοτὸς: à quo postea fit ἔτυμος, vt ἔλυμος ab ἕλος: vnde ἔτυμα ea esse dicũtur Quæ verè sut talia qualia esse dicuntur. ΑΤ Ἔτυμον, ου, τὸ, Etymum, vt Latini etiam appellant id est vera origo alicuius vocabuli, eiúsq; originis vera aut verisimilis ratio. Athen. lib. 13, dicens esse qui meretrices seu mentorias mulieres, id est τὰς μισθαρνούσας, vocarẽt ἑταίρας, & inde ἑταιρεῖν dici τὸ ὅτι σπουδαίας μισθαρνεῖν, quum ἑταίρας antea vocarentur sociæ seu sodales, vt in hoc versu, Λαπὼ καὶ Νίκα μάλα μὲν πάλαι ἦσαν ἑταῖραι: subiungit, οὐκ ἦν ὡς τὸ ἔτυμον αἰσχρόν, ἀλλὰ ὡς τὸ διαπεπρασμένον. Plut. Probl. Rom. de Carmenta, vocabulo Latino, ἐπὶ δὲ τῶν ὀνόματος τὸ ἔτυμον, ἐστοχάσθη τοῦ: respiciens compositionem huius vocis ex Careo & Mens. Varro De re rust. lib. 1, cap. 48, de gluma loquens, Videtur (inquit) vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum. ΥΝΔΕ C. Ἐτυμολόγος, ου, ὁ, Qui origines verborum indicat seu explicat. ΑΘΥΟ Ἐτυμολογία ας, ἡ, Originis verborum indicatio. Etymologia (ait Quint. lib. 1, cap. 6) quæ verborum originem inquirit, à Cicerone dicta est Notatio: quia nomen eius apud Aristot. inuenitur σύμβολον, quod est Nota. Nam verbũ ex verbo ductum, id est Veriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui vim potius intuiti, originationẽ vocent. Hæc ille. Eustathio est λόγος ἐπαληθεύομένου δηλωτὴς τοῦ λέξιν τῇ φύσει τοῦ πράγματος. Ετυμολογιῶν libros ab Apollodoro & Demetrio Ixione conscriptos citat aliquoties Athenæus. ΕΤ Ἐτυμολογικὸς, οῦ, ὁ, Etymologicus, Rationem originis verbi interpretando indagans, vt vulg. l. ex Gell. l. 2, c. 10, interpretantur. ΕΤ Ἐτυμολογία, ω. Origines verborũ indico. Athen. l. 2, Πλάτων ἐν Κρατύλῳ ἐτυμολογῶν τὸν οἶνον, οἰόνοον αὐτὸν φησὶν εἶναι, Plato οἶνον etymon habere dicit. (vt Varro, Videtur etymon habere à, &c.) seu, Plato οἶνον ab origine vocis quasi οἰόνοον appellatum vult. Et in pass. apud Greg. Nazianz. ἡμεῖς γὰρ Θεοῦ κλῆσις καὶ ἀπὸ τοῦ θεῖν ἡ αὐτὴ ἐτυμολογεῖται τοῖς περὶ ταῦτα κομψοῖς, Quàquam θεοῦ appellatio ita qui in hoc genere argutantur, vel à θεῖν vel ab αἴθειν ducitur.

Ἔτυμος, Verè. Philo De vita Mosis lib. 3, de igne quo εἰς τὸ ἱερώμενον ὅλῳ καθαρσίως ἀγαθοπρεπῶς παντέλειαν sacerdos vtebatur, ὃν ἐτύμως πλειόνως ἐκάλεσαν, ἐπειδὴ τὰς ἀρίστου οὔσας θεραπευτὰς καὶ λειτουργοὺς θεοῦ τελετὰς ἔμελλον ἱεροφαντεῖν, quem verè perfectionis appellauit. Quidam tamẽ respicientes ad significationem τοῦ ἔτυμον, reddũt ἐτύμως Ab origine vocis, seu Secundum etymon. Idem Philo, eodem lib. τὸ δὲ ἀστεῖον, ἐξ οὗ αἱ αἰσθήσεις, [σύμβολον ἐκεῖνοι καλοῦσι] τὸ ἐτύμως θεσπεσιωδέστερον συμπάσης, quod ab origine vocis seu secundum etymon θεσπέσιον, id est acerra appellatur. Aristot. De mundo, de voce οὐρανὸς agens, ἐτύμως καλοῦμεν οὐρανὸν ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν (ἢ) παρ' αὖον, i. οὐρανὸν (hoc est cælum) ab origine vocis dicimus, quasi ὁρᾶν, &c.

Ἐτυμότης τῶν ὀνομάτων, idem quod ἐτυμολογία. Bud. ex Themistio.

Ἐτυμώτιος, ου, ὁ, idem quod ἔτυμος, seu ἀληθής, vt Hesychius exponit. Quod vocabulum deriuat Eustathius à genitiuo plurali ἐτύμων, possessiui formam habere dicens: sicut ab ἄλλων fit ἀλλοτριος, ab ἑτέρων ἑτερότιος.

¶ Ἐτύμυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἔτυμος, ex eóque factum per epenthesin syllabæ τμ, metri causa: sicut ἀπαρτηρὸς ab ἀπρός. Od. ψ, Ἀλλ' οὐκ ἔσθ' ὅδε μῦθος ἐτήτυμος οὐδ' ἀτελεύτητος. Il. χ, εὐ γὰρ οἱ τὸς ἐτήτυμος ἄγγελος ἐλθὼν Ἥγησι'. Sophocles Trach. Ὦ παῖ, γλυκεῖ μοι παῖς ἐτήτυμος γεγώς. vbi Accius, O nate verè hoc nomen vsurpa patri. Apoll. Arg. 2, ἐτήτυμος ἔκλετο πατρὸς. Nonn. ἐτήτυμος οὐ πάλι ἐμμι. ‖ Ἐτήτυμον neutro genere aduerbialiter etiam vsurpatur. vt ἐτεὸν & ἔτυμον. Od. α, Καί μοι νῦν' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ. sic ἔτυμον ἐρέω suprà dixerat, & ἐτόν γε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις. Il. τ, Ἀλλ' εἰ δὴ καὶ πάμπαν ἐτήτυμον ἔπλετο θεῖο Ἥρως Ἀτρεΐδης. ΥΝΔΕ Ἐτήτυμος, Verè. Eurip. ΕΤ C. Παντήτυμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Omni ex parte verus. Nonn. ΕΤ Ἐτητυμία, ας, ἡ, Veritas. Epigr. & Nonn. ἐξ ἀδύτων Οἴμων ἐτητυμίης.

Ἐτάζω, F. σω, Examino, Inquiro, Scrutor. Quòd si etymum sequimur quod ab Etym. traditur, propriè signif. Veritatem inquiro. vult enim esse ab ἐτὸν, & dici ἑτάζω quasi ἐτάζω. Cæterùm huius simplicis exẽplum nullum nec ille nec cæteri afferũt, quos quidem videre mihi contigit. Suidas dicit duntaxat, ἑτάζω iungi accusatiuo. Hesych. ἑτάζεσθαι exponit non solùm βασανίζεσθαι & κρίνεσθαι, verumetiam ἀριθμίζεσθαι. ΕΤ Ἑτασμὸς, Examen, Inquisitio. Hesych. ἑξέτασις: item Numerus apud Pythag. ΕΤ Ἔτασις, idem, in v. l.

C. Ἀνετάζω, idem quod simplex ἑτάζω, vel compositum ἐξετάζω, Examino.

C. Ἐξετάζω, Idem quod præcedentia, Examino, Inquiro, Scrutor. Vel Diligẽter examino, seu inquiro, Perscrutor. A Bud. exponitur etiam Discutio. Isocrates in Bus. encomio, τὸν ἐμὸν λόγον ἐξετάζειν. Idem ibidem dixit, ἀκριβέστερον ἐξετάζειν τὰς ἁμαρτίας: & in Areop. λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζειν τὰ ἁμαρτήματα. vt si Gall. dicas *Esplucher les fautes*. Demosthenes verò iunxit cum πικρῶς, in eadem re, Olynth. 2. (quod loquendi genus imitatus est Plut. in Alcibiade) Et alibi ei opposuit φειδῶς, vt ostendam in exemplo quod proferam paulo post. At Lucianus de accuratissimo examine loquens, dixit ἀφιλοσοφωτάτως ἐξετάζειν, lib. De historia scrib. ἀφιλοσοφωτάτως δὲ πάνυ λεγομένων ἕκαστον ἐξετάζοντας. Herodian. 7, ἐνῆν μέντοι καὶ ἀπόρρητα καὶ κρυπτὰ δεικνῦσθαι· ἐπὶ γὰρ ἐξουσίας τῆς βασιλέως ἠρέθη καὶ ἐξήτασε. Apud Thuc. schol. exponit δοκιμάζειν. Ἐξετάζειν, Inquirere in aliquem, Quæstionem de alicuius factis habere. vt Budæus interpretatur, afferens ex Demosthene, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οὐ πάνυ ἴδιον τοῖς οἰκέταις ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν ἐξετάζομένοις· ἐπὶ σοὶ δ' αὖ τοὐναντίον δεσπότῃ ὁ δοῦλος ἐξετάζεται, ὡς δῆτα πονηρὸν καὶ ἄσωτον ἐκ τούτων δείξων. Quibus addit & ista eiusdem, καὶ τὸν ἡμίπρωτον πατέρα ἐξετάζεις ὅσης ἐμοῦ. Idem Budæus ex Platone in Apol. pag. 10, affert ἐξετάζειν pro Inquirere in se aut in alium. Item ἐξετάζειν τὸ πρᾶγμα, pro Quæstionẽ habere, Rem quærere, ex Cic. in Verr. Act. 3, id est Cognoscere & expendere controuersiam. Hæc Budæus, qui præter ea ex Pand. affert ἐμβασάνοις ἐξετάζειν pro Quæstionem per tormenta habere. ‖ Ἐξετάζειν, Explorare, Probare, id est Experimentum facere, & specimen sui dare, seu documentum. Bud. ex Demosth. in Epist. fol. 87. (Vbi tamen exponit etiam Discutere, Disceptare, Allegare) Affert verò & hunc eiusdem Demosthenis locum (vbi tamen est vox passiua, non actiua, & quidem quæ de re dicitur non de persona) pag. 132, εἰ δ' οὖν ὅτι καὶ παρ' ἐμοί τις ἐμπειρία διαίτης, ταύτην μὲ βέβαιόν τις ἐν τοῖς κοινοῖς ἐξετάζεσθαι ἀεὶ ὑπὲρ ὑμῶν. id est (inquit) Si qua est mihi facultas dicendi, inuenietis documentum eius me dedisse. Affert verò ex eodem, εἰ γὰρ εἶχε, πόθεν αὐ καὶ λέγειν καὶ κατηγορεῖν ἐξετάζεται. Hæc quoque ex eodem profert, vbi ἐξετάζεσθαι ait esse, Probari, Explorari, Deprehendi, Comperiri: ὅπερ δ' αὖ ὁ διεψεύσατο τοὺς ἀνθρώπους ποιήσει τὴν πόλιν, τοῦτο πεπονθὼς ὅτι τοῖς ἔργοις ἐξέτασαι, ex rerum euentu deprehenderis vel dispiceris. Hæc Bud. Sed illa signific. quam dat verbo ἐξετάζω pro Specimen mei præbeo, magis conuenit & ipsa passiuo ἐξετάζομαι, vt ipsum etiam exemplum docet. Sed & à Luc. ita vsurpatur. ‖ Ponitur verò interdum ἐξετάζομαι pro ἐξετάζω. qui eius vsus affertur ex Demosthene in epistola ad Heracleodorum. Sed & in hoc Plutarchi loco in libro De musica, actiuè poni manifestum est, φανερὸν δ' αὖ γέ-

τοῦτο εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζοιτο τῆς ὀπτασιμανίας, πίνος ἂν δοκεῖ θεωρητικόν.

Ἐξετάζειν cum accusatiuo personæ, puto esse quod Gallicè dicimus *Sonder quelcun*, in tribus Platonis locis ex Apol.Socratis, in quorum vno Cic. ἐξετάσαι τὸν Ὀδυσσέα, &c. vertit Tentare Vlyssis prudentiam. Vide pag.2 mei Lex. Ciceroniani. At verò ἐξεταστὴς apud Herodianum quod Politianus interpr.Torti, ad eam potius τοῦ ἐξετάζειν significationem pertinet de qua dictum est antea.

Ἐξετάζειν, Æstimare. Et ἐξετάζεσθαι itidem actiuè in hac significatione, si Budæo credimus. Philo De mundo, πασπλὴς γέμειν δοκεῖ τὸ, τὸ ἧμος τῆς αἰσθητῶν ὑπὸ τῆς τέχνης ἐξετάζεσθαι. id est (Bud. interpr.) Porro autem illa summa est stultitia, genus humanum ab artibus æstimare. Sed nihil obstare arbitror quin ἐξετάζεσθαι passiuam etiam signif. retineat.

Ἐξετάζειν pro Comparare, Contendere. In vulg.lex. ἀντιπάτρου affertur, ἐξετάζειν πρὸς ἐκείνους καὶ συμβάλλειν ἐμέ, pro Me cum illis collatum examinare & perpendere. Sed & sine altero verbo ἐξετάζειν pro Comparare habet Synes.in Epist. καὶ πῶς αὐτὸ πρὸς τὰ Λίγυπτίας ἐξέτασον σύνεγγυς. Sed in hac significatione ablsocratè dicitur πρὸς ἀλλήλους ἐξετάζειν, itidémque à Demosthene παραλλήλως ἐξετάζειν, in oratione Pro corona, ἐξέτασον δὴ τοίνυν πρὸς ἀλλήλα τὰ σὺ καὶ ἐμοὶ βεβιωμένα, πρᾴως καὶ μὴ πικρῶς, Λίγκιν. Quidam Contendere ex Cicerone reddunt.

Ἐξετάζειν, Recensere. Thuc.2, Ἀθηναῖοι δὲ τοῖς παρόντων ξυμμαχίαν ἐξέτασαν, id est, Socios suos recensebãt. Et ἐξετασμὸν δυνάμεως, pro Copiæ recensitæ, ex Demosthene. Hinc ἐξετάζομαι pro Annumeror, vel Sum in numero. Demosth. καὶ τῆς ἐχθρῶν τῆς σῶν εἰς ἐξετάζειν. Idẽ pag.124, εἰ γὰρ παρῆν καὶ μετὰ τῆς ἄλλων ἐξετάζειν, πῶς, &c. vbi Bud. interpretatur, Si cum aliis conspiciebatur & vnus erat eorum. Et addit, simile esse hoc eiusdem, pag.240, συνεξεταζομένους τούτῳ αὐτῷ, id est (vt sch. scribit) ἅμα αὐτῷ φαινομένους καὶ συνδοκιμαζομένους. Quibus adiungit expositionem Latinam, Ab hoc stantes. Sic autem apud Plut. in Cic. ἐξετάζεσθαι μετὰ τοῦ Καίσαρος reddit Esse in partibus Cæsaris. Idem ἐξετάζειν Censere vertit, citans ex Plut, ἡμιόλιον ἢ πεντήκοντα μυριάδας ἐξετάσθησαν, pro Censa sunt centũ quinquaginta millia. Et ex eodem, ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἐξεταζόμενος, pro Qui est in equestri ordine, Eques Romanus. Apud Herodianum autem libro 7, ἐν πράξεσι μεγίσταις ἐξεταστής, Politianus vertit In maximis spectatus negotiis. Tale est apud eũdem Herodianum, lib.6, τοῖς ἐξεταστοῖς τι καὶ δοκιμάσασιν ἐν ἀσκήσεις τι καὶ πολεμικαῖς πράξεσιν. Sic apud Philonem De vita Mosis lib.1, καὶ ἐν ἅπασιν ἐξετάζεσθαι τὰς μεγάλους στρατείας. vbi aptissimè exponitur, Omnia futuræ militiæ stipendia merere. In vulg.l. ex Plat. De leg. παρὼν ἐξετάζομαι τοῖς συλλόγοις pro Interesum coneiliis. Sed videtur deesse præpositio.

Ἐξέτασις, εως, ἡ, Examen, Inquisitio, Disquisitio, Scrutatio. Luc. De salt. σεμνότερον τὸ πρᾶγμα ἢ ὥστε εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι. Idem De cal. ὅσῳ γάρ τις πεπαιδευμένος, τοσούτῳ ὀλίγα μελετήσας δεῖται τῆς ἐξετάσεως. Vt autem in illo Luciani loco est εἰς ἐξέτασιν καλεῖσθαι, ita & Bud. affert (sed ἀδιακόπως) εἰς ἐξέτασιν ἄγεσθαι itidem pro In disquisitionem vocari. Ἐξέτασις peculiari signif. Quæstio, id est Criminis inquisitio. Bud. ex Herodiano, βασάνῳ δὲ ἐξετάσεως ἀκριβεστέρας. ‖ Ἐξέτασις, Comparatio. Luc. in Caucaso. pag.24, ἐγὼ γὰρ ἐνδεῖν τῶν ἐμῶν τῷ θεῷ, μὰ ὅντας τὸ ἐναντίον αὐτῷ, καὶ πρὸς ὃ τι ἂν ἔλθῃ ἡ ἐξέτασις γιγνόμενον, δυσαρεστότερον ἀποφαίνειν αὐτό. ‖ Ἐξέτασις, Exploratio. vt ἐξετάζειν expositum est Explorare. ‖ Ἐξέτασις, Recensio. vnde ἐξέτασις ὅπλων, Thuc. & ἐξέτασιν ποιεῖσθαι, Xen. pro Recensere, Lustrare. Idem dicit ἐξέτασιν ποιεῖσθαι τῶν στρατιωτῶν καὶ συντάξεις. Itidémque Budæus ex Aristotele affert ἐξέτασις τῶν πολιτῶν, itẽ σύνταξις. quam esse ait descriptionem in classes, siue concenturiationem. Xen. Œconom. βασιλεὺς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἐξέτασιν ποιεῖ τῶν μισθοφόρων. vbi quod dicit ἐξέτασιν ποιεῖσθαι, exponitur etiam Delectum habet. Et εἰς ἐξέτασιν ἰέναι pro Ire eò vbi delectus habetur, Ire ad profitẽdum seu dandum nomen. Item plur. εἰς ἐξετάσεις ἰέναι ex Isocrate in Areop. τῆς δὲ περὶ τὸν πόλεμον οὕτω κατημελημένης ὥστε οὐκ εἰς ἐξετάσεις ἰέναι ἐβουλόμην. Extenditur autem



latius hæc nominis ἐξέτασις significatio. vt apud Demosthenem 137, ἐπειδὴ ἦ ἃ μή ποτ' ὤφελε συνίζη, καὶ μᾶλλον τῆς συμβούλων ἀλλὰ τῆς κολακεύειν ἑτέροις βουλομένων ἐξέτασις ἦδη, τίνα καὶ σύ, &c. Id est (inquit Budæus) Quum iam recensus fiebat adulatorum. vel Quum iam certamen & specimen adulatorum extitit. ‖ Item ἐξέτασις pro specimine & documento industriæ. Bud. ET Ἐξετασμὸς pro inquisitione itidem. Budæus ex Demosthene affert pro Discussione & disceptatione: vbi ille scribit, ὅτι τῆς ἡμετέρας ἔχθρας ἡμεῖς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν δίκαιον ἦδη τὸν ἐξετασμὸν ποιεῖσθαι.

Ἐξεταστής, Examinator, Inquisitor. Item ἐξεταστοί, sicut & λογισταί, Qui ratiociniis præerãt, iisque magistratibus ius reddebant qui rationes ad ærarium referre debebant. ab iis enim rationem administratæ procurationis exigebant. Bud. ex Aristotele. Affert & ἐξεταστὴς τῶν ξένων ex Æschine in Timocr. magistratum Athenienscm esse scribens.

Ἐξεταστικός, ὴ, ὸ, Qui multus est in indagatione veritatis, vel cuiuscunque rei quam perquirere vult. Bud. ex Gregorio. Affert & ex Aristot. in primo Polit. de dialectica, ἐξεταστικὴ δ' ἔστι, πρὸς τὰς ἁπασῶν τῶν μεθόδων ἀρχὰς ὁδὸν ἔχει. id est (vt addit ex Aphrod. pag.19) ζητητικὴ καὶ ὁπτικὴ πρώτη. Tale propemodum esse puto ἐξεταστικὴ in hoc Luc. loco, in Herm. κριτικῆς τινος ἢ ἐξεταστικῆς πραγματείας. In vulg.lex. πλήρωσον ἐξεταστικὸς ex Xenoph. pro Inquirendi peritus. Ibidem τὸ ἐξεταστικὸν pro stipendio quod datur disquisitoribus: vt στρατιωτικὸν stipendiũ quod datur militibus.

Ἀντεξετάζω, Contrà vel ex aduerso examino, Vicissim examino. Capitur pro Contendo aliquem siue aliquid cum alio, Comparo. nam cõparaturi aliquid cum alio, id reuocamus ad examen, & velut è regione alterius expẽdimus. In Athanasii epistola apud Theodoritum, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ μεγάλῳ συνόδου τῇ ἐν Νικαίᾳ καὶ τὰ παρ' ἐκείνων ἐκεῖ τις ἀντεξετάζειν ἐπιχειρήσειεν ἀλλήλοις. Dicitur autem pro eodem ἀντεξετάζειν, παρεξετάζειν, πρὸς ἀλλήλους ἐξετάζειν, πρὸς ἀλλήλων σκοπεῖν, ἀντιπρὸς ἀλλήλαι, &c. ‖ Dicitur etiam ἀντεξετάζειν ἑαυτὸν ἀμφισβητοῦντι, & passiua voce Ἀντεξετάζεσθαι, pro Offerre se liti, Negotio alieno se offerre. Quod vulgò dicunt, Partem se gerere, quasi Agere aduersarium. Bud.

Ἀντεξετάζομαι, Cõtra vel ex aduerso examinor. In vulgatis lexicis Græcolatinis exponitur Pariter ex æquo cum aliquo examinor, Ex æquo cum aliquo æstimor. Capitur pro Conferor, Comparor. sicut ἀντεξετάζω pro Confero, Comparo. ‖ Item ἀντεξετάζεσθαι forense verbum est: dicitur q; (sicut ἀντιδικεῖν, & ἀντιγράφειν) pro Ad causam occurrere, Iudicio se sistere, Ad iudicium adesse. quod vulgò dicunt, Partem se gerere, quasi Aduersarium agere, vt docet Budæus. ‖ Nec verò ἀντεξετάζεσθαι dicitur duntaxat de eo qui aduersatur in iudicio, sed latius patet. vnde ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ ex Luciano citatur pro Aduersans morbo, Cum morbo congrediens seu luctans. Budæus verò ἀντεξεταζομένους ait vocari æmulos ab eodem Luciano, hoc in loco, τοῖς μὲν ἀντεξεταζομένοις φθονεῖσθαι. δεῖ γὰρ ἄλλους εἶναι τῶν αὐτῶν ἀντιποιουμένους.

Ἀντέξετασις, εως, ἡ, Collatio, Comparatio quæ fit inter duas res, vnam quasi ex oppositio alterius examinando. Cõtentio dicitur à Cicerone, vt docet Budæus. Est enim, (inquit) contentio, ἡ τῶν παρ' ἀλλήλοις ζητουμένων ἀντέξετασις ἢ θεωρία. vel ἡ ἐκ τοῦ ἀλλήλου ἀντέξετασις.

c.2. Διεξετάζω, Perquiro, Diligenter inquiro. VNDE Ἀδιεξέταστος, Qui perquiri nequit. Affertur tamen duntaxat ἀδιεξέτασος λόγος ex Eccles. cap.21 pro Inenarrabile verbum.

c.2. Παρεξετάζω, Comparo. Chrysost. παρεξετάζειν τὸν ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ. ET c.3. Ἀντιπαρεξετάζω, Vicissim comparo. vel Ex aduerso comparo. Exponitur etiam, Contra disquiro.

c.2. Συνεξετάζω. vnde συνεξετάζομαι pro Annumeror, Bud. ex Luciano. Idem apud Demosthenem pag. 131, καὶ τοὺς συνεξεταζομένους μετὰ τούτου interpr. Affectatores huius. Subiungitque ex Plutar. hæc quæ de Demosth. scribit, ὑποδεδημόκασι εὐεργεσίαι καὶ δόσεις τοῖς ὅτε τῆς ἀρχόντων καὶ τῆς

ἄλλων σωιεξεταζομένους. Rursum ex Demosthene σωιεξεταζεσθαί τινι pro Stare ab aliquo, affert pag. 140, ἀλλὰ τούτῳ πάντας αὐτοὺς δι' μάλα σωιεξεταζομένους δεῖ ῥήτορας ὄφλειν ἐτέξεις. Vide & suprà in Ἐξετάζω. | Σωιεξετάζειν videtur esse Contendere, id est συζητεῖν, inquit idem Bud sed locum non proferens.

ΕΤΕΡΟΣ, ου, ὁ, Alter. proprie enim de duobus. Il. β, de Thersite, Φολκὸς ἦεν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, claudus altero pede. Od. ι, Ἐν δὲ οἱ ἀσκὸν ἔτμηκα διὰ μέλανος οἴνοιο Τὸν ἕτερον, ἕτερον δ' ὕδατος, alterum vini, alterum aquæ, seu Vnum vini, alterum aquæ. Od. ι, de tribus loquens, ὁ μὲν ὃν μέσσα φέρεσκεν, Τὼ δ' ἑτέρω ἑκάτερθε Vir ἕκαστον, alteri verò duo. Xen. Pæd. 7, ᾧ βάθος μὲν ὡς οὐδὲ δύο ἀνδρὸς, ὁ ἕτερος ὅτι τοῦ ἑτέρου ἐστὶν ὡς, τοῦ ὕδατος ὑπερέχοντος, alter supra alterum. Ἕτεροι, Alteri, i. Altera pars, Altera factio. Il. λ, Ὡς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες Δῃοῦντο, οὐδὲ ἕτεροι μνώοντ' ὀλοοῖο φόβοιο, nec alteri seu altera pars de metu cogitabat: vel, Nec alterutri vel alterutra pars. Ἐπὶ τὰ ἕτερα, In alteram partem. Xenoph. ὡς πᾶλος ὅτι τὰ ἕτερα τῆς πάλεως ἦγε. Pro quo frequentius facta synæresi dicitur θἄτερα. Ἕτεροι apud Thucydidem præcedente negativa particula οὐδὲ vel μηδὲ, aliquoties ponitur pro composito οὐδέτεροι, μηδέτεροι. vt lib. 2, καὶ ἐπὶ μηδετέρων ἐποιοῦν, δίκαιοι δὲ ἀμφοτέροις φίλοις, ὅτι πολέμου δὲ μηδ' ἑτέρους, neutrorum partes sequamini. Et libro 5, οὐκ ἀπιέναι ἔφασαν ἕνεκα οὐδ' ὑφ' ἑτέρων, à neutris. Sic lib. 7, ὅτι ὃ οὐδὲ μεθ' ἑτέρων ἦσαν, cum neutris. Quemadmodum autem apud Latinos Alter alteri, Alter alterũ, vel cum præpositione Alter ab altero, aut simili, de pluribus vsurpatur, sic & hoc vocabulum tam in plurali quàm in singulari. Thucyd. ἕτερος ἑτέρου φέρεται, alter alteri præstat. Idem lib. 2, ἕτερος ἀφ' ἑτέρου ἤκουσε διαπεπλάσθαι, ἕτερος, alter ex alterius curatione. Philo De vita Mosis lib. 1, καὶ πρὸς ἑτέρους ἕτερος διαιτᾶται ἐλογοποίουν, Alter cum altero. Interdum sicut ἄλλος pro ἕτερος indifferenter ponitur, (vt in illo Platonis De rep. ἀλλὰ μὴν ἡ ἀποδοῦσα χλανίσκος δὲ ἡ περονᾶται) ita viceversa ἕτερος pro ἄλλος, & in plurali & in singulari numero. Od. ν, ἕτερα δ' ἄρα πρυμνόθεν, Ἄλλας δ' πρωίθεν, Alias decerpunt, alias calcant. (Sic enim quidam grammatici accipiunt: licet Eustath. ὅτι δύο μόνων hîc quoque dicit velit: eo quòd postquam de vnis dixisset, Τῆς δ' ἑτέρου μὲ ἔλαττον, de alteris subiungat, ἑτέρας δ' ἄρα πρυμνόθεν: tertias autem significare volens, addat, Ἄλλας δὲ πρωίθεν: sicut paulo pòst, πάροιθε δὲ ὄμφακές εἰσιν Λίνου ἀμείρουσαι, ἕτεραι δ' ὑπερώριαι καίουσαι, vnæ defloreſcẽtes, alteræ matureſcẽtes: vt Cicero dicit, Vnæ rerum, alteræ verborum) Idem alibi, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ. Hesiodus Theog. quum multos iam enumeraſſet, subiicit, Τέαται δ' αὖ ἕτεροι ποταμοὶ κατὰ χθονὸς εὐρυοδείης, Τοὺς ὄρομ' ἁλάλκοι πάντων βροτὸν ἄνδρα ἐνισπεῖν, Tot præterea alii fluuii sunt. Demosthenes contra Aristocratem, πείσει δ' ἕτερον δικαστήριον πρὸς ὑμᾶς. Æschines contra Ctesiphontem, πρὸς ἑτέρῳ τινὶ πλὴν γοάμμου ἔχοιτ. Thuc. lib. 7, οὐδεμιᾶς ἧσσον μᾶλλον ἑτέρας [ξυμφορᾶς,] calamitas nulla alia inferior. Dioscor. βουλῆς σκορπιοπλήκτοις οἷς οὐδὲν ἕτερον, Vt nihil aliud, seu, Vt quiduis aliud. Herodianus lib. 2, οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ, nihil aliud quàm. Luc. De salt. ἕτερα μὲν γὰρ τοῖς, ἕτερα δὲ ῥυθμός. Idem in Solœc. ἕτερα αὖθ' ἑτέρων σημαίνει. Sicut verò Alius alii, Alius alium, Alius alio, & quæ eiusmodi sunt, apud Latinos dicitur, sic & ἕτερος in hac significatione. Aristot. Ethic. 3, ἕτερα γὰρ ἑτέροις ὄντα ἡδέα, alia aliis. Idem Polit. 7, διαφέροντες ἕτεροι τῶν ἄλλων ὅσον τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, tantum alii ab aliis distantes, tanto alii aliis superiores. In hoc autem Thucydidis lib. 2, πᾶσι μὲν ὑπῆρξε δὴ ὅσοι ἕτεροι ἑτέρων ἠξίωσαν ἄρχειν, videtur ἕτεροι superfluum esse, Omnibus accidit qui aliis imperare studuerunt. Dicitur & ἕτερ' ἄλλα sicut ἄλλ' ἄλλα, vt docet Bud. pag. 967. Sic apud Luc. Sol. τοῦ δ' ἑτερ' ἄλλα ἐπιλησόμεθα, εἰ δοκεῖ. Pertinet huc ET Ἑτέραι τρέπεσθαι, subaud. ὁδόν, pro Alibi se cõuertere, seu, vt ex Cicerone exponunt, Aliò iter conuertere: ex Ouid. Cœptum iter dimittere: ex Virg. Mutare iter, Mutare viam: ex Lucretio Commutare viam retróque reuerti. Luc. in Timone, καὶ παῤῥωθὲν ἰδόντες, ἑτέραν ὁπηνίκατο. Synes. ὡς δὲ οὐ φρονοῦσι χώρει ταύτῃ τὰ ἀπαθοῦντα τῶν φρονοῦντων, ἑτέρᾳ τρέπεται, subaud. ὁδῷ, pro Aliò se conuertere. Ἑτέρᾳ τρέπεσθαι, subaud. ὁδῷ, pro Aliò se cõuertere, seu, vt ex Cicerone exponunt, Aliò iter conuertere: ex Ouid. Cœptum iter dimittere: ex Virg. Mutare iter, Mutare viam: ex Lucretio Commutare viam retróque reuerti. Luc. in Timone, καὶ παῤῥωθὲν ἰδόντες, ἑτέραν ὑπεκτρέπεται. Synes. ὡς δὲ οὐ φρονοῦσι χώρει ταύτῃ τὰ ἀπαθοῦντα τῶν φρονοῦντων, ἑτέρᾳ τρέπεται.



κότων, ἑτέρας ἐπειρᾶτο, id est (Budæo interprete) Quum hac via non proficeret, aliam rationem peragendæ rei instituit, (vt Terent. in Andria, Hac non succeſſit, alia aggrediamur via.) Pro quo idem Synes. dicit πρὸ ὅτου ἑτέρᾳ πρίπεσθαι. & Polyb. πρὸ ἑαυτῶν ὁδὸν προβίβασθαι. Coniungitur interdum cum τοσοῦτος. Æschines contra Ctesiphontem, Ἀκαρνανίας δὲ ἑτέρους τοσούτους, totidem. paulo antè verò dixerat, οὐ Πελοποννήσου μὲν πλείονας ἢ δισχιλίους ὁπλίτας. Isocr. Paneg. ἓξ δὲ ἔτεσιν αὐτῶν καταδουλώσαντας ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπενείμαντο, totidem mensium stipendio. dixerat autem antea, ὀκτὼ μησὶν τοὺς ἑαυτῶν δαπάνας ἐξευρεῖν. | Ἕτερος, vt Alius apud Latinos, capitur etiã pro Diuersus: oppositum habens ὁ αὐτὸς, id est Idem. Plato lib. 1 De rep. τούτῳ φαμὲν ἑκάστην τὴν τέχνην ἑτέραν εἶναι τῆς ἑτέρας δυνάμεων ἔχειν, Aliam esse. vt Quintilianus dicit, Quanto alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus: Aristot. Ethic. 10, τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἴδει, ὑφ' ἑτέρων οἰήμασι τελειοῦται, quæ enim specie alia seu diuersa sunt. id est διαφέροντα, vt ibidem dicit. In qua significatione cum genitiuo interdum construitur, exponiturque Alius ab, Diuersus ab. Aristoteles De mundo, στοιχεῖον ἕτερον παρὰ τὰ ἀνθρώπων, elementum aliud à quatuor illis. Idem Ethic. 9, εἰ λαιπὸς μάλιστα αὑτοῦ ὁ ὀπτικὸς καὶ ἕτερον εἶδος τοῦ ἐναντίου μύου, id est (Budæo interprete) diuersa specie atque is qui vitio vertitur. Plato De republica, ἕτερον τῆς ἀληθοῦς, diuersum seu alienum à vero. ἕτερα ἀλλήλων, diuersa inter se. Plut. De amore frat. loquens de Græcis sui temporis, ἕτεροι πρὸς ἑστῶτα ἦθος μάχονται οἱ αὐτοὶ τῶν μισῶν ἀλλήλους, (vbi ἕτεροι & οἱ αὐτοὶ sibi sunt opposita) multum mutati ab illis qui priscis tẽporibus vixerunt, Alii atque illi priores.

Ἑτερότης, ητος, ἡ, Diuersitas. Est vocabulum philosophicum. Quomodo autem à διαφορὰ differat, docet Aristot. Metaph. lib. 9. Plutarch. De animi procreat. διαφὲρ τὸ κεχωρισμένον μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος, id est (Turnebo interprete) Quòd illarum vtraque diuersi & eiusdem vendicatione tentetur. Apud eundem in Numa, ἑτερότης ἢ διαφορὰ exponitur Factio & simultas.

Ἑτεροῖος, ου, ὁ, Alterius modi, Non huiusmodi. Bud. ex Synes. τὸ δὲ ἑτεροῖον ὄζειν, hoc autem longè aliter se habet. Aristot. ἑτεροῖα καὶ ἄμικτα, vocat quatuor elementa, De mundo 2. 21. ΥΝΔΕ Ἑτεροίως, Alio & diuerso modo. ἄλλως πως. Hesych. ΕΤ Ἑτεροιόω, ῶ, F. ώσω, Alium atque alium facio, ἀφ' ἑτέρων σώματος εἰς ἕτερον μεταβάλλω, vt Ammon. exponit. Altero. (vt Ouid. Fast. 1, Ille suam faciem transformat & alterat arte) Et in pass. ἑτεροιοῦμαι, Alium atque alium fieri, vt Budæus interpr. Philo De vita Mosis lib. 1, loquens de aqua fluuiali, ὅσον αὖ ἀφυσάμενος ὅτι πλεῖστον ἐκ χόνης, ἅμα ξανθόταττ' ἔσαι, πρὸς τῇ χρόᾳ καὶ πλῆθος μεταβαλοῦσαν εἰς ἄλμαν πικρὰν ἑτεροιωθὲν, id est (Turnebo interprete) Ac præter colorem etiam potestate prorsus degenerabit. ΑΠΟ Ἑτεροίωσις, ιως, ἡ, Alteratio. id est (vt Bud. exponit) Quum rerum qualitates alteræ atque alteræ fiunt: ἡ ἀφ' ἑτέρου πάθους εἰς ἕτερον μεταβολή: ἀλλοίωσις autem, πρώτης ὑποκειμένης ποιότητος ἑτέρας, vt Eustath. & Ammon. distinguunt. ΕΤ C. Ἀνετεροίωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui alteratus non est, Qui alterari nequit, In aliam atque aliam conuersionis speciem non mutabilis. Aristot. De mundo.

Ἑτερώνιος, ου, ὁ, ad formam possessiuorum factum ab ἑτέρων genitiuo plurali τῶν ἕτερος: sicut ab ἄλλων fit ἀλλώνιος, ab ἑτύμων ἑτυμώνιος. Eustath.

Ἑτέρη, Alia via, Alia ratione, Alio modo. vt ἑκάτερη. ΕΤ Ἑτέρηφι, paragoge poetica, pro eodem: seu ἑτέρωθι. Eust. ex Hesiodo.

Ἑτεραίκις, Vtraque vice. v. l. ex Xen. sed perperam pro ἑκατεραίκις. Erit autem ἑτεραίκις, Altera vice.

Ἑτερωθὲν, Altera ex parte, Ex aduersa parte. Il. α, Ἀτρεΐδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιε. Iliad. σ, Ἀντίλοχος δ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δάκρυα λείβων.

Ἑτέρωθι, Alibi, Alio loco. ἀλλαχοῦ. Plut. ἀλλὰ περὶ τούτου μὲν ἑτέρωθι τῆς γοάμμης μνησθήσεται τὰ δέοντα ποιῶν, alibi. Galenus ad Glauc. lib. 1, ἑτέρωθι ταῦτα λέλεκται. Construitur etiam cũ genitiuo: vt ἑτέρωθι γῆς apud Aristid. Alibi terrarum. Luc. ἑτέρωθι δὲ τῆς ἠιόνος ἄλλοι ἔρωτες παίζουσι, In alia, seu etiam altera parte.

Ἑτέρως

Ἴπερος; Alio modo, Aliter. Od. β, Νῦν δ' ἴπερος ἐθέλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες, At secus dii nunc verterunt. Aristophanes, ἴπερος τρέπεσθαι, secus verti seu euenire. Philo De mundo, τὸ δὲ φαεῖν καὶ τοπάζειν, τοτὲ μὲν οἰκείως, τοτὲ δὲ ὡς ἴπερος δίδηται τῇ ψυχῇ, interdum quodam alio modo afficit. A

Ἑτέρωσι, Alteram in partem, Aliò. Odyss. κε, Ταρβήσας δ' ἑτέρωσε βάλ' ὄμματα. Il. ψ, Ἀτὰρ πυρκαϊῆς ἑτέρωσε λιασθείς.

ET Ἑτρόσε pro eodem in v. l.

Ἑτερόω, ῶ, Fut. ώσω, Altero. v. l. VNDE Ἑτέρωσις, εως, ἡ, Alteratio. ibidem. B

C. Μαδίτερος, ET Οὐδίτερος, SEV Οὐθίτερος, teste Eustath. (pro quibus diuisa voce οὐδὲ ἴτερον & μηδὲ ἴτερον dixisse Thucydidem suprà ostendi) Neuter. Plato, ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τούτων οὐδετέρῳ μηδέτερα πιεῖν, neutrum horum. Idem Philebo, τὸ μὲν χρυσὸν, τὸ δὲ ἄργυρον, πεῖσαι δὲ μηδέτερα τούτων. Et in fœminino apud Aristotelem Ethicῶν 6, αἱρεταὶ δὲ οὖσαι ἑκατέρας, καὶ εἰ μὴ πιθοῦσα μηδέτερα μεταθήσεται αὐτῶν. Plato De republica 2, οἷς οἱ ἀμφότερα ἢ οὐδέτερα πιστεύσει, Quibus vel de vtroque vel de neutro credendum. Οὐδέτερα ὀνόματα & ῥήματα grammaticis Græcis dicuntur sicut Latinis nomina neutra seu neutralia, illa quæ nec masculina nec fœminina, & verba quæ nec actiua nec passiua sunt. C

HINC Μηδέτερος, ET Οὐδέτερος, Neutro modo. Item neutro genere, apud grammaticos. Athenæus libro 15, λύχα δὲ οὐδέτερος εἶπεν Ἡρόδοτος. ET Μηδέτερόσε, SIVE Οὐδέτερόσε, Neutrò, Neutrâ in partem. Il. ξ, Οὐδ' ἄρα πῃ ἑτεροκλινὴς οὐδέτερόσε, nec in vnâ nec in alterâ partem voluitur. Quædã tamẽ exemplaria ibi diuisim habent οὐδ' ἑτέρωσε. At Eustathius priorem scripturam agnoscit. Thucydides libro 4, μήτε ὁπωσοῦν μηδέτερος μηδετέρους μηδέτερόσε, Neutrósque cum alteris vltro citróque commercium habere. ET Οὐδετέρωθεν, Neutra ex parte, Galenus libro 2 ad Glauconem. ET C. Αὐτοοὐδέτερον, Per se neutrum, Absolutè neutrum, vocabulum grammaticum. D

C. Μητέτεροι Quidam, Nonnulli, idem quod ἔνιοι, vt Hesychius docet. Herodotus, οἱ δὲ μητέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν πρὸς κύρους, οἱ δὲ πρὸς ὕπνον ἐτράποντο. Idem, μητέτεροι τῇ θεῷ, certi quidam dit. Apud eundem reperitur & fœmininum μητέτεραι, Nonnullæ. Nicander apud Athenæũ lib. 2, — λόπτει καιρόν τι Εἰδοίης, βάλεσον ὃ μητέτεροι καλέουσι. Vsus est & Arrianus hoc vocabulo, lib. 6, ὡς μητέτεροι αἰτίᾳ ἔφασαν. E

C ¶ Ἔχθεα idē quod ἔχθος, sed illud vsitatius in prosa quàm hoc. Dicitur autem ἔχθεα τισὶ vel πρός τινα. Thucyd. 2, τὴν μὲν ἔχθεαν ἐς τοὺς Ἀργείους ἐποιήσαντο. Demosth. in Midian, φύσει τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθεας αὐτῷ ὑπαρχούσης παντελῶς. Ex eodem, ἔχθεαν ἔχειν μοι πεποιηκώς. Plato in Epist. εἰς ἔχθεαν ὑμᾶς ἐλθεῖν, nos subire inimicitias. Euripides autem dixit ἔχθεαν συμβάλλειν τινί. Latini dicunt etiam Contrahere inimicitias. Sed & ἔχθεαν αἴρεσθαι frequens est: quo vtitur Demosthenes quoque in Midiā. At his aliisque huiusmodi opponitur ἔχθεαν διαλύεσθαι apud Isocratem, & ἔχθεαν ἀποθέσθαι apud Plutarchum. quod Latini ad verbum dicunt, Inimicitias deponere. Dicitur autem & ἔχθραι plurali numero à Xenophonte & Isocrate pro Odia. HINC Ἐθελέχθρος ET Φιλέχθρος, ου, ὁ & ἡ, Inimicitiarum amans, Qui lubenter inimicitias exercet, aut suscipit. Vsus est autem Cratinus, nomine ἐθελέχθρος, teste Polluce. VNDE Ἐθελέχθρος ἔχειν, ET Φιλέχθρος ἔχειν πρός τινα, Lubēter cum aliquo inimicitias exercere, vel Occasionē inimicitiarū quærere. Dem. μὴ ἔχε οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἐθελέχθρως. Laert. in Plat. εἶχε δὲ καὶ φιλέχθρως ὁ Πλάτων πρὸς Ἀρίστιππον. ET Ἐχθραίνω, Odio prosequor, Odio habeo. Soph. Aiace, ἐς τοσόνδ' ἐχθραστὸς ὡς καὶ φιλῆσαι νιν. Sic exponitur & in hoc Plutarchi loco in Numa, ἐχθραίνει βίαν καὶ πόλεμον. Signific. tamen sæpe ἐχθραίνω (sicut Ἀπεχθαίρω Homero) Inuisum reddo, μισητὸν ποιῶ, Eustath. AT Ἐχθρεύω, ET Διεχθρεύω, cum dandi casu, Inimicus sum, Inimicitias gero, Simultatem exerceo, ex Maccabæorū 2, cap. 10, ἐχθρεύσαντες τοῖς ἐχθροῖς. Athenæus, διήχθρευε γὰρ τῷ Σύρῳ ὁ Μυρτίλος. ITEM Ἐχθρωδῶς, Infensè, Infestè, Infenso animo, vel infesto. (ἀπεχθῶς & κακῶς exponit Suidas.) Sed malit aliquis fortasse ab ἐχθρὸς quàm ab ἔχθεα deducere.

Ἐχθρὸς, οῦ, ὁ, Inuisus, Quē odimus. vt ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν, Il. ι, & Odyss. ξ. Et de re quoque dictum, vt ἐχθεὰ δέ μοι τὰ δῶρα, Iliad. ι. Item Odyss. μ, — ἐχθρὸν δέ μοι ἔστιν Αὔλιδος ἀΐζηλος ἱερημάτα μυθολογεύειν, Odiosum mihi est, Res est mihi odiosa seu molesta. Aristophanes, ἐχθρὸς θεοῖς. Solebant autē hoc de improbo homine dicere. Sic Demosthenes Pro corn. πανοῦργος ἄνθρωπος καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὄντως. Sed interdum dicebant ὁ καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ ἀνθρώποις, vt Xenoph. Pæd. 5. ¶ Item ἐχθρὸς, Qui odit, Infensus, Infestus. Demosthenes Philipp. 4, καιρούς μὲν καὶ ἐχθρός ἐστιν ὁ λιμὸς τῇ πόλει. Denique ἐχθρὸς generaliter vt Lat. Inimicus: oppositū habens φίλος. Pæd. 1, καὶ φίλους ὠφελεῖν καὶ ἐχθροὺς ἀμύνειν. COMPAR. Ἐχθίων, Magis inuisus, vel Magis infensus. Inimicior. Pæd. 4, σοὶ πάντων ἐχθίονές εἰσιν ἢ ἐμοί. ET Ἐχθιόνως aduerb. vt apud eundem in Symp. ἐχθιόνως ἔχουσιν, magis infensi sunt. SUPERL. Ἔχθιστος, Inuisissimus, vel Infensissimus, Inimicissimus. Iliadis ε, Ἔχθιστος δέ μοι ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν. Plato Symposio, ἔστι δὲ ἔχθιστα τὰ ἐναντιώτατα, λυγρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ, ξηρὸν ὑγρῷ. Sed & pro ἐχθρὸς apud Homerum. Existimo autem ἐχθίων & ἔχθιστος pro ἐχθείων & ἔχθειστος dici: ideóque illa sub ἔχθος non posui.

C. Ἐχθροδαίμων, Inuisus diis. Item Infelix, vt Bud. interpr. in hoc Soph. loco, vbi Œdipus de seipso dicit, Τίς ἐχθροδαίμων μᾶλλον ἂν θάμὸστ' αἰπὴρ; Existimo autem hanc signif. esse ex consequente.

C. Ἐχθρόξενος, Osor hospitum, Eurip.

C. Ἐχθροποιέω, ῶ, Inimicum reddo, Inimicitias concito.

Ἔ Χ Ω, (fut. ἕξω cum aspero: item σχήσω. & præt. ἔσχηκα, aor. 2 ἔσχον, A Σχέω, ῶ, inusitato. Ab ἔσχημαι autem Σχῆμα. Sed & Σχέσις & alia per ε, tanquã ab ἔσχεμαι, ἔσχεσαι, pro ἔσχημαι, ἔσχησαι.) Habeo, Possideo, Teneo, id est Obtineo. Il. ε, — ἐλὼν γὲ ἔχει γέρας αὐτὸς ἀπούρας. Et Il. ι, — ἔχει δ' ἄλοχον συμφορέα. Et Il. β, — ἀλλὰ σὺ σῆσιν ἔχε φρεσὶν, quod Virgil. Tu condita mente teneto. Xen. Pæd. 3, ἀλλὰ σὺ ὦ μῆτερ, ἔχουσα ταῦτα τὰ χρήματα ἃ φέρεις, ἄπιθι. Et 7, καὶ ἀποδίδωμι ἤδη γυναῖκά τε ἐχειν ὡς ἔχες καὶ παῖδας. Dicitur etiam, Hanc vel illam ἔχω γυναῖκα, habeo vxorem. id est, Hæc vel illa est mea vxor. Pro quo dicunt interdum Latini Habere in matrimonio. Thuc. 2, οὐ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σπάρτης. Sed & qui cum meretrice consuescebat, dicebatur illam ἔχειν: vnde ille Aristippi locus de Laide, ἔχω, οὐκ ἔχομαι. Item ἔχειν πόλιν τινὰ, vel χώραν, apud Thuc. Tenere seu Obtinere. Sed & pro Tenere aliquid manu dicitur ἔχειν, & manus ipsa ἔχειν. Luc. in Herc. ἄπτε δ' δεξιᾶς μὲ ἤδη τὸ ῥόπαλον, ἢ μαᾶς ὑπ' ἔτι ξύον ἔχούσης. ¶ Ἔχω cum suo accus. interdum verbo redditur, interdum aliud interpr. genus accipit. vt τιμὴν ἔχω παρά τινος, Plut. in Sol. Honoror ab omnibus. Vel, In honore sum apud omnes. Sic ἔχω δόξαν, ibidem. (Homericè autem dicitur & κλέος ἔχειν τινὰ, id est δόξα ἔχεσθαι, vt infrà docebo.) Sic αἰτίαν ἔχω, Accusor. de quo loquendi genere, simúlque de δι' αἰτίας ἔχειν, vide in Αἰτία. Et ἔχειν φθόνον παρά τισι δυνατοῖς, Plut. Temist. Inuidiam à potentibus, Inuidia laborare apud potentes. Itidémque verbum ἔχω cum aliis multis substantiuis, admittens hoc interpretationis genus, vide in eorum vnoquoque, prout nimirum inter legendum tibi occurrent. Poterat certè & ἔχειν cum accusatiuo πράγματα, passiuo reddi verbo, Implicari negotiis, vel Molestiis affici. (vt ὀνείδη ἔχειν apud Platonem Opprobriis affici) Cicero tamẽ maluit ad verbum, Habere: quemadmodum παρέχειν cum eodem accusatiuo Exhibere: vt dicetur in nomine πρᾶγμα. Sunt verò & qui ἔχειν vertant Pati, vel Accipere, nonnullis substantiuis iunctum: vt in ἔχειν κακὰ apud Demosthenem: & ἔχειν πληγὰς apud Aristophanem (cuiusmodi est & ὀνείδη ἔχειν apud Platonem) vbi tamen reddi itidem possit illo verbo Affici. Sic & in ἔχειν μεταβολὰς apud Thucydidem sunt qui ἔχειν vertant Pati. ¶ Ἔχω cum accus. interdum contrà verbo actiuo reddendum est. vt ἔχω θεραπείαν, Curo, Curam adhibeo. X. Pæd. 1, Ἴσχυς θεραπείαν τῷ σώματι &c. Sic & cum accus. ἡσυχίαν. nã ἡσυχίαν ἔχειν aliud nõ est q ἡσυχάζειν. (quod tamen neutrum potius est q actiuum) Itidem cum accus. συγγνώμην. est. n. συγγνώμην ἔχω vbique Ignosco, συγγινώσκω. quod genus loquendi apud omne autorũ genus hoc in vsu erat: sed veteres scriptores verbo ἔχειν cum plerisque aliis accus. ita vsos fuisse obseruaui: ex quibus sunt, μεμφὼ ἔχειν, καταμεμψιν ἔχειν αἰσχύνην ἔχειν. Hoc autem qui non animaduerterunt, καταμεμψιν ἔχω apud Thuc. interpr. Reprehendor, quum fit contrà Reprehendo: & ἔχω σοι αἰσχύνην, Tu mihi indignaris: quum contrà sonet, Indignor tibi. Sed cum nonnullis accusat. potest etiam verti ἔχω, Habeo. vt συγγνώμην ἔχω, vel Ignosco, vel ad verbum Veniam habeo: quo Fab. vtitur. Sic χάριν ἔχω rectè ad verbum redditur Gratiã habeo. Huc pertinet & τιμὴν ἔχω pro Honorem habeo. i. exhibeo seu defero. Paus. in Atticis, οἱ παρ' Ἕλλησι τιμὰς ἔχουσι. (quam tamen signific. raram esse arbitror.) Nec veritus est Cicero εὔνοιαν ἔχειν ad verbum itidem interpretari, Beneuolentiam habere: (vt vides pag. 140 mei Cicer. lexici) quum tamen alioqui Beneuolentia prosequor, sicut & Amore prosequor, Latinæ linguæ magis conueniant. Alicubi verò ἔχω non simplici verbo Habeo, sed composito Adhibeo, reddendum fuerit. vt θαρσὸν ἔχειν ὅτι ἔργῳ, Hesiodus, Animum operi adhibentes. Sic autem & alibi videndum est quod aliud ex Habeo compositum interpretationi aptum esse possit. ¶ Ἔχω cum accus. interdũ etiã verbo neutro redditur aut deponente, & quidẽ ex ipso verbo à quo deductum nomen illi adiungitur: sicut ἴχω δέος ex Plutar. q. d. Metũ habeo, seu timorem, (vt Gall. j'ay peur) pro Metuo, Timeo. ἴχω δρόμον ex Euripide pro Curro. Sic δαῖμα ἔχω ex Sophocle (quum potius dicatur ἔχει μὲ δαῖμα) pro δαιμάζω, Miror. Sed & in hoc Thucydidis loco, τὸ λυπεῖσθαι ἔχει τὴν αἴσθησιν ἑκάστου, possumus αἴσθησιν ἔχει in verbum αἰσθάνεται resoluere, mutando dat. ἑκάστῳ in nomin. & τὸ λυπεῖσθαι in τῇ λυπουμένῃ: hoc modo τῇ λυπουμένῃ αἰσθάνεται ἕκαστος. (scio tamen posse etiam verti, eodem manente sensu, ἔχει, affert, vel præbet, παρέχει: vt sit dolor affert sui sensum. ac certè ἔχειν redditur itidem afferre in hoc Demosth. loco, ἔχειν μεγάλους κινδύνους ἐν πολέμῳ) Sic resoluendũ videtur apud Plutar. ἔχει πολλὰς ἀγαθὰ κτήσεις ἡ βοσκήσεις, in ἀγαθὰ κτήσεων αὐτῷ πολλοὶ καὶ βόες εἰσὶν: itidémque ἴχω τίνας πιθομένους apud Xen. Pæd. 7, resolui posse in οὕτοι πείθονταί μοι. qui tamen locus multo aptius quàm ille alter Latinè reddi possit ad verbum, Hos mihi obsequentes habeo. Estque, ni fallor, & verbi Vtor talis quidam apud Latinos in similibus locis vsus. ¶ Ἔχω cum nonnullis accus. diuersam à superioribus interpretationis formam postulat, videlicet per verbum substantiuum. interdum verò & verbo substãtiuo, & ipso verbo Habeo reddi potest: vt quum dicitur πατρίδι ἔχω πλὴν ἡλικίας, vertere possumus, Hac sum ætate, vel Hanc ætatem habeo. Xen. Pæd. 1, εἰ δὲ ἔχοιεν τὴν ἡλικίαν ἣν σὺ νῦν ἔχεις ἤδη. INVERTITVR autem sæpe illa constructio cuius varia modò exẽpla protuli: ponitúrque pronomen in accus. nomẽ autem in recto casu, idq; nõ solùm apud poetas, sed interdũ & in soluta oratione. vt δύην ἔχει μὲ, Hom. Od. ξ, Miseria me habet. (pro quo alii, Premit) Ibidem χαλεπὴν δ' ἔχε δῆμον ἐμῆς. Sic apud eundẽ dicitur ὕπνος ἔχειν aliquem: (quo & Virgil. modo dixit, -animalia somnus habebat) item δαίμονες. In prosa autem legimus ἔχει μὲ φιλοψυχία apud Plat. in Apol. & ἔχει μὲ ὀργὴ apud Plut. Animaduertendum est autẽ quæda reciprocari etiã: vt quũ pro κλέος ἴχω, dico κλέος ἔχει μὲ, quo Hom. vtitur: & vicissim pro ἔχει μὲ δαῖμα (quale est & ἔχει μὲ δαίμονες) dico ἴχω δαῖμα. ¶ Est alius præterea vsus pronominis cũ hoc verbo: vt ἴχω ἐμαυτὸν ἀπὸ τοῦ πυρὸς, Plat. Sic ὁπλίτην ἑαυτὸν ἔχειν ἀφανῆ, apud eundem, pro Seipsum è cõspectu eripuit.

Ἔχω cum aduerbiis frequenter ponitur: & interdũ verbo substantiuo reddendũ est, nisi quis verbum Habere retinens, inuertat orationem. vt ἴχω ἀνοίκως σοί σε, Xenoph. ad verbum, Habeo [me] beneuolè erga te: id est Sum tibi beneuolus, vel Habes me tibi beneuolum. Tale est, ἴχω φιλικῶς σοί σε, & ἴχω οἰκείως, & σοί ἴχω (vel per dat. ἴχω σοι φιλικῶς & οἰκείως: vt Xen. φιλικώτερόν τι καὶ οἰκειότερον ἀλλήλοις ἔχειν) quibus opponũtur, ἴχω ἐχθρῶς σοί σε, ἴχω πικρῶς aut βαρέως σοί σε: vel βαρέως aut χαλεπῶς ἴχω σοι. Interdum verò ἴχω vertitur affectus sum: vt ἴχειν οὕτως σοὶ Εὐαγόρᾳ, Isocrates, Sic in Euagoram fuit affectus. Nec solùm cum accus. personæ sed & cum accus. rei iungitur, præcedẽte aduerb. vt ἔχειν ἀκράτως σοὶ τὰς ἡδονάς. Plato De leg. Sic ἀκολάστως ἔχειν πρὸς τὰ βιαῖα, Xenoph. pro Intemperanter se gerere: vel (vtendo hic quoque verbo substant.) Intemperantem esse. Sed & prout diuersa occurrũt loquẽdi genera, ita & nouum interpretationis genus quærendum est: vt ἴχω σοὶ τὴν πρόσω ἀσυμπτωτα, Tardissimè seu lentissimè incedo, Vel, Valde remissè me gero in conficiendo itinere. Sed sæpe illa resolutio verbi ἴχω in verbum substant. aptissima est: vt si ἀθύμως ἴχω σοὶ ταῦτα vel ἀεὶ τοῦτον, ita reddatur ac si esset ἄθυμός εἰμι. ¶ Interdum verò illud οὕτως (cuius generis loquendi paulo antè protuli exemplum ex Isocr.) adiũctum sibi genitiuum habet: vt οὕτως ἴχω γνώμης, In ea sum sententia, Ita sentio. (affertur verò & sine illo gen. ex Xenophonte pro eadem significatione ἴχω οὕτως σοί σου) Sic οὕτως ἴχω φύσεως, tali sum natura præditus. οὕτως εἶχε πλήθους, Herodian. Tale erat eius genus. Indẽ

A B C D E F G H

verò cum ὡς & ὅπως, aliisque huiusmodi. Plato Gorgia, οὐ γὰρ οἶδε παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. quod Cicero interpr. Ignoro enim q̃ sit doctus, q̃ vir bonus. Plutar. Camillo, ὡς ἔκαστος ἐτιμᾶτο πρὸς ἢ βουλήσεως ἔχε. Ex Thucydide etiam, ὡς ἔχοι τῆς μνήμης, vt meminisset. Tale est οὕτως ἔχω δόξης, vel ὡς δόξης ἔχω, vt loquitur Halicarn. de Lysia scribens. Sic Plato, πῶς ἔχεις δόξης τῷ θεοδότῃ πίεσι; quámnam opinionem habes? Gregorius de martyribus loquens, ὡς ἐκείνοις μὲν γὰρ οὕτως εἶχον καὶ γνώμης ὡς πάντα ῥᾳδίως οἴσεσθαι. Dicitur & ὡς εἶχεν ὀργῆς, pro, Qua erat ira percitus, Vt erat iratus. Vide & cum aliorũ nominũ genit. in vnoquoq; eorũ. At verò ὡς πάρεχεις ὤχ apud eundẽ & cæteros quoque scriptores, pro Quàm celerrimè poterat, aliáque illi similia, ad ἔχω significans Possum, pertinere videri possint. Aliud verò est πρὸ ὡς vel ὡς πρὸ ἔχω vsus sine genitiuo, vt ὡς πρὸ εἶχε apud Thucydidem: quod schol. exponit αἰσθητῶς σημαίνει. Quod loquendi genus vide quomodo interpretetur Gellius in duobus Herodoti locis de Arione scribentis. At verò apud Luc. σκέψαι ὡς ἔχεις sunt qui interpr. Fode ita vt facis. Sed viderint. ‖ Ἔχω iungitur & aliter aduerbio, nimirum vel sequente accusatiuo, qui regitur à subaudita præpositione κῆ (aut certè datiuo, qui in accusatiuũ cum κῆ resolui potest) vel nullo casu sequente, vt εὖ ἔχω τὸ σῶμα, vel καλῶς ἔχω τὸ σῶμα, Plat. & Xen. Inuenitur etiam εὖ ἔχω ῥώμης, & εὖ ἔχω σωτηρίας. At verò τῇ λέξει καλῶς ἔχει ὁ λόγος, Isocr. in Euag. pro κῆ πρὸς λέξιν. Vtimur autem & hic plerunque verbo substantiuo in interpr. vt εὖ ἔχω τὸ σῶμα, Sũ bona corporis valetudine. Vel potius sine illo genitiuo, Sum bona valetudine. Aut breuius etiam, Valeo. Interdum verò casus non additur, vti dixi: sed dicitur simpliciter καλῶς ἔχει, vel πονήρως ἔχει. Sic & μὰ καλῶς ἔχει, aliáque huiusmodi. ‖ Sed & res quoque dicitur ἔχειν εὖ seu καλῶς, & ἔχειν κακῶς, res quæ bene se habet, vel malè. Itẽ τὰ εὖ ἔχοντα, Quæ decẽt vel expediunt. Sic τὰ καλῶς ἔχοντα. vt apud Lucianum, ἐρωτᾷς εἰ τὰ καλῶς ἔχει. Apud Lysiam autem p. 87, ἐπειδὴ δὲ καλῶς εἶχεν, Bud. interpr. Opportunum illi erat, vel tempestiuum. Itẽ εὖ ἔχειν dicitur Quod conuenit seu quadrat, ad dito interdum datiuo. vt Plato De rep. 1, καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπὸν ἢ τὸ χρῆσθαι φέρουσιν, εὖ ἔχειν αὐτοῖς λόγος. Et τὸ κῆ ταυτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν apud Platonem Etc. interpretatur, Quod semper vnum & idem est, & sui simile. Inuenitur item ἔχω οὕτως, pro Ita se res habet, Sic res est. Aristoph. & Demosthen. Gall. Voila cõment il en va. Budæus autem apud Synesium ἔχει γὰρ οὕτως ὦ λῷστε Πυλαιμένες interpr. etiam Sic statuo. Legitur etiam, ἔχει μοι λόγος πόδι apud Euripidem, pro ἄπορόν μοι ὄντι πόδι. Aliquando etiam iungitur infinitiuo: vt ἔχει μοι καλῶς πρὸς δόξαν, (q.d. Pulchrè vel conuenienter se habet mihi) Pulchrum & conueniens mihi est, Decet me expectare. Commodius autem redditur apud Herodotum, ἔχει μοι αἰσχρῶς ποιῆσαι ταῦτα, Necesse habeo hæc facere. Dicitur & καλῶς ἔχει τοῦτο ποιεῖν sine datiuo. vt Xenoph. Pæd. 4, καλῶς εἰδέναι ἔχειν αὐτοῦ μὴ πάλιν κινδυνεύειν. Demosth. οὐκ γὰρ καταισχυνθῆναι, εἶχε καλῶς, non erat honestum. Sic ἀσεβῶς ἔχει, idem Demosthenes cum infinitiuo, Pium est. Iungitur & aliis aduerbiis, vt in vnoquoque eorum dicetur.

Ἔχω cum præpositione alicubi quidem reddi potest per Habeo, vel Teneo (vt ἔχω δι' ἐμοῦ χειρός, apud Thucydidem. Sic ἔχω δι' ἐμοῦ σώματος, Plutarch. Et ἐν νῷ ἔχω ἀπιέναι, In animo habeo discedere, Plat.) frequentissimè autem reddendum est verbo Lat. habente significationẽ verbi Græci à quo deductum est nomen, vel quod deducitur à nomine illi adiuncto: vt si ἔχω σε δι' ὀργῆς vertas Irascor tibi, tanquam sit ὀργίζομαί. Sic ἔχω δι' σπουδῆς, Operam do, σπουδάζω. Et ἔχω δι' ἐλπίδος, Herodian. ἐλπίζω. Item cum ὠ, vt ὠ ὀργῇ ἔχειν, & ὠ νόσῳ ἔχειν. Sic ὠ αἰσχύνῃ ἔχειν, Euripides pro αἰσχύνεσθαι. Talia autem vel in præpositione, vel in ipsis nominibus inuenientur. Quibus addendum est etiam ὠ γαστρὶ ἔχειν, pro Grauidam esse, quod itidem in γαστὴρ quærendum fuerit. (Sed & πρὸ ἔχουσα sine adiectione dixit Aristoteles Polit. pro matre.) ‖ At cum præpos. ἀμφὶ & περὶ significat Occupatum esse, Vacare: vt ἀμφὶ πολλὰ εἶχον, Xen. Pæd. 4, In his occupati erant, Hæc agebant. (pro quo alibi dicit ὧν τοῦτο ἔσται.) Sed & ἀμφὶ τοῖς ἀλλοις φίλοις ἔχειν alibi, Cæteris amicis operam dare.

Vsum autem verbi ἔχω cum participii aoristo Galli planè retinuerunt. nam ἔχω πείσας, pro ἔπεισα, est ad verbum, I'ay fait: vt in quodam meo libello de conuenientia linguæ Gallicæ cum Græca, sat multis docui. Est autem hic verbi ἔχω vsus apud Græcos carmini cũ soluta oratione communis. Heliodus initio Erg. Κρύψασα γὰρ ἔχουσα θεοῦ βίον ἀνθρώποισι, pro ἔκρυψα. Sophocles Aiace, σκέψασθαι τοῦτον ἔχει σφραίας, pro ἐσφράγισται. Sic Thucyd. ἔχω δήσας. & Demosthenes, ἔχω καταπήσας: item συλλαβοῦσα ἔχει apud eundem. Arrianus verò dixit itidem σιγῶντα ἔχειν, pro σιγᾶν lib. 4, de cæde Cliti loquẽs, ἱκανὸν γὰρ τῇ πόλει καὶ ἐς ἐλευθερίαν παρουσίᾳ τὸ καθ' αὑτὸν σιγῶντα ἔχειν, pro σιγᾶν. Vide Bud. p. 394. ‖ Interdum verò abundat partic. vt λαμπρὸς ἔχων, & παίζεις ἔχων, quæ cum aliis vide ibidem. Item ἔχον neutro genere similiter vacans, quum dicitur τὸ νῦν ἔχον pro Nunc, ibidẽ inuenies.

Ἔχω sæpe etiam suorum compositorum significationem accipit. vt ἔχω pro ἀνέχω, Sustineo, Odyss. τ, — ἓ κέν τις ὑφὸ ἔχοντος. Sic Hes. Ἄτλας ὃ γ' ὑπερθεν οὐρανὸν εὐρὺν ἔχει. Item pro ἀνέχομαι, Tolero, apud Hom. Item pro ἀντέχω. i. Resisto, Obsisto, Il. ε. Et cum accusat. Il. υ, circa principium, Οὐδὲ μάχεσθ' ἔξουσι ποδώκεα Πηλείωνα, id est ἀντιστήσονται. Vbi & verbo illo Sustinere vti possumus, vt sit, Non sustinebunt illum, pro Illius impetum. Interdum & pro κατέχω, κωλύω, Cohibeo, Inhibeo, Reprimo, Retineo, vt ἔχειν ἴσχος dicitur Lycaon Il. φ, pro κρατεῖν, κωλύειν τῆς βολῆς. Sic Od. χ, non semel, ἐκ δ' ἔσθλὰ χεῦεσε ἀάπτοις. Et cum genit. Il. β, Ὃς τ' ἀωσθῇσιν ἐπισβόλον ἔσχ' ἀγορέων. Iungit & infinitiuo. quo etiam modo Herodotus, sed addita μὴ particula, ἔχω μὴ ποιῆσαι. Sic autem Hom. ΕΤ σχέθω pro κωλύω sæpe variisque modis ponit. vt Od. η & π, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε, ἓ ἔσχε θυμὸν ἰδόντα. Sic αἷμα ἔσχεθον, Od. τ. Et Od. σ, — σχέθε πένθος. Et σχέθε δ' ἠῶθεν γόοιο, Od. λ. Lege quæ paulo pòst de verbo Teneo à me dicuntur. Ponitur ἔχω & pro περιέχω, Cingo, Circundo. vt apud Hesiodũ, Χρύσεαι δέ μιν ἔχον ὑπερθύριοι ἀφαρεῖαι Ἑπτὰ πύλαι. vbi tamen alii interpret. Custodiebant vel Tuebantur. ‖ In vsu est denique ἔχω & pro προσπίπτω significante Appello: & quidem apud Thuc. quoque non semel. Sciendum est autem à schol. alicubi annotari & pro παρέχειν, item ἐπέχειν.

Ἔχω alias etiam significationes quàm suorum compos. accipit. vt verbi ἐλαύνω apud Hom. qui ἔχειν ἵππον ὀπί πνι dicit pro ἐλαύνειν κατά τινος, item ἔχειν ἵππους φόβονδε pro εἰς φυγὴν ἐλαύνειν. Item ἔχειν πρὸς πλοῦτον, pro ἀπευθαύνειν τὸν δρόμον. Vide Eustath. Huic autem significato affine est illud quo pro Pertingo, item Tendo & Attineo ponitur, vt annot. in v. l. ex Herodoto, ἔχειν πρὸς ἠπείρου. Et, ἔχειν ἐς τὸ ἔξω μέρος Φοινίκης, ex eodem. Et πὰ ἔχοντα πρὸς πόλεμον, quæ ad bellum attinent. Sed & apud Paul. pro Pertinere, alio sensu, ἐγὼ ὃ ὅσον ἐς τὸν ὄρυγα τὸν Ἀθηναίων ἔχει, δηλώσω, quatenus ad expugnationem pertinet. Idem, ὁ παῖς ὁ Πολύχαρμος τὰ μὲν ἔχοντα ἐς κύπρις ἔχαψε. At quum dicitur ἔχειν δεκτύλιον, vel ἰμάτιον, est pro φορεῖν, id est Gestare, vt Eustathius annotat. Qui & καταχλὼ ἔχειν apud Homerum nihil aliud esse docet quàm καταχλάζειν. Quod verò ille dicit, ἔχειν δ' μῆνιν ἵππων, exponit εἰδέναι. Sic autem & οὐκ ἔχω pro Nescio accipi mihi videri in quibusdam loquendi generibus, docebo aliquanto pòst. Hic porro meminisse nos oportet Latini verbi Tenere, quod quũ propriè sit ἔχειν, id est ὠ χερσὶν ἔχειν, seu δι' ἐμῶν χειρῶν ἔχειν, itidẽ pro Scire interdum sumitur. Addo autẽ, verbũ Teneo nõnullas etiam alias verbi ἔχω significat. habere, aut ad eas propè accedere: vt τὸ ἔχω positi pro Cohibeo, Retineo. Sed dicitur etiã res hæc vel illa Tenere aliquẽ,

vt Græcè ἔχειν. Item Tenere vrbem aliquam, seu quēpiam locum, eodem modo quo ἔχειν πόλιν πᾶσι; (quod & apud Platonem legitur) nisi quod etiam administrationis significationem inclusam habet: vnde πολιοῦχος θεός. Sic autem & ἔχειν ἀφάλειαν πόλεως dixit Aristophanes. magis etiam ἔχειν pro Appellere seu Applicare, ad Latinum Tenere accedit. nam ἔχειν nihil aliud est quàm quod Latinis Tenere litus. Cæterùm vt ad Eustathium reuertar, meminit & τῶ ἔχειν elleptice positi in hoc Sophoclis loco, πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει. vbi subaudiri vult τὸ ἀγαθόν: at ego malim χρήματα. hìc enim τὸν ἔχοντα significare puto diuitem: aut saltē quod Gall. dicitur *Qui bat de quoy*. Qua in signif. memini me alibi legere.

Ἔχω autem pro Habito, Incolo, (vt dii ὄλυμπον ἔχουσιν apud Homerum) potest & ad verbum reddi Habeo. ex Plauto & Salustio. Iunxit autem Xenophon præpositioni κατὰ, quum πρὸς κατὰ τοὺς Ἀσίαν ἔχοντας vocauit Asiaticos.

Ἔχω inuenio in alia præterea verbi Habeo signific. tali nimirum qualis est quum dicitur Habere aliquem in numero bonorum virorum, vel sapientum: & Habere aliquid potius pro Anteferre: item Habere aliquid pro nihilo. Inuenio autem apud Isocratem in Panath. vbi scribit, πῶς ἐγὼ πρὸς δικυλδίους, ἐπειδὴ τὰς πόλεις καὶ τὰς δωρεὰς ἀποδοκιμάζω; In alio autem vllo classicorum scriptorum loco legere me non memini: apud Marcum quidem certè cap. 11, eandem significationem habere scio, vbi dicit, ἅπαντες γὰρ εἶχον τὸν Ἰωάννην ὅτι ὄντως προφήτης ἦν. Sed duo fide dignissima exemplaria ex eorum numero quibus pater meus in sua Testamenti noui editione vsus est, ἡγοῦντο habebant pro εἶχον: quod & in illius editionis margine annotauit. Affinis est autem ista significatio verbi ἔχω hisce in locis ei quam habet quum aduerbio iunctum ponitur pro Sentio: vt apud Gregorium, ἔχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ὡς ἐμαυτὸν πείθω, λίαν ὀρθῶς. Sic autem & ex Xenophonte afferri οὕτως ἔχω περὶ σοῦ, & pro eodem οὕτω γνώμης ἔχω dici, suprà docui.

Ἔχω denique significat Possum, & quidem frequentissimè: ac certè Latini hunc quoque verbi ἔχω vsum suo Habeo in certis quibusdam loquendi generibus dederunt. Sed falsò quidem annotatur ἔχω pro Possum non accipi nisi quum infinitiuo iungitur: vt ex sequentibus patebit exemplis. Ac primùm quod ad ἔχω attinet infinitiuo iunctum, cum λέγειν vel εἰπεῖν frequētius quàm cum aliis, id est aliam signif. habētibus, poni sciendum est. quo & Cicero modo dixit Habeo dicere. Athenæus 85, de solduriis loquens, καὶ οὐδὲν εἰπεῖν ἔχει πρὸ δεπνοδειπνίσεως θαυμάσιον. Idem 271, ἐγὼ δ' ἔχοντ' ἂν πολλὰ λέγειν περὶ μουσικῆς, καταπαύσω τὸ πολυλογεῖν. Plutarch. sic suum περὶ παίδων ἀγωγῆς libellum auspicatur, Τίνας οὖν ἔχει εἰπεῖν περὶ τῆς τῶν νεωτέρων παίδων ἀγωγῆς, &c. φέρε σκοπῶμεν. Sic Xenophon Pædiæ 5, ἔχω πολλὰ παρακελεύεσθαι ὑμῖν καταμένουσιν. Apud Thucydidem autem cum infinitiuo, præcedentem habente particulā μὴ, libro 2, μᾶλλον οὐκ ἔχω πῶς χρησάμενος μὴ ἀγνοεῖν. Interdum verò infinitiuū circumloquūtur per ὅπως, vel πῶς, aut alia particula, cum subiunctiuo. vt οὐκ ἔχω ὅπως βοηθῶ, (ad verbum, Non habeo quomodo succurram) pro οὐκ ἔχω βοηθεῖν. Demosthenes cum πῶς iunxit, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαγάγωμαι. Et cum ὅπως apud Platonem in Phædone, οὐδὲ αὖ πάνυ ἔχω ὅπως ἀπιστῶ. Interdum verò ponitur cum particula μὴ, vt Plato De republica libro 2, quum dixisset, οὔκουν χρὴ ὅπως βοηθῶ ἔχω, subiungit, paucis interiectis, οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω. Lucianus autem in hoc loquendi genere ὅπως futuro indicatiui iunxit, præcedente itidem infinitiuo verbi ἔχω. ita enim scripsit, οὐχ ἕξουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ παιδιόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. Vtuntur verò eleganter verbo χρὴ eadem in re. vt Thucyd. 1, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπιστῶσι. vbi tamen οὐκ εἶχον (si hoc loquendi genus ad verbum reddere quis velit) non video quomodo verti possit Non poterant: ac malim, Nesciebant. Sic Xenophon Pædiæ 1, οὐκ ἔχω ὅπως χρὴ τὸν Κῦρον οὐκ ἔχειν ὃν χρὴ λέγειν. Quæ mea interpretatio & illi Demosthenis loco conuenire videtur, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσω: vt sit Nescio quo pacto laudem, id est laudare queam, vel debeam. Conuenire illam puto & huic Isocratis loco in Panath. οὐκ ἔχω ὅτῳ τρόπῳ ἐπαινέσω εἰπών, ἀξίους αὐτοὺς εἰρηκὼς τῆς ἐκείνων δόξης. Sed & quum post οὐκ ἔχω sequitur τί, (vt οὐκ ἔχω τί λέγω. Apud Demosthenē Philipp. 3. Et Dinarch. 91, οὐ γὰρ ἔχω τί ἄλλο εἰπεῖν. Et Plat. in Gorg. οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω ὑπὸ τῆς δίκης τοῦ) videtur οὐκ ἔχω posse accipi pro Nescio: vt sit Nescio quidnam dicere debeam, vel quidnam aliud. Fateor tamen ἔχω suam etiā signif. hìc seruare posse, præsertim verò vbi sequitur ὅτι: vt in illo Plat. loco, οὐχ ἕξω ὅ, τι λέγω, Nō habebo quod dicam, id est dicere debeam. vt autem οὐκ ἔχω τί λέγω dicitur, sic etiam οὐκ ἔχω τί πιὼ dixit Xenophon Hellen. 1, οὐκ ἔχω τί ἄλλο πιὼν ἢ τὸ κελεύσμα ὡς ἂν δύνωμαι κράτιστα. Facilius autem mihi assentietur in illa mea interpretatione huius οὐκ ἔχω per Nescio, qui recordabitur illius loci Homerici, ἔχει δ' ἐπὶ πάντα ἰέναι pro scire, seu nosse, εἰδέναι. quo etiam Latinos modo suum Tenere vsurpare admonui. Sed & hoc sciendum est, Ciceronem alicubi Nō habeo pro Nescio dixisse. Iam verò & ipsum ἔχω cum infinit. εἰπεῖν seu λέγειν non semper redditur Possum. nam in hoc Isocratis loco, ἐμοὶ μὲν οὖν τὸ παρακελεύεσθαι πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς κινδύνους ταῦτ' ἔχειν εἰπεῖν, Budæus ταῦτ' ἔχομεν εἰπεῖν vertit, Hæc habuimus quæ diceremus. Et apud Xenophontem eadem verba interpret. Hæc dicenda habuimus. At verò in hoc loquendi genere ὡς εἶχον πάχους, & similibus, sunt qui ἔχω accipi interdum velint pro Possum: quibus ego assentiri nequeo licet ὡς εἶχον τάχους verti sciam Quàm potui celerrimè. Sed ita accipi dico verbum ἔχω in ὡς εἶχον πάχους vt accipitur in ὡς εἶχον ποδῶν, quod eundem sensum habet. Suspicor autem eundem vtrobique esse vsum gen. cū ἔχω qui est in hoc loquēdi genere, ὡς ἕκαστος οἷός τε ἔχω ῥώμης, & ὡς ἕκαστος εἶχον ἀξίας. vt enim ὡς ἕκαστος οἷός τε ἔχω ῥώμης est Pro cuiusque robore & q. d. pro ea roboris portione quā quisque habebat, sic & ὡς ἕκαστος εἶχον ἀξίας, pro dignitate cuiusque: ita apud Thuc. μᾶλλον ἔπαινον ὡς εἶχε πάχους ἕκαστος ὅτι τοῖς Ἀθηναίοις, crediderim ὡς εἶχε πάχους ἕκαστος. esse Pro sua quisque celeritate, id est prout quisque celeritate valebat: q. d. pro suo celeritatis modo & sua quadam mensura. In illo autem loquēndi genere, ὡς οἷόν τε ἦν, accipio ποδῶν pro πάχους ποδῶν.

PASS. Ἔχομαι, Habeor, Teneor, Possideor. Iliad. ε, v. 130, Ἀλλά τοι ἵππες καλὰ μάλα Τρώϊαι ἔχονται. Et v. 197, Εὖ νυ ἡμῖν ἴδ' μὲν ὅπ κλυτὰ τόξα ἔχονται. Aristippus, ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι (cuius apophthegmatis meminit Plutarchus, & alii) pro Habeo Laidem, at non habeor. Cic. Epist. ad fam. lib. 9 in vltima, Sed tamē ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset ei obiectum habere Laida: Habeo, inquit, non habeor. Græcè hoc melius: tu, si voles, interpretabere. Hæc Cicero, quem puto quum dixit, Græcè hoc melius, intellexisse significantius Græco verbo id exprimi. vtpote quod non simpliciter haberi, sed teneri, & quidem velut cōstrictum significaret. De hoc autem verbi ἔχομαι vsu dicam paulo pòst. Nunc addo ex Aristoph. Ranis ἔχομαι μέσος, quod exponitur Teneris medius: & dicitur de eo qui sic tenetur vt extricare sese nulla ratione possit. vt Erasmus docet. apud quem paulo plura vide. Lege & Budæum p. 672. Sophocles autem dixit in Œd. Coloneo ἔχων ἔχω, pro Tenens teneris, de quo loquendi genere lege eundem Erasmum in prouerb. Captantes capti sumus. Alicubi certè ἔχεσθαι exponitur & Captum esse. vt apud Thucydidem 2, ὧν τῶν μὲν ἀνδρῶν τῶν μὴ διαφθαρέντων, τῶν δὲ ζώντων ἐχομένων. Sic apud Plutarchum in Romulo ἐχομένης ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, redditur, Capta à Sabinis arce. Potest tamen reddi etiam, Quum teneretur à Sabinis. ¶ Sed pro Teneri interdū etiam casum habet, videlicet datiuum: vt ἔχομαι κακότητι καὶ ἄλγεσι Od. θ, apud Homerū, pro Teneor ærumna & mœroribus. Verùm intelligo non simpliciter Te-

neor,ſed Teneor velut obſtrictus, Teneor occupatus & impeditus(vt Cicero dixit pro Cælio, Amores & hæ deliciæ quæ vocantur,nunquam hunc occupatum impeditúmque tenuerunt) Ac profectò talem quandam vim ſubeſſe putauit Cicero illi ἔχομαι Ariſtippeo, de quo ſuprà.Iungitur autem & aliis datiuis tam in proſa quàm in carmine. Apoll. ἔχεσθαι ἀμηχανίῃ, Inopia conſilii laborare.ἔχεσθαι νόσῳ διαφοιτώσῃς, Plat. epiſt.7. vbi exponitur Tentari morbo: ſed malim ad verbum, Teneri morbo,aut Laborare morbo inſaniæ.Et μανίαις ἐχόμενοι apud eundem. Et ἔχεσθαι τῇ ὀργῇ ex Herodoto pro Commoueri ira:ſed malim Correptum eſſe ira.Sic λιμῷ ἔχεσθαι,Luc.Fame correpti,vel Fame laborantes. Rurſus apud Herodotum ἔχεσθαι ἀχυρίῃσι, inſomnia laborare. Sed dicitur etiam ἔχεσθαι κνησμοῦ ab Hom. Odyſſ.λ: ſicut Latini non ſolùm Teneor metu,& Teneor morbo,(pro quo tamen frequentius Tenet me morbus)aliáque huiuſmodi nonnulla dicunt, verumetiam Teneri ſtudio alicuius rei, Teneri ludis & ſpectaculis. Additur interdum ἐν: vt ἔχομαι ἐν συμφοραῖς, ex PlatoneDe leg.ἔχομαι ἐν πλοίῳ,Luc. At verò apud Hom.Il.η, Νίκης πείρατ' ἔχοντες ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,pro Victoriæ termini poſiti ſunt,vel conſiſtunt in diis,id eſt in deorum arbitrio.

Ἔχομαι cum genit.Prehendo. Luc.in Timone,καί μοι ἔπου ἐχόμενος τῆς χλαμύδος. Idem in Necya,εἰπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ. Sic & apud Plutarchũ in Amat.narr.καὶ ὁ Σπράτων γε ἔσχετο τῆς παρθένου. Politianus autem vertit Traſſebat ad ſe. Apud Homerũ autem eſt potius Tenere,Il.α.—Θέτις δ' ὡς ἥλατο γουνῶν, Ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα. Interdum verò Hæreo alicui,ſeu Adhæreo, Coniunctus ſum alicui, Proximus ſum, Proximè ſequor. Philo De vita Moſ.lib.2, ἐμπλεκόμεθα γὰρ καὶ ἀλλήλοις ἐχόμενα συγχορεύουσι. Sic τὰ ἑπόμενα τοῖς προηγουμένοις ἔχεσθαι dicuntur,Conſequentia præcedentibus hærere. Sic autem & in illo poſteriore Luc.loco quidã ἔχεσθαι interpr.Adhærere. Apud Ariſtoph.autem in Pluto,Μὰ Δί', ἀμὰ πολλῷ μᾶλλον ἕξόμεθά σου, Tibi adhærebimus, A tuo latere ne latum quidem vnguem diſcedemus.Ita enim reddere malo quàm Te retinebimus:eodem alioqui ſenſu. Apud Baſilium ἔχεσθαι τοῦ ἴχνους, exponitur Inſiſtere veſtigiis: vbi & Inhærere veſtigiis reddi poteſt. Iam verò & apud Thucyd.l.1,τῆς μὲ γνώμης ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, pro In eadem perſto ſententia: q.d.Eidem ſententiæ inhæreo. Niſi quis malit,Eandẽ ſententiam retineo. Apud Platonem ἔχεσθαι ὥστε τοῦ αὐτοῦ ξυμβουλεύω σοι, quidam exponunt Adiungere tibi hos viros:ſed malim Coniunctos tibi habere. Nec malè etiam,Amplecti hos viros.Denique ἔχομαι variis genitiuis adhibetur,ſignif.his vicinam habens.Plutar. in Pericle, ἐχόμενοι δικαιολογίας δικαίμονος ψηφίσμα, Decretum cum æquitate coniunctum. Vel q.d.Decretum æquitati inhærens,ſeu æquitatem retinens.In epiſt.autem ad Hebr.ἐχόμενα τῆς σωτηρίας, quod alii reddunt Cõiuncta cum ſalute, vet.interpres vertit Vicinora ſaluti. Apud Platonem ἐχόμενον τοίχου, Pertinens ad artem:Sed & alicubi per Habeo redditur: vt Aphrodiſæ in Problem.ἔχεται δέ πως αἰτίας δικάζου. Sic apud Dioſcoridem lib.1,ἔχεται τῆς αὐτῆς δυνάμεως. Interdum etiam exponitur Pendere:vt apud Ariſtidem, ὥσπερ τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐχόμενοι,redditur, Ac velut è ſacra anchora ex illius voce pendentes. Ab Homero autem additur ὧν in hac ſignificatione, Odyſſ.ζ & λ. Sed & ſine præpoſitione. Il.ι,—σὺ δ' ἕξεται ὧν, τι κεν ἀρχῇ,tale quid ſignific.videtur. Cæterùm ab illa verbi ἔχομαι ſignif.qua pro Proximum eſſe ſeu Proximè ſequi ponitur,ſumptum eſt partic.ἐχόμενος,quod & ſine adiectione dicitur pro Proximus,Contiguus. Plato,ἐχόμενόν ἐστι, Proximum eſt, Sequitur deinceps. Interdum verò & pro Coniunctus. Item Pendens ab aliquo. HINC aduerb.Ἐχομένως,Proximè, item Cõtiguè. Interdum Deinceps. Interdum & cum genit. vt Laertius in Crat.ἐγένετο οὖν ἑξόμενος ἐχομένως Ἀρκεσιλάου, proximè poſt Arceſilaũ. Vel,Statim poſt Arceſilaum, vt Reuertit.Ex Ariſtot.autem Rhet.ἐχομένως τούτων,pro Conſentaneo his modo.

Ἔχομαι cum genitiuo itidem, Capeſſo, Aggredior. vt ἔργου ἔχεσθαι,Thucyd.non ſemel, & ἔχεσθαι τοῦ πολέμου. Sic ἔχεσθαι τοῦ ἐπιχόρτου Herodian. & ἔχεσθαι τοῦ διεγκεκλιμένου, Vrgere incœptum. Sed & ἔχεσθαι τῆς ὁδοῦ, & τῆς ὁδοιπορίας, apud eundem: quod quidam Capeſſere viam interpret. Quod certè apud eundem Herodianũ legitur,ἔχεσθαι μάχης,Latini ſæpe Capeſſere pugnam dicunt:atque ita magis propriè reddidiſſet Politianus apud eundem libro 7,ἔσχετο τῆς πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μάχης, quàm vt vertit,videlicet,Bellum Germanis intulit. Apud eundem libro 8,ἔσχοντο τῆς πολιορκίας, reddit, Vrbẽ oppugnare aggrediuntur. Arbitror autem & hanc ſignificationem τοῦ ἔχεσθαι ex Homero ſumptam eſſe,canente Iliados π & ρ,Ἀλλ' ἔχεο κραπνοῖο, σάκος δὲ λαὸν ἄπαντα. In quo Iliad.π loco ſcholiaſtes exponit αἴτιον ἴσθι μάχης.

Ἔχομαι cum genit.itidem,Deſiſto, Abſtineo, Hom. Iliad.γ,—χέεσθαι μάχης, (quæ ſignificatio contraria eſt proximè præcedenti in eodem loquendi genere) & alibi χέεσθαι βίης. Plut.quoque in Craſſo,ἔσχοντο μάχης dixit pro ἀπέσχοντο, vt annotat Bud. (itidẽ verò in altera ſignific.ἔχεσθαι μάχης,proCapeſſere pugnam,ex eodem affertur, ſicut & ex aliis) Idem dixit ἔχεσθαι δρόμου,Siſtere curſum: de Cæſare loquens ad Rubiconem, ἔσχε δρόμου καὶ τὴν πορείαν διέπαυσε. Cæterùm ad hanc ſignificationem pertinet φρὶ δ' ἔσχε, Od.φ,q.d.Mente conſtitit & velut conquieuit, motum eius reprimendo.Sic enim puto locum eſſe intelligendum.

Ἔχομαι cum accuſatiuo, pro Suſtineo apud Heſiu Theog.ἔλαχεν δὲ πάϊς ἔχετ' οὐρανὸν εὐρύν. Apud Homerum autem exponitur ſimpliciter Tenere, item Habere,Iliad.μ,Τίπτε δ' ἐγὼ ὧδε θοὸν ἔχω χόρυθος. Et Odyſſ.α,Ἄλλα περικίονα χῶρον ἔχει λιπαρὰ κρήδεμνα. Sed ὧδε χέεσθαι ſicut & αἴσσα χέεσθαι videtur eſſe Prætendere, aut q.d.Tenere ſeu habere prætenſum. in alia tamen prætendendi ſignif. illic quàm hic.

Ἕξις,εως,ἡ,Habitus, id eſt Affectio in animo vel corpore ſtabilis,& à ſubiecto ægrè mobilis,ſiue bona ea ſit ſiue mala. Plato Timæo, εἰς τὴν τῶν ἀρχαίων καὶ ἀρίστων ἕξεως ἕξιν,id eſt(Cicerone interprete) Ad primam atq; optimam affectionem animi peruenerit. Ariſtot.Ethicorũ 1,cap.5,ἕξεις δὲ [λέγω] καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἐχόμεθά πως ἢ κακῶς. Idem Politicorũ 7, πλουσιώτερον ἔχειν δεῖ τὴν ἕξιν πλουσιωτέρου δὲ πόνους μὴ βιαίους. Idem Rhetoric.libro 1,οἱ μὲν ἐκ τοιαύτης ἕξεως ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἀφ' ἡσυχίας ἀπὸ ἕξεως. Iſocrates Panath.κατασκοπεῖν πρὸς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτοῦ ἕξιν ἕκαστον. In corpore quoque ἕξις dicitur.id enim quod eſt εὖ διακεῖσθαι ὑγιείᾳ,(ſiue ſanitas, ſiue morbus ſiue aliud quodlibet) κατ' ἕξιν ὑγιεινὴν dicitur,vt tradit Gorræus ex Galeno libro 2 Meth.med.addens,contrarium eſſe τῷ κατὰ φύσιν,ſiue εὖ φύσει, idem ſignificanti quod ſimpliciter εὖ τῇ ὑγιείᾳ. Apud Galenum itidem ἕξις definitur πάθημα σωίζον καὶ πυκνοῖ τὸ μέρη. Hippocrates verò De victu acutorum morborum,ἕξιν vocauit etiam ἀπὸ τὸ σώματος τὴν κατασκευήν, hoc eſt ipſius corporis conſtitutionem, per quam vel raro aut denſo corpore, vel gracili aut obeſo, vel aliter quis dicitur, vt idem Gorræus ex Galeni Comment.2 annotat: adiiciens, eandem tamen ab eodem Hippocrate φύσιν etiam in libro De articulis appellari,duo hæc nomina confundente.Habitudinem corporis Latini dicunt. Addit idem Gorræus, quanuis Galen. De arte medica ſcripſerit totius corporis habitum de iis maximè partibus dici quæ primæintuentibus obiiciuntur,(cuiuſmodi ſunt muſculi oſſa omnia cingentes,ex ſimplici primáq; carne & fibris quas ipſa conueſtit,conſtantes, quod quidem non eſt aliud quàm ipſa κατασκευὴ τοῦ σώματος, cui propriè competit raritas, denſitas,gracilitas & obeſitas) eundem tamen proculdubio intellexiſſe,dici & de aliis partibus, licet oculis non obuiis,quæ habitus nomine comprehendãtur:cuiuſmodi ſunt omnia interna viſcera,cor,pulmones,vẽ

triculus, ſecut, lien, renes & reliqua omnia præter contenta & imperuiũ facientia: eſſeque in hac ſignific. accipienda quæ dicuntur à medicis, febres intermittentes gigni humoribus in habitu corporis putrentibus.
Ἕξις apud Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον, ſignif. etiam τὸν ἐν τοῖσι τὸν δεσμὸν κεῖσθαι κατάστασιν τῶν ὀστεοδεσμίων. hoc eſt, poſt deligationis tempus, membrorum deligatorũ collocationem, vt idem Gorr. ex Gal. Comm. 3 annot.
Ἕξις à Philone De mundo, tribuitur etiam lapidibus, qua videlicet vt firmiſſimo vinculo contineantur. dicit autem eam eſſe πνεῦμα τονικὸν διαμονὴν οὐκ ἄῤῥηκτον, ἀλλὰ μόνον διεῤῥωγυῖαν, id eſt, tenorem ſpiritualem, vinculumque fractũ non immune, tametſi ægrè ſit ſolubile. In eodem libro, aliquanto antè, tradit ἕξιν eſſe πνεῦμα ἀπαρτίζον ἐφ' ἑαυτό. incipientem enim à mediis, in extrema tendi: quúmque ſuprema attigerit ſuperficiẽ, reflecti rurſus, quoad eodem loci peruenerit vnde primùm profectus erat. ‖ Ἕξις, Facultas. Philo De vita Moſ. lib. 3, dicit πλειοπάτῳ ἡγεμόνι quatuor ineſſe oportere, βασιλείαν, νομοθετικὴν ἕξιν, ἱεροσυλίαν, προφητείαν. vbi Turnebus interpr. legiſlationis facultatem. Plut. tamen περὶ πλ. ἀφ. inter δύναμιν & ἕξιν diſtinguit, quum tria hæc περὶ τὴν ψυχὴν ὑπαρχειν dicit, δύναμιν, πάθος, ἕξιν: ſicut Ariſtot. quoque Ethic. 2. c. 5, inter δυνάμεις & ἕξεις diſcerpit. Definitur autẽ ἕξις ibi à Plut. ἰσχὺς ἢ κατάστασις τοῦ περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως εὖ ἢ κακῶς ἐγγινομένη.
Ἑξίδιον, SIVE Ἐξίδιον, ου, τὸ, diminutiuum ab ἕξις. Etymologus tradit ἐξίδιον fieri à genit. ἕξεως, at ἕξιδιον ab ἕξις.
Ἑκτικὸς, οῦ, ὁ, In habitu poſitus, Habitu comparatus. Ἑκτικὸς πυρετὸς, febris hectica: inde dicta quòd non tam corporis habitum occupet, (ſeu, vt Actuar. tradit, in habitum cordis recipiatur) quàm φθὰν τὴν ἕξιν fit, vt aliæ febres in χρόνῳ. eſt. n. ſolutu curatuque difficillima. Et ἑκτικὸς σφυγμὸς, hecticus pulſus ſpecies inæqualis pulſus in vna pulſatione & diuerſis arteriæ partibus, confinis formicanti, qui Græcis μυρμηκίζων dicitur: ſed eo adhuc minor: phthiſi, empyemati & febri hectícæ propri⁹. Hæc & alia Gorr. ‖ Ἑκτικὸς dicitur etiam qui hectica febri laborat, Gal. VNDE Ἑκτικῶς, q. d. Habitualiter. Plut. Pol. præc. μηδὲ τὶ ἐπιταράττειν πρὸς τὸν ἑκτικῶς ἢ πυκνικῶς ἢ διαρρητικῶς. Baſil. epiſt. ἑκτικῶς πως ἔχω πρὸς τὸ δόγμα, Ad habitum vſque in virtute proiectus ſum.
C. Εὐεξία, ας, ἡ Bonus habitus, Bona corporis habitudo, vt autor ad Herenn. loquitur. ἡ ἀκροτὴς ἕξεως, vt Suidas docet, (eſt. n. aliquid amplius quàm ſanitas) ſeu ἡ ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ πλεόνης, perfectiſſima & abſolutiſſima ſanitas: quam ſequuntur neceſſariò, bona omnium partiũ temperies, actionum robur, euchymia, & præterea ſanguinis, carnis totiuſque corporeæ molis ſymmetria: & quia ſpecies ἕξεως eſt, conſtantius in corpore perſeuerat. & hæc eſt ἡ ἁπλῶς διάθεσις, deprehenditurque in optima corporis conſtitutione. Eſt verò & quædã ἡ μετὰ τοῦ ἕξεως διάθεσις, quam habent ſingulæ corporum naturæ propriam & in comparatione dictam. ea autem eſt quæ à priore illa deficit, modò nondum vitioſa ſit. tũc enim nõ ſimpliciter ſed huius vel illius διάθεσις dicitur, quemadmodum ἡ τοῦ ἀθλητοῦ διάθεσις; vt inter alia Gorr. annotat. Ariſtot. Ethic. 5, cap. 1, εἰ γὰρ ὅτι μὴ διάθεσις τυκνότης ὀφεως, αἰσχὺν καὶ τὸν καχεξίαν τὴν μαλότητα ὀφεως. Philo De vita M. l. 3 τοῦς περὶ ἰσχὺν ἢ διάθεσιν ὑπὸ τῶν ἀσκήσεων habitus bonitatem proficiebat. Herodian. l. 6, σώματος διάθεσις καὶ ἡλικίας ἀκμὴ, habitudine corporis & ætatis vigore. Theoph. ep. 52. δεῖ πρὸ τοῦ εἰς ἄκρον διάθεσιν ἐλθεῖν τοῦς τὸν εὐεξίαν ὀφθῆναι αὐτοπαθοῦσι. ET Εὐέξος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui eſt corpore bene habito, Habitior, Qui bona corporis habitudine præditus eſt. Item διφυὴς, Heſych.
Εὐέκτης, ου, ὁ, Qui eſt corpore bene habito. Qui bona corporis habitudine eſt. Laert. De Socrate, ἐπεμελεῖτο ὑγιείας καὶ τοῦ διέκτης. ET Εὐεκτὴς, οῦ, ὁ, Qui bene habito corpore eſt, Strenuus. vulg. lex. ex Plat. VNDE Εὐεκτικὸς, ὴ, ὁ, itidem Qui bona habitudine eſt. Ariſtot. τὰ δὲ ἀκρωτήρια τῷ σώματος ἰσχυρώτερα καὶ λιπαρώτερα καὶ εὐεκτικώτερα τῶν ἄρθρων, habitiora ſunt. Idem σαρξὶ ὑγροτέρα καὶ ἀπαλωτέρα, οὐκ εὐεκτικωτέρα οὐδὲ πεμελώδης. Et in primo De gener. animal. εὐεκτικοὶ ὄντες καὶ ῥωμαλέοι πολὺ σφε-

A ται. Idem Ethicõn 5, cap. 9, loquens de ἀδικεῖσθαι & ἀδικεῖν, addit, τὸ μὲν, τὸ ἔλαττον, τὸ δὲ, πλεῖον ἔχειν ὅτι τῷ μᾶσσον ὡς σῶμα ὑγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ. vt εὐεκτικὸν dicantur qui corpore ſunt bene habito & bene curato more athletarum. (Vnde & Plautus dicit, Pugilicè atque athleticè valere, item Pancraticè atque athleticè valere) Vt Terent. in Eun. dicit, Siqua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt. Gellius, Equum nimis ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem eius vberrimum & habitiſſimum viderunt. ‖ Εὐεκτικὸς, ὴ, ὁ, Bonæ habitudinis in corpore efficiẽs (ſeu vt B. interpr.) Bonæ valetudinis efficiens. Ariſtoteles Ethic. 4, καὶ τὸ εὐεκτικὸν ὅτι τὸ ποιητικὸν τυνεύτηος ἐν τῇ ὑγιείᾳ. Et in 6, τὰ ὑγιεινὰ καὶ τὰ εὐεκτικά. Quibus addit idem Bud. & hoc ex Alex. εὐεκτικὸς, ἕξεως ποιητικὸς, vt ὑγιεινὸς ὑγιείας. ET Εὐεκτῶ, ῶ, Sum corpore bene habito, Bona corporis habitudine ſum. opponitur τῷ καταμαραίνομαι. Ceb. in tab. ὁρᾷς γυναῖκας δύο ἰσχνὰς ὅτι τὰς πλευρὰς λιπαρὰς καὶ εὐεκτούσας τῷ σώματι; Vtitur & Baſil. ſæpe hoc vocabulo.
C. Καχεξία, ας, ἡ, Malus habitus, Mala corporis habitudo. id eſt ſolidarum corporis partium deprauatio qua alimentũ omne corrumpunt, vt Gorr. definit. Eſt verò aliquid minus quàm morbus. Morbus enim omnis, καχεξία eſt, at no viceuerſa, vt docet Suidas in ἕξις. Plutarchus De educ. lib. πόσα δὲ σώματος ἰσχὺς οὐκ ἐξαμβλοῦται καὶ καταφθείρει δι' ἀμέλειαν καὶ τρυφὴν καὶ καχεξίαν; Celſus lib. 3, cap. 22 dicit Malus corporis habitus alimẽta corrumpens. Paulus Æg. lib. 3 cap. 47, πρὸ ἀρχὴν τῆς ὑδρωπικῶν παθῶν καχεξίαν καλεῖν εἰωθαμεν. Metaphoricè ad animum quoque tranſfertur. Diphil. apud Athen. lib. 6, Νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ὑποδέδυκε ταῖς ὄχλοις, Αἱ κρίσεις ὑπὲρ ἡμῶν ποιοῦσι, Mala mens, ſeu Mala mentis habitudo: vt dicitur bona ſeu mala corporis habitudo. Polybius, διὰ τὴν συνήθειαν ἐν τῷ βίῳ ῥᾳθυμίας καὶ καχεξίας, propter conſuetam vitæ ſocordiam, & morum deprauationẽ, vitioſitatemque animi, vt in vulgatis lex. exponitur.
Καχέκτης, ου, ὁ, ET Κάχεκτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè habitus, Cachectes. Budæ⁹ ex Galeno & Dioſcoride. Apud Latinos Plinius hanc vocem retinuit, quum ait lib. 28 cap. 9, Phthiſici, ſyntectícique & cachectæ. Metaphoricè quoque vſurpatur, vt καχεξία, pro homine malæ mentis, ſeu turbulento & ſeditioſo. Budæus ex Polyb. lib. 1, pag. 17, δεῖται τὸ τέλος καχέκτας καὶ σαπρίδιος ἐν αὐτοῖς ἐπαρχὴν. Et lib 2, in fine, ὁρῶν αὐτοὺς καχέκτας ὄντας καὶ κινητικούς. VNDE Καχεκτικὸς, ὴ, ὁ, Mala habitudine laborãs, Malo habitui obnoxius. Galenus lib. 4 χειρόπους, affectiones oculorum ad malum habitum perductas vocat διαθέσεις καχεκτικὰς ὀφθαλμῶν. Et καχεκτικοὶ, quorum corpus macie conficitur, inquit Budæus, citans Plin. l. 31, c. 6. Notandũ tamen quẽadmodũ εὐεκτικὸς dicitur etiam Qui vim habet procreandi bonã corporis habitudinem, ſimiliter fortaſſe alicubi & hoc poſſe exponi. ET Καχεκτῶ, Malo corporis habitu laboro, Mala ſum corporis habitudine. Polyb⁹ de Perſeo, ἐξελύετο τὴν ψυχὴν καὶ διὰ τοῦτο οἱ καχεκτοῦντες τῶν ἀθλητῶν, id eſt κακῶς τὸν ἕξιν διατιθέμενοι, vt Suidas hunc locum citans exponit. Idem Suidas dicit, ἕξις μὲν νοσοῦντας παῦσαι καὶ καχεκτεῖν, οὐ παῦσαι δὲ ἕξεις καχεκτοῦντας καὶ νοσεῖν ἤδη.
C. Μειονεξία ET Πλεονεξία, vide poſt Μειονεκτῶ & Πλεονεκτῶ.
G C. Μειονεκτῶ, ῶ, Minus habeo, Minorem partem ſeu portionem habeo. Xenophõ Hierone p. 530, ἀλλὰ μὴν ᾧ πίστεως ὅστις ἐλάχιστον μετέχει. πῶς οὐχὶ μεγάλου ἀγαθοῦ μειονεκτεῖ id eſt, Atqui is cui minimum habetur fidei, nónne is magni boni minorem partem habet ſeu capit? q. d. nónne is magni boni minimùm eſt particeps? Syneſ. epiſt. 66, πλεονεκτεῖν μὲν πόνοις, μειονεκτεῖν δὲ τιμῶν. Interdũ pro Deteriore ſum conditione: vt apud eundem De inſomn. ὡς ταύτῃ μειονεκτῶν τῶν πλουσίου. Sic & Xenophon vtitur, ei opponens πλεονεκτεῖν. Vide Bud. Comm. p. 858. Sed hic locus, ὥσπερ καὶ τῷ χείνωνος τῆς ἰδιώτης μειονεκτεῖς &c. qui Luciano ibi adſcribitur, Xenoph. eſt in Hierone, p. 527 mex edit. HINC Μειονέκτημα, ET Μειονεξία, Deterior conditio. Xenophon Pæd. 2, pag. 16, ὅτι ἵππων ἀλλήλους ὁμοίως τρεφομένους καὶ οὐκ ἐλάττω πονοῦντας μειονεξίας, ὥσπερ ὑφίεσθαί τινα &c. Vbi Philelphus non malè vi-

B
C
D
E
F
R

detur reddidisse μειονεξίαν, Min⁹ bene tractari. At μειονέκτημα est quod Gallicè dicitur *desauantage*. Cæterùm μειονεξία & πλεονεξία post μειονεκτῶν & πλεονεκτῶν ponenda censui, non contrà, sicut in præcedentibus ἀδικία & κακοξία præcedunt ἀδικῶν & κακοῦν: quia ἀδικῶν dicitur qui habet ἀδικίαν, & κακοῦν qui habet κακοξίαν: quod de μειονεκτῶν & πλεονεκτῶν nisi alio respectu dici non potest. Adde quòd ἀδικία & κακοξία nominis ἕξις signif. inclusam habent.

C. Πλεονεκτέω, ῶ, Plus habeo, Ampliorem partem seu portionem habeo: aut maiorem. Thucyd. 6, pag. 211, Τῶν δ' ὠφελίμων οὐ πλεονεκτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ἀφελοῦμαι ἴσχω, Pl⁹ cõmodorũ habet, seu percipit. Sic πλεονεκτῶ τὴν ἡμῶν, Aristot. Dicitur etiã πλεονεκτῶ π σοῦ ἔν τινι. vt Pla. De rep. 1, ἐν εἰδωῖ ἢ ἢ πάσῃ δοκεῖ τι ἰατρικὸς ἰατροῦ πλεονεκτεῖν ἢ αἰσθήσεως ἢ ἐπιστήμης. Inuenitur itē πλεονεκτῶ σοῦ τόδε σου, quòdē modo quo diceretur πλέον ἔχω τοῦτό σου, pro Habeo istud plus q̃ tu. Vel, In hoc sum te superior. Vel, In hoc conditio mea melior est tua. Aut, In hoc superiore sum conditione, Philostr. πλεονεκτοῦσι τοῦτο τῶν αἰθρώπων οἱ θεοί. Sic Isocr. οἱ γὰρ δίκαιοι εἰμηδὲν ἄλλο τῶν ἀδίκων πλεονεκτοῦσι. Synes. autem dixit cum genitiuo quidem personæ, sed datiuo rei, πλεονεκτοῦσιν οἱ χρησοὶ τῶν πονηρῶν τοῖς ἀγαθοῖς ἐλπίσι. Sed & cum datiuo rei solo. vt Xenophon Præd. 2, ὑμᾶς καὶ δώροις πλεονεκτῶν, (cui opponitur τῶν ἴσων τυγχάνειν vel ἰσομοιρεῖν) id est, Plus honorum & munerum consequi, aut accipere. Quidam autem vertunt, Honoribus & muneribus alios antecellere: sed malim Superiorem esse. Quæ interpretatio melius etiam conuenit huic eiusdem loco Præd. 7, ἐπλεονέκτουν μᾶλλον οἱ Αἰγύπτιοι καὶ πάσῃ καὶ τοῖς ὅπλοις. Interdum verò dicitur cum solo genitiuo personæ itidem pro Superiorem esse, vel Superiora omnia, aut priores, habere, seu Conditione meliore aut commodiore esse, vt loquitur Cic. qui etiã dicit In superiori conditione positum esse. (vt contrà πλεονεκτοῦμαι passiuè est Omnia habere inferiora: de quo & infrà dicetur, in altera verbi πλεονεκτῶ signif.) Item πλεονεκτῶν ἀξιῶ apud Aristot. Primas partes in Rep. mihi vendico. At verò apud Herodianum lib. 1, οὐδὲ γὰρ πλεονεκτῶν ὑμῶν ἠξίωσα, Polit. vertit, Neque enim ego me superiorem vobis vnquam gessi. Cicero autem hæc omnia Plat. verba, πλεονεκτῶν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον, reddidit vno Lat. Vincere. vt videbis pag. 125 Cic. lexici. ‖ Sed & pro Vincere, id est Antecellere, seu Anteire aut Præstare, sæpe accipitur. vt Hier. Euag. ζοῦσιν πλεονεκτοῦσης τῆς ποιήσεως. Sic πλεονεκτῶ τῆς ἐλπίδος, Philostr. ‖ Πλεονεκτῶν in malum etiam seu in malam partem dicitur (& hoc est quod Budæus intelligit quum scribit πλεονεκτῶν dici etiam eum cui plus incommodi accidit) vt quum dicit Xenoph. Præd. 1, πλεονεκτῶν τὸ ψύχους καὶ τῶν πόνων. vbi alioqui suam illam primam signif. retinet. est enim Plus frigoris & plus laborum habere, id est tolerare.

Πλεονεκτῶ, Fraudo. vt videlicet solent qui plus habendi quàm alii cupidi sunt. Vide Bud. p. 858, ex Plat. Hac certè in signif. Paulus Apost. accusatiuum iungit. vt 2 ad Cor. cap. 7, v. 2, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. quod redditur Neminem expilauimus. Perinde est autem acsi dicas, Nemini quicquam plus habẽdi desiderio (id est auaritia) eripuimus. Vel, Neminem per auaritiam fraudauimus vlla re. Quidam etiam vertunt Neminem per auaritiã circũscripsimus. Sed & accusatiuũ rei addidit cap. 12, μή τι ἐπλεονέκτησεν ὑμᾶς Τῖτος; Scio tamen vulgò μή τι coniunctim legi: sed mihi altera lectio magis placet. Apud eundem tamẽ, eiusdem epistolæ cap. 2, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, accipitur potius pro Circumueniamur quàm pro Fraudemur: licet alioqui circũuenire dicantur & qui fraudant. Quidam autem annot. πλεονεκτεῖσθαι esse propriè in sortitione vel distributione ab alio potiores partes sibi vendicante & suam conditionem meliorem faciente, iusta parte & portione priuari. Sed ego potius credo πλεονεκτεῖσθαι in prima signif. dici generaliter eum cui ὁ πλεονεκτῶν iniuriam facit, fraudando videlicet, circunscribendo, aliisque modis huiusmodi.

Πλεονέκτημα, Commoditas quam quis præ aliis consequitur, vel Adiumentum quod habet aliquis præ aliis. Item Superiores partes, Melior cõditio. Demosth. πλεονέκτημα μέγα ὑπῆρξε Φιλίππῳ. (pro quo dicitur & προτέρημα) Apud eũdẽ legitur πλεονεκτήματα πρὸς πόλεμον, sicut apud Xenophontem, τὰ ἐν τοῖς πολέμοις πλεονεκτήματα: sed πρὸς πόλεμον & τὰ ἐν τοῖς πολέμοις diuerso sensu dicuntur. Alicubi πλεονέκτημα vertitur etiam Prærogatiua. Hermog. τῆς φύσεως πλεονεκτήματα dixit, eodémque modo Philo φυσικὰ πλεονεκτήματα. Hoc certè constat (vt & aliàs dixi) πλεονέκτημα id planè esse quod Gallicè dicitur *auantage*, sicut μειονέκτημα alicubi *desauantage*. ‖ Πλεονέκτημα, Fraudatio, Vel potius, Quod fit ad fraudãdum aliquem, seu circumueniendum. aut Id in quo fraudatur aliquis. Demosth. in epist. ad Heracleodorum, ἅπερ ὅτι ὡς ἐνηθῶς τῶν ἐμῶν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν σοὶ δοκούντων ὠφελημάτων ἔχω, vbi Bud. interpr. Vt & procul ab omni iniquitate abiit quæstuosique versutia. ITEM Πλεονέκτης VEL Πλεονεκτικός, Fraudator & circunscriptor, Alieni auidus. Apud Paulũ redditur Auarus: illo præsertim loco vbi πλεονέκτω esse dicit εἰδωλολατρῶ, ad Ephes. 5, v. 5. (sicut ad Col. 3, πλεονεξίαν ait esse εἰδωλολατρείαν) Reperitur autem & πλεονεκτίστατος apud Xenoph. ἐν τῇ ὁλκάδι ἀρχὴ πλεονεκτίστατός τε καὶ βιαιότατος ἐγίγνετο. Vbi sunt qui vertunt Rapacissimus: sed videmus à Paulo cum πλεονέκτης poni etiam ἅρπαξ. Πλεονεκτικὸς autem Aristoteli est etiam Violentus & tyrannicus, teste B. HINC Πλεονεκτικῶς, Luc. More eorum qui fraudant, & circumueniunt.

Πλεονεξία, idem quod πλεονέκτημα. Isocr. in Nicocle, αἱ ἐν τῷ πολέμῳ πλεονεξίαι sunt Cõditiones præstãtiores, Præcipua commoda. Bud. 858. ‖ Πλεονεξία, Plus habendi auiditas inexhausta, Alienum vsurpandi cupiditas. Thucydid. 3, οὐκ ἐμὴ ὅτι πλεονεξία, ἀλλ' ἴσου δὲ μᾶλλον ὅτιοῦν τις. Xenoph. οὐκ ἐξαπατᾷς ὅτι πλεονεξία. Sæpe redditur Auaritia. vt apud Synes. ὑπὸ φαύλων πάντως ἀπάτης, καὶ τῆς τῶν πλησιαρχῶν πλεονεξίας. Atque ita sæpe redditur in Pauli epistolis: apud quem tamen, 2 ad Cor. cap. 9, v. 5, ὡς εὐλογίαν, καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν, Erasmus vertit Fraudationem, item Spoliationem: sed malo cum Beza per quandam metalepsεως formam intelligi Quod tãquam ab auaro extortum est.

C. Κακουχέω, ῶ, Malè tracto. Et quod Latinè ad verbum, Malè habeo aliquem. Damascenus 116 ex lib. Sapientiæ θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι. Hæc Bud. Κακουχοῦμαι eidem Budæo est Ægritudine animi morior & enectus sum, Despondeo animum. Plut. Consolat. ad Apoll. 99 ὥστε θεὶν ἀπόσασζ τὸ πένθη, κακουχουμένους πλῆθος ἂν βίον, conflictatos, tabescentes luctu, vt idẽ Bud. interpretatur. At v. l. κακουχέω pro κακοπαθῶ siue κακῶς πάσχω citant ex Thucydide vt sit idẽ quod Ciceroni malum habere, & Quintiliano Malo affligi, seu Malis premi. sed nullum testimonium proferunt.

Vel, Aut, Siue. Hom. Od. ν, Τοὺς μὲν ἐγὼν ἐλέυσα Πύλονδε καταϊσσων ἠ ἐρέτῃσιν, Ἠ ὡς Ἥλιδα δῖαν. Sæpe autē geminatur, aut etiā triplicatur: vt Il. α, Πάντῃ πη πεφύασιν ἐπήρατον ἠμὲν πιθῆναι Ἀχαιοὺς, Ἠδὲ καὶ ἀλκιμέειν, ἠδ' αὖθις ἐρητύσασθαι ἰόντας. Et paulo ante, Ἠ πόρε, ἠ Αἴαντε μένος καὶ χεῖρας, ἠ Ὀδυσῆος. Item paulo pòst, — ὡς δέ τις ἀγχοῦ ἀπὸ βουλυτόφιν ἔστω, Ἠ Αἴας, ἠ Ἰδομενῆς, ἠδὲ δῖος Ὀδυσσεύς· Ἠ τὸ Πηλεΐδην. Alicubi verò in tertio addit καὶ, vt in eodem lib. Ἀλλ' ἄγε δὴ πάμπαν ἐπιεικέα, ἠ ἐπιοῦρον, Ἠ καὶ ὀνειροπόλον. Alicubi etiam ἠ loco suo mouetur, vt Odyss. θ, Ἠ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἠ πάγ' Ἀπόλλων. pro ἐδίδαξε σε ἠ Μοῦσα &c. vel ἐδίδαξε σε Μοῦσα, ἠ Ἀπόλλων, vt potius diceretur in soluta oratione, fine ἠ in priore loco. Ad exempla autem ex illa petita venio. Xen. Pæd. 1, pag. 4, ἐν δὲ τῇ ὁδῷ [ἐγίγνοντο] μάχαι καὶ ἠ κατὰδαι (vbi dicere etiam potuerat ἠ μάχαι καὶ ἠ κατὰδαι, vel ἠ μάχαι καὶ, ἠ κατὰδαι, vt in Ἠ ne docebo) Idem libro 1, p. 25, ὥστε δὴ διὰ ταῦτα παρασκευάσασθαι χρὴ τοὺς ἐθέλοντας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἱκανοὺς ἀνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι καὶ πολεμίους, ἠ ἐμοὶ μηκέτι κατηγορεῖν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ συμμάχους. Geminatum item ἠ, (vacante tamen priore) lib. 3, pag. 42, ὡς γὰρ φάσκοντος ἐμοῦ πάντας πολεμίους σπουδῇ ἀμύνασθαι, ἠ πάντα πάσαν ἁμαχεὶ λαβόντων αὐτὸ ἔχειν, ἠ ὀλίγους τινὰς καὶ ἀδυνάτους χρησαίμεθ' ἂν πολεμίους. Dixi autem vacare ἠ priore loco positum, quòd eo detracto maneat eadem sententia, itidem verò in loco quem ex Pædiæ 1 protuli, potuisset addi ἠ ante μάχαι ἐσαν, vt hic additur ante λαβόντων, nisi quòd in oratione longiore potius geminari solet, quàm in breuiore: qualis est illa altera. Cæterùm non geminatum solùm, sed quater positum habes, libro 1 rursum, p. 19, ὡς γὰρ βούλημά ἐστιν ἀγαθοῦ χωρῆσαι, δοκεῖν δεῖ ἀγαθὸς ἠ ἶππικὸς, ἠ ἰατρὸς, ἠ κυβερνητικὸς, ἠ ἄλλ' ὁτιοῦν, ἐνόσῳ τοῦτο γε, &c. Vbi obseruandum est rursum otiosam esse particulam ἠ primo loco positam: quippe quæ prætermitti, manēte eodem sensu, potuerit. Sed Lat. quoque interdū particulas Vel & Aut, sic adhibēt. Alicubi verò vbi vnica ponitur Græca particula, geminãda potius esse videtur Latina: vt apud Platonem in Prot. Χρησθαι ἠ τοῖς ἐπὶ ῥᾳθυμίᾳ. Latini enim potius dixerint (geminata sua particula quæ respondet Græcæ ἠ) Prout vel probū vel prauū esse euenit. Atque adeo ibidem in proximè præced. verbis ita repetitum ἠ legitur, ἐν ᾧ πάντ' ὀρθὰ πάσχῃ ἠ δι' ἠ κακῶς πράττῃ. Nonnunquam præcedenti μὴ redditur ἠ μὴ, vt in Plat. Apol. πρὸς ταῦτα σκοπεῖν αὖ, ἠ πείθῃ Λύτῳ ἠ μὴ, καὶ ἠ σκοπεῖν μὴ ἠ μὴ, ὡς ἐμοὶ σὺν αὐτῷ πιστοῖτε ἄλλα. At Thuc. peculiari quodā modo vsus est hoc vocabulo ἠ inter particulas μὴ & μηδὲ, quarum vtraque suum habet verbum: lib. 2, καὶ μὴ φεύγειν πρὸς πόνους, ἠ μηδὲ πρὸς τιμὰς διώκειν, id est Nec refugere labores, aut ne honores quidem consectari. Nisi potius accipitur ἠ pro Alioqui, de qua signif. paulo pòst dicam.

Ἠ pro Aut, sed otiosè posita, (meo quidem iudicio) Od. τ, v. 106, ὡς τί που ἠ βασιλῆος ἀμύμονος, &c. Eustathius tamen cēset potius esse ellipsin, quem lege pag. 1856. Vult certè vacare ἠ idem Eustathius, sed alio modo, videlicet in τί ἦμοι (quod tamen alioqui scribitur τίη 661.) Vide p. 61, vbi & alia de hac particula tradit, eam nō solùm διαζευκτικὴν faciens συμπλεκτικὴν ac παραδιαζευκτικὴν, verūetiā & ἐπιτρεπτικὴν & ἀπορητικήν. Addit verò & alios vsus quos malè cum his confundi existimo, vt infrà docebo.

Ἠ, Vel indignationi seruiens. Plato, ἠ πῶς λέγεις ὦ Γοργία τὰ παιδία. Virgilius, Vel quum se pauidum contra mea iurgia fingit Artifices scelus. Alia exēpla particulæ Vel, ita positæ, Baffen. p. 1034, 1035. sed ἠ in illo Plat. loco crediderim non minus aptè reddi posse per Alioquin, qua significatio proximè sequitur.

Ἠ Aut pro Alioqui. Xenophon, ἴσμεν γὰρ οὐδαμοῦ ἀνθρώπους, ἠ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις πᾶσι χρείας ὄντας. Lucian. in Cauc. ἐπεὶ μὴ δοίη ἠ ἱκανὸν ὑμᾶς ἐκεῖ ἐκπεσεῖν, δῆλον, ἠ οὐ δεῖξόν τι ἔδει τὸ μικρόν. Alia exempla Budæus affert pag. 932. Vbi & pro Na seu Etenim accipi ab Aristophane & Demosthene tradit. Ego ius quæ ab ipso & à cæteris de hac particula scribūtur, addo, Lat. particulā Aut, itidē pro Alioqui positam me obseruasse. vt apud Nas. Metam. 10, Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus, Ne flectat retro sua lumina, donec Auernas Exierit valles: aut irrita dona futura. Nam hic Aut irrita dona futura, positum esse pro Alioqui irrita dona futura, neminem inficiaturum puto. Sed nec in isto eiusdem poetæ loco de eadem signif. dubito, Amorū lib. 1, el. 6, - excute poste serā. Aut ego iam ferroque igniq. potentior ipso, Quam face sustineo, tecta superba petam. Fundemcerte huius particulæ vsum in aliis quoque locis me animaduertere memini, sed quos in præsentia memoria non suggerit. Atque adeo apud alium quoque poetā idem huius significatū inuenisse mihi videor. Siquis tamē particula Aut in locis illis atque aliis qui sunt eis similes, vti nolit, is certè non solùm particula Alioqui, cum Budæo, sed & particula Sinminus, necum vti poterit. Alicubi verò planè esse puto quod Gallicè dicitur, *Et qu'ainsi ne soit.* Sed hoc præterea de hac particula ἠ sciendum est, sequente εἰ interdū accipi pro An nō (vt infrà declarabo) interdū verò hanc signif. retinere, & accipi pro Alioqui non sequente particula αἴ. vt in hoc Plat. loco in Phædro, πᾶσα μὲν αἰσχύνη ψυχῇ εἰσάγει τὴν ἔφεσιν τὴν ἐπὶ τὰ ἐπιτήδεια ἠ οὐκ αὖ ἤδη εἰς πόδα τὴν ἄριστον. Hoc quoque sciendum est, reperiri & ἠ apud Hom. circunflexum in hac signif. vt docebo quum de ἦ tractabo.

Ἦ, An. (qua in signif. ἠ vocatur σαφήνειας δηλωτικὸς) X. Pæd. 5, p. 71, ἐσκόπουν ἐγὼ ἐκεῖνο εἰ ἔστιν εἴτε εἰρήσομαι τὸ πῖσχος, ἠ ψευδὲς φαίνεται τοῖς Γωβρύαις. Vbi lingua Gallica retinet suā particulam Ou, quæ ad verbum est Aut seu Vel. Si cautem & in aliis quibusdam vernaculis linguis quum eadem adhibeatur vtrique loco particula, hinc fit vt etiā Lat. loqui volentes multi, vtrunq; dent particulæ Vel locum. Quem in errorē eo magis mirādum est hodiéque plerosque incidere, quòd Vallam de illo videmus diligenter præmonuisse, imò verò longè ante Vallam ipsum etiam Quintilianum. Animaduertat igitur lector, Græcos quidem eadem vti particula in interrogatione, aut simpliciter dubitatione, at Latinè minimè. Plato Pol. 1, Βλαπτόμεθα δ' ἵπποι, βλαπτόμεθα ἠ χείρους γίγνονται; Χείρους. Ἆρα εἰς τοὺς κυνῶν ἀρετοὺς, ἠ εἰς τοὺς ἵππων; id est, Meliores sine an deteriores fiunt? Et, Vtrum ad canum virtutem, an ad equorum? Quòd si hic pro

An dixeris Vel,omnino peccaueris.Obſerua autem hic ἂ priore quidem loco poni non præcedente particula quæ reſpondet Latinæ Vtrum, at in poſteriore,illam præcedere. Ea autem eſt ἆρα,pro qua ſæpe huiuſmodi locis adhibetur & πότερον. vt in eodem libro, πότερον δὲ ἀμφότερα ἐστὶν οἱ ἄρχοντες ὁ τοῖς πόλεσιν ἐπιτάττοντες, ἢ οὐδέτερα ἀμφοῖν, Sic Xen.Pædiæ 3,πότερον ἐᾶς ἄρχειν, ἢ ἄλλον καθίστης αὖτ' ἀντί; Interdū etiam interrogationi non dire ctæ adhibetur:vt in loco quem ex Xenoph. Pædiæ 5, paulo antè protuli.Sic apud Platonē Politicō 1,μανθάνω ἔμαθον ὃ λέγῃς.εἰ δὲ ἀλλοῖός ἐστιμὴ,πειρώμεθα μαθεῖν,ſit verum an non: vel, Sit verum necne. His autem locis addā & alios ex eodem Platonis libro,in quorum interpretatione Ficinum incidiſſe in eum quem dixi errorem videbit lector: vnde fiet vt à ſimili lapſu melius ſibi cauere poſſit:ſimul verò & huius particulæ vſum ex his exemplis amplius cognoſcet. Sic igitur Plato, πότερον δ' αὐτὸ, τὸν δικαιοσύνην, πάντως τὸν ἀληθῆ αὐτὸν φύσει δεῖ ἀνδρὸς εἶναι, καὶ τὸ ἀποδιδόναι αὖ τις ἢ ἀφεῖναί τι λαβόν, ἢ καὶ αὐτὰ ταῦτα δοκεῖ εἶναι μὲν δίκαια,εἶναι δὲ ἀδίκοις πᾶσι; Pro quibus ille, Hoc autem ipſum,iuſtitiam ſcilicet, vtrum ita ſimpliciter veritatem dicimus eſſe,& reddere quod quis acceperit: vel hæc eadem facere, aliàs iuſtum,aliàs iniuſtum eſt? Secundus eiuſdem libri locus,in cuius interpretatione hunc errorem animaduerti, eſt hic,ἆρα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πραγματείᾳ τοιαύτη (&c.)πότερον αὐτὴν τὴν συμφορὰν σκέψεται, ἢ οὔτε αὐτῆς οὔτε ἄλλης ἐπιστήσεται. nam ſic Ficinus & hunc reddit, Vtrum & in ipſa arte ineſt defectus aliquis,(&c.)vel quæque ſibi ipſa quod conducit proſpicit? vel neque ſeipſa neque alia indiget &c. Tertius locus eſt circa libri finem: vbi hæc Platonis verba, ἆρ' οὖν τὴν ψυχὴν τὸν αὐτῆς ἴδιον οὐκ ἀπολέσασαν, σκοπῶμεν ἢ εἰκαίας ἁμαρτίας; ἢ ἀδυνάτους; ita vertit,Nunquid animā quandoque propria virtute priuatā,opera ſua bene explebit? vel nullo modo poterit? Hi ſunt illi de quibus dixi loci: poterit autem lector hinc admonitus, idem vitium & in aliis multis deprehendere,non huius ſolùm, verumetiam aliorum interpretū locis.

Ἢ pro An,in principio etiam orationis,& non præcedente alia particula. Il.ε,v.504,Ἦ ἔλπεθ' ὑὸν ἧῆς &c. An ſperatis?Speratisne? Il.6,Ἦ τιν καὶ χρυσοῦ ὀπάσειαν; Plato Pol.1,ὦ δαιμόνιε Θρασύμαχε, οὐ νυστάλων λόγον ἐποιοῦ ἡμᾶς ἀπιέναι, πρὶν διδάξαι ἱκανῶς ἢ μαθεῖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει.ἢ σμικρὸν οἴει ὁπότερον πρᾶγμα διεξιέναι, ἀλλ' οὐ βίου διαγωγήν, ἣ αὖ διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν λυσιτελεστάτην ζωὴν ζήσει; Apud Homerum rurſus non præcedente alia eiuſmodi particula,& extra interrogationem.vt Il.1,Μυρμιδόνεσσι δ' ἔπιτα κῦδος καὶ κῦδος ὄρσαι Ἦ ὅν περ ἐσχατόωντα δίωκεν, Ἦ ὃν(&c.)ἐλεῖν. Sic Iliad.α, (niſi quòd poſteriore loco ponitur νῦ) Ἦ ὄγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, Τοὺς μὲν ἀνάστησον, ὁδὸν Ἀτρεΐδῃσιν ἐναίσιμον ἴξομαι, Ἠὲ χόλον παύσουσιν, ἐπὴν σάφα πὰρ θυμὸν. Vt autem hic quoque ἢ pendet à μαρμηρίξει quod eſt in fine proximè præcedentis, ſic alibi iungitur hæc particula cum ὁρμαίνων, quod nihil aliud eſt quàm μαρμηρίζων, (vt vel ille modò citatus locus oſtendit, in quo ὁρμαίνειν dicitur quod paulo antè dictum fuerat μαρμηρίζειν.)Odyſſ. ο,Ὁρμαίνων ἢ νιν ζώοντα φίλοισι, ἢ κεν ἁλῶναι. Itidem verò Iliados υ,poſt μετὰ φρεσὶ σῇσι νόησαι Αἰνείαν,ſubiungitur, ἢ κέν μιν ἐρύσαιτ,ἢ κεν ἰάσεις, &c. Item Iliados π, Δίζε γὰρ ἢ μαχέσῃ,(&c.)ἢ λαοὺς ὁμάδησον. At cum πότερα δίω, Iliad.φ,—καὶ ἔπειτα πότερα δίωμι Λυκάονι ἢ κέν με δαμάσσῃ, ἢ κεν ἐγὼ τόν. His autem omnibus in locis videmus particulam hanc eſſe διαπορηλικὸν abſque interrogatione,(& quidem iungi verbis quandam διαπορήσεως ſignificationem incluſam habentibus) quod tamen peculiariter annotat Euſtathius, ex veterum grammaticorum autoritate,in hunc Odyſſeæ λ locum, Τίς νύ σε κὴρ ἐδάμασσε πολυκτάλος Ἀϊδόσδε; Ἦ δολιχὴ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι ἐπηφείδησι κατέπεφνε. Ideo autem de hoc admonet (vt opinor) Euſtathius in hunc locum, quòd alioqui videri poſſit continuata eſſe interrogatio. At certè (vt verum fatear)non video quid obſtet quominus poetam continuaſſe illam dicamus,(vtin alio eiuſdem libri loco feciſſe eum aperte videmus. nam illi eidem verſui,Τίς νύ σε κὴρ &c.ſubiungitur,Ἠὲ σήν' ἐσθλὴν &c. ſequente verbo ἐδάμασσε: iterumque ἠὲ,ſequente ἐδηλήσατο.) Imò verò ne videtur quidem poſſe interrumpi illa interrogatio,ita vt hæc διαπόρησιν nudam habeant,niſi verbum aliquod ſubaudiendum dicamus, ſimile videlicet illis quæ in locis modò citatis particulæ ἢ iūcta ſunt,(vt is q in primo verſu interrogatione vſus eſt,poſtea dicat,Scire cupio an δολιχὴ νόσος &c. Vel,Apud me cogito an &c.aut tale quid)vel πότερα,quod in proximè ſequente verſu ponitur, huic quoque loco operam ſuam præſtare cogamus.Vtut ſit,Euſt. ſilētium de hac ellipſi valde admiror, Cæterùm de εἰ apud Homerum tenente eundē locum quem ἢ,dicam in Hεί.

Ἦ οὐ,vel ἢ οὐκ,Annon,Nónne. Iliados ο,verſu 106, Ἦ οὐκ ὀτρύνουσιν ἑκάστοτε λαὸν ἅπαντα Ἕκτορος ἠ Annon auditis?Nónne auditis? Iliad.ε,verſu 349, Ἦ οὐχ ἅλις ὄφρ' ἐνὶ γυναῖκας αἰδάλλεαι ἠπεροπεύων; Sic Il.ψ, v.170, Ἦ οὐχ ἅλις ὄφρ' μάχης ὀπάδωμαι; (Vbi animaduertendum eſt Homerum, repugnante alioqui verſus lege,particulam ἢ tanquam neceſſariam,alteri ἢ præfixiſſe:quum tamen in ſoluta oratione οὐ per ſe etiam pro Nónne accipiatur)Plato in Par.ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσον ἔργον ἐστὶ ψεύστην; Idem De republica 2,ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς &c. Ibidem ἢ οὐ δοκῶ σοι, ad quam interrogationem reſpōderetur,ἔμοιγε. Sic Matthæi cap.20, verſu 15, ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; Annon licet mihi &c.Deinde in altero orationis membro, An oculus &c. vbi etiam dicere poſſumus in orationis principio poni ſicut in Platonis loco quem modò protuli. Sed animaduertendum eſt veterem interpretem hic quidem ἢ rectè vertiſſe An, at ibi perperam ἢ οὐ, Aut non.ſicut & ἢ ſine οὐ ſæpe reddi malè per Aut,antea docui. Sciendum eſt autem ἢ οὐ pro annon poni etiam vbi non eſt interrogatio directa,(vt ita loquar)ſicut in hoc Laertii loco in Arceſ.εἰπόντος ἢ οὐ δοκεῖ αὐτῷ σοφὸς ἐκφαίνεσθαι, Quum diciſſet,annon videretur &c. Vel,Quum interrogaſſet annon videretur. Sed, nequis hic fallatur, ſciendum eſt ἢ οὐ ſæpe etiam reperiri poſitum pro An non diſiunctè ſcripto:ſiue Nécne:actum ἢ οὐ tendere ad verbum quod ex præced.ſubauditur. Plato De republica 2,ἢ ὀρθῶς σοι δοκεῖ εἶπεῖν, οὕτω λέγων,ἢ οὔ; id eſt ἢ οὐ δοκεῖ; Sic Matthæi cap.21,verſu 17, εἶπε σοὶ ἡμῖν,τί σοι δοκεῖ; ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ; quod eodem modo apud Marcum legitur. Hic autem ſubaud.ἔξεστι ex præcedentibus, quum perinde ſit acſi diceretur, ἢ οὐκ ἔξεστι; Licet cenſum dare Cæſari,an non? ſubaudi licet. Alicubi autem ponitur non præcedente verbo, ſed vtrobique ſubaudiendo.vt apud Platonem rurſus,χωρὶς χείσεσθον, ἢ οὔ; nam vtrobique ſubauditur δῆλον. Cæterùm quod dixi ἢ οὐ poſſe reddi etiam Nécne,id intelligendum eſt potius vbi non eſt directa interrogationis forma: vt quum dicitur εἰκὸς οἶδα πότερον λήξει δεῖ, ἢ οὔ,neſcio vtrum dicere oporteat,nécne. Vel,ſine Vtrum. (Homerus autem pro ἢ οὐ dicit νὴ καὶ οὐκί, vt docebo in Hί.) Enimuero cauere debet lector ne cōfundat ἢ οὐ huius ſignificationis cum ἢ οὐ pro Alioqui non, ſequente particula ἀλλ': de quo vſu paulo antè egi. At in altera ſignificatione inuenitur & ἢ μήν.vt apud Marcum c.12,v.14,ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι,ἢ οὔ; δῶμεν,ἢ μὴ δῶμεν;

¶ Ἤτοι, pro ἤ, Aut,Siue. Iliados τ, Δαῖτα μὲν αὖτε ἐλήσεσθε βοῶν ὀρεσκόμων ὀπηδῶν, Ἠτ' ἐχέμεν,πάσσω δέ οἱ. Vbi tamen aliquando credidi legendum ὔτ' nō ἤτ',præſertim quū præcedat αὖτε,idem valens & ipſum quod ὕτε.Sed dubitationem hanc tollit Euſt.

η ¶ Ἦτοι pro ἤ, Aut, vel An: vacante particula τοι. pro Aut, vt Odyſſeæ ρ, verſu 80, Ἀνδρῶν ἠ ἄλλων τίς μοι ἐεὶ ἐνιπὴν ἠὲ καὶ οὐκί. At pro An,vt Odyſſeæ α, Ἀλλ' ἦτοι μὲν ταῦτα θεὸν ἐν γουνάσι κεῖται, Ἦέ τοι ὀτρύσας ἀποτίσεται, ἠὲ καὶ οὐκί. Alia exempla habes cum exemplis de ἤ.

Multa tamen exemplaria diſiunctè ſcriptum habent ἤπου: ſed vt ἤπι, ſic & ἤπου coniunctè etiam ſcribi poſſe videtur.

Ἦ ἤν, An. Odyſſeæ γ, Ἦ πᾶξ' ἀρᾶξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε; Scio tamen hanc quoque vocem in multis exempl. diuidi. ſed quum ex Ariſtoph. quoque afferatur eadem in eodē ſignificato ſcriptura, itidémq; μὴν coniūctè ſcribatur pro eodem, locum & illi poſſe hic dari exiſtimo.

Ἠ Ε, poeticè, pro ἢ, Aut, Siue. Odyſſ. ξ, Τοῦδέ τις ἀθανάτων ἐλάφῳ ἐφέηκε ἰὸν ἐκτὸς ἰόντα, Ἠ ἵς ἀνθρώπων. Il. α, — νῦν δ' ἄριστον Ἀχαιὸν ἐπιτολέσσαι, Ἠ ὅσσοι Τροίην. Paulo pòſt, Βέλτερον ἢ ἐπιτολέσσαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι, Ἠ δηθὰ τροθέοντας, &c. Et ſi præcedēte particula ἢ ter poſita, vide ſuprà in principio ſermonis ſeu tractatus de illa.

Ἠὲ pro An, apud eundem poëtam non ratò, & quidem non ſolùm in poſteriore loco (vt in exēplo quod protuli ex Il. α, quum agerem de particula ἤ) ſed interdum etiam in priore. vt Il. κ, Δίζε γὰρ ἠὲ μάχοντ' ἀγορήν κλόνον αὖτις ἐλάσσας, Ἠ λαοὺς ἐς πῖπτος ὁμοκλήσειν ἀλλῶσαι. Exemplum verò vtriuſque vſus particulæ ἠέ, id eſt vtranque ſedem habentis, ſufficere poteſt vnus & idem huius poetæ locus. apud eum enim legitur Odyſſ. λ, in ea parte quæ νεκυία nominatur, Εἶπε δέ μοι πατρὸς τῆς ἠμὲν ἔτι ζώει κατὰ γαῖαν, Ἠ παρ' ὁκείνοις ὄφρα νέκυες, ἠὲ τις ἤδη Ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει, &c. deinde (interiecto eo quod ſequitur hemiſtichio, & verſu vno in quo repetitur verbum εἰπὲ cum accuſ. rei) ſubiungit, Ἠὲ μάψ ἐσσὶ πατρὸς καὶ παιδὸς, καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσω, Ἠ ἤδη μιν ἔγωγε Ἀχαιῶν ὄφρα δρίστος. Ἠὲ per interrogationē quoque in hoc verſ. qui eſt 134, Il. α, Ἠὲ θέλεις ὄφρ' αὖτε, ἔχῃς γέρας; ſed non dubium eſt quin altera ſcriptura melior ſit, Ἦ ἐθέλεις. | Ἠὲ καὶ οὐκὶ apud eundem poëtam, pro eo quod in ſoluta oratione dici ἤτοι, antea docui, videlicet pro Annon. ſed extra interrogationem (ſicut & Nēcne poni ſolet) Il. β, — ὄφρα δαείῃσθε Εἴ ἐτὸν Κάλχας μαντεύεται ἠὲ καὶ οὐκί. Ibidem, — ὄφρα ἴδητε Ἦ ῥα τοὶ οἰχ' ἡμεῖς τοσσαμμύριοί περ, ἠὲ καὶ οὐκί. Hic autem nobis non ſine admiratione conſiderandum eſt ἠὲ καὶ οὐκὶ in vna eademque ſignificatione, vno tamen in loco ſubiungi particulæ ἤ, in altero autem particulæ εἰ: quum etiam ὄφρα ἴδητε quod vni præfigitur, ſimile ſit illi quod alteri præfixum eſt, videlicet ὄφρα δαείῃσθε. Meum tamen vetuſtiſſimum exemplar quod mihi in editione Homeri optimā alioqui & fideliſſimā operā nauauit, iſti his lectionibus cum cæteris exempl. conſentit. quod me ἐπίσχειν facit. Cæterùm particulæ εἰ ſubiungi ἢὲ non mirabitur q legerit quod ſuprà annotaui in Ἦτοι, quæ ſubiungitur particulæ αἰνῶς, idem ſignificante quod εἰ. Sciendum eſt porro ἢὲ καὶ ἠὲ καὶ interdū etiam accipi pro Aut etiā nō. vt Od. ρ, v. 80, Ἀνδρῶν δ' ἠὲ γυναικῶν ἠὲ καὶ οὐκὶ Κτήματ' ὄνηται.

Ἦτοι, Aut, Siue. ſed præponitur compoſita hæc particula ſimplici ἤ. Thuc. 2. ἢ αὖ περὶ ἧπερ κρίνομέν γε ἢ ὀρθοῦσθαι τὰ πράγματα. Idem ἢ περὶ κρυπτὰ γε, ἢ φανερᾶς. Luc. Ἦτοι κῆρ σῶμα, ἢ κῆρ ψυχῇ. Sed ſæpe primum etiam locum obtinet particula ἤ, vt ex prolatis antè exemplis apparet.

Ἦ περ apud poëtas pro μάλ', Quidem. vt Il. β, Ἦ περ γάρ τε ἔπεσσι πάρ' ἄνδρα τίθησι. Et Il. γ, ita orditur Priamus ſuam breuem orationem, Ἦ περ ἐγὼν εἶμι πρὸς Ἴλιον ἱππόβοτον Ἀχαιούς. Interdum tamen additur μάλ', ſed ὀπὶ τῷ Ἀθαναίῳ λου: vt Il. γ, Ἦ περ μάλα πολλὴ καὶ μείζονες ἄμμοι ἔασιν. cui redditur ἦ in proximè ſequente verſu, Καλὸν δ' οὔτω ἐγὼ ἔπος ἴδον ὀφθαλμοῖσιν. At in eodem libro illi ἦ περ μάλ' redditur ἀμφὶ cum δέ, vt videbis v. 213 & 216. Interdum verò ei redditur αὖτάρ. Sed & coniunctioni ἀμφὶ interdum ſubiungitur, ſequente eadem particula αὖτάρ, aut δέ: vt videbis Odyſſeæ ξ, verſu 171, & Iliados α, verſu. 141, & 142. vbi ἦτοι nequaquam vacare exiſtimo, ſed ἀλλ' ἦτοι eſſe pro Verùm enimuero. Quo fortaſſe modo poſſumus vertere ἦτοι & in verſu 207 Odyſſ. ξ, Ἀλλ' ἦτοι τὸ κῆρας ἔφυγον &c. aut, Sedenim, vel Atenim. Niſi quis malit pro μάλ' ibi quoque accipere, quum ſequatur δέ. Nihilo autem magis vacare exiſtimo particulam ἦτοι quoties ponitur cum μέν (quod dicendum fuerit ſi ἦ μάλα μέν poni eas vbique dicamus, quo poni modo conſtet. Fit. in hoc verſu, Ἦτοι μὲν πρὶ καλὸν, ἀ συνέφυν ὀδὸν ἀστοῖσιν.) ſed interdum ἦτοι μὲν eſſe Certè quidē, vel Quidē certè, vt illo verſu Il. ζ, Ἦ τοι μὲν κεφαλῇ, &c. Sic ἀλλ' ἦτοι pro Sed certè. Sed nec pro μὲν pono arbitror particulam ἦτοι quoties ſola ponitur, ſed aliquando eſſe potius Certè, aut Sanè, ſeu Profectò, vel Equidem: vt in illo verſu Il. γ, ſuprà citato, Ἦτοι ἐγὼν εἶμι &c. Addendus eſt autem iis quos attuli locis, hic quoque in quo poſt ἦτοι ponitur μὲν, additā habens γὰρ, Il. υ, Ἦτοι μὲν γὰρ νῦν πολεῖς ὑμέων ὀρέξας.

Ἦτοι, videlicet. ἦτοι haberi ἑρμηνευτικὸν παιδίσκιον ab Homeri poſteris, vt ἤγουν & εἴτουν, tradit Euſt. ſed addēs χαδαιῶς. Vide p. 50.

Ἦ, Quàm. σωφρονισμὸς συγκριτικὸς, vt quidam grammatici hac in ſignif. appellarūt. Il ζ, Καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον ἦεν (ita enim legendum, non πολυκέρδιον coniunctè) Ἢ οὕτω λώϊον τ' ἔμμεναι καὶ ἐπήμιον ἄλλων, Multo ſatius fuiſſet quàm &c. Idem Iliad. ε, Βέλτερον, ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι, Ἢ δηθὰ τροθέεσθαι ἐν αἰνῇ δηιοτῆτι. Xenophon Pæd. 3, pag. 41, ὅτι μοι δόξειεν ἂν ἐμὲ μᾶλλον ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον δαιμονίζειν ἢ ἐμέ. Plato Pol. 1, τὸν τοῦ δικαίου βίον φάσκων εἶναι χρεῖττω ἢ τὸν τοῦ δικαίου. Philo De mūdo, πολὺ ἀπυδὴν οὐ φορητότερον αὐτὸν ἢ πρανοπήρας λαβεῖν φαντασίας, non prius remiſit quàm &c. Rurſum Plato eodem libro, οὐ δήπου ἄλλου τινὸς μέλει, ἢ, ἐφ' ᾧ πέπακται, ὅπως πύτω τὸ βέλτιστον ὀκπεσεῖται. Ex Herodoto autē affertur ἦ οὐ pro ἢ ſolo, itidem poſt οὐδὲν μᾶλλον, in hoc loco, Ἀπέδεικνυον λόγῳ οὐδὲν μᾶλλον Αἰολέων μᾶτον τῆς χώρης ἢ οὐ καὶ σφέων. | Interdum ἢ cum compar. ſequente εἰ, vt Xen. Pæd. 7, ἔπ κάκιον ἢ εἰ κῆρας φορεῖσθαι. Sic poſt μᾶλλον, vt idem in fine lib. 1, eiuſdem Pæd. οὔτως ἔγωγε ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι ἢ εἰ κληρούμενος ὅ, τι λάχοι, πέρι τις φορᾴτοι.

Interdū verò cum cōparatiuo ſequentem habet particulam κατὰ, vel aliam. Demoſthenes in or. ad Phil. epiſt. μεῖζον φέρεσθαι ἢ καθ' αὑτὸν ἁρᾴμεθα. Sic dicitur μεῖζον ἢ κατ' ἀνθρωπον, Quod maius eſt & magis arduum quàm vt homini conueniat, Quod humanas vires excedit. Thucyd. μείζονι ἢ κῆ πολὺ ὑπαρχούσῃ ὑσίᾳ. Viciſſim autem cum μικρότερος iunxit Lucianus De cal. μηδ' ἴσι μικρόπορος ἢ κῆ πικαίτιον φορδείαν ζωγράφος. Apud Herodianum autem l. ς, τὸ ὡς φορτικὸν καλλωπιζόμενον φορτικώτερον ἢ κῆ γυναικὸς κατάστροφα, magis exquiſita cura vultum componere quàm probam fœminam deceret.

| Cum ὡς autem, vt Demoſth. Phil. 2, ἔστι γὰρ μείζω τὰ ἐκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ αὐ εἰπεῖν. Interdum etiā poſt κατά: vt μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον. vbi vacat ὡς. Aliquando autem iungitur cū ὥστε, ſequente infinitiuo, vt μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν. Sic Plato Apol. δεινότερον εἶναι ἢ ὥστε σωθῆναι. Sed infinitiuo etiam ſolo iūgitur interdū, vt μεῖζον ἢ φέρειν pro μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν.

Ἦ inter duos compar. Plutar. in Sol. φορτικώτερον ἢ εὐλοσοφώτερον διαλέγεσθαι πρὸς τὴν ἡδονήν. De quo quidem vſu particulæ ἢ lege Budæum pag. 1050. | Ego autem inuenio & vacantem particulam ἢ poſt comparatiuum, vt apud Thucydidem lib. 7, p. 260, ἥδη τινὲς καὶ ὀλιγοστέρα ἢ πιῶνδε ἐσώθησαν. neque enim dubito quin hic vacet, quum dicendum ſit in nominatiuo, ὀλιγοστέρα ἢ διά δε, vel ὀλιγοστέρα διῶνδε. Sic autē vacat & hic οὐκ ἐλάσσιος ἰὼν ἢ πατὴρ πατρὸς παλαιστῆς. | Sed & pro ἀλλὰ itēpro ἤ poni exiſtimatur ἢ ab eodem Thuc. Euſtathius certe annotat & ipſe pro καὶ nōnullos apud Hom. accepiſſe.

Ἦ poſt ἑκάτερον nonnunquam, ſeu πωϊάτερον, vt Lat. Quàm poſt Contra. Ariſtophanes Pluto circa principium, Τοὐναντίον ἀρῶν ἢ προσῆκ' αὐτῷ πιεῖν. Sic Plato Sympoſio, ἢ οἶσθα ὅτι πωϊάτερον ὅδε πᾶν ἢ ὁ ἕτερος; Sic Lat. Cōtrà quàm dicebat, ſicut Contrà atque dicebat: ſed Contrarium atque dicebat, vel ac dicebat, non Cōtrariuna quàm dicebat: quod quidem ſciam.

Ἦ pro εἰ μή, Niſi: cuius ſignificationis exemplum hoc affert Euſtathius, τί αὖ καλὸν ἐποίησα ἢ τὸν ἄνδρα τοῦτον θαυμάσαι; Sic autem accipitur & à Iohāne Euang. cap. 13, v. 10, ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι. Sed in illo exēplo Euſtath. dixerim τί καλὸν ἦ, eſſe pro τί ἄλλο καλὸν ἦ. At in hoc Ioh. loco idem nomen non æquè commodè ſubaudiri queat.

Ἦ, pro μᾶλλον ἤ, Potius quàm. vt Iliad. α, Βούλομ' ἐγὼν λαὸν σόον ἔμμεν ἢ ἀπολέσθαι. Vbi tamen quidam ἤ pro καὶ

accipere maluerunt,perinde ac si diceret, Volo populũ A
saluũ esse, & ipse interire.Nonnulli verò & alias expositiones excogitarunt:sed si ab illa prima discedẽdum nobis sit,malim ἤ pro Aut,seu Alioqui, aut Sinminus accipere, quàm pro Et: vt dicat,Saluum esse populum opto,aut ipse interire: vel,sinminus,ipse interire.Verũ eos qui ab illa explicatione discesserunt,non legisse puto aut certè non recordatos fuisse huius versus qui apud eundem poetam habetur, Od.ρ, éstque 81,Αὐτὰρ ἔγωγέ σε βούλομ' ἐπιστορέσθω ἢ πύθωμαι τῶνδε. Quinetiam Homeri posteri quum ita vtuntur verbo βούλομαι & simili- B
bus cum ἤ,ita apud illum se quoq;exposuisse ostendũt, vtpote à quo hoc loquendi genus mutuatos esse constet.Laert.in Diogene,286 ἀλλὰ βούλομαι, ἔφη, σε Ἀθηναίας ἄλλα ἴχλυ, ἢ τῶν ἐκ Κεφαλῆνος τὰς πολυπλοκοὺς βασανίζειν ἀπολαύειν. Vide & in Βούλομαι suprà,(quod quidam in huiusmodi locis exponunt Malo, seu Prætopto : & ita ἤ solitam significationem retineret ) itidem verò cum αἱροῦμαι.vt apud Chrysostomum in epist.ad Thessal.pag.16,ἀλλ' ἕλοιο αὐτὸν ἀγαμὸς εἶναι, ἢ ἡμιόναιον τὸ δούλου φορέσαι. Sed & apud Sophoclem ita quidam exponunt, Ἐμοὶ μικρὸς πέφυκεν c
ἢ καίνοις γλυκύς. Apud Aristotelem certè aut vitiosum esse exemplar, aut ὑ pro μᾶλλον ἢ accipiamus necesse est hoc in loco Probl. fol. 99, διὰ τί ὁ δὲ καταφήκην αἰχὴν ἀπροσκοπώτερος μικρὰν, ἢ πολὺ διαστάσιον. ‖Eustathius autem in hunc Od. τ locum, Καὶ γάρ τις τ' ἄλλοθεν ὀδύρεται ἄνδρ' ἑλίσσασα Κυκλάδιον, (&c.) Η' Ὀδυσῆ' ὃν φασι, &c. annotat particulam ἤ non accipi σωφρόνως pro παρὸ, sed potius declarare quandam ὀλιγωρίαν, perinde ac si quis dicat, πολλῷ δὴ πλέον τὸν Ὀδυσέα χρὴ κλαίειν. ‖Idem alicubi vult ἤ significare ἴσως,aut aliquid huiusmodi. D

ἮΠΕΡ, idem quod ἤ,id est Quàm: sed vsitatum in soluta oratione potius quàm in carmine.Eustathius in illũ Homeri versum,Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι, annotat, veteres tradidisse si ἢ ἀπολέσθαι acciperetur pro ἢ ὥστε ἀπολέσθαι,tunc ἧττον σωφρονοῦντος δόξαι φρονεῖν.

Ἦ, (cum circunflexo & tenui spiritu) pro Certè,Profectò.Il.α,Ἦ γὰρ οἴομαι αὐτὸν χολωσέμεν, Profectò enim arbitror.Vel potius, Nam profectò arbitror.Sic autem & Il.β,Ἦ γὰρ οἱ Ἀρείδης τῶν ὕστατα λωβήσαιτο. Quòd si potius cum Budæo exponatur pro Alioqui, aut Alioqui enim,(quæ quidem expositio mihi non displicet) tunc certè ἤ dicẽdum fuerit pro ἤ accipi: cuius hac in significatione multa passim exempla extant,atque adeo afferuntur à Budæo aliquot,ibidem vbi & de isto Homeri loco agit: nimirum pag.931. Sed nec dubitarim fateri suspectam mihi esse scripturam illam cum circunflexo:& eo quidem magis quòd in meo illo antiquiss.& fidelissimè scripto exemplari alteram scripturam repe riam, nimirum ἦ: sic tamen vt circunflexus ab aliquo non satis circunspecto correctore superpositus sit. Cæ- E
terùm Bud. in eadẽ illa pag. ἦ γὰρ simpliciter pro καὶ γάρ, vel καὶ γάρ τι ab eodem poetavsurpari docet. atque ita fortassis accipere aliquis in locis etiã modò citatis malit. ‖Iungitur ἦ& his particulis,δή, που,μὰν,τι,atq;aliis.dicitur enim ἦ δή,& ἦ που,& ἦ μὰν,& ἦ τι.Il.β,Ὦ πόποι ἦ δὴ μοί Ὀδυσσεὺς ἐθέλει κακὸν ὄφρα νέηται. Il.γ,Ἦ που καὶ Τρῶες κακὰ πήματα πολλὰ μόωνται Ἀχαιοί.Ibidem,Ἦ μὰν καὶ πάρος: ὄφρα κεν αἰνότατα πέσῃ. (De ἦ μὰν autem quod iuriiurando adhibetur, vide in μὰν) Sed interdum adiungitur μήν,non μάν: aut etiam μαί: vt docebo in μήν & in μαί. Cum τι,vt ἦ τ' ἰφάμην,& ἦ τέ μ' ἔφατο Ἄξειν,&c.(at Il.α,ἦτοι καὶ ἐδὴ Λαῖνον ἔσαν G
χαῖται,pro Alioqui.adeo vt suspecta sit hæc scriptura, eodem modo quo illa quam modò protuli, Ἦ γὰρ οἱ Ἀτρεΐδη,&c.)Iungitur denique & aliis multis particulis. nam non solùm ἦ μήν, sed etiam ἦ μήν τι, sicut & ἦ μὰ δή: nec solùm ἦ ῥά, verumetiam ἦ ῥά νυ, dicũt. Cæterùm in multis horũ,quidam vacare alterutrã particulã existimarunt,(sicut & de ἦ γὰρ paulo antè docui)alii maiorem affirmationi vim addere crediderunt, & esse,verbi gratia,ἦ δὴ pro ὄντως δή, & ἦ μὴν pro ὄντως μήν, seu ὄντως δή: itidemque ἦ μάλα pro ὄντως μάλα. De quibus & alibi dicetur. Hoc tantùm addo in præsentia, pro loco posse verti non solùm Certè, vel Profectò, sed & Equidem, Certè quidem,Nimirum,Enimuero. Quam postremã significationẽ cõuenire ipsi etiam ἦ γὰρ existimo in hoc



versu Il.α,Ἦ γάρ κεν δ σιλός τι καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην.

Ἦ interrog.Vtrum,An. Iliad.γ,qua in signif. iungitur etiam particulæ ἆρα,idque ἐκ τῶν Θεμιστίου.vt Iliad.σ, Ἦφαις', ἢ ἆρα δή τις ὅσαι θεαὶ εἰσὶ σὸ ὁλύμπῳ,&c. sequente ἀντίχθ. Vbi quòd ἆρα ponatur ἐρωτηματικῶς ἐκ τῶν Θεμιστίου, non fuisse scripturos Hom. posteros aliter quàm ἆρα hic quoq;,nimirũ cũ circunflexo, ait Eust. Ego tamẽ nihilo magis puto ἆρα hic retinere aliquam interrogationis significationem,quàm retinet ῥα subinuncta eidẽ particulæ. vt Il.ε,v.421, Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά νύ μοι κεχολώσεαι ὅσσ', ἢ τι καὶ ἔσται; Sic alibi, Ζεῦ πάτερ ἦ ῥά νύ τις ὀϊόμενος θεοπρόπιον. Ex Sophocle ἦ sine adiectione, in eadem illa significatione, ἢ σὺ φὴς ἄγαν; Idem in Aiace illi adiunxit καί, in hoc versu,Ἦ καὶ φίλη δίκαιόν ἐστι φῶτας καιρὸν πιεῖν; vbi tamen καὶ videri etiam possit non esse otiosum . Apud eũdem cum γὲ,in eadem trag.Ἦ σοί γε Αἴας πολέμιος ὥσπερ πατήρ; Sæpe autem ἤ γὲ in prosa & pro Nónne:atque ita Plato inter alios frequenter vtitur.Vide Bud. pag.931 & 932. Sed hic lectorem admoneo, quum itidem ἤ pro An accipi ostenderim antea,non mirum illi debere videri quòd alicubi in huius particulæ scriptura significationem istam habentis, varient exemplaria . Apud Hom.certè nusquam me in emendatis codicibus memini legere, ἤ cum tenui & circunflexo pro Vtrum, nisi sequente ἆρα,aut ῥα,vel alia particula . Quanuis enim sciam legi ἦ cum circunflexo passim in typograph. editionibus, atque adeo in mea etiam,hoc in versu,Il.γ,Ἦ τιόσδε ἰὼν ἐν ποντοπόροισι νέεται, &c. (vbi omnino hæc particula interrogatiuè accipienda est) fateri tamen non erubesco scripturam illam à me pro mendosa haberi: pœniteréque me quòd hic plus fidei aliis exẽplaribus quàm illi meo adhibuerim, in quo ἦ apertè legitur. Budæum certè de hac scripturæ discrepantia voluisse ἐπίχλιν existimo:quippe qui in lexico suo scribat,ἦ καὶ pro Vtrum etiam,identidem à Xenophonte poni:vt, ἦ καὶ συκῆν, ἔφω ἐγὼ, οὔπω δῆτα φυτεύειν; sed in alio exemplari ἦ καὶ legi, atque ita apud Gregorium quoque scriptum inueniri.

De ἦ autem dicã (Deo fauente)in Ος.Interim lectorem moneo, vt quum leget apud Eustathium, hanc particulam esse non solùm διαζευκτικὴν & ἀποδιαζευκτικὴν,sed etiam διασταλτικὴν,& διαπορητικὴν,& ἐρωτηματικὴν, item συγκριτικὴν,necnon βεβαιωτικὴν, item poni pro καὶ δὲ & ὡς: meminerit eas quæ ab eo ita cõmiscẽtur sign. primùm quidem in diuersas huius particulæ scripturas distinguere,videlicet ἤ, & ἦ, & ἢ: deinde verò & eas quæ ad vnam eandémque scripturam pertinent,certo ordine collocare,sicut hìc à me factum esse videt.

ΑΤ ΔΕ ἤ ἦ non refert vbi tractetur,quum non magis ad sequens ἦ quàm ad præcedentia ἤ & ἦ pertineat . Nam ἤ ἦ vox est reprimentis & desistere aliquem iubentis' (ea pars orationis quæ Latino more interiectio appellatur)apud Aristoph.in Nubibus, ἤ ἦ πόπαι . μηδὲν ἔτ' εἴπῃς πέπων.Quidam interpr.à race, vel, ha ha file. Sed vnicum ha malim:quod eiusmodi signif.habet apud Plautum.Ha caue ne illi obiectes.At Ha ha,sequente he,interiectio est risus.

ΗΓΕΟΜΑΙ, οῦμαι, Duco, Sum dux viæ, seu Præsto me ducem viæ, Præeo. Od.ζ,v.300,Γεῖα δ' ἀείγνωτ' ὀΐσι· καὶ αἰ πάϊς ἡγήσαιτο Νήπιος. Apud eundem sæpe cum accusatiuo,( qui fortasse & in illo subaudiri loco debet)vt Od.ν,v.22,Ὦ πόποι, οὐκ ἄρ μοι δόμον αἴσιμος ἡγήσαιτο Ἀλκινόου; Sic Od.ο, ἅσσα δ' ἐνθάδ' ἐτῶμεν ἡγησόμεθ'. Alibi verò cum præpos. vt Od.ξ,—κλισίηνδ' ἡγησάτην.Sic ἡγήσασθαι εἰς Ἴλιον,& περὶ πόλιν ἡγήσασθαι, de quibus postea dicetur. Cæterùm ἡγεῖσθαι δόμον pro εἰς δόμον, non aliud esse puto quàm Ducere domum, id est Domum ire cum aliquo, præstando se illi ducem viæ,seu præeundo.Sic ἡγεῖσθαι ἄστεα pro εἰς ἄστεα, ducere in vrbes vel per vrbes. In illo tamen versu 22 Od.ν,ἡγεῖσθαι exponitur Ostendere. cui expositioni occasionem præbuisse puto verbum δείξω,quod postea sequitur eadem de re.sed considerare oportuerat, non solùm dici ibi δόμον δείξω, verumetiã ὁδὸν ἡγεμονεύσω. Ve autem hic ὁδὸν ἡγεμονεύσω,sic Od.κ dicit ὁδὸν ἡγήσασθαι. vbi Eustath. subaudit εἰς, quemadmodum in præcedentibus exemplis subaudiendum puto . Alicubi porrò ἡγεῖσθαι & ἡγεῖν ita

dicitur vt præire & sequi. ( Terent. verò dixit etiam, Ἴα πρᾶ, sequar) Od.α, v.15, Ὡς εἰπὼν ἡγεῖτ' ἦλθε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη. At in soluta oratione ἡγοῦμαι non vno modo construitur. dicitur enim ἡγοῦμαί σοι. vel τοῦ: ἡγοῦμαί σοι τῆς ὁδοῦ vel τὴν ὁδόν. Aristophanes in Pluto, Οἱ γὰρ βλέποντες ταῖς τυφλαῖς ἡγούμεθα, Οὗτος σ' ἀκολουθεῖ. Lucianus in Hermor. ἀλλ' ἀκολούθει ὅπῃ τοῦ σοφωτέρου ἴχεται, καὶ ἅμα τὰ σοφίσματα σὸς τὸν αὐτῶν ἡγούμενα. Sed in illo Aristophanis loco annotat schol. videri deesse constructioni genitiuum ὁδοῦ. vt enim plena sit, dicendum esse ἡγοῦμαί σοι τῆς ὁδοῦ. Herodotus certè dixit etiam ἡγέομαί σοι τὴν ὁδόν. Synes. cum accusatiuo itidem, ἡγήσασθαι τὴν ἀδικίαν πολεμίων. Et ἡγοῦμαι ἄλλοσι pro Duco aliò, ex Xenoph. Homerus autem addita præpositione accusatiuo dixit Τρωσὶ πρὸ πόλιν ἡγήσασθαι, Il.χ, v.101. Sic ἡγεῦμαί σοι εἰς τὰ δίκαια ἔσειν, Æschin. Item ἡγεῦμαι sine adiectione, pro Præco, Præcedo (vt in loco eiusdē Homeri antè citato.) Thucydides 3, ὁ μὲν ἡγούμενος, ἦν δ' ἐγὼ πυνθάνωμαι. Sic Polyb. τὰ μὲν ἡγεῖται, τὰ αὐτὰ δ' ἐπάλιν ἕπεται.

Ἡγέομαι, οῦμαι, pro Dux sum, id est imperator, Ductor, Præsum. cum genitiuo, vel datiuo. vt ἡγεῖσθαι Γαφλαγόνων, & ἡγεῖσθαι Μήσοισι apud Homerum circa finem Bœotiæ. pro quo ἄρχειν etiam & ἀρχὸν εἶναι dicit, atque alia. Idem Il.α, dixit de Calchante, Καὶ νῆσιν ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον ἴσω, pro Dux fuerat classi Græcorum ad Troiam. In prosa autem pro hac significatione genitiuum frequenter habet, datiuum rarissimè quantum meminisse queo. Thucyd. 2, ὧν ἡγεωῦν. & 3, Λακεδαιμονίων ἡγήσαντο. Herodot. ἡγεῖσθαι τῆς πρόσω & τῶν στρατιμάτων. Demosth. οὐδένα στρατηγῶν ἀπώλεσεν ἡγούμενος ὑμῶν. At Isocrat. dixit etiam ἡγεῖσθαι στρατιᾶς. ‖ Ἡγοῦμαι generaliter pro Præsum. Xen. ἱκανὸς ὢν τῆς πόλεως ἡγεῖσθαι. Item ἡγούμενος τῆς Γερμανίας, ex Plutarcho, vt Lat. dicitur Præesse prouinciæ. At ἡγούμενος τῆς ἡδονῆς ex Isocrate in Euagora, pro Imperans voluptatibus. ‖ Ex Xenophonte & pro Præire aliis in re quapiam, τὸν σωφρονοῦντα ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔργου καὶ λόγου νομίζεται. Et absolutè ex eodem affertur pro Incipere, καὶ δέ μοι δοκεῖς ἡγεύμενος, μᾶλλον αὖ ὀξυτέρα ζεῖσθαι. Hesiodus tamen dixit ἡγεῖσθαι αὖθις εἰς φιλότητα pro præire rursum ad amicitiam, id est Redintegrare amicitiam, in eius officiis quasi præcundo alii. Ita enim puto exponi debere illum locum: non ignorans esse qui ἡγεῖσθαι Prouocare, item, qui Ducere simpliciter hic interpretetur. ‖ Item res aliqua dicitur ἡγεῖσθαι pro Præcipua esse: vt exponit B. apud Demosth. τὸ ἡγούμενον καὶ τὸ μέγιστον.

Ἡγέομαι, οῦμαι, Duco. id est Existimo. Thuc. 1, pag. 33, καὶ ἀλλοφύλοις ἅμα ἡγησάμενοι. vbi subauditur infinitiuus εἶναι. Plato De leg. 4, ἀλλ' ἡγοῦμαι πάντας μᾶλλον εἶναι θεοφιλὲς τοῦτο βασιλείαν τῇ πόλει. Rursum apud Thucydidem lib. 2, καὶ ἐν τῷ ἔργῳ, κόσμον ἐν σχολῇ οὐκ ἐλάσσονα ἡγεῖσθαι, Ducite plurimi, vel Facite plurimi. Sic οὐκ ἐλάσσονος ἡγεῖσθαι, Isocr. Et οὐδενὸς ἡγεῖσθαι, Lys. Nihili facere. Cæterùm ἡγέομαι non dubito quin ab ἦγον, aut ab ἧμαι (quæ sunt ab ἄγω) deriuatum sit.

Ἧγημα, ατος, τὸ, Ductus, Consilium. βουλὴ, γνώμη, οὕτω τοῦ σοφιστοῦ, inquit Suid.

Ἡγησις, ωι, ἡ, Ductus, Principatus.

Ἡγήτωρ, ET Ἡγητὴρ, ῆρος, ὁ, Ductor. Il.β, — Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, Argiuorum ductores. Il.γ, Τρώων ἡγήτορας.

VNDE Ἡγήτειρα ET Ἡγήτεια, fœm. gen. Ductrix. Prius ἡγήτειρα in Epigr. est. At ἡγήτεια dicebatur (vt scribit Eustath.) παλάθη τις ἡ σοφὸν πεμπομένη ἐν ταῖς πομπαῖς. propriè autem παλάθη appellabatur, (vt idem subiungit) ἡ τοῦ σύκου ἥπερ τοῦ ἰκριάδων ὀπτησωθῆναι. Ab ἡγήτωρ autem est ET Ἡγητεία, ας, ἡ, Principatus, ἡγεμονία Suidas. ‖ Apud eundem Suidam ἡγητεία Pſello est τοῦ σύκου ἡ παλάθη: παλάθη verò ἡ μαίζα τοῦ σύκου. PRO QVO Ἡγητεία scribitur apud Hesychium & Athenæum, & indè dicitur esse σύκων παλάθη, ὧν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Διονύσου πατεῖσθαι φέρουσι συγκομίσαντες ἐξ ἰκριάδων, ἀφ' ὧν τοὺς αὐτοχθόνας ἅμα ἡμέρᾳ καρπὸν φαγεῖν σοφὸν τοῦ σύκου: dicta σοφὸ τὸ ἡγήσασθαι ὅρας, vt apud Hesych. est. Apud Athen. lib. 3, ficus dicitur hominibus fuisse ἡγεμὼν καθ' εἱλικίαν βίου: idque inde perspicuum esse quòd Athenienses ἱερὰ συκῆν vocent locum in quo primùm inuenta est: fructumque eius ἡγητείαν, ἀφ' οὗ σοφὸν τοῦ ἡμέρου ὄφεως. Quæ ferè iisdem verbis ab Eust. referuntur: apud QVEM Ἡγητείας scribitur: ἡ ὀπώρα αὐτῆς (inquit) ἡγητείας, ἀφ' οὗ σοφὸν τοῦ ἡμέρου ὄφεως. ita vt ἡγητεία, (quod suprà ex eodē Eust. attuli) & ἡγητεία (quod ex Pſello apud Suidam) & ἡγητεία (quod ex Athenæo & Hesych.) & ἡγητείας hoc, (quod itidem ex Eust.) eadem sint reipsa, scriptura diuersa.

Ἡγηλάζω, Duco, Præco. σοφηγοῦμαι, ὁδηγοῦμαι: si autem tenui spiritu scribatur, ἄγω, vt quidem Eustathius annotat. Odyss. ρ, Νεῖ μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἡγηλάζει, malus malum ducit, malus malo præit. cui subiungit, Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, Ita semper deus similem ad similem ducit: seu similem simili aggregat. vbi verba hæc duo ἄγει & ἡγηλάζει affinem habent significationem. Od. λ, ἦ που καί σ' ἐνὶ κῆρι μόρον ἡγηλάζεις; id est ἄγεις, vt Eustathius exponit: addens, ἡγηλάζειν apud antiquos, præter ἄγειν, esse διώκειν, φυγαδίειν, πορεύειν: deriuari autem ab ἄγειν & ἰλαὸν, facto inde ἀγηλαὸν, & ex eo ἡγηλάζειν.

Ἡγεμών, ονος, ὁ & ἡ, Dux [viæ.] Xenophon, καὶ τὸν ἡγεμόνα διδόασιν οἱ ξυμβαλόμενοι αὐτοῖς. Additur interdum & genitiuus ὁδοῦ, licutà Lat. Viæ: vt ab eodem, ὁδοῦ λαβεῖν ἡγεμόνα. Sic ἡγεμόνας τῆς ἀφροσύνης dicit quidam apud Suidā. Iungitur & aliis genitiuis, vt τῆς ἀπειρίας ἡγεμών, apud Plut. vbi verti etiam potest Qui præfuit. Et Synesius epist. 137, ἐγὼ νῦν ἡγεμόνα τὸ σοφὸν δέξου λογίζεσθαι, quæ Budæus vertit, Huius rei causam diuino numini attribuendam censeo. Sic autem & ducem Lat. interdum metaph. dicunt, nonnunquam verò Ducem & Autorē iungunt. ‖ Item Dux [exercitus,] Ductor, Imperator. Iliad. β, Ὡς πὰς ἡγεμόνες διεκόσμεον ἔνθα καὶ ἔνθα Τρωσὶν ἐπ' ἀμφίλλοισι. sic alibi sæpe. Thucydides lib. 8, ἔχοντας ἡγεμόνας τοῦ πάνυ στρατηγοῦ. Apud eundem certè plus esse videtur ἡγεμών quàm στρατηγός.

Ἡγεμών, Princeps. (sicut Lat. quoque ducem & principem interdum copulant) Plato in fine epist. 6, καὶ τὸν σοφὸ πάντων θεὸν ἡγεμόνα τοῦ τ' ὄντων καὶ τοῦ μελλόντων, τὸν τῆς ἡγεμόνος καὶ αἰτίου παιδεκὰ κύριον. vbi Bud. ἡγεμόνα interpret. Principem. Chrysippus dixit νόμον debere esse σοφὸν τῶν καλῶν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, vbi ἄρχοντα & ἡγεμόνα quidā interpr. Principē ac Imperatricē. ‖ Ἡγεμὼν interdum Præses seu Præfectus, cum variis genitiuis. Interdum verò & sine adiectione, Magistratus. quo vtitur modo & Plutarchus. qui etiam scribit in Romulo, Romanos appellasse Patres conscriptos quos Græci ἡγεμόνας suo etiam tempore vocarent. Athenis ἡγεμὼν & πρύτανις dicebatur qui erat princeps & præfectus collegii σοφὸν ἀρχόντων, vt scribit Bud. p. 152.

Ἡγεμὸν neutr. gen. vnde ἡγεμόνα μέρεσιν apud Platonem in Tim. Partibus principatum obtinentibus, vel Partibus præcipuis.

Ἡγεμονή, ῆς, ἡ, Principatus, Imperium. vulg. l. ex Plat. Tim. Apud Hesychium verò ἡγεμόνη dicitur Ἄρπυια & Ἀφροδίτη: item nauis quædam. In vulg. lex. est ET Ἡγεμονεύς, έως, ὁ, Dux.

Ἡγεμονίς, ίδος, ἡ, Imperatrix, Quæ principatum obtinet. vt ἡγεμονὶς πόλις, Roma Appiano. Et Philo ἀξίωσιν appellauit ἡγεμονίδα sensum qui principatum inter cæteros obtinet.

Ἡγεμόνιος, Mercurius cognomento dictus quòd viæ sit dux. Aristoph. Plut.

Ἡγεμονία, ας, ἡ, Imperium, quod obtinent qui imperatores seu duces vocantur. Thuc. 4, pag. 151, τῆς ἡγεμονίας οὔσης αὐτοῦ. Idem lib. 7, pag. 237, πολλὰ οἱ ἡγεμονίας ὑμᾶς δοῦ ἐπίνοια. Plutarchus in Camillo, οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλίαρχοι. Apud eundem cum genitiuo in lib. De Herodot. ἡγεμονίας τυχεῖν τῶν ἀρίστου κύρους. Alicubi verò ἡγεμονία est potius ipsum imperatoris munus, seu ars imperatoria: vt apud Philonem, ἀρετὰς δὲ ταῖς ἐν ἡγεμονίᾳ πάσαν ἀρετὴν. Imperium à Plauto tali significatione poni existimo. Latius autem extenditur ἡγεμονίας signif. vt quum dicit Æschines ἡγεμονίαν τοῦ δικαστηρίου λαμβάνειν, pag. 56, pro Imperium & iurisdictionem accipere, Bud. interpr. De qua fusius apud Suidam & Harpocrationem. Et pro imperio, ea significatione qua dicitur Imperiū

Romanum. Plutarchus in Cicerone, ὥμυνε καιρὸν ὄρκει, ἢ μᾶλλον στρατείαν τινὰ παρεῖδε καὶ διαπτερυγίαν τὴν ἡγεμονίαν. Generaliter denique pro imperio seu principatu, apud Thuc. Isocr. Æschinem, atque alios. Sunt verò & qui ἡγεμονίαν alicubi Præfecturam interpr. Apud Herodianum certè Politianus Magistratum etiam reddidit. ¶Sed Plato ἡγεμονίαν alio etiam modo posuisse mihi videtur, nimirum pro eo quod Gall. dicitur *conduite*, respondétque omnino Græcæ voci, quum ἡγεῖσθαι sit *conduire*. Plat. locus est hic, μηδεὶς ὑμᾶς πείθετω ὡς ἄριστα, ἄλλην ἥδιον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν αὖ πάλιν καὶ ἄλλας νόμους, ἢ τὴν ἀεὶ δυναστεύοντων ἡγεμονίαν. Hinc autem sumpsit Cicero quæ ait a Platone scripta esse, & quidem diuinitus: nimirum, Quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Ita ille. At ἡ vim vocis ἡγεμονία exprimere oporteat, puto esse Exemplum quo quis alit præit, & veluti viam ostēdit. Ad verbum autem reddi possit fortasse Ductus, pro illo Gallico *conduite*. Auspiciū quoque eo sensu dicunt Latini interdum: atque adeo Plautus Auspicio & ductu, simul ponit: imò verò alicubi Imperio etiam addit. Legitur enim in Amphitr. Vt gesserit remp. ductu, imperio, auspicio suo.

Ἡγεμονικὸς, ἡ, ὸν, Imperatorius, Ad imperatorem pertinēs, Imperatori conueniens. Philo De vita Mosis lib. 1, παὶ δὲ τὰ παξιαρχῶν [ἀπαρχὰς] ἀπὸ ἡγεμονικαὶ, τὰ συναπόντων μεγάλῳ ἡγεμόνι πρέπει [ἀπονεμε.] Plutarcho ἡγεμονικὸς (teste Budæo) est Prætorius virtutem Ordinum ductor. Synesio autem, Qui imperare nouit. In v. lex. ἡγεμονικὰ πέρα τάξις ex Plutarcho in Publicola, pro Primus locus: sed rectius (vt opinor) Duci seu imperatori conuenientior, vel Magis decens imp. &c.

Ἡγεμονικὸς, Principatum obtinens aliqua in re, Princeps. Philo De mundo, ἐν παντὶ σώματι ἡγεμονικῷ ἀπὸ ἐστὶν, ἐν δὲ τῷ παντὶ, ἡ τῶν ὅλων φύσις. Et substantiue τὸ ἡγεμονικὸν, Principatus animi, Cic. Vide Bud. p. 152. Item τὸ ἡγεμονικὸν πνεῦμα ex Greg. pro spiritu principali.

ET Ἡγεμονικῶς, Imperatorie, Vt imperatōrem decet. Item, Vt decet virum principem, vulg. l. ex Plutarcho in Pericle.

Ἡγεμονεύω, Sum dux [vix.] Il. α, Τὴ ἴδμεν ἥτιν δὴ σὺ νέεσσιν ἐφὶς ἡγεμονεύεις. Et cum accus. ὁδὸν, Od. ζ, — τῇδε δὴ ὁδὸν ἡγεμονεύσω. Sic alibi. Iungitur & aliis accusatiuis. vt Apollon. Argon. 2, δαίμων ὑπερ πλέον ἡγεμονεύσας. Et cum genitiuo apud eundem, τόλου ἡγεμονεύει pro Ductor est classis. Apud Homerum verò & cum dativo personæ pro Ductorem esse seu ducem, id est imperatorem: vt Il. β, Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε. Thucyd. pall. etiam dixit lib. 3, ἡγεμονεύεσθαι ὑφ' ἡμῶν, Imperio nostro parere, Regi à nobis. VNDE Ἡγεμονεία, ας, ἡ, Præsitio, Principatus.

Ἡγεμονέω, ῶ, Principatum teneo, vt Cic. apud Plat. vertit, p. 31 mei Cic. lexici.

Ἡγεμόσυνον, ου, τὸ, Præmium ducendi. v. l.

Ἡγεσία, ας, ἡ, Præsitio, Principatus.

Ἡγήτης, ου, ὁ, Ductor, Dux. Idem quod ἡγεμών, vt Suid. docet, apud quem adespoton hoc est, ὁ διατάττων ἄγεσθαι τὸν στρατόν. Est AVTEM Ἀγήτα Doricum pro ἡγῆτα.

C. Ἀφηγοῦμαι, pro ἡγοῦμαι, Duco, Sum dux, Præco. Xenophon Pæd. 2, ἵνα ἐπίζωνται καὶ ἵππῳ καὶ ἀφηγεῖσθαι. Idem Hellen. 5, τοὺς δὲ ὁπλίτας ἀφήγετο, ὡς πρὸ τοῦ ἐποίουν, φυλὴν ἔχων, ὡς μὴ πλανῶνται αἱ ἴλαι ἰόντες. Sic Aristot. περὶ τὸν θαυμασίων ἀκουσμ. pag. 405. Item pro Ducem esse, in re militari, vt ἀφηγεῖτο ἑκάστης ἑκατοντύας αὐτὸς, ex Maccab. Item pro Ducem esse, id est principem: vt ἀφηγεῖσθαι τῆς χολῆς, Laertius in Xenocr. 187: & in Pyl acyde. Sed & sine casu, ex Plutarcho in Numa, ἀφηγεῖσθαι δεκαδῶς αἱ ἑπτὰ χιλιάδες, pro Regnare. ¶Item ἀφηγεῖσθαι pro Adducere summum magistratum in ædes vbi delituerit qui in carcerem abducendus est (quæ significatio ex prima sumi videtur, vt sit quasi Ducem viæ esse ipsi magistratui, &c.) Vide Pollucem lib. 8.

Ἀφηγέομαι, οῦμαι, Narro, Commemoro (qua in signif. vsitatius est διηγέομαι) Herodotus in Clione, ἀφηγεῖσθαι παθὼν τὸ χειρότερος. id est (Aulo Gellio interprete) Rem sicuti acciderat, narrauisse. Est autem ἀφηγεῖσθαι Ionicè pro ἀφηγεῖσθαι.

Ἀφηγήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Dux viæ. Hesych.

Ἀφήγημα, Narratio, διήγημα. Greg. ET Ἀφηγηματικὸς, Narratiuus, apud Gazam. ET Ἀφήγησις, idem quod ἀφήγημα. ITEM Ἀφηγητὴς, Narrator. Aut etiam, Dux viæ. ET COMP. Ἀξιαφήγητος, ου, ὁ καὶ ἡ, (pro quo apud Herodotum ἀξιαπόγητος) Narrari dignus, id est qui narretur, Memoratu dignus, Memorabilis.

C. Διηγοῦμαι, Narro, Cōmemoro. vt Lucianus De hist. scribenda, de Thucydide loquens Atticam illam pestilentiam commemorante, ὅπως μὲν τὸν λοιμὸν διηγῆται, ἐμακρος ἦν δοκῶ, σὺ τὰ σφάλματα ἐπίστασο. Idem ibidem, λοιμὸν δὲ τοιοῦτος οὐδεὶς γεγένηται οἷος ἐκεῖνος διηγῆται. Isocrates autem dixit etiam διηγοῦμαι περί τινων, pro Differo de his.

Διήγημα, ατος, τὸ, Narratio, Quod narratur. Apud Greg. sæpe est Rei expositio, Commemoratio, vt scribit Bud. ex illo afferens, καὶ μικρὸν ἐπεκτείνας τὸ διήγημα, pro Longiuscule rem narrare. HINC Διηγηματικὸς, q. d. Narratiuus, Ad narrationem pertinens. Item, Qui narrationibus delectatur, vel vitio verbo, Fabulator, Sermocinator, vt à Bud. redditur in hoc loco Aristotelis, Ethic. 3, ὡς δὲ γελοῖοι καὶ διηγηματικοὶ, καὶ οἱ περὶ τοιούτων καταπεπονημένοι τὰς ἡμέρας, ἀδολέσχας λέγομεν. ET Διηγηματώδης, q. d. Narratiue. ITEM diminut. Διηγημάτιον, Narratiuncula.

Διήγησις, ιος, ἡ, Narratio, Commemoratio. Sed longior est quàm διήγημα: à quo ita eam differre tradit Aphthon. vt πόσις à πόμα. ET Προδιήγησις, q. d. Prænarratio, Præparatio ad narrationem. In v. l. exponitur ἐπεξεργασία apud Hermog.

C. Εἰσηγοῦμαι, Consilio meo alicui velut præeo, Consilium do alicui de re, Suadeo. Dicitur autem εἰσηγοῦμαί τι, vel εἰσηγοῦμαί τινι τοῦτο: item εἰσηγοῦμαί τινα τοῦτο ποιεῖν: interdum & cum infinitiuo, necnon cum ὅπως. εἰσηγοῦμαι πόλεμον, Dem. Xen. Hell. 1, εἰσηγεῖτο πέρι χρημάτων. Idem alibi, μὴ ὀκνεῖν αὐτὸν εἰσηγεῖσθαι αὐτοῖς. Isocrates Panegyr. τοῦτο τὸ πόλεμον εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβουλεύειν. Et εἰσηγεῖσθαι δεινῶς, Plut. Publ. Idem in Per. εἰσηγήσατο νεμεῖσθαι τοὺς τοῦτο πλουσίους νόμον. Sed & cū ὅπως apud eundem in Themistocle, εἰσηγουμένων ὅπως ἀπιόντες τὰς Ἀθήνας. vbi εἰσηγεῖσθαι exponitur etiam Referre de ea re, Consilium in medium afferre, seu proponere. Sic εἰσηγεῖσθαι γράμμα Plutarch. & Synes. Vbi tamen εἰσηγεῖσθαι non est simpliciter Proponere, sed Proponere quasi præeundo & in viam deducendo. Itidem verò εἰσηγεῖται τινων qui legem proponens suadet. Suasor legis, & lator rogationis (inquit Bud.) ὁ χαφὼν appellatur. & ὁ εἰσηγούμενος, vt Luc. in Timone, εἰσηγήσατο τὸν νόμον Ἐχεκρατίδης. Idem εἰσηγοῦμαί τινα exponit etiam Autor sum huius rei, Principiū & originem do huius rei: vt videbis pag. 814. Instituo quoque alicubi redditur: vt Plutarchus in Apophthegmatis de Lycurgo, καὶ τὰς χρείας ἀπ' ἐκείνου εἰσηγοῦμεν. Cæterū illi verbi εἰσηγοῦμαί signif. qua pro Suadeo ponitur, primū locum dedi, quòd & frequens sit, & in ea simplicis etiā significatū ex parte aliqua retineatur. quod vt ostenderem, vsus sum illa periphrasi, Consilio meo alicui velut præco. Siquis tamen primum locum illi dare malit qua ponitur pro Autor sum, vel Principium do & originem, non magnopere repugnabo. nam qui illud facit, is itidē alios velut præit. Cæterùm Budæus alibi εἰσηγεῖσθαι, sicut & ὑπάρχειν, exponit etiam Exemplum præbere, item Præire, Præmonstrare. Ego verò his addo, posse εἰσηγεῖσθαι (meo iudicio) alicubi reddi etiam ad verbum Introducere, & quidem ex Cicerone: vt quum dicit De off. lib. 3, Eiusmodi deliberationem introducere. Sic & quod Athen. dicit de Lucullo εἰσηγήσατο τρυφῆς, verterim, Introduxit luxum. idem enim est quod εἰσηγήσατο τρυφᾶν. Atqui adeo quum infinitiuo etiam iungat hoc verbum Cicero, nō dubitarim, quod idem Athenæus dicit, τὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, reddere, Introduxit, Alexandrum esse deum. nam subaud. εἶναι. ¶Sed εἰσηγεῖσθαι & pro Explicare affert Bud. ex hoc Platonis loco in Symposio, ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰσηγήσασθαι τὸν λόγον αὐτὸν ἃ ποθ' ὑμᾶς δι' ἐμοῦ ἄλλων διδάσκαλοι ἔσονται.

Εἰσήγησις, Suasio, Admonitio, Theodorit. in Eccles. hist. Item διδασκαλία, Hesych.

Εἰσηγητὴς, Suasor, Monitor. Item autor, vt εἰσηγητὴς ὀρθοπαθείας A
μάτων ὠφελίμων, Luc. in Anacharſ. vbi poteſt etiam verti fortaſſe Qui introduxit, ea ſequendo quæ paulo antè dixi.

Εἰσηγητήριον, Tempus quò quis ad magiſtratum gerendũ aut ad fungẽdũ ſacerdotio velut introducitur. Ita quidam interpretantur ex Heſych. cuius verba ſunt, εἰσηγητήρια ὅταν ἄρχηταί βουλεύειν ἢ δύειν.

C. Ἐξηγοῦμαι, Dux ſum, Præſum. Il. 3, Τοῖσιν ἕκαστος ἀὴρ σημαίνῃσιν ἐοῖσι τῶν ἄρχει, Τῶν δ' ἐξηγεῖσθον, καὶ μυρία ἔπλετο πᾶσι. vbi Euſtathius σημαίνῃσιν exponit ἐφεστῶσιν, at ἐξηγεῖσθον, expon. ἡγεμονεύετον. quinetiam poſterioris verſus ita reſoluit verba, ἐξηγεῖσθον τῶν οἰκείων πολιτῶν καὶ μυρίαι αὐτοῖς. Thucydides quoque ἐξηγεῖσθαι dicit pro Præeſſe, item Regere, Moderari: & Ducem ſe præbere aliqua in re. Sed & Adminiſtrare apud eum redditur, vbi iungitur accuſatiuo. Et ἐξηγεμὼν Præſes & arbitra, vt Bud. interpretatur in hoc Galeni loco, περὶ δ' ἐν ἱστορίᾳ καθάπερ ψυχὴ λογισμὸν, τὸν τῶν πράξεων ἀπάντων ἐξηγεμόνα.

Ἐξηγοῦμαι τὸν νόμον, Præeo legem, id eſt Præeo legis B
verba: vt Bud. vertit in hoc Demoſthenis loco De falſa legatione, ὑπογραμματεύων γὰρ ὑμῖν, αὐτὸς ἐξηγοῦτο τὸν νόμον τὸν τοῦ κήρυκος. id eſt, Quum enim ſcribæ officio fungeretur, ipſe apud vos pronuntianti præconi legis huius verba præibat. Alloquitur autem iudices.

Ἐξηγοῦμαι, Autor ſum, Cenſeo. vt apud Xenophontẽ Pæd. 7 & 8 Bud. interpr. εἰμάγει ἐξηγεῖσθαι. Idem tamen alibi dicit eidem Xenoph. eſſe Interpretari quid ius ſitque ſit. Rurſum apud Lyſiam ait eſſe, Interpretari res ad cultum deorum pertinentes: vel Reſpondere de legibus, ita ſcribentem pag. 103, ἓξ ἀρχαίους νόμους καὶ ὡς εὐσεβεῖν ἐξηγεῖσθαι. Quò pertinent hæc Plutarchi in Camillo, ξύνεσιν ἔχοντες, καὶ καθαρὰς τὰς πόλεις, ἐξηγεμόνα τοῦ θείου τοῦτο δ' εἶναι. Et ibidem, ἐξηγεμόνος Φαβίου τὰ ἀγχιστεῖα. Demoſth. contra Euerg. ἃ δ' ἂν τὰ νόμιμα σοι ἐξηγησόμεθα, id eſt, Iura tibi interpretabimur, vt Bud. vertit: vel Explicabimus tibi iura legitima, vt Cam. Et ἐξηγήσασθαι πολλαχοῦ τοῦ τῶν αὐτῶν, Æſchin. pro Differere, vt Bud. interpr. At in vulg. lex. ex Platone in epiſt. ἐξηγεῖσθαι ἐν λόγοις pro eodem. Et ex Ariſtot. pro Enarrare, Explicare: itidemque ex Galeno ad Glauconem 1, ἐξηγεῖσθαι ταῖς διαιρέσεσιν ἁπάντων φαρμάκων. In iisdem ex Euripide, ἐξηγοῦ θεούς, pro Ede deos: fortaſſe pro Ede nomina deorum.

Ἐξήγημα, ET Ἐξήγησις, Enarratio, Explicatio. Sophoclis tamen ſchol. ait ἐξήγησιν dici ὅτι τῶν θείων, ſicut ἱρμηνεία dicitur ὅτι τῶν τυχόντων. A Polybio lib. 2, ἐξήγησις vocatur etiam Hiſtoriæ & rerum geſtarum expoſitio, vt ſcribit Budæus. Differũt autem ἐξήγημα & ἐξήγησις ſicut antea de διήγημα & διήγησις dictum fuit.

Ἐξηγητὴς, οῦ, ὁ, Qui in re aliqua ſe veluti ducem præbet. Herodot. σὺ εἰς οἶκον τὸν βασιλέως ἐξηγητὴς γένηαι τοσαυτάπασι ἀγαθῶν, ἐν οἷσι πεφυτεύκεις πάντα, Tu dux es in ſuadẽdo quæ domui regiæ vtilia ſunt, Tuo ductu tuiſq; auſpiciis regia dom⁹ multis fruitur cõmodis. Hũc enim eſſe puto huiusloci ſenſum. at in v. l. ἐξηγητὴς γένῃ redditur ſimpliciter Exponis. A Budæo autẽ explicatur Conciliator, Sequeſter & tranſactor alicuius rei, in hoc Demoſthenis loco (qui Herodoteo non abſimilis videtur) πρὸς Λακρ. pag. 63, οὐπερ ὁ Λάκριτος ἁπάντων ὢν πύστωρ ὁ ἐξηγητής. Ἐξηγητὴς, Enarrator, Explicator, Explanator. vnde & eos qui ſcholis ſeu commẽtariis aliquem ſcriptorem illuſtrarunt, quidam ἐξηγητὰς appellarunt. Sed ἐξηγηταὶ peculiari ſignificatione dicti fuerunt Qui interpretabantur res ad cultum deorum pertinentes, Qui rationem ſacrorum tenebant & cultus deorum, Prudentes iuris pontificii, vel Pontifices & religionum iudices. Tot enim modis interpretatur Bud. qui etiam addit non fuiſſe auguribus ſimiles ſeu haruſpicibus. Quidam reddunt Sacrorum interpretes. Cicero certè apud Platonem vertit Interpretes religionum. Demoſthenes contra Euergum & Mneſib. ἐπειδὴ ἐπλεύσαμεν ἅλαδε ὡς τοὺς ἐξηγητάς. vbi ἐξηγηταὶ ſunt (ſicut Camer. annotat) illi quorum erat reſpondere de iure ſepeliendi eam quæ videbatur mortua de pulſatione. Vide Platonem De leg. pag. 293 & 359: & Pauſan. 13. Exponitur autem ab Harpocratione & Polluce. HINC Ἐξηγητικά, Libri Pontificales, vel de iure pontificio, Bud. ex Macrob.

C. Ἐφηγοῦμαι, Præſum, vt exponitur in vulgatis lex. quæ hunc ex Thucydide locum afferunt, ἐφηγηταὶ ἐλθεῖν τοῖς ἐν πόλει ὧσιν ὡς οὐ χρεὼν ἀποχωρῆσαι αὐτοὺς ἐκείθεν. Sed ἐφηγηταὶ hic (ſi mendo caret) nullo mõdo ſignificare poteſt Præeſſe: videtur autẽ accipi pro Exponit, eorũ videlicet more qui conſiliũ dare volunt, quod potius eſt ὑφηγεῖσθαι. AT Ἐφήγησις. Suidæ eſt Actio aduerſus eos à quibus receptus eſt is cui lex regione aliqua interdixit, ſiue exuli, ſiue homicidæ, ſiue alii: aut Actio aduerſus eũ qui publicum aliquid clanculum poſſidere exiſtimatur. Vide Suid.

C. ΚΑΘηγοῦμαι, Dux ſum vitæ, Præeo. Plut. ad Col. εἰ μὴ καθηγήσατο Δημόκριτος, οὐκ ἂν ἐφῆλθεν Ἐπίκουρος ὅτι τῷ ζῆν. Plato Dionyſio, εἰ καθηγοῦ, ἕψομαι σοι ἐγώ. q. d. I præ, ſequar. Sed quia id metaphoricè ab eo dicitur, Budæus vertit, Prouocato me: at ego malim, Præi tuo exẽplo. Sic apud Xenophontem Apomn. a, καθηγεῖσθαι pro Exẽplo meo illi præire. Quod autem dicit Plutarchus in Theſeo, καθηγεῖσθαι τῶν πολιτῶν, verto ad verbum ex Cicerone, Ducem eſſe regẽdæ reipublicæ, potius quàm Principem gerere remp. vt habent vulg. lex. Idem Plutarchus in Camillo, καθηγήσατο τῆς εἰς τὴν Ἰταλίαν στρατείας: quod in illis redditur, Duxit exercitum in Italiam. Ego malim, Dux fuit expeditionis in Italiam: vel autor, aut princeps: vt ſimul etiam conſilio eius ſuſceptam fuiſſe eam intelligatur. Item καθηγεῖσθαι τοῦ λόγου, pro Diſputationis initiũ præbere, B. Bud. vel Diſputationẽ inſtituere. Καθηγεῖσθαι item pro Præceptorem eſſe: Strabo, καθηγήσατο δὲ καὶ οὗτος ὁ Ἀριστόδημος.

Καθηγητὴς, οῦ, ὁ. Dux vitæ. ET Καθηγεμὼν eadem ſignificatione, & quidem in fœm. etiam genere interdum, vt Ἀφροδίτῃ καθηγεμόνα παιδὸς, Plutarch. Theſeo. Interdum verò additur genitiuus ibid. Exponitur & Autor, Suaſor, Impulſor: quia qui ſuadet & impellit, eſt velut dux vitæ. Item Qui inſtruit, Monitor, Præceptor. Gregor. de Baſilio, σύμβουλος ἀγαθὸς, φιλοσόφων διδάσκαλος, τῶν θείων ἐξηγητὴς, τῶν πρακτέων καθηγητής. Syneſ. τῆς γνησίας καθηγεμόνος τῆς φιλοσοφίας ἐργάτην.

C. ΠΕΡΙΗγοῦμαι, Circunduco, Duco circum. Luc. περιήγησαί με τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα. vbi Bud. Circunducere interpretatur. Baſil. in Hexaem. homilia 6, ὥσπερ οἱ τοῖς ἀπὸ τῶν πόλεων τοὺς ξένους καθόδοις περιηγούμενοι. At ex Herodoto aſſertur, cũ datiuo perſonæ, περιηγησάμενοι τὸ οὖρος Πέρσῃσι, pro Qui circum montem Perſas duxerunt. Vbi videtur eſſe pro περιηγησάμενοι Πέρσῃσι περὶ τὸ οὖρος. At Luc. cum illa cõſtructione poſuit pro Singillatim expono, Singulas partes narro & commemoro: ſcribens, περιήγησαί μοι τὰ ἐν ἄδου ἕκαστα. ita enim Bud. hic exponit. Sed addo, intelligendum eſſe Singula exponere, tanquam ſimul per ſingula ducendo, vt Virg. loquitur.

Περιηγηματικὸς λόγος, Oratio qua res ita deſcribuntur vt quaſi in rem præſentẽ lectores perducantur. Aphthon.

Περιήγησις, q. d. Circunductio, id eſt Ipſa actio circunducendi, ſeu ducendi per ſingula. Item, Expoſitio & commemoratio rei alicuiũs quæ fit ſingillatim, & quaſi lectores in rem præſentem atque adeo per ſingula ducẽdo, vt dixi Virgiliũ loqui. Hoc autẽ cum alii faciunt, tum Pauſanias & Strabo. vnde & hic lib. 2, exponere incipiens ſitum orbis, ſcribit, καὶ δὴ καὶ ἔνθεν ἀρκτέον τῆς περιηγήσεως. Hinc & Dionyſii Alexandr. poematium inſcribitur τῆς οἰκουμένης περιήγησις. (& ab Euſtathio paſſim ipſe περιηγητὴς appellatur) Sed & ὕβριστος περιήγησις dixit Hermog. Vide Bud. p. 413 & 414.

Περιηγητὴς, q. d. Circunductor, id eſt Qui circunducit, ſeu ducit per ſingula, Perductor, qui & Xenagogus Cicer. voce Græca vtenti. Iuſtin. in Paræn. ἔδει σε τῶν περιηγητῶν μεμαθηκέναι τοὺς τόπους ἡμῶν ἐν οἷς ἐγεννήθης καὶ ἐτράφης. Luc. autem περιηγητὴν τῆς εἰκόνος appellauit τὸν κατὰ μέρος ἑκάστου δηλοῦντα τὴν εἰκόνα. Item περιηγητὴς eo ſenſu quo tribui Dionyſio hoc nomen dixi: quod & Polemoni ab Athen. itẽ Diodoro & Praxiteli cuida à Plutarcho datur. ET Περιηγητικὰ βιβλία apud eundem

Plut. Libri quibus huiusmodi descriptiones continentur. Item προηγητικὸς, Peruagator, & Peruulgatus. vt προηγητικὴ δόξα Plut. Peruulgata opinio. B.

C. ΠΡΟηγοῦμαι, Præeo, Præcedo, Antegredior. Aristoph. Pluto, προηγῆ τοῦ ῥεύματος. Et metaph. προηγούμενα αἰτία seu προηγησαμένη, seu προηγούμενον αἴτιον, quæ Cic. ad verbum Causa antegressa. Dicitur & causa antecedens. Celso est causa abdita & in occulto posita, quæ morbos continet. At προκαταρκτικὴ est causa externa, quæ & euidens dicitur. De his Gorræum lege. Plutarchus De fato, p. 648. τὸ μηδὲν αἰτίως γίγνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰς προηγουμένας αἰτίας. Sed illa differentia inter προηγουμένας αἰτίας & προκαταρκτικὰς apud medicos præsertim extat. Paulus Ægineta lib. 3, προηγουμένης μὲν ἐν τῷ σώματι διὰ τὰς ἡσσωμένας τῆς ὕλης, τῆς δὲ προκαταρκτικῆς αἰτίας κινησάσης αὐτήν. Hanc tamē diff. alicubi confuderunt cum aliis tum Aetius. Apud Galenum sunt etiam τὰ προηγησάμενα relata ad sua συναίτια, vt docet B. pag. 497. Item προηγούμενα generaliter pro Antegressa, id est, Ab initio & per se subsistentia. Budæus ex Basil. in Hexaem. 14, τὸ δὲ σπόρου οὐ προηγούμενον ἰῶ, ἀλλὰ παρυφίστημι, ἐπεὶ καὶ ἄνευ σπόρου ἰῶ. Vide eundem Bud. & in Comm. pag. 497. Et προηγούμενα σπέρματα, Primigenia semina, vt idem interpr. Sic autem & in isto Plutarchi loco vult προηγούμενον esse primigenium, vel Antecedens: vbi videlicet scribit, ἐπὶ δίκην προηγουμένων ὡρίσθη τὸ ἀδύνατον, τὸ δὲ κωλυόμενον, ὑπηρετούμενον καὶ συμβαῖνον. id est (vt ibidem) προηγεῖται τῇ φύσει καὶ ταχὺ δείκνυται. Item προηγούμενον ex Aristotele pro exemplari proposito vide effigies ducitur. In vulgatis lexicis ἕνεκα προηγουμένης ex Aristotele pro Huius ductu. Et προηγουμένη αἰτιολογία ex Hermog. Obiectio prima, cui opponitur ἡ ἐξ ὑποθέσεως. Item τὸ προηγούμενον τῶν βλαστῶν ἁπάντων, pro Summa pars germinis.

Προηγεῖσθαι, Præcipuum esse, Præcipuum locum tenere in re aliqua: vt δῆλον οὖν ὡς προηγοῦνται καὶ πρότερον, ὅταν περὶ τῆς ψυχῆς, προηγουμένως τι καὶ πρότερον δεῖ παιδεύειν τῶν ὀπτικῶν. qui locus ἀδιαστόλως à Bud. affertur. In vulgatis lex. προηγούμενα σπουδαία ex Dioscor. pro Prætua lentes: itidemque προηγούμενον πυρετόν ex Chrysost. pro Prætualens signum.

Προηγοῦμαι, Procedo. Paul. προηγουμένου εἰς ἄκρον ἀμετρίας τὸ μίσος, procedente odio. B.

Προηγεῖσθαι cum accusatiuo personæ & dativo rei apud Paulum, ad Rom. 12, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, quod vetus interpr. reddidit Honore inuicem præuenientes. Alii, Honore alius alii præeuntes. Videtur autem signif. Paulus, Alius alii suo exemplo præeūtes in honore deferendo.

Προηγουμένως, q. d. Antecedenter, (vt pro ἑπομένως dicitur Consequenter) Ex antecedente vel antegressa causa. Interdum etiam pro Primaria ex causa, Primariè, Præcipuè, vt Budæus exponit in hoc Plutarchi loco, οὕτω γὰρ καὶ ὁ τῆς φύσεως νόμος τὰ μὲν καθόλου προηγουμένως θέλει αἰτιᾶσθαι, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα, ἑπομένως. Damascenus, De Deo loquens, τὸ δὲ ἐν ἡμῖν, τὰ μὲν ἀγαθὰ προηγουμένως θέλει καὶ ἀδόκητα δὲ τὰ πονηρὰ καὶ ἄτοπα κακά, οὐ προηγουμένως, οὐδὲ ἑπομένως. Vide & Basilii locos apud Bud. pag. 495 & 497. Προηγουμένως, Ex professo, vt exponitur apud Dioscor. lib. 4, προηγουμένως θεραπευτικὴν ἐκδιδασκάλου ἀφορμήν.

Προηγητὴς, οῦ, ὁ, ΕΤ Προηγήτωρ, ορος, ὁ, Qui præit, Dux viæ. Sed peculiariter ita vocatur Qui præit cæco, estque ei dux viæ: ὁ χειραγωγὸς τοῦ τυφλοῦ, si Hesychio credituri Item, ὁπαδοὶ χοροὶ προηγούμενοι ἐν ταῖς γάμοις. Hes. & Eust. ΕΤ Προηγητικὸς, Ad præeundum aptus.

Προηγεμὼν pro ἔξαρχος videtur accipi à Demosthene p. 130, ἔξαρχος καὶ προηγεμὼν καὶ πατρόφιλος, καὶ ἐπαρχούσης, τῆς Ἄττης. Ita Bud. sed si hic nihil aliud esset προηγεμὼν quàm ἔξαρχος, vacaret alterutrum.

C. ΥΦηγοῦμαι, Præeo. Plutarchus in Cæsare, δαίμονός τινος ὑφηγουμένου. Et cum accusatiuo δόν, apud eundem, scribentem de Pompeio, καὶ δαίμων ἐκείνῳ ὑφηγεῖτο τὴν ὁδόν. viam præibat in Ægyptum. Plato Epin. εἰ μὴ θεὸς ὑφηγεῖτο, nisi deo præeunte & autore doctrinæ. Hæc Bud. qui & hæc Thucyd. πειρασόμεθα ἀμύνασθαι πολέμου ἀρξαντας ἧπερ καὶ ὑμεῖς ὑφηγεῖσθε, vertit, Eo modo propulsare conabimur bellum à vobis lacessitum, quo modo vos prouocaueritis. Ego tamen malim magis propinqua interpretatione reddere, Ea via quam vos nobis præiueritis. Nam qui bello lacessitus, tandem & ipse bello vim ita propulsat vt par pari referat, eandem insistere viam videtur. Idem Bud. apud Aristotelē, τὸν ὑφηγημένον ἔφην λόγον, vertit, Modo iā institutō & supra seruato, id est præcedente. Eiusdem verò Aristotelis similis locus. κατὰ τὸν ὑφηγημένον μοι τρόπον λεκτέον, redditur, Dicendum est ea via & ratione quā cœpimus. Itidémque Bud. ὑφηγήσομαι vertit Inciprām seu Exordiar, in hoc Platonis loco in Euthyd. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ καὶ αὐτὸς πάνυ ὑφηγήσασθαι οἷον προσεύχομαι αὐτὸν φαίνεσθαί μοι, id est (inquit) Ipse exordiar disputationem, vt intelligant quonam præeo. Ego optem eos sapientiæ præceptores esse & disputatores. Vel, Præibo, & προδοποιήσομαι, seu Præmonstrabo.

ΥΦηγοῦμαι, Horror, Suadeo, Dicto. Aristot. τὸ δ' ὑφηγεῖται καὶ ὁ κοινὸς νόμος. Hæc Bud. pag. 193, afferens & aliud exemplum. Sed hoc addo, Præire, itidem pro Dictare positum inueniri: alicubi verò & suadendi significationem habere mihi videri. In vulgatis lexicis ex Galeno ad Glauc. ὑφηγήσασθαι χρῆναι pro Tradere, & ex Plutarchi Romulo, ὡς τὰ αἱ τῶν γειτνιεικῶν προβλημάτων αἱ καλύπτας ὑφηγοῦνται, pro Præcipiunt. Sed ὑφηγεῖσθαι aptius reddi puto in huiusmodi locis Docere quàm Præcipere. Illam certè significationem apertè habet in isto eiusdem Plutarchi loco, Symp. 4, καὶ τὰ τῆς ὠδῖνος ὑφηγήσασθαι ἔργον. Item ὑφηγεῖσθαι pro Præesse: vt Gal. τῆς μάλιστα τὴν γυμναστικὴν ὑφηγεῖσθαι.

ΥΦήγησις, q. d. Præitio. vt Plato in Prot. καὶ αἰσχύνονται χρῆσθαι τοῖς ὑφηγήσεσι τῶν γραμμῶν, q. d. Et cogunt scribere iuxta præitionem linearum. pro Eōsque in scribendo sequi cogunt quas ipsi lineas præiuerunt. Item ὑφήγησις, Doctrina quam quis alii velut præiens tradidit. Et in plurali ὑφηγήσεις pro præceptis, apud Philonem. In vulg. lex. ὑφήγησις, Enarratio: (sicut & Hesych. ἐξήγησις) item Ductus, ex Aristot. in Rhet. Exponitur verò & παραίνεσις, id est Suasio: sicut ὑφηγεῖσθαι, παραινεῖν, Suadere.

ΥΦηγητὴς, Qui præit alii in re quapiam (vt ὑφήγησιν esse dictum est doctrinam quam quis alii velut præiens tradit) Suasor. Soph. Œd. tyr. ὑφηγητὰς appellare videtur eos qui suo consilio velut præeunt. nam malè intellexerunt scholiastæ exposs. qui putarunt illum scribere ὑφηγητὰς idem signif. quod μαντεῖς seu ἱεροσκόπους. ΕΤ ΥΦηγητὴρ, ῆρος, ὁ, Dux. In Epigr.

ΗΔΗ, Iam. Hom. Il. α, de Nestore, Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μεταλήθοντα βροτῶν αἰψηρῶν ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν, &c. vbi Eustathius præsenti etiam & futuro iungi docet. Plato Apol. Socr. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, quæ Cic. vertit, Sed tempus est iam hinc abire. Vide pag. 3 mei lexici Ciceroniani. Sæpe vtuntur hoc aduerbio quum de ætate loquuntur: vt Xenophon, τῷ ἡλικίαν ἤδη σοι ἔχεις ἤδη. Idem in Cyneg. τὸν ἤδη ἐκ παιδὸς ἀλλ' ἤδη τῷ ἡλικίαν. Et γάμου ἤδη ὥραια apud eundem Præd. 4, vt apud Virg. Iam matura viro, iam plenis nubilis annis. Apud eundem Xenophontem, ἤδη & οὔπω inter se opponuntur: vt Lat. Iam & Nondum. quum dicit ἓξ μὲν προελήλυθα ἤδη ταῖς ἡλικίαις, ἓξ δὲ οὔπω ἀκμάζοντας. Sic autem vicissim ἔτι interdum cum nomine ætatem significat. vt ἔτος ἔτι. vide Ἔτι. Apud Isocr. πολὺ ἤδη χρόνον καὶ παρεκτρυχῶ, vt Lat. A longo iam tempore.

Ἤδη cum ἄπειμι eōdem modo iunctum esse pnto apud Xenoph. quo Iam cum Vale, apud Virg. Ita enim ille Præd. 6, χαῖρε Παίδια, καὶ χαῖρε, καὶ ἄπειμι ἤδη: Virgil. verò ita, Æneid. lib. 2, Iámque vale, & nati serua cōmunis amorem. Sic autem & aliquot aliis locis.

Ἤδη cum futuro, interdum quidem redditur Iam, interdum autem Mox, Confestim. Xenoph. Præd. 8, τοῦ δὲ ἤδη διηγήσομαι. Demosth. Pl p. 1, ταῦτ' ἤδη λέξω. In quo Demosth. loco ἤδη forsitan verti potest Iam nunc, vel Nunc iam. At contrà in illo Xen. ἤδη vacare crediderim, & esse ὡς θᾶττον posita illa duo: vt aliquādo positi testatur Eustath. At Budæus exponit Mox, & Confestim, in hoc eiusdem Demosthenis loco, οὐ γὰρ ἐπὶ δεῖπνον ἐκ τοῦ βασιλέως ἐκλύχνος ἤδη ἐστίν. Eust.

de vſu huius aduerbii in infinitiuo dubitationē quandam affert, quam vide p.100. A

Ἤδη, Nunc, νῦν, vt Euſtath. exponit in hoc verſu 304 Od. α, Αὐτάρ ἐγὼν ὅτι νῦν γε φίλῳ κατὰ θυμὸν ἑταίρῳ ἤδη. Addit autem inueniri ἐν ᾠδαῖς ἀλλοις posita ἤδη & νῦν. qua de re modò dixi.

Ἤδη cum participio ἐκπεφυγόμενος, Cic. apud Polyb. vertit, Paulo pòſt quàm egreſſus erat è caſtris. vt oſtenderet pag. 63 Cic. lexici.

Ἤδη, Continuò, Protinus (in ea ſignif. qua dicitur, Non qui epigrammata nouit componere, protinus cenſeri debet poeta) Greg. εἰς ἄγνοιαν βαπτίσματος, Οὐ γὰρ ὅσπερ ἀπαλλαγὴν κακίας ἄξιος, ἤδη καὶ πιστὸς ὡς ἂν οὐδὲ ὅσιος εὐθὺς πιστὸς, ἤδη δὲ καὶ κακὸς. Sic apud Chryſoſt. De orando Deum, ὅταν οὖν ἴδω σε μὴ φιλοσώματα προσευχόμενον, (&c.) ἤδη μοι δῆλός ἐστιν ὡς οὐδὲν ἡμιν ἔσται μὴ φιλοσώματα προσευχόμενον τῇ ψυχῇ κἂν πτῶμεν. B

Ἤδη cum aliis particulis. Ἤδη δὲ, Iam verò, vel Atque adeo: Bud. ex Synesio, ἔστι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ἤδη δέ τι καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ πρόσωπον χρήσιμον ἴσως. ‖ Ἀλλ' ἤδη idem Budæus ex Gregorio pro Sed etiam, οὐ τὴν ἀμυντικὴν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν τοῦ γεγονότος. C ‖ Τότ' ἤδη apud Demoſth. pro Tum demum, vt quidem ego interpretor hoc in loco orationis Pro corona, ἔστω μοι δεῖξον, καὶ τότ' ἤδη καταγόρευε μου. At in vulg. lect. οὕτως ἤδη ex Æſchine, itidem pro Tum demum. ‖ Ἤδη ποτὲ, (vacante ἤδη) Aliquando. Item Olim: vt apud Hom. Il. α, Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἐπιπροέηκα ὑμῶν Ἀνδράσιν ὠμίλησα. (Sed & ἤδη ſine ποτὲ à ſchol. Thuc. exponitur alicubi πάλαι ποτὲ) Inuenitur autem ἤδη ποτὲ interrogatiuè etiam poſitum, vt apud Gregor. ἤδη ποτὲ πλέασας ὀφθαλμοῖσιν δῆμον; quod Bud. exponit, Vidiſtine vnquam antehac? D

Ἡδὺς, ἡδεῖα, ἡδὺ, Suauis, Dulcis, Iucundi ſaporis. Item generaliter pro Iucundus. ἡδέϊ οἴνῳ, Hom. Od. κ: & ἡδεῖ οἴνῳ, Od ι. Idem Od. μ dixit ἡδὺς αὔτμη, (vbi obſeruandum eſt iungi ἡδὺς ſubſtantiuo fœminino) Plato Theæteto, πῶς δὴ ὦ Θεαίτητε, ἆρα ἡδέα δεκτέα εἶναι; καὶ μᾶλλον ἂν αὐτῶν ὡς ἀφεκτέον; Ariſtot. ἐλαφρότερα πολλῷ γίνεται, καὶ ἧττον ἡδέα, καὶ ὑγρότερα ἧττον γεύσιμα. Pro quo Plinius, Irrita oua ſunt minora, ac minus iucundi ſaporis, ac magis humida. Extenditur autē ad multa hoc nomen ſicut Lat. Suauis & Iucundus. ἡδεῖαι κινήσεις, ſuaues motus, Lex. Cic. pag. 51. Xenoph. τῷ ἡδεῖ oppoſuit αἰσχρὸν, ſcribens Pæd. 8, ὅπως ὦ Σάκα εἶπας ἡδὺ ὅτι πᾶν χρῆμα, ὡς αἰσχρὸν τὸ ἀπεχθάνεσθαι. Eidem eiuſdem Pæd. lib. 6 ἡδὺ & χαλεπὸν ſunt contraria. Dicitur autem ἡδὺ ὅτιν ἀκούειν, pro Iucundum eſt audire, & πῶς ὅτιν ἀκουειν ἡδύ, ſeu παῦπά ὅτιν ἀκούῳ ἡδέα, pro Hoc iucundum eſt auditu, vel Hæc iucunda ſunt auditu. quo & Ariſtophanes modo loquutus eſt in Veſpis. Illius autem prioris generis loquendi exemplum eſt & in hoc prouerbiali Euripidis verſu, Ἡδὺ πᾶ τὸ θρήνημα μεμνῆσθαι πόνων. quod Cic. vertit, Suauis eſt laborum præteritorum memoria: & alibi liberius, Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Sæpe autē ἡδὺ ſubſtantiuè ponitur pro Suauitas, aut etiam Voluptas ſeu Delectatio: ſicut τὸ καλὸν pro Honeſtas: ſic καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, Ariſtot. Eth. 2. E

Cōpar. ΕΣΤ Ἡδίων, Suauior, Iucundior: Superlat. Ἥδιστος, Suauiſſimus, Iucundiſſimus. pro Ἡδύτερος & Ἡδύτατος, quæ tamen & ipſa alicubi reperiuntur, ac præſertim comp. ἡδύτερος. Thucyd. 7, Τούτων ἐγὼ ἡδέως μὲν αὐ εἶχον ὑμῶν ἔπερα ὅπως εἴλεον, οὐ μέντοι χρηματώτερά γε. Idem ibidem, βουλομένων μὲν τὰ ἥδιστα ἀκούειν. At cōparatiui ἡδύτερος exemplum eſt apud Phocylidem, Οὐ γὰρ ἡδύτερον καὶ ἄμεινον; Reperitur verò & in proſa, vt apud Gregorium. SED ſuperlatiuo ἥδιστος interdū præfigitur præpoſ. ὑπὲρ, ac dicitur Ὑπερήδιστος, id eſt Quamſuauiſſimus, Longè ſuauiſſimus. F

Ἡδὺ, interdum aduerbialiter pro Suauiter, Iucundè. vt ἡδὺ γελάσαι apud Hom. (quo & Luc. vtitur) eodemq; dixit modo Horat. Dulce ridere.

Ἡδὺς dicitur aliquis interdum pro Lætus: vt apud Greg. εἰς Καισάριον, pag. 91, καὶ προσκυνεῖται ὡς ἑστάσιμος τῷ ἀκοιτῷ, καὶ ἡδὺς ἰσόμοιρος. Idem, αἵματος ἡδίων ἔσεσθαι τῇ τοῦ πατρὸς μνήμῃ. Sed & apud Plutarchum ἡδέως redditur Alacriorem, in Fabio, ἡδέως τὸν δῆμον πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησε. Et in Camillo, ἡδέως ἐχόντων τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τῆς Ῥώμης. G



Ἡδύς, Fatuus. Δώρος, vel ἐπίμωρος, Suidas. Exponitur & Stolidus apud Strab. libro 1. Sic apud Platonem lib. 1, ἡδὺς δ' εἶ, ἔφη· vbi tamen Ficinus reddit Facetus. Atque hanc interpr. aliquibus locis conuenire arbitror, ſed accipiendo Facetus ironicè: vt Gallicè ſumitur interdum *plaiſant*: veluti quum dicitur, *Vrayement vous eſtes plaiſant de me vouloir faire croire que.* (Quo ſenſu dicitur & iſtud, quod idem etiam ſonat, *Vrayement vous auez bonne grace de* &c. Atque ita poni χαρίεις quoque, à χάρις quod *grace* ſignificat, docebo in illo nomine, ſi recordatus fuero) Sic autem ſumi arbitror ἡδὺς in iſto Syneſii loco, ἡδὺς εἶ, κωλύων ἡμᾶς ὅπλα κατασκευάζεσθαι. Fortaſſe tamen paulo etiam aptius vertemus, Lepidus es, qui iubeas nos, &c. Nam Lepidus, ſicut & Lepidum caput, ironiæ ſæpe à Latinis accommodari conſtat.

Ἡδέως, Suauiter, Iucundè. Ἥδιον, Suauius, Iucundius: Ἥδιστα, Suauiſſimè, Iucundiſſimè. Epicurus, οὐκ ἔστι ἡδέως ζῆν, id eſt (Cicerone interprete) Non poſſe iucūdè viui. Plutarchus in Symp. ſept. ſapientū, εἰ μάλιστα μετ' ἀλλήλων ἡδέως ἴσασιν. Sic ἡδέως ἥκουσα alibi dicit. Ac quod apud Ciceronem Timotheus Platonem alloquens dicit, Veſtræ quidem cœnæ non ſolùm in præſentia ſed etiam poſtero die iucundæ, pro eo apud eundem Plut. eſt, εἰ δὲ καὶ Πλάτωνι δοκοῦμεν ἡδέως καὶ εἰς αὔριον ἡδέως γίγνεσθαι. Isocrates autem dixit in Panath. οὐχ ἡδέως ἔχων ὅτι τοῖς εἰρημένοις, pro Qui non delectabatur iis quæ dicta erāt. Ex Demoſthene, ἡδέως ἔχω σοι, pro Delector te. Et ex Eurip. ἡδέως ὁρᾷς pro Aſpectu es hilari. ‖ Ἡδέως ſæpe pro Lubenter: ſicut ἥδιον, Lubentius: ἥδιστα, Lubentiſſimè. vt ἡδέως αὖ ἐροίμην αὐτῶν, lubenter eos interrogem. DICITVR & Ὑπερηδέως: vt Xenophon Pæd. 1, οὕτω δὲ καὶ αὖ τοῖς ἀνδράσι ὑπερηδέως πείθονται, id eſt Perlubenter. Item Ὑπερήδιστα, Quamlubentiſſimè. At ὑπερήδιστος pro Quamſuauiſſimus.

C. Ἡδυκάρπης, & Ἡδύκαρπος, & Ἡδύεπος, &c. vide ſuis locis, id eſt vnumquodque in ſubſtantiuo cum quo compoſitum eſt ἡδύς.

C. Ἡδυπαθής, ἐς, ὁ καὶ ἡ, q.d. Suauitatem ſeu voluptatem patiens, id eſt, Qui ſuauitate ſeu voluptate afficitur, Qui voluptate fruitur. Ab Heſych. exponitur φιλήδονος, id eſt Voluptati deditus, Voluptarius. Sæpe autem exponitur Mollis, Delicatus, In luxū effuſus. Ego ad huius nominis interpretationem lubenter Mollis & voluptarius copularem, vt & à Cicerone copulantur. Athen. 12, ἐν οἷς εἶναι καὶ Πολύαγρον τὸν ἡδυπαθῆ ὀνομαζόμενον. Quidam apud eundem; Ἰώνων ἀγρὸς ἡδυπαθὴς ἔρχος. Obſeruandum eſt autem eundem eſſe vſum verbi πάσχειν in hoc compoſito verbo qui eſt apud Theognidē, in hoc verſu, Σαρκὶ καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁζομένους πάσχειν. quod exprimens Horatius epiſt. 12 lib. 1, dixit, Si ventri bene, ſi lateri eſt, pedibuſque tuis. HINC Ἡδυπάθεια, Vita voluptaria, Vita mollis, Luxus. Xen. Pæd. 7, οἱ νομίζοντες τὸ μὴ πονεῖν, ἀβλαβείαν, τὸ δὲ ἀπόνως βιοτεύειν, ἡδυπάθειαν. ET Ἡδυπαθέω, ῶ, Voluptariam vitam dego, Voluptati indulgeo. Xenophon, καὶ τὸ μὲν πρόσθεν οἱ παῖδες ὅσα περ οὗτοι ἐδυπάθουν ὡς ἡδυπαθεῖν μέμαθηκότες ἐν Μήδοις εἶεν. COMP. Εὐηδυπαθέω, Suauitate & voluptate fruor in aliqua re, Oblector. Item Acquieſco. Chryſoſtomus, ἵνα παρεῦσιν εὐηδυπαθεῖν προσάγμασιν. ET Καθηδυπαθέω, ῶ. Per voluptatem & luxum abſumo, cum accuſatiuo. Xen. Ἐν οἷς τὸν πολέμιον καιρὸς καθηδυπαθῶν, Luc. Per luxū & voluptatem conterens. Item cum genitiuo. Vide Budæum 1079 & 1080. Ponitur autem ab eo & paſſ. Καθηδυπαθοῦμαι, pro Per luxum & voluptates conſumi, ſed ſine exemplo.

Ἡδύνω, Suaue reddo, Condio. Et ἡδύνεσθαι pro Condiri à Cicerone metaphoricè poſito, dixit Gaza: ſicut & ἡδυσμένος λόγος apud Ariſtotelem. Idē ἡδύνειν, Lætitia afficere, vertit alicubi. Itidem paſſiuum ἡδύνεσθαι pro Lætitia affici, ſeu Lætitia aut gaudio frui, poni videtur in hoc verſu quem affert Athenæus, Ἥτις ἐγκλῶ δύνει, τῷ δ' ἔχεται ἡδύνεται. Sic ἡδυνητὴς exponitur χορεύς. HINC Ἡδυντὸς, Conditus. Sed peculiari ſignif. apud Hippocr. ἡδυντὰ πίσσα, Pix odoribus condita, quæ videlicet cocta eſt cum aqua & aromatibus: itidem ἡδυντὸν στέαρ eidem eſt Adeps in aqua & aromatibus coctus. (CONTR. Ἀηδύντος,

ἄδυπνος, Inconditus, Non conditus A Bud. redditur Inconditus, Insulsus, afferente hunc Athenæi locum, vbi αἰηδύστοις ἅλες opponuntur τοῖς ἡδυσμένοις. sic enim scribit, καὶ ἅλας δὲ ἡδυσμένους ἐρᾷ· οὐ ἅλλας παρεφίστη, αἰηδύστους ἢ ἀλῶν πλήρεις αἱ κυπραί. Idem Bud. αἰήδυπνος, inquit, apud Aristot. ὁ μὴ ἡδυσμένος, Inconditus, Nulla suauitate iucundus. (In vulg. lex. vertitur etiam, Durior quàm vt vlla voluptate afficiatur) A Budæo ponitur ET Αἰήδυσις, idem cum αἰήδυπνος. ET Ἡδυπτῶες dicti ἅλες, quòd sal condiendi vim habeat, διὰ τὸ ἡδύνειν, inquit Pollux. Hesychius Eratosthenes hanc appell. adscribere videtur. ET Ἡδυωπός, Condiendi vim habens, Ad condiendum aptus. Et τὰ ἡδυωπικά, Condimenta, Bud. ex Gaza. Idem Bud. vertit & Voluptifica. Item ἡδυωπός, Ad condiendum seu ad condiendi scientiam pertinens. Sed & πολυαρέστου ἡδυωπικὴν dicit Pollux quasi conditricem. ITEM Ἡδύσμα, ατος, τὸ, Quod suauitatem & gratiam aliquam conciliat, Quod rem aliquam iucundiorem gratioremque reddit. Gorr. Item (vt B. expon.) Suauitas, Dulcedo. Aristot. De arte poetica, πλεῖ ὃ λειπόν πέντε μερῶν τῆς τραγῳδίας, μέγιστον τὸ ἡδύσματον ἡ μελοποιία. Peculiariter verò ἡδύσμα in cibo dicitur Condimentum, quod suauitatis & dulcedinis gratia adhibetur ad gratiam ei conciliandam. Plato 1 De rep. πίχη μαγείρικὴ τοῖς ὄψοις ἐπιδίδωσι τὰ ἡδύσματα. Sic Gal. lib. 3 De alimentis, pinguedinem & adipem carnium ἡδύσματα esse dixit: quippe quæ cibis suauitatē potius conciliant quàm in alimentum vertuntur. Plut. De disc. am. & adul. οἱ δὲ τοὺς πλουσίους τοῖς πικροῖς χυμοῖς καὶ αὐστηροῖς, ἡδύσμασι χρῶντας, τὸ γλυκίων ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον. Athen. lib. 2, οὔτε πέπειρος μάμπτας, οὔτε ὄξος, ὃ μόνον ἀρίστου ὄξος τὸ τῶν ἡδυσμάτων. Idem lib. 4 ex Alexidis Lebete varia citat ἡδύσματα quæ à coquis adhiberi solent. In qua signif. (vt cōdimentum apud Latinos) metaphoricè quoque accipitur. Quo modo Plutarch. in Lyc. dicit, παιδιᾷ δ' πόνου ἡδύσμα, lusus laboris condimentum. Idem De Herod. τῷ ἡδύσματι τῆ κολακείᾳ τὸ παρρησιαστικὸν ἐμβάλοντες. Ἡδύσματα dicuntur etiam vnguenta ipsa quibus ad suauitatem odoris aromata adiuncta sunt. Alii non vnguenta, sed aromata sic appellant quibus odor vnguentis conciliatur: cuiusmodi sunt, amaracus, costus, amomum, nardus, carpobalsamum, & myrrha, (vt patet ex Dioscoride in descriptione vnguenti amaracini) item coriandrum, mentha, apium, ruta. Cæterùm vnguenta ea quæ ἡδύσματα vocabantur, succus tantùm erant, hoc est liquida, vt quæ solis ferè constarent oleis, eóque differebant ἀπὸ τῶν συμμάτων, vt Plin. scribit: quòd hæc corpus haberent, hoc est solidiora essent: verisque tamen eadē odoris gratia. Gorræus. Plut. ἡδύσματα συνεκτοῖς, Ἀρράκτοις, ὡς σφόδρα ὄντως νεκρὸν ὑπὸ διαζωπῆς. Ἡδύσματα etiam ab Hippocrate dicti τὰ χλωρὰ καὶ ξηρὰ ἀρτύματα, vocémque Atticam esse, Erotianus annotauit. ex quo ipse lib. 2 τῶν γυναικείων, τίαρ ἡδὺ appellat τὸ ἀπὸ τυρίου. Gorr. ET Ἡδυσμός, οῦ, ὁ, idem quod ἡδύσμα. Exodi 30, ἡδυσμοῦ χαλβάνη, galbanum iucundi siue suauis odoris.

C. Ἁδύω, Iucundum reddo, Interdum (vt annotat Budæus) Ex tristi iucundum reddo. & sic ἐξηδυώμενος ἦθος apud Plut. in Dione.

C. ΕΝηδύνω, Exhilaro in, Illætifico. Bud. ex Naz. τῇ θείᾳ θεωρείᾳ ἐνηδυώμενός τι καὶ ἐφραιτόμενος.

C. ΕΦηδύνω, Exhilaro super aliqua re, Iucundum & hilarē reddo.

C. ΠΑΡηδύω, Condio. B. ex Athen.

C. ΣΥΝηδύνω, Vnà exhilaro & iucundum reddo, Oblecto. Aristot. Ethic. 5, cap. 6, ὡς δίκαιόν τινος· αἱ ἀφέσεων δὲ ἐστὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, ἐνδέχεται τῷ μὴ λυπεῖν, ἢ συνηδύνειν. Idem Ethic. 4, αἱρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖ δὲ ἀλαζονούμενος, lætificare, exhilarare. sic alibi sæpe. B. Συνηδυσμένος, Conditus, Delicatus. Bud. ex Plut. Symp. 4, καὶ ῥᾳδίως ταῖς ὠμότησιν ἁλίσκονται, δι' ἃ τὸ μικτὸν πῦρ καὶ συνηδυσμένον ἡδονῇ ἐστὶ θεσπέσιον.

Ἡδύμος, Suauis, Dulcis, Iucundus. idem quod ἡδύς: ex eóque factum per paragogen. Apoll. Arg. 2, ἥδυμος ὕπνος. NB QVO Νήδυμος ab Hom. dicitur, per pleonasmū literæ ν, Il. β, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Vbi tamē fuerūt qui scriberent, ἔχεν ἥδυμος ὕπνος: sed Eust. hanc scripturā non probat, quòd in aliis locis ἥδυμος semper reperiatur: atque adeo apud Homeri posteros tātùm putat illud ἥδυμος in vsu esse. Il. ω, ἦ καὶ ἐπ' ἀτρύτοιο πέφρικε καὶ ἥδυμαι ὕπνου. Il. ψ, [ὕπνος] λύσεν μελιηδέα θυμόν. Νύδυμος ἀμφιχυθείς. Sunt tamē qui non hinc derivatum velint, sed ἀ pro particula intensiua, & δύω, vt per ἥδυμος ὕπνος intelligatur profundus & altus sopor. In Epigr. est etiam νήδυμος Ὀρφεύς & νήδυμον ὕδωρ apud Nonn. Vbi secūdū primam etymol. significat Suauis, Iucundus, Dulcis.

Ἡδυλίζω, Adulor, Grata & iucunda loquor. idem quod ἡδυλογέω. Citat Eustath. ex Menandro. VNDE Ἡδυλισμός, οῦ, ὁ, Assentatio, Adulatio, vel Adulationis species quædam, εἶδός τῆς κολακείας, vt idem Eust. tradit.

Ἧδος, Suauitas, Iucunditas. Il. α, οὐδέ τι δαιτὸς ἐθάλης ἔσσεται ἧδος, ἐπὴν τὰ χερείονα νίκᾳ, neque suauitas vlla epuli erit, Nec iucundæ erunt epulæ. Il. σ. Ἀλλὰ τί μοι τῆλε ἧδος, ἐπὶ ξίλος ὤλεθ' ἑταῖρος; Quæ ex his ad me redit iucunditas? Quid hæc iucunditas exponitur etiam ὄφελος. Ar... tat autē Eustath. Æolicè tenuari, & indeclinabili... Ar ἧδος aspiratū, Acetū significat. Ælius Dion. f... pud Eust. ἧδος τὸ ὄξος (inquit) δασυόμενον οἱ Ἀττικοί. Idem etiamē Eustath. tradit ἧδος à Pausania exponi & ὄφελος & ὄξος: nulla facta spiritus diuersi mentione.

C. Ἀηδής, ET Ἀαδής, Doricè, ής, ὁ καὶ ἡ, Insuauis, Iniucundus, Odiosus. Athen. 6, ἐν τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ἀηδὴς καὶ ἀχρεός. Et ἀηδίς substantiuè, Isocr. ad Phil. εἰ σοὶ πρὸς ἅπαντας αὐτοὺς ἀηδίς τις συμβέβηκεν. vbi accipit pro offensione: vt Gall. dicitur Avoir quelque fascherie contre quelcun. Vult autem ἀηδὴς ab ἧδος formari Eustath. quē hic sequor. HINC Ἀηδῶς, Insuauiter, Iniucundè. Item Grauatè, Illibenter. ἐδίετον ἀηδῶς, Xen. Pæd. 1, Non suauiter edere, id est, nulla cum delectatione. Isocr. ad Phil. οὐχ ἁπαιτοῦσιν, ἀλλ' ἀηδῶς ὁρῶσιν, Sed illibenter cernunt. Vel, Grauatè cernūt: aut, Grauantur cernere. At Budæus ἀηδῶς ἔχειν τινὶ apud Demosth. interpr. Non amare aliquem, Non libenter vti aliquo. Et apud eūdem, ἀηδῶς δ' ἔχων οἷς λέγω τοῦτο, pro Quū præterea tristis essem. ET Ἀηδία, Insuauitas, Iniucunditas, Molestia. Item Tædium. Æschin. in Cres. πλὴν δέ σοι ἀηδίαν ἡ πόλις οὐκ ἔχουσα. vbi exponitur Tædium tui. Demosth. ἀηδίαν πρὸς αὐτὸν ἴσως ἔχοντες, tædium sui, & fastidium. Isocr. plur. etiam dicit ἀηδίας καὶ βαρύτητας, item ἀηδίας καὶ λύπας. Capitur & pro cibi fastidio, quod ἀνορεξία propriè vocatur. Apud Epicureos idem est quod ἀηδονία, de quo infrà. ITEM Ἀηδίζομαι, Tædio afficior, Fastidio. Bud. interpr. Abhorreo in hoc Greg. loco (qui in orat. πρὸς τὸ ἀγίου πνεῦμα legitur) ἕως τὸν παχυμερῆ τοῖς κακοήθεσι, οἱ ἐπιδιὰ πρὸς τὰ βρώματα ἀηδιάσωσι, πρὸς βορὰν δι' ἀχρείαν. Sic apud Aphrod. ἀηδίζομαι τῇ ξένῃ redditur, A rei nouitate abhorreo. ET Ἀηδίω, idem quod ἀηδίζομαι.

C. Φιλήδης, ίος, ὁ ἡ, Qui amat quod suaue est & iucūdum, Suauitatis seu voluptatis amās. A Bud. redditur Voluptatis consectator, in hoc Aristot. loco, Ethic. 8, καὶ γὰρ ἀγαθόν τι τὸ ἡδὺ τοῖς φιλήδεσιν. HINC Φιλήδεια, Amor rerum suauium, Studium voluptatis. Item Suauitas, Voluptas: Aristoph. χυλλίζειν ὑπὸ φιλήδειας. ET Φιληδέω, ῶ, Delector, cum datiuo rei: vt φιληδῶ τούτῳ, Delector hac re, Capio voluptatem ex hac re. & q. d. Amo suauitatē huius rei. Athen. Καλλιμήδων ῥήτωρ, ἐξῆς τὸ φιληδεῖν ὧν καὶ ἐσθίων βεβίωται, καὶ ἐσθίων ἀπέκλιθη. Sic φιληδοῦντας λιμώδεσιν ἑρημίαις, apud eundem. Et φιληδεῖν μάχας, Aristoph. Apud Theophrastum non adiecto datiuo, de dictamo, ᾧ τῶν αἰγῶν ἐκτέμνεται ἐξῆς τὸ φιληδεῖν.

Ἥδω, F. ήσω, Suauitate & iucunditate afficio, Delecto seu oblecto. Autor Axiochi, τὰ δ' ἀλγεινὰ, ἀπραξίᾳ καὶ πολυχρονίᾳ, καὶ τῷ ἡδέσθαι ἅμοιρα. Synes. ep. 154, ἕως μὲν γὰρ ἦσθ', ἕως δὲ ὀνήσθ'. Idem Ep. 9, ὡς ὅτε τῶν καταπιμελῶς λόγων καὶ ἦσθ' ταῖς πόλεσι καὶ ὠφέλησθε, & voluptati & emolumento fuit. Idem, ἧσας δὲ ἡμᾶς ἐφ' οἷς ἀπίστελας. ἅπαντα γὰρ ἐπεμισάμεθα. Pro ἧσας autem, id est Exhilarasti, Delectasti, dissolutione facta Etymol. DICI ἔασας annotat. Pass. est Ἥδομαι, lōgè actiuo vsitatiꝰ. est autē ἥδομαι, Suauitate & iucūditate afficior, Delector: interdū & Gaudeo (nec. n. semper idē est quod χαίρω, vnde & Plut. De virt. mor. distinguit ita inter ἡδέως & χαίρειν, vt inter αἰδῶς & αἰσχύνη. ait enim αἰδῶς τὸ αἰσχύνης κωλῦσαι, ᾧ τὸ ἡδέως χαίρειν, ᾧ τοὺς

φόβους διλαβείας: loquitur autem de iis qui duplicem αἰδῶ in se sentiunt.) Cõstruitur Ἥδομαι vel cum participio, vel cum dativo, aut cum præpositione ὅτι vel ὡς: interdum & cum particula ὅτι. Od.ι, ἤτοι μὲν αἵνως Ἡδὺ πιὼν πίνων, καί μ' ἔπεα δεύσεται αὐτῶς. vbi ἥδεσθαι dicitur quoniam ἡδὺ & εὐφροσύνη. Plutar. Fabio, τὸ δεῖον ἥδεσθαι βραχύβιον ὑπὸ τῆς ἀληθείας. Aristoph. Vespis, εἰώθασιν γὰρ ἥδεσθαι θεσπίσμασι, assueuisti enim delectari huiusmodi rebus. Plut. De virt. mor. ὁ μὲν γὰρ ἥδεται οἷς καλοῖς, ὁ δὲ οὐκ ἄχθεται ὧν. αἰσχροῖς vbi ἥδεσθαι & ἄχθεσθαι tibi opponuntur. Dionys. Long. χαίρετω δ' ἕκαστος οἷς ἥδεται. Xen. Pæd. 3, ἡδύνωσι τὴν εἰρήνην Idē Pæd. 8, ἰσχυσὰς χήματα ἥδεσθαι. cui opponit postea, ἰσχυσὰς αἰσχύνας. Callim. apud Athen. l. 10, Θεσπίζω δ' ἀπίσυγα χαλδὸν ἄμυστιν Οἱ πεπόν, ὀλίγῳ δ' ἥδεται ἀστακίῳ. vbi ἀποσυγεῖν & ἡδέσθαι opponuntur, vt paulo antè ἄχθεσθαι & ἡδέσθαι, αἰσχύνεσθαι & ἥδεσθαι. Idem Xenoph. Pæd. 8, ὅτι τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοὶ ἀγάλλεται καὶ ἥδεται. vbi copulat ἀγάλλεσθαι & ἥδεσθαι, licut in Pæd. 5, ἥδεσθαι & ἀγάλλεσθαι. Alex. Aphr. in præf. Probl. lib. 1, ἅμως ὡς πλείονα ἥδεται τῷ ὄψῳ, magis delectatur hoc cibo. Aristoph. ἥδομαι οὖν πατταλευτὴς ὤν ἀφαλόχαπτα δίκη, Gaudeo quod. Dicitur verò & ἥδεσθαι ἡδονῇ, Atticè. Plato Philebo, ἥδεσθαι πᾶσι ἡδοναῖς. Idem, πάσαις ἡδόμενος ἡδοναῖς, pro quo Cic. Omnibus lætitiis lætus. Et cum aduerbio, βεβαίως ἥδεσθαι, Thuc. ἥδομαι βαιὰ, Aristoph. A participio autem ἡδόμενοι (quod & ipsum aliquãdo pro nomine capitur, vt Lubens apud Latinos) EST Ἡδέως aduerb. idem significans quod ἡδέως. Xenophon Pæd 8, οὐ θεσπεσίως ἡσθεὶς οὐχ ἡδέως θεάσεται. id est Lubenter, & ita vt suauitatem & voluptatem ex eo quod facio percipere videar.

Ἥδης, ους, ὁ, ἡ, Delectatio, Voluptas, πόθος. ET Ἡσθείς, οῦσα, ὀν, Iucunditate affectus, Exhilaratus, Delectatus: vel Qui iucũditate affici, exhilarari aut delectari potest. Suidas ἡσθὲν exponit ἡδὺ & ἀγαπητόν.

C. ΕΝ ἥδομαι, Delector in. Idem quod ἐνδυφαίνω.

C. ΕΦ' ἥδομαι, Delector seu gaudeo super aliqua re. Isocrat. De pace, εὐφραινόμενοι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' ἐπαλγοῦντες ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς, gaudentes nostris calamitatibus. Chrysost. ἐπὶ μὲν τοῖς ἡμετέροις ἀγαθοῖς ἡδόμενοι κακεῖ. sic dicitur vt ὀδυνᾶσθαι.

C. ΠΡΟΣ ἥδομαι, Delector ad rei alicuius sensum & perceptionem.]

C. ΣΥΝ ἥδομαι, Vnà cum alio voluptate & gaudio afficior, Gratulor. Xen. Pæd. 1, συνηδόμενός τι χαίρειν, ἵνα τι ἀγαθὸν αὐτοῖς συμβαίνῃ, καὶ συναχθόμενον, ἵνα τι κακόν. vbi συνήδεσθαι & συναχθέσθαι tibi opponuntur, vt ἡδέσθαι & ἀχθέσθαι supra. Isocrat. ad Phil. ὑμᾶς ἐπὶ σοὶ θεασόμενοις ἀπάντων συνηδησόμενον). Dem. cõtra Mid. ἡδέσθαι τῇ συνδρομῇ οὐδὲ τῇ συλλαμβάνειν ἑτοίμῳ εἶναι τῷ δήμῳ, videlicet quando nuntiabatur aliquid ἀγαθὸν ὑμῖν ἢ ἀγρεῖαι παῖται. Herodian. l. 2, ἀπῆσαν συνησόμενοι αὐτῷ, gratulatum miserunt. Sic App. ἐπὶ οἷς ἔπεμψαν συνησόμενοι ὧν γεγένηται. Aliquãdo dat. pers. additur genit. rei. Synes. Αἰτωνίῳ συνηδόμην τῆς καλοκαγαθίας, gratulatus sum de. Συνήδομαι interdum capitur pro ἐφήδομαι. Isocr. συνησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. licut supra ex eodem attuli ἐφησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. Eurip. σὺμ μὲν τῷ θανόντι συνήδομαι, non lætor super eius morte, vel ob eius mortem: vt præpositio exprimatur, alioqui Latinus dicetur Lætor eius morte.

C. ΥΠΕΡ ἥδομαι, Supra modum exhilaro, Supra modum gaudio & lætitia afficio, Supra modum delecto. Basil. ἡ ἡμῶν ἀγχόνη ἐστὶ τῷ χριστῷ ὑπερήδομαι. Et in pass. Υ ὑπερήδομαι, Supra modum exhilaror & delector, seu gaudio & lætitia afficior. vt ὑπερήδεσθαι τῷ πάθει, maiorem in modum delectatus potui. Herodianus lib. 5, οὐχ οὕτω δὲ ὕβρεσιν παίδων ἢ Μακρίνου ἥδετο χαίρων, ὡς ὑπερήδετο τῷ καὶ παιδιαῖς ἐώρταζον ὅτι τῷ Ἀντωνίνου αἵματι.

¶ Ἡδονή, ῆς, ἡ, Iucunditas, Suauitas. Theophr. ὁ καθαίρων τὰ σῶλα τε καὶ παχαίνει σφόδρα, καὶ τὰ κρέα θαυμασίαν ποιεῖ τὴν ἡδονήν. Plinius, Tradunt vesci pecora solita, primòque purgari, mox pinguescere, carne mirabilẽ in modum iucunda. Theophr. de arboribus Indicis, ὧν δὲ καρποὶ φέρουσιν ἐλίκια τὰ ἀμυγδάλια· καὶ ἡ ἡδονὴ κρείττων ἢ ἀμυγδάλων. Plinius, Pomo [quod ferr, similis est] amygdalis, præcipuæ suauitatis. Cicero apud Græcos variis modis hoc vocabulum interpretatus est. plerunque verò Voluptas: cui contarium λύπη siue ἀλγηδών, molestia, dolor. Lib. 2 De fin. Omnes enim iucundum motum quo sensus hilarentur, Græcè ἡδονὴν, Latinè Voluptatẽ vocant. Et lib. 3, Quámque Stoici communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo lætitiam appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. Idẽ, quod Stoici dicũt, ἡδονὴν, ἄλογος ἔπαρσις, reddit, Lætitia gestiẽs, vel nimia, sine ratione, animi elatio. Plato, δίλυπα καὶ ἡδονή. Vnde idem Cicero De senect. Plato escam malorum voluptatẽ appellat. ἡδονὴ ἐκ λύπης, Voluptate & molestia. ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς, Voluptas ex malo alterius. αἱ δι' ἀκροαμάτων ἡδοναὶ, Voluptates quæ auditu & cantibus percipiuntur, Aurium delectatio. αἱ διὰ τῆς χυλῶν ἡδοναὶ, Voluptates quæ sapore percipiuntur. Hactenus ex Ciceronis interpretatione, quæ prolixius in Cic. lexico. Aristot. Eth. 10, cap. 5, ἐπὶ ἕκαστον γὰρ ἵππον ἡδονὴ, καὶ κυνὸς, καὶ ἀνθρώπου, alio voluptatis sensu afficitur equus, alio canis, alio homo. Plutarchus De animal. solert. ἡδονῆς δὲ τὸ μὲν δι' ὄψεως ἔστεμα, κύλικος δὲ τὸ δι' ὀμμάτων, γεμτία. Idem, ἡδονῆς κόρον οὐκ ἔχουσης. Aristoteles Ethic. 7, αἱ σώματικαὶ ἡδοναί. Pro quo Plato, αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ, & Xenoph. αἱ περὶ τὸ σῶμα ἡδοναί. item, αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί. Dem. Pro corona, τῆς ὅτι πᾶσι λοιδορείας ἡδονῆς καὶ χάριτος. Athen. 12, πᾶσαι δι' ἁπτῶν χυλῶν ἡδοναὶ, voluptates quæ gustu percipiuntur. Et ἡδονὴ λόγων apud Thucydidem sæpe pro verborum illecebris. vt l. 6, λόγου μὲν ἡδονῇ ξυνέκαμψε πρεσβύτας. & lib. 3, ἀκοῆς ἡδονῇ ἡσσώμενοι, victi iis quæ auribus grata & iucũda essent, id est adulationibus. Et apud Philonẽ, ὅσα καθ' ἡδονὴν, quicquid iucundum ac volupe est: cui opponit τὰ λυπηρά.

Cum variis autem verbis hoc vocabulũ coniũctum varias efficit phrases. Luc. in Vit. auct. πάσαν χάριν ἐφαπτίζει ἡδονῇ. Ath. 10, ἀπὸ γραπτίζης πὰς ἡδοναὶς πείζεσθαι. Pl. Alcib. ἡδονὴν ἄπασαν ἐφ' ἑαυτοῦ ποιοῦνται. Athen. 12, πᾶς ἡδοναῖς διώκων θεσπεσίως. Ibidem, τὴν ἡδονὴν ὑμῶν ἐξ ὕδατος θεσπεσιώτατοι. Xen. θεὸς ἡδονὴν ἀπλήστου ἐμηχανήσατο. Idem, τῇ ἡδονῇ χαρίζεσθαι. Isocrates autem dixit πᾶς ἡδοναῖς δουλεύειν. Idem, τῇ ἡδονῇ ὑπηρετεῖν. Xenophon Pæd. 4, ἵνα ἡδονὴν τὸν πόνον παρέχῃ. Et ἡδονὴν ποιεῖν τινι, voluptate aliquem afficere, Thuc. Ἀτ ἡδονὴν δόντες ἄλλοις, apud eũdem Thuc. Aliis gratũ facientes. Interdũ cum præpositionibus iunctum elegãtes itidem phrases præbet. Dem. θεὸς ἡδονὴν δημηγορεῖν. Idem, πάντα θεὸς ἡδονὴν ἀκούειν. Idem, ἅπαντα θεὸς ἡδονὴν ζητοῦντες. Isocr. πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν λεγομένων. Cicero quoque Ad voluptatẽ loqui dicit. Pro quo Thuc. habet κατ' ἡδονὴν λέγειν. Idem dicit κατ' ἡδονὴν ποιεῖν, pro libito siue libidine facere. Itẽ, ἐπράττοντο κατ' ἡδονὰς τῷ δήμῳ τὰ θεσπίσματα ἐνδιδόναι, libidini populi res committere. Apud eundẽ Thuc. frequens est ἐν ἡδονῇ ἔχειν, Gratum ac iucũdum habere, lib. 3, καθ' ὅσον μὴ ὠφελοῦσι, ἐν ἡδονῇ ἔχειν. Sed & apud eũ dicitur ἐς τὴν ἡδονὴν ἔχον ὀρέγοντες, Pro libidine, & q. d. Sua voluptate omnia metientes. Locus est lib. 3, p. 111, εὐμάχῃ τῷ δικαίου ἢ τῷ πόλει ξυμφόρου θεσπίζητε, ἐς δὲ τὴν ἑκατέρους τοῦ αἰεὶ ἡδονὴν ἔχον ὀρέγοντες. (Ac lib. 4, p. 156, δοκᾶ τὴν ἡδονὴν ἔχον ἐν τῷ αὐτίκα, idem esse opinor quod alibi dicit, δοκᾶ τὴν παρουσαν ἡδονὴν.) ἐν ἡδονῇ ἔστι, Volupe est, iucundum ac gratũ est, Eurip. Apud Herodian. frequenter cum δοκᾶ iungitur. vt l. 4, [ὅπερ] δι' ἡδονῆς εἶχε δοκᾶ ἢ ἄκουσμα, quicquid vel oculis eius vel auribus iucundum erat. Apud eũdem, δι' ἡδονῆς θεσπίζειν, cum voluptate aliqua facere. Et apud Luc. ὑφ' ἡδονῆς ἐδάκρυσεν, præ voluptate & lætitia illacrymauit. Sed & ἡδονὴ ἐπιπλεῖν aliquẽ dicitur, pro Cupido inuadere aliquẽ. Herodot. καὶ τῶν ἐπιπλεῖν μὲν ἡδονὴ μάλιστα ἀνδρηίης τε ἀγρίου καὶ ἀθρώπων ἀδαήμονος id est (Gell. interpr.) Feros & immanes nauitas prolubium tamen audiendi subisse. ἐπ' ἡδονῇ ἄγειν, Leniter & humaniter & quasi suauiter imperare. Thuc. l. 1, p. 32, ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι ἐμοίως ἐπ' ἡδονῇ ἄρχοντες, non pari humanitate & comitate imperabant. De quibus paulo antè dicit, λυπηροὶ ἦσαν, & θεσπίζοντες τοῖς ἀνάγκας.

C. Ἀηδία, ας, ἡ, (ex α priuatiuo & nomine ἡδὺς, non ab ἀήδης, vt in vulgatis lexicis annotatur) Voluptatis priua-

tio, Iniucunditas: medium quiddam inter ἡδονὴ & ἀλγηδόνα duo extrema: idem quod ἀνδία & ἀνωδυνία: affectio animi vel corporis qua nullam quidem percipimus voluptatẽ, sed nec molestiam aliquam. Laertius in Aristippo, ἡ δὲ τῆ ἀλγεδωνίᾳ ὑπεξαίρεσις, (ὡς εἴρηται παρ' Επικούρῳ) δύναται αὐτὴν μὲν εἶναι ἡδονὴν, ἡδονὴ δὲ ἡ ἀνδρία ἀλγηδόνι. Et quemadmodum τὸ ἀλγεδωνίᾳ ὑπεξαίρεσις minus aliquid est quàm ἡδονὴ, ita & ἀνδρία minus quàm ἀλγηδὼν. A

C. Ἀνήδονος, Iucunditatis & voluptatis expers, Iniucundus. Illætabilis, Virg. Molestus. Ioseph. ἀνήδονον ὑμῶν εἰσπεσεῖσθαι. B

C. Ἐνήδονος, ου, ὁ ἡ, Qui in voluptate est, vt Cicero loquitur, Voluptarius, Cic. Voluptabilis, Plaut. Qui voluptate afficitur, Vel, Cum voluptate coniunctus.

C. Φιλήδονος, ου, ὁ καὶ ἡ, Voluptatum amans, Voluptarius, Voluptuosus. Plutarchus, καὶ τὸν βίον ὡς τὰ πολλὰ ἀσώτους καὶ φιλήδονους ὑποδεικνύοντας. Lib. 2 Epigramm. ἀλλά μοι Βάκχοιο φιλήδονον ἔντυνε κᾶμα. voluptuosum Bacchi laticem. VNDE Φιληδονία, ας, ἡ, Amor voluptatis, Studium voluptatis, Vitium eorum qui voluptatibus dediti sunt. Plutarchus, ὅπου φιλοπλουτία καὶ φιληδονία σφετερισαμένη χρῆσθαι καὶ φθόνος ἄκρατος. C

Ἡδονικός, οῦ, ὁ, Voluptarius. Ceb. Theb. Et Athen. lib. 13, ὡς τὴν ἡδονικὴν καλουμένην αἱρεῖσθαι τὸν τῆς ἡδονῆς ζῆλον ὑποσκάπτοντες. Idem, ἡδονικὸς φιλόσοφος Ἀρχίγραμος. Chrysipp. Tyan. apud eundem Athen. lib. 14, de placenta Montiana, μαλάξεις ἡδίονος καὶ ἥμισυ ἂν τυροῦ. ἡδονικώτερον γὰρ γίνεται, iucundior enim & magis voluptabilis ita fit.

Ἄσμενος, ου, ὁ, Gaudens. Item Libens. Il. υ, — ὅς καί τῶν φύγῃσι ἄσμενος ἐκ θανάτοιο. Il. ξ, - ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη. Quam constructionem imitatus Thucydides dixit lib. 4, pag. 131, ἀσμενέστατοι ἡμῖν ἐγίγνοντο τῶν αἰφνιδίων. Apud eundem lib. 3, pag. 111, ἀσμένη in fœminino genere: quod scholiastes exponit μετ' ἡδονῆς. Vtitur autem hoc fœminino Plato quoque in Sympotio, ἀσμένη ἥκουσι. D

ΕΤ Ἀσμένως aduerbium, Cum gaudio, Lubenter. Et in superlatiuo gradu Ἀσμενέστατα, Lubentissimè, pro ἀσμενώτατα. Ab πῶμαι præterito τὸ ἤδομαι fit πεπώμενος, ex quo ἄσμενος. Etymol.

Ἐπασμενίζω, Delector [aliqua re,] acquiesco. ἐπασμενίζω τῇ γεωργίᾳ, Lubenter agriculturæ operam do, Agricultura delector. Sic Gaza hæc Ciceronis, Tempestiuis conuiuiis delector, vertit, συμποσίοις ὀπωρινοῖς ἐπασμενίζω. E

Ἀνδάνω, Placeo. Il. α, Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ γε Ἀχαιμένοισι λῷστα ἐνμεῖν. Et Od. φ, — πειρᾶ δ' ὅτι οἱ σὺν λῷστα ἐνδάνει ἠδὲ καὶ ἔμπης. Annotat autẽ Eust. fieri αἰδάνω ab ἥδω, eodem modo quo λαθάνω ex λήθω, & μαθάνω ex μήθω: & aspirari, vt apparet ex composito ἀφαιδάνω, & ex ἀφάδιον. Alibi tamen annotat, ex Heraclidis grammatici sententia, esse ab ἄδω, vt λαμβάνω à λάβω,

C. Ἀφαιδάνω, Displiceo. contrarium τῷ αἰδάνω. sicut ἀπαρίσκω contrariũ τῷ ἀρίσκω. Ab hoc verbo ΕΤ Ἀφαδίος hostem significans, teste Hesychio. Pro quo ΕΤ Ἀφάδιος dici ait. ITEM Ἀφαδία (eodem autore) est ἡ πολεμικὴ ναῦς, dicta διὰ τὸ ἀφαιδάνειν. Suidas autem ἀφάδιος exponit duntaxat ὁ μὴ ἀρίσκων, id est Non placẽs. nam αἰδεῖν, inquit, τὸ ἀρίσκειν. Eustathius ex Pausania ἀφάδιον exponit τὸ ἐχθρὸν & ἀπαρίσκον. F

Ἑδανός, οῦ, ὁ, Iucundus, Suauis. idem quod ἡδύς: factũ autẽ ex ἥδω per systolẽ literæ η, quasi ἥδανος, vt tradunt grãmatici. Il. ξ, — ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ. Et ἑδανὸν γλαῦκος apud Nicandrum. vt suprà ἡδὺς οἶνος apud Hom. G

Ἁδέω, ῶ, F. ἥσω, P. ηκα, Aspirata prima litera. Placeo. Itẽ, Gratificor. Iliad. γ, Ὡς ὄφελον θανάτῳ μοι ἀδεῖν κακός. Il. μ, — ἄδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων. id est, placuit Hectori oratio Polydamantis. Vbi Eustathius notat ἄδε videri esse aoristum secundum Æolicum verbi ἥδω: aut certè ab ἀδεῖν esse ἄδε, vt ἔκτανον à κτανεῖν. Quo in loco tenuatur apud Eustathium: & ipsum ita scripsisse inde apparet, quòd dicat ex eo fieri ἄδος pro κόρος, id est satietas: & ἄδω, abundanter: vnde etiam tenuetur in vulgari sermone. Ita enim intelligendum est quod ait Eustathius, ἄδω tenuari παρὰ πολλοῖς. nam opponit τῷ πολλοῖς At- H



ticis, qui hoc aspirant: vt ipsemet in Comm. in Dionysium docet. In illum autem locum Il. γ, scribit quæ sequuntur: Sciẽdum est autem, ex ἥδω, quod est ἁδραίνω (id est Delecto) futurũ secundũ actiuum esse ἁδῶ. à quo Ionicè & Æolicè, necnon Doricè tenuato, & ad originale thema reuerso, formatur etiam ἀδῶ. Hæc Eustathius. At Etymologistes ait, ἥδω, fut. ἥσω, aor. 2, ἄδον: vnde ἄδε apud Homerum. fut. 2 ἀδῶ, & infinitiuus ἀδεῖν. Rectè quidem Etymolog. si duntaxat ἄδην & ἀδῶν mine nirentur: sed vnde dicet esse ἀδήσας apud Herodotum, & ἄδησι apud Hipponactem, nisi thema ἀδέω constituat vt ἄδησι βουλῇ, placuit consilium. Infinitiuo autem vtitur & Solon initio cuiusdam versus apud Plutarchum, Πᾶσιν ἀδεῖν χαλεπόν. Vti etiam solet hoc infinitiuo Herodotus, vt in Thalia, καί σφι ἀδεῖν τὸ θεσπέσιον μηκέτι πολέειν. vbi ἀδεῖν pro placere sumitur eo sensu quo dicimus, Mihi placet illud fieri, pro, Sentio illud faciundum. Idem in Terpsichore ἀδήσῃ. vsurpat pro Gratificaberis, καὶ πολίων τῶνδε Σπαρτιήτῃσι ἀδήσεις. 1. Et hæc faciẽs, Spartanis gratificaberis, A Spartanis gratiam inibis. Idem & pro Assentior, in Calliope, ἐγὼ δ' ἐῶ τοῦτο ἐτεὸν μὲν Λίγυπτόν σε ἄδομι, μὴ δὲ σὸν τοῦτο ἀρίσκομαι. vbi etiam obseruandum ἄδομι tanquam ab ἄδω barytono. Sic & Eustathius alicubi Homericum illud ἀδέν (in ἄδε δ' Ἕκτορι μῦθος ἀπήμων) exponit ἤρεσκε: secundum quam expositionem ἄδε esset præt. imperf. ab ἄδω barytonæ coniugationis, non circunflexæ. Quod autẽ ad spiritum attinet, de eo ambigit Eustathius. nam quum dixerit tenuari in iis quæ modò ex eo protuli, itidem verò in Od. μ tradat Æolicè tenuari ἀδεῖν, licet ab ἥδω sit quod aspiratur: tamen in Iliad. ε, in dubio relinquit annon & ἀδεῖν aspirandum sit, & id ex αὐϝάδεια probari possit, quæ inde ducto nomine dicatur quasi αὐϝαρίσκεια. Ego eos sequor qui ἀδέω, vnde ἄδος satietas, tenuant: ἀδέω pro placeo, aspirant: præsertim quum videam αὐδαλέω (quod præsens in locum ipsius ἀδέω substituitur à poetis, sicut & ἐώδατον imperfectum in locum τῷ ἤδειν) passim denso spiritu notatũ. vt initio Il. α, — ἐώδατο βουλή. aspirari autem constat ex composito ἀφαδαλέω. Hoc autem verbum αὐδαλέω Eustathius ab ἥδω vult esse, vt λαμβαίω à λήθω: sed Heraclides apud eum vult ex ἄδω esse factum, vt λαμβαίω à λάζω. vt dictum est. ITEM Εὔαδεν, id est Placuit, Eustathius ab ἥδω, aut etiã ab ἀδεῖν deduci posse ait. AT de Ἄδω, barytonæ coniugationis vide in modò citato Herodoti loco.

Ἄδος, ου, ὁ, Lætitia, Gaudium. ἀφροσυνῶν, inquit Etymolog. Idem ἄδος exponit ἀρέσκειαν, id est complacentiam, ad verbum. Exponit & κόρον, ἢ κόπον, id est satietatem, aut lassitudinem, seu defatigationem. confundens ἄδος aspiratum ab hoc ἀδέω placeo, cum ἄδος tenuato ab αἰδέω itidem tenuato, quod ex αἰνδέω factum est, vt paulo pòst dicetur. I

Ἀδοσύνη, ης, ἡ, Voluptas. ἡδονὴ, Hes. Idem ΕΤ ἄδονται exp. ἡδονλώ. sed ἄδεται habere duntaxat η mutatum in α Dorico more, perspicuum est: at ἀδοσύνη ab ἄδος deriuatum est, ἄδος autem ab ἀδέω, quod primitiuum sit nécne, ambigitur inter grammaticos: vt ex iis quæ modò dixi, satis liquet. ego certè eos sequutus sum qui primitiuum esse nolunt.

C. ΑΥΘΑΔΗΣ, ες, ὁ καὶ ἡ, (q. d. Sibi placens) Arrogans, Superbus. De eo propriè dicitur qui sibi placet, sibi plaudit, sibi est pulcher, (vt quidam dixit) sic vt cæteros omnes præ se contemnat. Sed generaliter etiam extenditur ad supersbi significationem. Isocrates ad Demonicum, ἴσθι σαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπὸν, ἀλλὰ σώφρονα. μηδὲ ζήτει μὲν γ' αὐθάδης, δοκῶ δέ σοι φρόνιμος εἶναι δόξειν. Plut. in Polit. præceptis, οὔτε γὰρ αὐθάδης οὐδεὶς ἐπαχθὴς ὁ χρηστὸς, οὐδὲ αὐθέκαστος ὢν ὁ σώφρων αἰεὶ, &c. Aristot. Rhet. 1, τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μανικὸν ἁπλῶς· καὶ τὸν αὐθάδη, μᾶλλον δὲ τὸν ἀπὸ θυμοῦ. Æschylus autem in Prometheo pag. 55 mex edit. nomini αὐθάδης adiungit genitiuũ φρενῶν, eique opponit πεπειθὼς. ita enim ibi ipse Prometheus, Ἐμοὶ μὲν οὖν Ζεὺς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν, Ἔσται πεπειθὼς, ἥ τε κἀφρ. &c. Quem genitiuum superuacaneum esse puto, eodem prorsus modo quo apud Latinos genitiuus Animi J

poſt nonnulla nomina vacare comperitur, ex quibus A eſt Infelix: ſed apud poetas (quantum meminiſſe poſſum) non apud ſolutæ orationis ſcriptores. Tacitum tamen excipio, qui non iiſdem quibus cæteri aſtrictus ſermonis legibus, etiam Ferox animi dixit: à quo non multum abfuerit Arrogans animi, vel Superbus animi. Cæterùm αὐθάδης in vulgatis lexicis exponitur etiam Cõtumax & præfractus. de qua expoſitione dicam in Αὐθαδίζεμαι. Redditur & Inhumanus apud Ariſtotelẽ, ſed omnino vitioſè, vt docebo in Αὐθάδεια. Eſt autem & manifeſta & extra controuerſiam poſita B huius nominis deriuatio, quam & Ariſtoteles affert Ethicorum magnorum lib. 1, vbi αὐθάδης eſſe dicitur αὐτάρεσκός τις, ex eo quòd ſibi placeat, & quidem ita placeat vt etiam congreſſus aliorum vitet, & cum nemine commercium habeat. Quæ tamen Ariſtotelis verba ad propriam ſignificationem reſtringenda ſunt, quum alioqui generalius (vt dixi) accipiatur. Eſt igitur αὐθάδης dictus quaſi αὐτάρεσκής, id eſt αὐτὸ ἀρέσκων.

C. Αὐθαδίσεμαι vide in Στέμμα.

Αὐθαδῶς, Arroganter, Superbè. Item Contumaciter, in C vulg. lex.

Αὐθάδεια, ET Αὐθαδία, Arrogantia, Superbia: ſed eius propriè qui ita ſibi placet vt cæteros omnes præ ſe contemnat, ſequendo analogiam ſignificationis quæ data eſt nomini αὐθάδης. Plato in epiſt. ἡ δὲ αὐθάδεια, ἰσχνμία ξυμφύτως. Quod Platonis dictum multis in locis à Plutarcho celebratur. Idẽ Plut. αὐθάδειαν dicit de militibus parere imperatori recuſantibus. Apud Ariſtotelem Ethicorum magnorum lib. 1, σμικρότης eſt inter αὐθάδειαν & ἀρέσκειαν. vbi perperam redditur αὐθάδεια Inhumanitas, ſicut σμικρότης Humanitas, ab eo qui hæc Ariſtotelis, σμικρότης δέ τις αὐθαδείας αἰὰ μίσους καὶ ἀρεσκείας, interpretatur, Humanitas eſt medium inter inhumanitatẽ & placendi ſtudium: quum vertere oportuerit, Grauitas eſt medium inter arrogantiam & placendi ſtudium. In ſuo autem errore ſibi conſtans nomen αὐθάδης (quod proximè ſequitur apud Ariſtotelem) vertit Inhumanus. Atqui cogitandum fuerat ea quæ Ariſtoteles dicit, μηδὲν ἀτυχεῖν, μηδὲ δῆγμα γλῶσσαν, non ſolùm ab inhumanitate, ſed etiam à ſuperbia poſſe proficiſci. Vnde & in vernaculo ſermone ii qui ſuo colloquio aut generaliter ſua conſuetudine & familiaritate non dignatur quos debẽt, obiicimꝰ, *Vou tenez nos de gravité*. id eſt (ad verbum) Grauitate tua tenes. ſed nos *gravité* in eo loquendi genere appellamus vitioſam quandam grauitatem, & à ſuperbia proficiſcentem, ac quaſi σμικρότητα quandam αὐθάδη. Cæterùm quum αὐθάδειαν ita diſtinguat Ariſtoteles ἀπὸ τῆς σμικρότητος, eámque diſtinctionem confirmet, receptus paſſim huius vocabuli vſus, (niſi me memoria fallit) minor Iſocratem αὐθαδείαις & σμικρότησι copulaſſe in Archidamo, ita ſcribentem in vltima pag. δεῖσθαι γὰρ τὸν παραληψόμενον χρόνου πολλοῦ διαλογίζεσθαι, καὶ πολλὰ μὲν φύσει ἐμποδὼν τοῖς ἄλλοις εἶναι, πολὺ δὲ αὐθαδείαις καὶ σμικρότησιν οὐκ ὀλιγωρίας ἀνάπλεως ἀμφίας κεχῆσθαι. Sed hoc reſponderi poſſe de loco iſto credidérim: Iſocratem non ita coniunxiſſe αὐθαδείαις & σμικρότησι quaſi vtrunque idem valeat & in laude ponatur, ſed perinde eſſe acſi dixiſſet, Eam quam in nobis alii appellarunt, atque adeo eſſe arbitrati ſunt, αὐθάδειαν, alii σμικρότητα. Vt ſit hic ſenſus, Nos neque αὐθάδειαν neque σμικρότητα verè fuiſſe & à natura, ſed ſimulatè.

Αὐθάδεια, Pertinacia, vt Cicero interpretatur, ſcribens, Ægrotationi autem talia quædam ſubiecta ſunt, Auaritia, ambitio, mulieroſitas, pertinacia, ligurritio, vinolentia, cupedia. Vbi quæ enumerat vitia, ea ſunt quæ à Stoicis vocantur, φιλαργυρία, φιλοτιμία, φιλογυναικία, αὐθάδεια, λιχνεία, φιλοινία, φιλοψία. De qua interpr. nominis αὐθάδεια dicam in Αὐθαδίζομαι.

ΗΣΣΩΝ, ΕΤ Ἧττων, Minor. Vsitatius tamen in neutro ἧττον pro Minus. quod ἧττον aduerbialiter etiam ponitur. Aristot. Ethic. 2, καὶ λυπηθῆναι δεῖ ἐν μᾶλλον ἢ ἧττον. Isocrates Panath. τὸ δίκαιον τέλος ὁ πᾶσι δίκαιος ἀποφήναι, σοφιστοῦ δὲ τοῦτο μὲν ἧττον ἀναμάξαι, non minus quàm quicquam aliud. Item οὐχ ἧττον, & οὐδὲν ἧττον, Non minus, vel Nihilo minus. Aristot. Ethic. 6, ὥστε δεῖ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων καὶ φρονίμων τῶν αὐτοδείκτοις φάσεσι καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων, pro οὐχ ἧττον ἢ τοῖς ἀποδείξεσιν, non minus quàm demonstrationibus. Theophrastus, τὸ χλωρεύειν δὲ οὐχ ἧττον [ εἰ λυδρὰ καὶ φιλόκαρπα ] τῶν ἀγρίων. At οὐδὲν ἧττον exponit Suidas ἴσον & ὅμοιον: cuius exempla apud eum vide. B C

Item ἧσσον seu ἧττον pro οὐχ ὅλως, seu οὐδαμῶς, Atticum est, vt annotat Eustathius. Ego hunc istius vocis vsum apud Thucydidem præsertim reperio, & à Latinis non solùm Parum, sed & Minus (quod ad verbum respondet) sic interdum poni existimo.

Ἥσσων, Inferior. Homerus Il. π, Αἴθ' ὄφελες ἧσσων εἶμεν, πόσιν ἠὲ φέρεσθαι. Aristoph. Pluto, γιγνώσκω ἧττων ὢν πολὺ νῦμῶν. Plato κρείττω opposuit τῷ ἥττω, cui adnectit ὑποδείστερον in Phædro, εἴτ' ἐν κρείττω εἴτε ἐν ἐλάττω τοῦ δικαίου ἕκων ἑκάστης τοῦ δίκαι' αἱρήσεται, ἥττω δὲ καὶ ὑποδεέστερον ἀεὶ ἀποφαίζεται. Thucydides autem τῷ ἥσσονι opposuit τῷ δυνατωτέρῳ, id est potentiori, lib. 1. Dicitur autem ἧττων εἰμὶ τινος (subaudita præpositione κατ') & ἧττων εἰμὶ τούτῳ: item ἧττων εἰμὶ cum infinitiuo. Quarum constructionum hæc sunt exempla. Xenophon Pæd. 1, ἀλλ' ἄνδρ' ἤδη ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, παῖδα ἐζήρχε, id est (vt Budæus eleganter & doctè reddidit) Quocunque certamine sciebat se inferiorem esse, eo socios prouocabat. Herodianus lib. 1, εὐθὺς ἧττων ἦν τῷ σχήματι καὶ ἀχλεής. At ἧττων seu ἧσσων sequente infinitiuo vt apud Thucydidem lib. 2, ὡς οὐδενὸς ἥσσονα οἰόμενοι εἶναι γνώμῃ τε τὰ δέοντα καὶ ἐρμηνεῦσαι περὶ αὐτῶν. At Horatius dixit Minor in certamine, exprimens quidē ἥσσων, sed quod sit pro ἡσσάμενος: sicut ἡσσῶντο pro ἡσσημένοι accipi testatur Hesych. Sic autem, sed cum genitiuo, vsurpari in variis loquendi generibus, sequentia exempla docebunt. D E F

Ἥσσων εἰμὶ cum genitiuo rei, pro Vincor ab ea, Et succumbo. vt ἧττων οἴνου apud Xenophontem Pæd. 8, Qui vincitur à vino, id est à vinolētia. hoc est Qui sibi à vinolentia temperare nequit, Qui vino supramodum est deditus. Itidem ἧττων τῆς ἡδονῆς seu τῆς ὀπτυμίας, Qui refrænare nescit libidines, & domitas habere, vt Cicero loquitur. Itidem verò ἥσσων ἔρωτος, & ἥσσων ὀργῆς, (quo & Herodianus vtitur) aliáque huiusmodi reddenda censuerim. Possumus verò hoc posterius ἥσσων ὀργῆς vertere etiam Qui nescit iræ moderari. A Politiano certè redditur vno verbo Iracundus. At verò ἥσσων λήμματος, & ἥσσων χρημάτων, item ἥσσων φιλοτιμίας ex Cicerone reddi posse arbitror Qui seruit quæstui, Seruiens pecuniæ, Seruiens gloriæ. Sed & illud ἥσσων τῆς ὀπτυμίας ex eodē interpretor eadem voce, Qui seruit cupiditatibus. ita enim ille in libro De amicitia, Cupiditatibus iis quibus cæteri seruiunt, imperabunt. vbi sicut Seruire cupiditatibus, ἥττονα εἶναι τῆς ὀπτυμίας, sic Imperare cupiditatibus, esse dico, κρείττονα εἶναι. quod vertere etiam possumus Domitas habere libidines, ex eodē Cicerone. At quum dicit Cicero Seruire pecuniæ, & Seruire gloriæ, fateor quidem includi etiam actionem quandam quæ non includatur his Græcis, ἥττονα εἶναι χρημάτων, & ἥττονα εἶναι φιλοτιμίας: quare alicubi nomine Seruus vti malim & dicere Seruus pecuniæ, Seruus gloriæ: sicut Seruus libidinum, & Seruus vitiorum, vel vitiis, Latini quidam dixerunt. Quidam verò ἥττων φιλοτιμίας interpretantur, Nimium gloriæ cupidus: & ἥττων χρημάτων, Pecunia captus. pro quo dixerim, Pecuniæ amore captus, vel potius Insano amore captus. Atque adeo Pecuniæ amore cæcus, dicere non dubitarim hac in signif. vt dixit Virgil. Auri cæcus amore. G H

Ἥσσονα, Pauciora, oppositum τῷ πλείω. vt quū Zeno apud Diog. Laertium dicit, Ideo binas habemus aures, at os vnicum, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἥττονα δὲ λέγωμεν. id est, Vt plura quidem audiamus, pauciora autem loquamur. Qua in significatione non memini me apud classicos scriptores hoc nomen ἥττονα legere.

Ἡσσάομαι, ῶμαι, vel Ἡττάομαι ῶμαι, Inferior euado, Vincor, Superor. Thucydides lib. 2, κρατήσαντες δὲ πρὸς ἡμῶν, πάντας αἰχμῶσιν αἰσχίστῃ, καὶ γυναικείᾳ, ὑφ' ἁπάντων ἡσσῆσθαι. Idem lib. 1, ὥστε τὴν μὲν οἰκουμένην οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσῶντό τε καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. Quibus in locis obserua κρατεῖν & ὑπερκρατεῖν opponi τῷ ἡσσᾶσθαι. pro hoc autē poni & πταίειν. Dicitur verò à Demosthene & de eo qui in iudicio vincitur. Isocrates ἡττηθέντες & καταψωσάμενοι contraria fecit in hoc Panegyrici loco, ἐν οἷς [κινδύνοις] ἥττηθέντες μὲν, ὧν ἔδει χεῖρον ἅπαντα διέφθαρται, καταψωσάμενοι δὲ, μᾶλλον εἰς τὸν ὑπόλοιπον χρόνον δουλεύσουσιν. Vbi obserua etiam vsum huius verbi cum præpositione ἐν. Sic ἐν οἷς ἀγῶσιν ἡττημένων, quidam poeta apud Athenæum. Hæc tamen præpos. frequentius (nisi me memoria fallit) omittitur. dicunt enim ἡττᾶσθαι μάχῃ & ἡττᾶσθαι πολέμῳ, itidémque cum aliis datiuis sine hac præpositione. Quo & Demosthenes dixit modo Philipp. 3, ἡττᾶσθαι τοῖς ὅλοις: quem datiuum τοῖς ὅλοις resolui posse existimo in τὸ κατὰ τὸν ὅλων μάχῃ. Legitur verò ἡττᾶσθαι & cum accusatiuo: vt apud Isocratem, πολλὰς μάχας ἡττῆται. vbi subaudiri potest præpositio κατά. Demosthenes in Epist. simul cum accusatiuo rei, & genitiuo personæ, vsus est, scribens, οὐχὶ τοῦτο ψηφίζω ἡττᾶσθαι τῶν ἐναντίων. vbi non dubium est quin subaudiri illa præpositio debeat. Animaduertēdus est præterea alius huius verbi vsus, videlicet cum participio genitiui casus. vt apud Xen. Pæd. 5, p. 77, εἰ ἡττώμενός σου αὐτοῦ δοῖ πιεσῶν.

Ἡττῶμαι, Succumbo, Cedo, Frangor. vt ἡττᾶσθαι τοῦ δέους, Thucyd. & ἡττᾶσθαι τῶν συμφορῶν Isocr. Panath. Calamitatibus succumbere. Virgil. Cedere malis dixit. Verto etiam Frangor, ex Cicerone, apud quem Frangi & succumbere alicubi copulantur, sicut & debilitari. Sed & Calamitate frangi, necnon Malis frangi, apud eundē habetur. ¶ At verò quum occurret ἡττᾶσθαι τῶν ἡδονῶν seu τῆς ἡδονῆς, (vt loquitur etiā Xenoph.) aut cum simili genitiuo, vtere ea interpretatione, vel potius iis interpretationibus quas supra dedi τῷ ἥττων εἰμί. Huc autē pertinet & ἡδονὸς ἡττώμενος. quo vtitur quidam comicus apud Athenæum, de eo quem Horatius ventre ducit ait. Quo sensu dicitur etiam Ventri deditum esse, sed non tam significanter quàm ἡττᾶσθαι τῆς γαστρὸς, seu τῆς ἡδονῆς, vt ille loquitur. Cæterū non solùm dicitur ἥττων ἔρωτος pro ἥττων εἰμὶ ἔρωτος, (de quo suprà) verumetiam dicitur ἡττᾶσθαι ταύτης pro τῇ ταύτης ἔρωτι. Sic Plut. in Amat. narr. καὶ μᾶλλόν τι τῆς παρθένου ἠττημένος. quod Polit. vertit, Multóque magis puellæ amore incensus. Ibidem verò, εἰ δὴ, τῶν παρθένων ἠττώμενοι, vertit, Exarserunt virginum amore.

Ἧττημα, ατος, τὸ, Clades. In vulgatis lexicis ex Esaiæ cap. 32, ὅσοι τοῖς εἰς ἧττημα, pro Vincentur. ΑΤ Ἀήττητος est multo vsitatius, redditúrque aptè Inuictus, Insuperabilis. Demosthenes Pro corona, ἀήττητος ἡ πόλις τὸ κατ' ἐμέ. Xenophon Hellen. 1, μεμνημένους ὅσαπερ καὶ πολλαχοῦ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς νενικήκασι, καὶ τοὺς πολεμίους, ὅσα μὴ τῶν ἄλλων ἀήττητοι γεγόνασι. Sic ἀήττητοι ψυχαὶ Isocrat. in Archid. & ἀήττητος ξυμὸς Demosthenis in Epist. Item cum datiuo, ex Aristide, ἀήττητοι χρυσῷ διεφθάρησαν. Philo autē εἰς τὸ ἀήττητον αὐτῶν ἐπιλογισμῶν dixit pro Obniti peruicaci audacia. Sed ἀήττητος, etiam pro non victo alicubi apud Plutarchum legisse mihi videor. ΕΤ Ἀνήττητος eadem significatione, VEL Ἀνίκητος: pro quo EST Ἀνάσσατος Doricè apud Theocritum Idyll. 6, ἀνάσσατοι δ' ἐξέφυσαν.

ΕΤ Ἑσσῶμαι, ῶμαι, Herodot. pro ἡττῶμαι, Vincor. vt ἑσσοῦσθαι ἑαυτῶν Περσέων, & ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ.

Ἡσσάω etiam, & Ἡττάω, ῶ, habent vulg. lex. pro Vinco, sed sine testimonio.

Ἧσσα seu Ἥττα, Inferiores partes, Clades. Sæpe verò & vel-

bo Vinci commodè reddi poteſt.vt ἧττων φοιτᾶσθαι, Xenoph. Se vinci patitur æquo animo. Plutarch. ἧττων ἀγαπᾶσθαι πρὸ τῆς ἐλευθερίας, vinci malle quàm in libertate degere, in v.l. Idem Plut. ἧττων & νίκων alicubi oppoſuit, vbi ἧττων vertere itidem Vinci, νίκων autem, Vincere, reddere poſſumus. Locus eſt in lib. De frat.char. πεῖσαι γὰρ ἥττων ἡδίων τῆς νίκης, Facit vt vinci iucundius ſit quàm vincere.

C. ΑΝΘυπαυμαι, Viciſſim vincor, Viciſſim ſuccumbo. αἰσχυνόμενος ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἀνδρῶν ἀνάξια ἐπάθομεν, cedere tanquam victum.

ΗΣΥΧΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, Quietus, Quiete fruens. Item Sedatus, Placidus, Interdū & Tranquillus. Exponitur & Tacitus. Heſiodus Ergus, Ἥσυχοι ἔργα νέμοντο. Lycophr. initio ſuæ Alexandræ, οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη, Non ſedata, Non placida. Apud Plutarchū itidem νὺξ ἥσυχος exponitur Nox placida. At ἥσυχος βίος vide in Ἡσύχιος. Ariſtophanes cum verbo ἴσχειν & μένειν vtitur: eſtque ei ἴσχε ἥσυχος, vel μεῖνον ἥσυχος, Quieſce, Mane quietus, aut etiam Tace. Sic apud Euripidem Medea dicit, ἀλλ' ἴσχε μηδὲν ἥσυχος, pro Ne interpella ſermonem meum. Thucydides dixit τὸ ἥσυχον ſubſtantiuè pro ἡσυχία, Quies, lib. 1, μήτε τῷ ἡσύχῳ τῆς εἰρήνης ἡδέως, Quiete pacis, Quiete quàm pax affert. Cæterùm quod ad nominis huius ἥσυχος deriuationem attinet, Etymologiſtes eam eſſe vult ab ἥδω, ἥσω, quia omnia ἡδονται τῇ ἡσυχίᾳ. Ego verò (ſi & meæ diuinationi locus hic ſupereſt) ἀφ' ἕξεως τοῦ ἔχειν deriuarim, vt dicatur ἥσυχος quaſi ἤσχυος, vel potius ἤσχος. Mutari autem in quibuſdam aliis deriuatis ſpiritum ſatis notum eſt.

Ἡσυχαίτερος comp & Ἡσυχαίτατος ſuperl. pro ἡσυχότερος & ἡσυχώτατος, Quietior, Quietiſſimus. Et interdum etiā aduerbialiter. Apud Thucydidem ἡσυχαίτερα libro 3, in principio p. 100, ſunt qui nomen eſſe velint pro Placidiora, Mitiora: ſunt qui aduerbium, pro Placidiùs, Mitius. Schol. nomen eſſe putat, exponens, ἡρέμα καὶ κατ' ὀλίγον ἐπερχόμενα. Apud Xenophontem autem, ἡσυχαίτερον διῳκεῖτο videtur eſſe Magis lenti pro Magis lento gradu: & ἡσυχαίτερα φωνή, magis remiſſa vox, vel ſubmiſſa.

Ἡσυχῇ, aduerb. Quietè, Placidè. Item Tranquillè. Sæpe vertitur & Senſim, item Leniter, ἡρέμα: interdum & Paululum. Herodianus lib. 1, ἡσυχῇ τὸ σκίμπτοδος κουφίσας ἑαυτόν. id eſt (Politiano interprete) Paululumque ſe è grabato ſublevans. Gaza τὸ ἐπικαθήμενον ἡσυχῇ vertit Serratum leniter, id eſt parum ſeu paululum (inquit Budæus.) Apud Dioſcor. autem ὀφθαλμὸς ἡσυχῇ redditur Rubeſcens modicè. At verò apud Thucydidem p. 184 ἡσυχῇ ſchol. exponit κρύφα.

Ἡσύχως, aliud aduerb. pro Quietè, Tranquillè. ET Ἡσυχα Ariſtoph pro eodem.

C. Φιλήσυχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quietis amans, Quietæ & tranquillæ vitæ ſtudioſus. ὁ φιλῶν τὸ ἥσυχον, id eſt τὴν ἡσυχίαν. nam ἥσυχον ſubſtantiuè etiā poni docui. ET Φιλησύχως, aduerb. vt φιλησύχως διάκειμαι, Quietis amore teneor.

Ἡσυχάζω, Quieſco. A Thucydide lib. 8. ἡσυχάζειν dicuntur qui tumultuari deſinunt: pag. 289, οἱ δὲ στρατιῶται τὸ μὲν παράπαν οὐκ ἤθελον ἡσυχάζειν, ἀλλ' ἀποκτείνειν ἐβόων τοὺς τὸν δῆμον καταλύοντας· ὕστερα μέντοι μόλις ἡσυχάσαντες, ἤκουσαν. Apud eundem plurimis in locis (ſicut & apud cæteros hiſtoricos) dicuntur ἡσυχάζειν, Qui bellum non mouent, ſeu Qui ad mouendum non ſe parant, aut Qui à bello moto deſiſtūt, ſeu ipſum intermittunt, Qui nihil attentāt, Nihil moliuntur. Sed lib. 1, vbi obiicitur Lacedæmoniis eos ſolos ex Græcis ἡσυχάζειν, quandam deſidiæ ſignificationem hoc verbo includi exiſtimo. Apud eundem dicuntur ipſæ naues ἡσυχάζειν quibus nauale prælium non committitur. Quinetiam τὸ ἡσυχάζειν τῆς νυκτὸς apud eundem legitur lib. 7, pag. 262, pro ea parte noctis quam Conticinium Plautus appellat, à conticeſcendo. Latini concubiā etiam noctem & intempeſtam nominant. ‖Ἡσυχάζω, Taceo, Sileo. Laert.

C. Ἐφησυχάζω, Acquieſco. Iungitur autem datiuo, vt ἐφησυχάζω τούτῳ, Acquieſco huic rei. Bud. ait eſſe in Pand. verbum iuris pro Acquieſcere & ſtare, vt ἐφεστηκώς.

¶ Ἡσυχαῖος, ου, ὁ & ἡ, Quietus, Tranquillus. Sed frequenter pro ἠρεμαῖος, Lentus, Remiſſus, Qui ſenſim fit. vt ἡσυχαῖοι ἐλάσεις apud Xenophōtem. Vide ſuprà Ἡσυχαίτερος & Ἡσυχαίτατος. Quanuis enim inueniatur ἡσυχαῖος, eſſe tamen hæc non ab illo ſed ab ἥσυχος, pro ἡσυχώτερος & ἡσυχώτατος, diſcimus ex iis quæ traduntur ab Euſtath. pag. 1441.

¶ Ἡσύχιος, ου, ὁ & ἡ, Idem quod ἥσυχος. Homerus Iliad. φ, circa finem, Ἡσύχιον δ' ἔξα μιν πολέμου ἐκπαύσει νίκας, Quietum, id eſt Malo omni ſeu moleſtia carentem. (At Valla aduerbialiter poni exiſtimauit, & vertit Clam: quam interpr. niti opinor autoritate ſcholiaſtæ Thucyd. qui alicubi ἡσυχῇ exponit itidē κρύφα, vt antea docui.) Apud Demoſthenem ἡσύχιος & ἀσφαλής copulantur cū ſubſtantiuo βίος, pro vita quieta & tranquilla, qualis eſt hominum priuatorum, præ vita eorum qui ſe reip. negotiis implicant. Philipp. 4, τί δὴ γινώσκων ἀκριβῶς τὸν μὲν τῶν ἰδιωτῶν βίον, ἀσφαλῆ καὶ ἀσφαλίμαια καὶ ἀκίνδυνον ὄντα, τὸν δὲ τῶν πολιτευομένων, φιλαίτιον καὶ σφαλερόν, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀγώνων καὶ κακῶν μεστόν, οὐ τὸν ἡσύχιον καὶ ἀσφαλίμαια, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς κινδύνοις αἱρῇ; Huc autem pertinentia quædam vide in Ἡσυχία. Eadem ſignif. dicitur ἥσυχος βίος, quod explicatur etiam φιλήσυχος. Ab Heſychio autem ἥσυχος exponitur etiam ἀσφαλίμαιος. quæ expoſitio & τὸν ἀσφαλίμαιον βίον dari poteſt, ſicut ἡσύχιον & ἀσφαλίμαια copulari à Demoſth. videmus.

Ἡσυχία, ας, ἡ, Quies, Tranquillitas. Ab Homero ἡσυχίη (Ionicè pro ἡσυχία) dicitur eſſe illi cui non faceſſitur negotium. Sic enim intelligo Odyſſ. σ, circa principiū, — ἡσυχίη δ' αὖ ἐμοὶ καὶ μᾶλλον ἔτ' εἴη Ἄυπνον. Iſocr. in or. De pace, ἡσυχίαν & πολεμοφαμισταίων (ſicut alibi ἡσυχίαν & ἀγῶνας) inter ſe opponit. Conueniūt autem ἡσυχία & πολυπραγμοσύνη, cum ἡσύχιος καὶ ἀσφαλίμαιος, quod ex Demoſthene protuli: item ἀγῶνες oppoſiti πολυπραγμοσύνῃ conueniunt cum eo quod ibidem legitur, βίος ἀγώνων μεστὸς oppoſitus τῇ ἡσυχίᾳ. Sed & quod ἀσφαλῆ etiam καὶ ἀκίνδυνον contrarium facit ibi Demoſthenes τῇ ἡσυχίᾳ, id cum his eiuſdem Iſocratis quadrat, in Archid. ἡσυχίας ὅτῳ θυμοῦμεθα καὶ περὶ ἀσφαλείας βουλευόμεθα. Thucyd. 3, ἐν τῇ ἡσυχίᾳ & ἐν τῷ πολέμῳ inter ſe opponit. Iungitur & aliis præpoſ. vt ἐφ' ἡσυχίας, Ariſtoph. pro Quietè. Et pro eodem, κατ' ἡσυχίαν apud Luc. κατ' ἡσυχίαν διατελοῦντα. Cum vtraque præpoſ. exponitur etiam Placidè. Sed apud Thuc. κατ' ἡσυχίαν verto etiam Per otium, vt docebo paulo póſt. Sæpe iungitur cum verbo ἄγειν, in ea ipſa ſignif. quam dixi ἡσυχάζειν habere paſſim apud hiſtoricos præſertim. Bud. apud Demoſthenem ἡσυχίαν ἔχειν interpr. Quieuerunt, addens eſſe pro Nihil attentarunt: & ei opponi ὀπτᾶν. Iſocr. dixit etiam πολλὴν ἡσυχίαν ἔχειν, in or. De pace. Dicitur verò & δι' ἡσυχίας ἔχειν pro In quiete continere, vt Bud. apud Thuc. vertit. At ἡσυχίαν ἄγειν, idem eſt quod ἡσυχίαν ἔχειν. Thuc. lib. 2, ἡσυχίαν ἄγετε, νομίζομεν τὸ ὑμέτερον. Exponitur & Feriari, Otiari. Dicitur etiā ἡσυχίαν ἄγειν τοῦ τινος, pro Nullas de aliqua re turbas mouere ſeu excitare. Iſocr. in Helenco mio, τοῦ μὲν περὶ ἄλλων ἡσυχίαν ἄγειν, ὑπὲρ δὲ τούτων τοσοῦτον σιωπᾶν πόλεμον. Credo autem ἡσυχίαν ἄγειν τοῦ τινος, poſſe alicubi reddi etiam, Patiēter aliquid ferre. Sed & cum genitiuo, ἡσυχίαν ἄγειν τῆς φλαυρίας τινὸς ποιεῖν ἢ λέγειν, pro Superſedere, &c. vel Abſtinere. Cicero itidem Quieſcere pro Superſedere dixit. Iungitur autem ἡσυχία aliis quoque verbis cum præpoſ. vt διαπείθειν ἐν ἡσυχίᾳ, & μένειν ὅτι ἡσυχίᾳ, de quibus mox dicam.

Ἡσυχία, peculiariter Quies quam pax affert: vnde & pro pace ſeu induciis accipitur. atque ita verti poteſt apud Thucydidem. vbi ἐν τῷ πολέμῳ & ἐν τῇ ἡσυχίᾳ opponit. Apud eundem rurſus pro pace ſeu pro induciis, pag. 177: vbi ſchol. exponit ἀπραξία πολέμου. Sumiturque ita frequenter in hiſce loquendi generibus, ἡσυχίαν ἄγειν & ἡσυχίαν ἔχειν, de quibus modò dictum fuit.

Ἡσυχία, Quies, in ſignificatione ſomni. Herodian. 1, ἡσυχίαν δὲ παρεκβάζειν ἐπιπλ. Alibi autem hac in ſignificatione legere me non memini.

Ἡσυχία, Otium. vnde κατ' ἡσυχίαν pro Per otium, apud Xenophontem Hell. 6, vbi etiam opponit ei διὰ πολέμου. Sic autem vſurpauit ante eum Thucydides non ſemel. habes enim cum alibi, tum pag. 206, & 159, & 196. Sic ἐν ἡσυχίᾳ διαπείθειν & μένειν ὅτι ἡσυχίᾳ apud Herodianū

vertit Polit. Otium agitare, & Otium agere, quam significationem habet etiam ἡσυχίαν ἄγειν, quod & ad verbum ei respondet.

Ἡσυχία, Silentium. vt πυθαγορικὴ ἡσυχία Πυθαγορείων, Laertio 408. Sic autē apud Luc. de eodem silentio Pythagorico dicitur, ἡσυχίᾳ μακρῇ καὶ ἀφωνίᾳ, καὶ πέντε ὅλων ἐτῶν λαλίαν μαθόν. At Plutarchus ἡσυχίαν & σιωπὴν copulauit in Coriolano, καὶ παρέχων αὐτῷ σιωπὴν καὶ ἡσυχίαν ὁ δῆμος. Itidem Plato in Apologia post σιγὴν subiunxit καὶ ἡσυχίαν ἄγειν.

Ἡσυχία, Solitudo, vt Cicero interpret. apud Xenophontem.

ΗΧΟΣ, ου, ὁ, Sonus, Sonitus. Plut. De loquac. ὥσπερ ἀγγεῖα, κενὴ φωνὴν ἦχον δὲ μετὰ, σαθρὰν. Herodian. lib. 6. κἄν τι πόρρωθεν ἀχλυρὸν φαίνηται, βοῆς τινὸς ἦχος πολλῆς ἐκκαλούμενος, Sonitus ex clamore magnæ multitudinis exauditur. Idem libro 5. ὑπὸ παντοδαπῶν ἤχων ὀργάνων, ad variorum organorum sonos. Demetr. Phaler. τῶν γραμμάτων ποῖον ὁ ἦχος. apud eundem ἦχος αὐλοῦ, κιθάρας. τύπος γλώττης. Luc. Nigr. τῆς φωνῆς ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς ἐνδιαμένει. Dioscor. lib. 1 cap. 39, de oleo amygdalino, ἅμα δὲ πρὸς παραλαλιάς καὶ ἄτων πόνους καὶ ἤχους καὶ συρίγμους. De quo Plin. lib. 23 cap. 4, Prodest & auribus, vermiculosque in his enecat, & grauitatem auditus discutit, sonos incertos & tinnitus: obiter capitis dolores & oculorum. Et ἦχου ὁ φόρος strepitus qui ex ipso sonitu existit, seu resonantia.

C. Ηχόπους, υ, ὁ καὶ ἡ, Sonipes, Pedibus sonum edens. Eustathius.

C. Δύσηχος, υ, ὁ καὶ ἡ, Dissonus, Malè sonans. Hermog.

C. Ἔνηχος, υ, ὁ καὶ ἡ, In quo sonus est, Sonans, Sonorus. vt ἔνηχα ὄργανα καὶ ἐγχορδα, Organa quæ sonant, non tenduntur, Organa sonora, non tensilia. τὰ μὲν γὰρ ἔγχορδα, τὰ δὲ ἔνηχα καταπλήττεται. Sonabile sistrum eo sensu dicit Ouidius. Item Sonans in: idem quod ἠχώλος. Greg. ἡ μεγάλη φωνὴ καὶ ταῖς ἐμαῖς ὠσὶν ἔνηχος, Quæ meæ aures per sonat. Idem Postumiano, μέμνημαι τῶν σῶν λόγων, καὶ τὸ σῶμα ἐν ἔνηχον ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς. Ἔνηχος (inquit B.) Peritus, in Eccles. nisi sit erratum.

C. Εὔηχος, υ, ὁ καὶ ἡ. Bene sonans, Sonorus, Canorus. Dioscorides lib. 2 cap. 28, ὠφελείας ἧς καθαίρει καὶ εὐήχους ἀπεργάζεται (vbi tamen mendosè legi videtur ἀνήχους pro ἀνηχοῦς) De quo Plinius, Vocem siluri recentes salsique in cibo adiuuant. Idem etiam significat quod εὔφωνος, id est Bonam vocem habens. Athenæus lib. 3, καὶ τραγωδὸν φασὶ γίνεσθαι. ἢ ὑποκριτὴν, καὶ εὔηχον, οἱονεὶ δάκνα ἐστὶν εὔηχον μουσικόν. Et paulo ante, ἀφώνους φασὶ γίνεσθαι τοὺς μὴ εὔηχον ἔχοντας. Plinius quoq; ficus voci contrarias esse testatur.

C. Ὀξύηχος, υ, ὁ ἡ, Acutum sonum edens, Argutùm sonans. Alex. Aphrod.

Ηχώδης, ες, ὁ ἡ, Sonorus, Sonans, Demetr. Phaler. de numero heroo, ὁμαλὴν ἡρῴου, σεμνὸς καὶ οὐ λογικὸς, ἀλλ' ἠχώδης.

¶ Ηχώ, οῦς, ἡ, Sonus. Idem quod ἦχος. Iliad. π, ὡσεὶ ἀλλήλοις ἔδαλον τετανύσαις ὀϊστοὺς Ηχῇ θιασσομένῃ πάταγος δὲ τις ἀγινωτέων. Plato, ὑφ' αὑτοῦ φερόμενος αὐτὸ φθόγγῳ καὶ ἠχοῖς, Mouetur ipsa per se sine voce & sine vllo sono, vt Cicero p. 24 mei l. Cic. interpr.

C. Αἰζηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Magnum sonum edens. μεγαλόφωνος. sic antiqui quidam apud Homerum Iliad. ρ exposuerunt Αἰζηχὲς μαιμαχῆαι, teste Eustathio. Sic accipi potest & Iliad. ρ, Ὡς μὲν τῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν αἰχμητάων Αἰζηχὲς ὁρμαίνουσιν ἐπιπλήσσειν ἐρεθόμενοι. Et Iliad. α, Αἰζηχὲς δὲ σάκεσφιν ἐπέπληγεν ἐπιόντων. Item, Aridum sonum edens, Aridus: vt Apollonii scholiastes exponit Argon. lib. 2, κεραυνὸς αἰζηχὴς δὲ σημαίνει τὸν αὐαρόν. Alii dictum volunt quasi ἄζηλον (hoc est ξηρὸν καὶ σκληρὸν) ἦχον, pro Aridus atque ideo durus, σκληρός. quo sensu quidam dictum volunt αἰζηχῆ θυμὸν ab Homero, id est ἄπληστον, δυσμάλακτον, animū qui emolliri & flecti non possit, obstinatum & induratum. Eust. Item Continuus, ὁμαλὸς δηλονότι, συνεχὴς, quasi ἀδιαχής. nam & inde quidam factum volunt. Sic Eustathius exponit Il. α, ἰσόμοιρον εἶναι τὸν θυμὸν αἰεὶ Αἰζηχῆ. οἱονεὶ Ἡρακλείτειον θυμόν. Et αἰζηχὲς aduerbialiter, Cotinenter, Sine intermissione. Od. μ, μή σ' ἔτι τοῖον ἐόντα μεθ' ἡμέτερον μέγαρον Αἰζηχὲς φαγέμεν καὶ πιέμεν. Αἰζηχὲς exponitur etiam δεινὸν, μέγα ab Eustathio, ex veterum quorundam sententia. Itē ἰαχητὸν, Hesych. ΕΤ Αἰζαχὴ, θεὸς, ἡ καὶ ἡ, idem quod αἰήχης. Hesych.

C. Ἀπηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Absonus, Sonum malū & ingratum habens. Lucianus, βαρύφωνος γὰρ ἡ φωνὴ καὶ ἀπηχὴς τῷ φθόγγῳ, καὶ ἀπηχὲς ὅμοιον κυνί. quod de Diogene cynico dicitur. Sic quidam αὐάνυμος apud Suidam, μὴ ὀνειδίσητέ μοι ἐπιλαμβανόμενοι τοῦ βαρύφωνον ἢ σκληρὸν ἢ ἀπηχὲς ὑμῖν γεγραμμένον. Capitur etiam pro ἀηδὴς, id est Inutilis, Ingratus, Odiosus. quia quæ sunt absona, sunt auribus ingrata. ἀπηχὴς enim exponit Suidas διάφορον, & ἀηδὴς & ἐχθρόν. & οὐ καὶ τὸν ἦχον ἀπόφατον φαμέν. Sed dixerat proprie esse τὸ σκληρὸν καὶ ψευδές. Hesychius quoque ψευδὴς exponit, id est falsum. Cuius significationis exemplum desidero. Quod autem apud illum ἀπηχὴς exponitur ἀηδὴς, non dubium est quin librarii errore contigerit, qui ει pro η posuerint. itidem verò errauerint in ἀειδεστάτων, quo exponitur ἀπηχεστάτων. Est verò ΕΤ Ἀπήχεια apud eundē Hesychium, expositum δυσφωνίαι, μῖσος. Sed ἄχθεια vocabulum suspectum est. Sed ΕΤ aduerbium ἀπηχὲς vult esse σκληρῶς, ἀπηχθῶς. Sicut & Suidas nomen ἀπηχὲς explicat σκληρόν. Crediderim autem ἀπηχὲς significare σκληρὸν ex eo quòd quæ dissonat, sint auribus dura & insuaua; sed vnde pro ψευδὲς vsurpetur: ne suspicari quidem potui.

C. Βαρυηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Grauisonus, Grauē sonum seu sonitum edens. idem quod βαρύγδουπος & βαρύκτυπος, ΕΤ Βαραχὲς Doricè pro eodem, in Epigr.

C. Γλυκυηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Dulcisonus.

C. Δυσηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Malum & ingratum sonum edens. Il. β, οὐ πολέμοιο δυσηχέος ἐμιμνέτην.

C. Ἐρεμηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Valde sonans. idem quod ἐρίγδουπος & ἐρίκτυπος.

C. Εὐήχης, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Bene sonans, Sonorus. idem quod εὔηχος. Plutarchus De defectu oraculorum, ὄργανόν τι πλῆκτρον καὶ εὐηχές, instrumētū cōstructum & sonorū.

C. Κατηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, vide post Κατηχῶ, licet hoc illo posterius sit.

C. Πολυηχὴς, ἐος ὁ ἡ, Multos sonitus edens. Opp. lib. 3 De venat. Ἔξοχα δὲ συῒ δοῦπον πολυηχέα θηρῶν.

C. Ὑψηχὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Altisonus, sed pro Altum & clarum sonum edens. Il. ι, θοῶν ὑψηχέες ἵπποι, Sonipedes: Quorum incedētium pedes altum sonitum edunt. (quos alibi χαλκόποδας vocat) vel ὑψαύχενες. Eust.

Ηχήεις, εσσα, ὁ, Sonorus, Sonum siue sonitum edens, Sonabilis. Il. α, Οὔρεά τε σκιόεντα θαλασσά τε ἠχήεσσα, Sonorum mare, seu tumultuosum, Sonans pelagus, Virg. Et δώματα ἠχήεντα Od. ρ, Resonabiles ædes, Quæ præ amplitudine sua resonant.

Ηχέω, ῶ, F. ήσω, Sono. Hesiod. Theog. ἠχεῖ δὲ κάρη νιφόεντος ὀλύμπου. Plut. οἱ πίθοι κρουόμενοι ἠχοῦσι, pulsata dolia sonant. Et apud Aristophanem Nebulis quidā dicit Τὸν σεσηπότ' ἠχεῖν ὑπὸ βίας τῆς πνεύματος. Reperitur verò & cum casu, quasi actiuum. Demetr. Phal. ὦ Λιγύπλῳ δὲ καὶ θεοῖς ὑμνοῦσι δεῖ τὰ ἱερὰ φωνήεντα οἰκείως, ὁρᾶν ἠχοῦντας αὐτὰ, Sonum ipsarum referunt vel ædunt, aut etiam Sonant ipsas.

Ηχητὴς, οῦ, ὁ, q. d. Sonator, Qui sonat, Sonans, Sonorus. ἠχητὰς apud Hesych. sunt κάρυκες, κράκται, αὐλοὶ, πίθηκος, ἰδιόφωνος. omnes enim ii sonori siue canori dicuntur.

C. Εὐήχητος, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Bene sonans. Eurip.

Ηχήτης, ου, ὁ, idem quod ἠχητής. Hesiod. Dieb. καὶ ἠχέτα τέττιξ Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυμὸν κατακαχλάζει ἀκάματον θέρεος Πολυὸν ὑπὸ πήματα, Canora cicada, Vocalis siue stridula cicada.

VNDE Ηχητὴς, οῦ, ὁ, Sonorus, Canorus. De ἠχέτα autem τέττιξ vide & in Ἀχέτα paulo post.

C. ΑΝΤηχέω, Contra sono, Ex aduerso sono vel resono. Iulian. ad Iamblich. qui ipsi τῇ μάγῳ τὸ ὀλολυγμὸν ἐμπίπτειν, Καὶ τοῖς μὲν τῆς Διονύσου τὸν θίασον κτύπους εἶναι πρὸς τὰ χορεύειν, αὐτὰ φέρεσθαι. οὕτω καὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ πλήκτρῳ τὸ εἶναι ἀντηχοῦντας, ὥσπερ οἱ τῆς χορείας τοῖς τὸ αἰσχύλημα τῷ ῥυθμῷ συμμιμούμενοι, i. vt qui Libero thiasum pulsanti ad choreā, dissoluti feruntur: sic & nos tibi tuóq; plectro succētino respōdeam⁹ cōsentaneo. B. Sūt verò & loci qdā ἀντηχοῦντες, i. resonātes. Vitruu. l. 5, c. 8, postquā monuit animaduer-

tēdum esse vti sit electus locus in quo leniter applicet se vox, neque repulsa resiliens incertas auribus referat significationes, Sunt enim (inquit) nonnulli loci naturaliter impedientes vocis motus: vti dissonantes, qui Græcè dicuntur κατηχοῦντα: circumsonantes, qui apud eos nominantur ἀμφηχοῦντα: item resonantes, qui dicuntur ἀντηχοῦντα: consonantésque, quos appellant συνηχοῦντα. Dissonantes sunt in quibus vox prima quū est elata in altitudinem, offensa superioribus solidis corporibus, repulsáque resiliēs in imum, opprimit insequentis vocis elationem. Circumsonātes autē sunt, in quibus circumuagando coacta vox, se soluēs in medio, sine extremis casibus sonans, ibi extinguitur incerta verborum significatione. Resonantes verò, in quibus quū in solido tactu percussa resiliat, imagines exprimendo, nouissimos casus duplices faciunt auditu. Item consonantes sunt, in quibus ab imis auxiliata cū incremento scandens, ingreditur ad aures discreta verborum claritate. Hæc ille.

C. ΑΠΗΧΩ, χῶ, F. χήσω, Dissono, Absono, ἀπᾴδω. Item ἀπηχεῖν dicimur quum ad soni finem tēdimus. Itidē ἀπηχοῦσα φωνή, Vox desinens, Vox extremos sonos seu extremum sonum edens. Gaza autē putauit ἀπηχεῖν significare Vocem in sonū adstringere tenuiorē: in hoc loco Aristot. Probl. sect. 10, οἱ γεωμετρικοὶ μιμούμενοι τοὺς σφόδρα πόρρω ὄντας καὶ βοῶντας, ἐξυφθήσεται, καὶ ὅμοιον τοῖς ἀπηχοῦσι. καὶ τῆς ἠχοῦς ὀξύτερος φαίνεται ὁ ψόφος. In vsu est & pass. Ἀπηχέομαι, οῦμαι, vnde ἀπηχούμενη φωνὴ apud Aretham in Apocalypsin Resonans vox. vbi scribit φωνὴν λίαν πολύμαπτον, ἀλλ' οὐκ αἰσθητὴν καὶ τὴν αἰεὶ διηχοῦσαν ἀπηχουμένην. Suidas ἀπηχούμενον est ἀποβλητὸν, ξένον τῷ κῦ πάντων ἤχῳ.

Ἀπήχημα, ατος, τὸ, Dissonantia, vel Quod dissonat. Item Soni seu vocis velut desinentia. Tribuitur & instrumentis mulicis. vt ἔστι δὲ θρεττανικὸν τῆς λύρας τὸ ἀπήχημα. Exponitur etiam Resonantia. Budæus ἔχειν ἀπήχημα significatione propria vult esse extremum vel soni vel vocis pulsum: & quò longissimè tenor soni permeare potest, illic esse ἀπήχημα velut extremam resonantiam. Vnde metaphoricè sumi ait apud Dion. Areop. ἔχειν ἀπήχημα pro vltima cōditione: & apud Basil. ac Greg. pro vestigio & reliquiis. Idem in hoc Basilii loco, πφύκασί πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῆς μεθημερινῆς φροντίδων, vertit, ἀπηχήματα τῆς μεθημερινῶν φροντίδων, imagines quasdā referētes diurnas curas. Vide plura apud eum in Comm. [Medicis autem est ἀπήχημα, A contraria ictus parte facta caluæ fractura seu hiatus, vt annotarūt quidam ex Marcello in librum quartum Dioscor.

Ἀπηχὼς, οῦς, ἡ, Idem quod ἀπήχημα, Dissonantia. Itē Soni desinentia. Item Resonantia. In quibusdam scholiis dicitur esse ἀνήχης, & ἀνηχεσφωνία, & ἀνεφώνησις.

C. Διηχέω, Personо. Vnde διηχοῦσα, Personans. ΑΥΤ Διηχή, ῆς, ἡ, vocatur, facultas illa qua ceu vehiculo sonitus ad auditum transmittitur, ἡ τῷ ἤχῳ διαπερῶσα πνευματικὴ δύναμις, ἣ δηλοῖ τὴν μυίσγουσαν & τὸ ἔνδοθεν πάθημα ἐνεργοῦσα, vt Suidas exponit. Est autem vocabulum vsitatum apud Aristotelis enarratores. ΕΥΤ Διηχητικῶς, quod vide in Ἀπηχέω.

C. ΕΝηχῶ, Insono. Greg. ἐνηχοῦσι ἀκούσατε ὑμῶν φωνῆς ἐμοὶ μὲν καὶ λίαν σφόδρα ἐνηχούσης τοῖς μέλεσι καὶ μιγνυμένης τῷ θεσπεσίῳ, Meas aures personantis, vel, Qua aures meæ personant. Idem De baptismo, οἱ κῆρυξ, κἂν κωφὸς ᾖ, κἂν ἄλαλος, ὁ λόγος ἐνηχεῖται τοῖς μᾶλλον δὲ κατοχὴν ἐνηχήσασα. μὴ κλείσῃς τὰ ὦτα φεύγων ἀκοὴν ἀκοὴ γὰρ καὶ νοῦν σώζει, personet aures tuas. Accipitur etiam actiuè pro Inculco auribus, Doceo. Bud. ex Chrysostomo: 1 Cor. 12, καὶ γὰρ ὑμῖν ἔφην καθ' ἑκάστην ἐνηχοῦμαι τὴν ἡμέραν. Et ἐνηχοῦμαι, Doceor. Chrysost. 2 ad Cor.

C. ΕΞηχέω, Per sonum effero, Enuntio. Greg. de Apostolis spiritu sancto afflatis die Pentecostes, πᾶσιν τοῖς ἑαυτῶν ἑρμηνεύουσιν, οἷς ἔφθη εἰπεῖν, μίαν μὲν ἐξηχοῦσα φωνὴν, πολλαῖς δὲ εἰσαῦθις ἐπιπνέουσα πνευμάτων τὸν αἶρον. Sic Arethas in Apocalypsin cap. 11, ἡ τῶ ἑβδόμου ἀγγέλου σάλπιγξ πᾶσιν ἐξηχεῖ φωναῖς μεγάλαις ἐν οὐρανῷ ἐξηχούμεναις, In cælo personantes, Quarum sonus per totum cælum exaudiebatur.

C. ΕΠηχέω, Assono: vt Ouidius dicit, —plangentibus assonat echo. Itē Insono. Luc. Ioue trag. ἐγὼ πᾶσιν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπηχῶ, ὡς δαιμόνων οὐδενὸς αἴσιον φθέγξεται. Ex eodem in vulgatis lexicis citatur ἐπήχει τῇ βλασφημίᾳ, exponiturque Opprime clamore blasphemias.

c. 2. Ἀντηχέω, Obstrepo, Obturbo. Lucianus, ἀντηχοῦσιν οὗτοι διακρούσεις, Hi suo eiulatu obstrepunt, B. Vulgò exponitur, In vocem vicissim prorumpunt.

c. 2. Συνηχέω, Vno sonitu seu vna voce acclamo vel accino. Vel (vt Budæus interpretatur) Consona voce accino & præeunti, quū chorus τῷ ἐξάρχοντι respōdet vniuersa voce. Aristoteles De mundo, καθάπερ ὁ χορὸς τῷ ῥυθμοῦ καταρξαντος, συνηχεῖ πᾶς ὁ χορὸς αἰδήσει τινὶ καὶ γυναικῶν, consona voce totus chorus auspicanti præsuli accinit, seu admurmurat. Xenophon Pæd. 3, ἐπῆρχεν ὁ Διοσκούροις παιᾶνα τὸν νομιζόμενον· οἱ δὲ ἱππῆς σύμπαντες συνηχήσαντες μεγάλα τῇ φωνῇ. Et Pæd. 7, ἐξῆρχε παιᾶνα, συνηχησαν δὲ πάντες οἱ στρατιῶται. B. interpr. Admurmuro, Applaudo apud Themist. 119, in post. pag. Plut. De aud. οἱ ἐπαινοῦντες βίᾳ δὲ αἰδοῖ καὶ συνηχοῦσι.

C. ΚΑΤηχέω, ῶ, Sono, vnde κατηχοῦσης πόλεως, de quo lege in Ἀπηχέω. HINC Κατήχημα, Sonitus, in vulgatis lexicis, ex Budæo. AT Κατηχὴς quod ibidem exponitur Resonans, malim reddere Sonorus, aut Streperus. Habetur autem apud Theocritum circa initium Idyllii 1, sed mutato Doricè η in α, — ἢ τὸ κατηχὲς Τᾶν ἀπὸ τᾶς πίτυος καταλείβεται ὑψόθι ὕδωρ. vbi tamen exponitur etiā κατωτικὲς, & κατηχούμενον. secundum quas expolitiones aliam originem haberet. sed non video quomodo κατηχὲς ita possit exponi, præsertim quum etiam corripiendum esset α secunda syllaba, contra versus legem, aut certè licentia alioqui rara vtendum. Hoc tamen fateor, κατηχὴς pro Sonorus, præcedere debuisse verbum κατηχῶ, non sequi. sed illuc huc remisi vt vnà de nomine ac verbo tractare commodius possem.

Κατηχῶ σι τῶπο, Insono tibi hoc, Insono tuis auribus. (scimus enim præpositionem κῦ prafixam in compositione, ex verbis neutris sæpe actiua, seu ἐξ ἀμαθῶν μαθητὰς facere) sed κατηχῶ peculiariter dicitur is qui rem quampiam insonat eius auribus quem docere vult. adeo vt κατηχῶ perinde sit acsi dicas, Viua voce doceo seu erudio. Sic autem verbum Insono cum accusatiuo legisse mihi videor, ac certè rationi consentaneum atque adeo analogiæ significationis quam habent aliquot alia huiusmodi composita, iudicatum iri hunc verbi Insono vsum existimo: si Insono hoc auribus ita accipiamus ac si disiuncta præpositā verbo, diceretur Sono hoc in auribus. Vtut sit, docendi saltem gratia ita mihi licere loqui arbitror. Ad exempla illius significationis venio. Luc. ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπλοϊκῶτατον πρὸς ἅπαντα ταπεινὸν ταῖσδε, καὶ ἐπὶ κατηχεῖν ὅσα πιθανώτατα, ψυχαγωγεῖν αὐτὸν διδάσκων. Paulo pòst διδάσκειν pro eodem dixit. Et in passiua voce, apud eundem, ἀστεῖόν γε μὴν διὰ τῆς φλαύρου, ἀλλὰ κατηχούμενος πίθου παρ' ἡμῖν. At in vulgatis lexicis affertur ex eodem Luciano cum datiuo μύθοις, pro Personant fabulis, seu Fabulis initiant. quo in loco (si mendo caret) subaudiendus videtur accusatiuus personæ. Sed malè in illis exponitur κατηχοῦσι μύθοις, Fabulis personant seu Fabulis initiāt lectorem, quum potius Personare sit κατηχεῖσθαι: vt κατηχοῦμαι ταῦτα redatur, Aures meæ his vocibus personant. Suidas κατηχῶ pro φορτίζομαι vel παραινῶ iungi accusatiuo tradit: proferens tamen locū in quo nullus additur accusatiuus: hunc videlicet ex Pisside, κρατῶν ὁ μάχης καὶ κατηχῶν ὁ μάχης. Iungitur certè accusatiuo rei ipsæ etiam vox passiua κατηχοῦμαι, sicut Latinè Doceri, seu Edoceri. atque ita vsus est Lucas Act. apost. cap. 18, ὃν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, id est, Edoctus viam Domini. Alii, Initiatus. de qua significatione postea dicam. Idem Lucas alibi cum ἀκοὴ iungit, vt in præfatione sui Euangelii, ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. sed hic κατηχήθης redditur Quas audisone accepisti. Apud eundem Act. cap. 21, versu 21, κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ ὅτι ἀποστασίαν διδάσκεις ἀπὸ Μωσέως, &c. vbi à vetere etiam interprete vertitur Audierunt de te.

Κατηχῶ peculiari signif. dictum fuit pro Doceo prima artis seu scientiæ alicuius rudimēta, seu elementa.

præceptis alicuius scientiæ velut initiare. Sed peculiarius etiã pro Doceo prima rudimenta religionis Christianæ. Itidémque Κατηχοῦμαι, pro Discо prima rud. &c. Paulus 1 ad Cor. cap. 14, v. 19, ἵνα καὶ ἄλλους κατηχήσω. Ad Gal. cap. 6, v. 6, κοινωνείτω δὲ ὁ κατηχούμενος τὸν λόγον τοῦ κατηχοῦντος, ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. vbi tamen generalius etiam pro eo qui instituit, & eo qui instituitur accipi potest. Sic autem & in illo epist. ad Cor. loco κατηχέσω redditur Instituã, & à vet. interpr. Instruam. Licet alioqui (vt Beza annotat) videri possit maluisse dicere κατηχέσω quàm εἰκοδομήσω, vt ostenderet (factum Corinthiorum deprimendo) se ad infimum etiam quiduis comparatũ esse, nimirum ad rudes & imperitos primis religionis elementis imbuendos. Porro vt verbũ κατηχεῖν generaliter pro Docere, vsitatum fuisse profanis scriptoribus, ex iis quos protuli locis apparet: sic & peculiariter pro Docere prima rudimenta, in vsu fuisse apparebit ex loco quem ex Porphyrio proferam in Κατήχησις. Vnde miror fuisse qui κατηχεῖν profanos scriptores ignorauisse, affirmare ausi sint. Ego certè in multo pluribus locis illorum legere me memini: hoc tamen fateor, apud antiquissimos non legisse, quod sciam.

c.2. Προκατηχέω, ῶ, q.d. Prius insono, &c. sequendo analogiam signif. quæ data fuit verbo κατηχῶ. Et pass. apud Phalarin epist. ad Abaridem, εἰ μὲ οὖν ὡς προκατήχησαι περὶ ἐμαῦ διαβολαῖς. Si iam antè personuerunt aures tuæ calumniis quæ in me congeruntur.

Κατήχησις, εως, ἡ, Institutio, & quidem peculiariter ea qua prima scientiæ alicuius rudimẽta traduntur. Porphyr. in principio Quæst. Homer. ἡμεῖς δὲ ὡς τῆς παιδικῆς κατηχήσεως παρεισοῦμεν μᾶλλον ἐν τοῖς πλείοσιν ἢ νεοῦμεν. Ex quo loco colligimus κατηχεῖν itidem generaliter dictum fuisse de eo qui prima scientiæ alicuius elemẽta traderet.

ET Κατηχητής, Qui prima elementa tradit, Qui initiat,

ET Κατηχητοί in v.l. ex Dion. Areop. Qui initiantur.

Κατηχίζω idem quod κατηχῶ, ac præsertim in posteriore signif. Hesych. autem κατηχίζειν exponit non solùm κατηχεῖν sed etiam ὑπηχεῖν. HINC Κατηχιστής, idem quod Κατηχητής. ET Κατηχιστικός, Ad institutionem illa pertinens qua prima rudimenta traduntur. Quidam (vno verbo, sed non Latino) Instructiuus.

C. ΠΑΡΗΧΩ, Sono retero, Sono attimilis sum. Aristoph. schol. declarans in Pluto quid sit σφοδρὸν κτύπον σφάττω, videlicet κόπτειν τοὺς θύοντας τῷ τυφλῷ, addit, παρήχησαι δὲ ὁ κόπτων τῷ κόπτῳ, δι' οὗ δηλοῦται μεγάλη ὀργή, sono refert vocabulum κόπτω. VNDE Παρήχημα, ατος, τὸ, ET Παρήχησις, εως, ἡ, Adnominatio. vt B. exponit. Hermogeni παρήχησις est χῆμα λόγου ὅταν δύο ἢ τρεῖς ἢ πλείονες λέξεις ἢ ὀνόματα ἔστωσιν ὅμοιοι τὸν ἦχον τοῦτο, δηλοῦν δὲ ἕτερον ἢ τὸν δηλωσιν ἔχοντα: vt παίζει τὸν Γαδιάν. Sic quida apud Suidam, αἱ πλαναι Πλάτωνος πλάσεως ὀνόματα. Sic apud Homerũ, Σαμίη μία ναῦς. Item Εὐπείθει πειθοῖτο. Itẽ de Bellerophõte, κῆδος τὸ Λύκιον οἷος ἀλᾶτο, πᾶσαν αἰθοώσσων ἀμφίπολον.

C. ΠΕΡΙΗΧΩ, ῶ, Circumsono. περιαλαλῶ Greg. φωνὴν ἀκούσας τῆς ἀγγελικῆς ἀξίαν καὶ πάντα περιηχοῦσα τὰ πέριξ τόπα. Basil. καὶ περιηχοῦσι τὰς ἀκοὰς τῶν πολλῶν, Vulgi aures circumsonant: vt Liuius dicit, Clamor hostes circumsonat. Et Cicero, Arbitror talibus aures tuas vocibus vndiq; circumsonare. Et περιηχοῦντες τόποι apud architectos, Loci circumsonãtes. de quibus in Ἀντηχέω. Et in pass. apud Luc. πάντας περιηχουμένη τῷ πνεύματι, quam vẽti circumsonant, vel Quæ vẽtis vndiq; circũsonat. Greg. μηδὲ σύριγγα λέγειν ἢ κρότῳ περιηχούσας [σκιάς,] Symphoniæ cantu circusonẽt, vt Liu. dicit, Locũ qui circũsonet vlulatib⁹ cãtũq; symphoniæ, & cymbalorũ & tympanorũ pulsu. Alter Greg. De hom. τὸ δὲ τῇ μουσικῇ ὁρίζων ᾠδῇς ἅπαντα χῷ περιηχεῖν τῶν ὅσων τὰ πρόσφατα καὶ σύσσιτον. Et περιηχοῦμεν in Canone 35 Concil. Chalced. Hoc rumore aures nostræ vndiq; circumsonuere, id est Audiuimus.

C. ΣΥΝΗΧΩ, ῶ, Consono. Philo De vita M. lib. 1, ἐκπέζων τὰ κατὰ μέρος εἰς ὄργανον μουσικὸν συμφωνίαν, quum vtrunque velut in musico instrumento concinentem exigeret. Eodem libro, ἵνα θρῆνον [σκιᾶς] ἀπὸ σφάττων ὅτι πρέπει συνηχῶσι τῇ πάσῃ τῆς χορδῆς, vt vno ictu tota regio personaret. Et συνηχοῦντες τόποι apud architectos Consonantes loci. de quibus vide in Ἀντηχέω.

A C. ΥΠΕΡΗΧΩ, Supra modum resono. Item actiuè, Sono plenior vinco. B. ex Basil. 521.

C. ΥΠΗΧΩ, Resono, Sono. Hesiod. ὑπὸ δ' ἤχεε γαῖα μακρά. Athen. lib. 6, ex Pherecr. comico, εἶλον ὀρφανὰ τὰ στόμα, ὥς-τε δὴ κώμῳ ὑπηχεῖν Σηγασεῦσιν τὰς μύλας, vt molarũ quas circumagebat sonitu vicus resonaret. Plut. De discern. am. & adul. κἂν ὑπερπροῴμιος κρούσῃς σαυτὸν ἐκ πρὸς σοφίαν ὑπηχεῖ καὶ ἀσημίαν. Ité Succino. Philo De vita M. ἐμοῦ τὰ λευκὰ ὑπηχούσης αὐτῇ τὰς σὰς διανοίας, me, quod dicto opus est, sine tua mẽte succinẽte. B. ὑπηχεῖν interpr. Succinere, Respondere τῷ καταίρειν, apud Bas. 563. Quo significatu συνηχεῖν accipi supra annotatum est. Bas. ἔπειτα ἐνὶ ὀπισθίῳ ἅπαντες κατάχλαν τὸ μέλος, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι.

Ἠχεῖον, ου, τὸ, Sonale vel sonaculũ, si dici possiet: Vas seu machina qua sonus editur. Plu. in Crasso p. 183, de Parthis, ῥόπαλα βυρσοπαχῆ καὶ κοῖλα θέατρα ἠχεῖα καὶ πολλαχοῦ ὑποδοῦσιν. τὰ δὲ φθόγγεται βυσσόν τι καὶ ἄγριον ὠρυγῇ θηριώδει καὶ πρόσφατα βροτῶν μεμυκότων, cymbala aerea. de quibus aliquanto post dicit, ᾗ πολλὰ τὰ τυμπανίσματα αὖθις ἀθεσμοκοπῶν τοῖς Ῥωμαίοις. Theocr. schol. in Idyll. 2, declarãs illud, — τὸ χαλκεῖον ὡς πάχες ἄχει, annotánsq; aeris sonũ conuenire & mederi iis qui numine afflati sunt, ex Apollodoro refert, Athenis τὸν ἱεροφαίτην Κόρης ὑπὸ καλυμβίης ὑποκρούειν τὸ καλύμβιον ἠχεῖον. vbi in vet. cod. legitur etiã χαλκεῖον. vt ἠχεῖα & χαλκεῖα idẽ ferè sint, hoc est fabricata vasa sonitu, seu vasa ærea ita fabricata, vt quũ tãguntur, sonitũ facere possint, vt Vitruuius loquitur lib. 5, cap. 5, de vasis theatri. Vbi & hæc addit, In ea tredecim cellæ duodecim a qualib⁹ interuallis distãtes cõfornicẽtur, vti ea ἠχεῖα quæ suprascripta sunt, ad neten hyperbolæon sonantia, in cellis quæ sunt in cornibus extremis, vtraq; parte prima collocẽtur. Et paulo pòst, Ita hac ratione vox ab scena vti ab centro profusa se circumagens, tactúque feriẽs singulorũ vasorũ caua, excitauerit auctã claritatẽ & cõcentu conuenientẽ sibi consonãtiã. At l. 1 aliter hoc vocabulo vsum videmus, videlicet præ ipso sono seu sonituũ discrimine, nõ pro sonituũ instrumento. In theatris (inquit cap. 1) vasa aerea quæ in cellis sub gradib⁹ mathematica ratione collocantur, & sonituũ discrimina, quæ Græci ἠχεῖα vocãt, ad symphonias musicas siue cõcentus cõponuntur, diuisa in circinatione diatessarõ & diapẽte & diapason, vti vox scenici sonitus conueniens in dispositionibus, tactu quum offenderit, aucta, cum incremento, clarior & suauior ad spectatorum perueniat aures.

Ἠχώ, οῦς, ἡ, Echo, Sonus reciprocus, Vox repercussa. quæ ab imitatione vocis humanæ, imago etiam dicitur à Valer. Flacc. Respõsat syluæ, & vaga certat imago. αὐτομιμούμενος ταῖς φωναῖς ἦχος, siue πάντη κατ' αἰσθανόμενος αἰσθάνεσθαι τὴν ἠχώ: vel (vt alii definiunt) μακρὰ φωνὴ αἰκλωμένη ὅτε στερεὰ καὶ αἰσθητόν, ὅτι τὴν εὐθεῖαν πάλιν αἰσθοῦσα. Plin. l. 36 c. 15, Turres septem acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant, nomenq; huic miraculo echo est à Græcis datũ. Fabulas de echo narrat Alexand. Aphrod. Problematũ. lib. 1, quæst. 154. Sed & cauas ripes aut valles argutas Græci ἠχοὺς vocãt, vt docet Colum. l. 9, cap. 5. Ἠχὼ simpliciter pro sono accipi videtur apud Syn. ep. 113, ἐμοὶ δοκεῖ μου τὴν αἴσθησιν ἡ σὴ μανία σου τῆς σοφῆς λόγου ἠχώ. Accipitur etiã pro loquendi more apud Philostr. ep. 12, p. 192, πολλά τε καὶ ἅττα ἐκείνου ἐς Πρωταγόρου ἠχὼ φθέγγεται. B.

¶ Ἀχέω ῶ, Dorice pro ἠχέω. vt ἡ τέττιξ ἀχεῖ, cicada stridet. Et actiuè apud Theocr. Id. 8, τὸ χαλκεῖον ὡς πάχες ἄχει, pro κρούει, pulsa, sonare fac. VNDE Ἀχέτης, idẽ quod ἠχέτης. Æsch. Prom. ἐτοξεῦ δόναξ ἀχέτας, argutus calamus seu canorus. Ἀχέται dicũtur etiã cicadæ canoræ. Arist. Hist. an. l. 5, c. 30, τῶν δὲ τεττίγων ἥδιον μὲν ᾄδει δύο εἴ μὲ μικροὶ, οἱ πρὸς τοῖς φοίνιξι· ἐς πλυτταὶ οἱ λεπτόλιμνοι. οἱ δὲ μεγάλοι, εἰ ἄδοντες, ὑγιεινὸν τι γίνεται· δὲ πρότερον λεπτόλιμνοι: & paulo pòst, πολλῶν δὲ ὄντων τοῖς μὲ μεγάλοις ἐς ἄδοντας, ἀχέτας, τοῖς δὲ μικροῖς, τεττιγόμητα. Vnde Plin. l. 11, c. 7, Cicadarũ duo genera: minores, quæ primò proueniunt & nouissimæ pereũt. Et paulo pòst, Quæ canunt, vocantur achetæ. & quæ minores ex eis sunt, tettigonia. sed illæ magis canoræ. Aristoph. Pace, ἡνίκ' αὐλὸς ἀχέτας ἅδῃ τὸν ἁδὺν τόμον. ET Πολυάχητος, ου, ὁ ἢ ἡ, idem quod πολυαχής. Eurip. πολυάχητος πῶμος.



Θῆπα Θθ

ΘΑΑΣΣΩ, Sedeo.Hom.Il.ι,v.194, — τοφὼν δ' αὐτοῦ ἀπόρουσεν Ἀχιλλεὺς Λίντῳ σὺν φόρμιγγι, πάτην ἔδος ἔνθα θάασσεν, id est, Achilles autem admiratione perculsus prosiliit, ipsa cum cithara, relicto sedili in quo sedebat.(malè enim quidam hic interpr. Relicto pauimento in quo sedebat)Vel,Relicta cathedra in qua sedebat. vt quemadmodum in Græco sermone, ita & in Latino, nomen & verbum diuersæ sint originis: quum non sit θάασσεν ἔνθα θάασσεν, sed ἕδος ἔνθα θάασσεν. Sed an satis decenter tribui possit Achilli cathedra, aliis considerandum relinquo. Vtitur Homerus & alibi eodem hemistichio, sed pro ἕδος ponens θρόνον: vt Il.ο, de Minerua, Ὣρτο δ' ἐπ' αἰθέρα δῦσα, λίπε δὲ θρόνον ἔνθα θάασσεν. At Od.γ dixit, Ἡσθ' ἐν δαπὶ θαασάμενος. Quod autem ad huius verbi deriuationem attinet, sciendum est Eustathium, postquam scripsit θάασσεν esse ἐκάθητο: & fieri θάκος ex illo, sicut δῶκος à δῶ: addere, θοάζει enim(vt aiunt) est πρίχει, μαίνεται, σπεύδει: at θάασσεν, est ἐκάθητο: & θακεῖ, κάθηται. & θάκος, δίφρος, καθέδρα πτλ. Etym.quoq; tradit ex δῶ deriuari θοάζω pro quo dici θαάσσω, mutato ο in α, & ζ in σσ. Sed quomodo aut Eustathio, aut potius Etymol. subscribemus, deducenti θαάσσω à θοάζω, quum ab hac signif. aliena sint βρίχει, μαίνεται, σπεύδει quibus, θοάζει exponit Eustath. At ego significationem omnium huic loco aptissimam ab Eustathio omissam esse respondeo.nam θοάζειν inter alia esse καθῆσθαι, non ex Hesychio solum & Suida, verumetiam ex Plutarcho discimus in lib. De aud.poem. vbi VERBVM Θοάζειν ait significare vel κινεῖσθαι, vt in hoc Euripidis versu, Κἄπτε θοάζουσ' ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός: vel καθίζεσθαι, & θαάσσειν, vt in hoc Sophoclis loco, Τίνας ποθ' ἕδρας παῖδί μοι θοάζειν ἐκπεπλεύκασι κλάδοισιν ἱκτηρίοις; Suidæ θοάζειν per dialysin est, pro θάσσειν, (intelligenti videlicet dialysin in prima syllaba, nimirũ ex θα in θοα) quod planè iis quæ ab Etymologiste traduntur repugnat.si enim verum sit quod ibi Suidas tradit, fiet θοάζειν à θαάσσειν, non hoc ab illo. Ego verò (vt tandem quod sentio proferam) θοάζειν deriuari à θοὸς persuasissimum habeo.cui deriuationi consentaneæ sunt illæ expositiones, πρίχειν, κινεῖσθαι, σπεύδειν, &c. significare autẽ & καθῆσθαι, quum ex illo Sophoclis loco pateat, ab hoc θοάζειν(id est habente hanc significationem)fieri posse θαάσσειν existimo, præsertim quum ζ in σσ dissolui minimè sit nouum. Confirmat autem meam hanc deriuationẽ quod ab eodẽ Suida de θοάζειν additur, videlicet, ὁ θοὺς μετακαθῆσθαι. Ex quibus verbis conicio etiam, posse θοάζειν exponi Celeriter(à θοὺς)in sedile insilire.

Θάκος, ου, ὁ, Sedes, Sedile. Xenoph. Pæd.3, pag.139, ἐν τοῖς τραπεζοποιείοις, οὐ μόνον εὐδιλφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις, καὶ θάκων καὶ ὁδῶν ἕνεκα λόγων ἐστὶν ἀκούειν. Idem in Symp. pag.516, rem eandẽ aliis verbis, sed iisdem nominibus, videlicet θάκων & ὁδῶν, exprimit, ἐπεὶ αἰσχύνομαι δέ μου ἤδη καὶ θάκων, καὶ ὁδῶν ἕνεκα ἀποκνοῦντος. Legitur autem idem nomẽ cum eodem verbo apud Aristoph. in Nub. hoc in versu, Καὶ τὴν θάκων τὴν τραπεζοποιὸν ἐπαναστὰς ἐκκόψαιμι. Sed ibi typogr. editiones habent θακῶν. atque adeo in vulg. lex. habetur etiam θάκος, ους, τό, afferturque ad confirmationem, scholiastæ ipsius locus ex cõm. in hãc comœd. in quo legitur, θάκος τράπεζαν ἔχον ἕδρῶν. (vbi fort. pro exhedra) Sed vt hic ἔχον, sic & ibi θακῶν suspectũ reddũt ii quos ex X. protuli loci, in quibus θάκων non θακῶν habetur. Atq; adeo hanc suspicionem augent hi Athenæi loci: lib.4, τὴν θάκον τὸν τῆς ἐφεδρείσεως. & paulo pòst, τὸν ὁ καὶ ξυνωὶς θάκου. Quinetiam apud Euripidem, pariter & Soph. legimus θάκοισιν. Sed & Suid. habet, θάκοι, θρόνοι, καθέδραι, & Etymol. θάκος, ὁ καὶ δῶκος καλούμενος. Ad accentum autem quod attinet, & θάκος & θᾶκος scribi posse existimo. productum enim habet α in illo Aristoph. loco. Vtranque verò quantitatem cum ratione admittere arbitror hanc syllabam: ac correptionem quidem, esse consentaneam quantitati primæ syllabæ verbi θαάσσω (à quo deducitur:) productionem verò, propter crasin duorum αα in vnum, permitti. Apud Hesychiũ tamen, Etymol. & Eustath. θᾶκος scribitur, sicut θᾶκοι apud Suidam. Θᾶκοι, schol. Eurip. (nam θᾶκοι cum circunflexo apud eum habetur) Locus Thebarum vbi Tiresias sua vaticinia edebat. Versus autem Eurip. est hic in Phœnissis, Θάκοισιν ἐν ἱεροῖσιν, οὓς μαντεύομαι.

Συνθᾶκος, Consessor. συνκάθηδρος, Hes. συνθρονος. Suid.

Θακίω, ῶ, ΕΤ Θακιόω, Sedeo. Vt autem θᾶκος à θαάσσω, ita vicissim θακίω sit à θάκος. Soph. θᾶκοι δὲ πρὸς ξυμπότου, sede. HINC Θάκημα apud eundem, Sessio, Ipsa sedendi actio. COMP. Ἐνθακίω, ῶ, Insideo. A QVO Ἐνθάκησις, Sophocl. in Philoct. vbi schol. exponit καθέδρα.

Θακιόω autem apud Hesych. habetur, exponentem tamẽ non simpliciter καθῆμαι, id est Sedeo, sed addentẽ, ἐπὶ τῆς χθονός. Vtitur Artemidorus simpliciter pro Sedere.

ΘΩΚΟΣ, idẽ quod θάκος, Sedes, Sedile, Soliũ. Itẽ Cõsessus. ET Θόωκος pro eodẽ. Hom. Od.β, Ἕζετο δ' ἐν πατρὸς θώκῳ· εἶξαν δ' γέροντες. At verò Odyss.ε, Οἱ δ' ἄρα οἱ θῶκόν τε καθίσαν, schol. θῶκον exp. εἰς συνέδριον (sicut βυλὴ alibi) in quo assentitur Eustathio, θῶκον καθίσαι accipiẽti pro συνεδριάζειν. Hes. quoq; θῶκος ait significare σύλογος. Addit autẽ Eust. simile esse vsum nominis θῶκος, hoc in versu q est in Il.β, Οὐδέποθ' ἡμαρτὴν ἀγορὴν θῶκόν τε οὐδὲ θῶκος. vbi exp. συνέδριον, sicut θῶκος in illo altero loco exponi ab autore breuiũ schol. dixi. Idẽ tradit, poni θῶκος pro δῶκος, eodẽ pleonasmo quo φόως pro φῶς, & κόως pro κῶς, necnõ Ξυνοφόων pro Ξυνοφῶν. At ipsũ θῶκος à δῶ deriuat. Ego verò diuinarim potius à θοάζω factũ esse θόακος, ex quo δῶκος per crasin.

Θωκίω, Sedeo. Herodotus, θωκέοντα ἐν θρόνῳ. Hesych. exponit non solùm καθῆται, sed & ὁμιλεῖ.

ΘΑΛΑΣΣΑ, ης, ἡ, vel Θάλαττα, Mare. Hes. Erg. Πλεῖστα μὲν γὰρ κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα. H. Od.μ, θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Et θαλάσσης ῥεῖθρα, itẽ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης: & de littore, ὅτε ῥα θαλάσσης, necnõ, — ὅτε μιν μυχοὶ θαλάσσης, apud eũdẽ nõ semel. Plut. De Alex. fort. l.2, ἐν θαλάσσῃ μὲν πλεῖστον ἂν τὴν γῆν φυτὸν εὕροις. Itẽ θάλασσα & ἤπειρος, oppolita. vt in hoc dicto quod de Xerxe iactarũ fuit, (refertur autẽ & à Dem. Phalereo pseudonymo) πάσαν μὲν δεῖ τὴν ἤπειρον, πεζεύειν δεῖ καὶ τὴν θάλασσαν. Demosth. autẽ θάλατταν opponit etiã μεσογείοις. Dicitur θάλασσα interdũ etiã peculiariter, vt Lat. Mare. vt quũ scribit Thuc. l.8, ἀπὸ τῆς ἠπείρου θαλάσσης ὅτι τὴν πρὸς Λίβυας. Hinc fit vt plur. etiã dicatur θάλασσαι, sicut Lat. Maria. Plu. De Herodot. κατάπλεῖτο ὄγκια πολλὰς μὲν θαλάττιας, παρθμοὺς δὲ τῆς μεσόγειος. Quod Dioscor. dixit de Apollinari herba φύεται πρὸς θαλάττῃ, Plin. vertit, Nascitur in maritimis.

Θάλασσα, Marina aqua, Dioscor. (inquit Budæus) vnde πάλασσα μύριος εἶνος, de quo infrà. Huc pertinent ista, in

vulg.lex. θάλασσα interdum pro ſalſa aqua: ſiue natura, ſiue ars eam fecerit. vnde θαλάσσιον πλαγίαι apud eũdem Ex mari ſalſa aqua. Sic autem Horatius mare appellauit marinam aquam, quum dixit, Chiũ maris expers. ¶At Siculi iocantes ſuam θάλασσαν vocabant γλυκεῖαν, id eſt, mare ſuum appellabant dulce, propter dulces cibos qui eo aduehebantur ipſis. Qua de re lege Euſtathiũ, ex Athenæo fortaſſe mutuantem. ¶Item de θάλασσα κοίλη confer quæ ab Euſtathio dicuntur, cum iis quæ habet Heſych.

Θάλασσα pro aquæductu, ſeu foſſa aquæductus (vt alii vertunt) apud Græcos Bibl. interpr. lib. 3 Reg. cap. 18. A nonnullis etiam redditur Sulcus: quem alioqui ipſi etiam mari tribui ſcimus. Ac profectò cum hac interpr. aliquã affinitatẽ habere videtur illud θάλασσα κοίλη de quo ſuprà. Verùm ſciendũ eſt, in Compl. editione θαλὰ conſtãter poſitum eſſe pro θαλάσσῃ & θάλασσαν, ſeruata videlicet Hebraica voce תעלה.

Θάλασσα Etymol. deducit à σάλος, vt dicatur θάλασσα quaſi σάλασσα. addit verò & alias etymologias, ſed minus hac veriſimiles: quæ tamen & ipſa parum mihi fit veriſimilis.

C. Θαλασσοειδὴς, ίος, ὁ καὶ ἡ, vel Θαλασσοειδὴς, Maris ſpeciem referẽs (id eſt coloris maris,) vel Qui eſt coloris maris. (ſic autem vertendo εἴδος, ſequar Plinium qui χρυσοειδὲς apud Ariſtotelem interpretatur Coloris aurei, vbi de melle loquitur) Democritus Epheſius apud Athenæum lib. 11, inter alia βαρβαρίσματα Ionica, recenſet etiam καλαμάρεις φλοιίνας & θαλασσοειδεῖς. Fuerit igitur color θαλασσοειδὴς (vt opinor) idem qui etiam Thalaſſius ſeu Thalaſſinus appellatur, item cymatilis à nomine κῦμα. Cuius nominis ſignificationem Ouidianè (id eſt Ouidiana elegantia) exprimens Ouidius, dixit, Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis. SED PRO Θαλάσσιος, id eſt Thalaſſius, quum ad colorem refertur, dicunt potius Latini (ſi mendo carent exemplaria) Thalaſſinus, vel Thalaſſicus.

C. Θαλασσοπλοπίω, ῶ, vel Θαλασσοπλοπέω, Tumultuor. Vide Suidam: vide item in verbo Μεταφορικῶς.

C. Θαλασσοκρατίω, ῶ, vel Θαλασσοκρατέω, Mari dominor, Maris imperio potior. Thucyd. 7, pag. 249, ὅτι πολὺ ἤδη τῆς ὑπαρχούσης ναυσὶ θαλασσοκρατοῦσιν. ET Θαλασσοκράτωρ, Qui maris imperio potitur. Idem Thuc. lib. 8, pag. 282, ὡς οὕτω δὴ οἱ Χῖοί τε θαλασσοκράτορες μᾶλλον ἐγίγνοντο.

C. Θαλασσόμολοι, vide in Μόλ.

C. Θαλασσοπλανὴς, Mariuagus, Per mare vagans, ſeu errãs. Euripid.

C. Θαλασσοπόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel Θαλατοπόρος, Marigradus, Per mare gradiens, ſeu iter faciens. vt θαλασσοπόρος nauis in Epigr. quæ & πορτοπόρος. ET Θαλασσοπορεῖν, Per mare iter facere.

C. Θαλασσουργὸς, vel Θαλατουργὸς, (q.d. In mari opus faciens) Rei nauticæ dans operam. Piſcatoris epithetum eſt apud Xenophõtem, vt ſcribit Bud. Idem verò apud Lucianum θαλατουργοὺς interpretatur Maritimos artifices. HINC Θαλασσουργέω, ῶ, q.d. In mari opus facio. Budæus vertit, Maritimis actionibus & negotiationibus vtplurimum vtor: afferens hunc Polybii locum de Carthaginienſibus, ἐν θαλατουργίᾳ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων. Sic apud Strab. 111.

EST ET comp. Ἀξιοθαύμαστος (ex ἄξιος & θαυμαστὸς) pro Admiratione dignus, Xenoph. ET Ἀθαυμάστως aduerb. Citra admirationem. SED Θαυμαστὸς etiam dicitur à Pindaro pro θαυμαστός, vt annotat Eust.

Θαῦμα, ατος, τὸ, Admiratio, vt quum dicitur ὑπὸ θαύματι ποιεῖσθαι, & ἐξὸ θαύματος ἔχειν. Plut. ὁρῶν τοὺς ἀκούοντας, ἀπὸ τοῦ σχήματος καὶ τῶν ῥημάτων ὑπὸ θαύματι ποιουμένους. (dicitur verò & θαῦμα παῦμαι, de quo infrà.) Herodian. ὃν ὑπῆρχον τοσοῦτον ἐπὶ σοὶ ἐξὸ τιμῆς τε καὶ θαύματος ἔχοντι. Sed & quum dicitur θαῦμά μ' ἔχει, (quo vtitur & Luc.) est θαῦμα admiratio. Sic apud Herodianum lib. 7, κἀθαύματος αἰεὶ χλιδῆς ἐς γέλωτος ἄξια. Propter hanc autem significationem, aliásque simul rationes, θαῦμα verbo θαυμάζω postposui.

Θαῦμα, Miraculum, Res mira. Il. γ, εἴ ποτε, ἢ μέγα θαῦμα τέλ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶται. Aristoph. Pluto, καὶ θαῦμα γ'

εἰδέναι. Gregorius, ὦ τῶ θαύματος, O rem miram. Θαῦμα μοί ἐστι, Rem miram esse puto, seu miraculum, vel Mirandum esse puto, apud Pausaniam. Et cum infinitiuo apud Homerum non semel, quum dicit θαῦμα ἰδέσθαι. Hesiodus autem non solùm θαῦμα ἰδέσθαι, sed etiam θαῦμα ἰδεῖν dicit. Sic θαῦμα ἀκοῦσαι, auditu mirum, apud Plat. |Cic. θαύματα vertit Portenta apud Demosth. vt videbis p. 138 mei Cic. lexici.

Θαύματα, Præstigiæ. Xen. Sympos. ἦλθε τὰ θαύματα δυναμένου ποιεῖν. VNDE Θαυματοποιὸς, ET Θαυματοργὸς, Præstigiator, Circulator, Qui circulatoriis præstigiis vtitur. Demosth. Olynth. 2, πολὺ τῆς θαυματοποιοῦ ἀπολογίας ὀρθοτέρας ὄντας. Et Ξενοφῶν ὁ θαυματοποιὸς, Athen. Apud eundem, θαυματοργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη καθιᾶσαι. ET Θαυματοποιέω, AC Θαυματουργῶ, Præstigiis vtor, Præstigiatricem artem exerceo. Xenophon Sympos. pag. 511, ἐφ' οὗ ἔμελλε θαυματουργήσειν. nā & ita legitur pro θαυματοποιήσειν. Sed θαυματοποιῶ, Bud. exponit etiam Præstigiatoris in modum facio, in hoc Luciani loco, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐκ θαυματοποιῶν. Item, καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο θαυματοποιῶ, διόλου τινα καρπείαν ἐπιζητούμενος. Exponit verò & Præstigiari, quo verbo & Picum vti ait. ET Θαυματοποιία AC Θαυματουργία, q.d. Præstigiatio, vel Præstigiatoria ars. Item, Figmentū præstigiatorum figmentis simile, Luciano in Zeux. Dixit verò & θαυματοποιίας Isocrates. |SED Θαυματοποιὸς interdum etiam generalius pro Miracula edēs. vnde & θαυματοποιὸ ὄνειροι Lucian. quòd somnia res mirabiles nobis repræsentent. Item θαυματοποιὸς & θαυματουργὸς, Qui miracula edit, & quidem veré. vnde Christus etiam dicitur θαυματουργῶν à Damasc. pag. 65. Sed & θαυματουργεῖσθαι dicitur res aliqua quæ cum miraculo fit.

Θαυμαλέος, ου, ὁ, Admirandus. θαυμαστὸς, Hes. Exponit autem & φοβερός.

Θαυμάω, poeticè pro θαυμάζω, (vt ab ὄνομα fit ὀνομαίνω) Admiror. vnde Odyss. ϑ, Θαύμηκεν δὲ ἕκαστος ἀθάνατοι θαμίζοντες. id est θαυμασομένους, inquit Eust. qui tamen & aliā expos. affert, videlicet θαυμάσιους.

Θαυμάζομαι, Rei admirabilitate obstupefio. ἐκπλήττομαι, Hesych.

C. Α Π Οθαυμάζω, Demiror. nam vt θαυμάζω est Miror, sic ἀποθαυμάζω, Demiror. ita videmus De augere in Lat. verbo sicut ἀπὸ in Græco. Æschines aduersus Timocratem, ἀποθαυμάζω δ' εἴ τι μὴ πάντες μέμνησθ' ὅτι καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, &c. Et cum accusatiuo, ἀποθαυμάζω τὰ λεγόμενα, Vehementer admiror quæ dicuntur, Magnæ admirationi habeo.

C. Ε Π Ι θαυμάζω, Donis honoro, Suidas ex Aristoph. Ego tamen nolim ita simpliciter exponere, sed (ad exprimendam vim verbi) hoc aut simili modo, Donis honoro quem admiratione dignum censeo, ac in pretio habeo.

¶ Θωϋτὸς Ionicè pro θαυμαστὸς, Mirabilis. Hesiodus in Aspide, τὰ δὲ δαίσατο θωϋτὰ ἔργα. vbi tamen θαυμαστὰ quædam exemplaria habent: quod & à Pindaro vsurpari dixi antea. sic Θωϋμαστὸν quoque affertur, ET Θωϋμάσιον pro θαυμάσιον ab Eust.

-Θ Ε Ἴ Λ Γ Ω, Fut. ξω Mulceo, Demulceo, Delinio. Item Pellicio. Homero tamen est simpliciter, Afficio aliquem ita vt impellam quocunq; velim, Animi affectū naturalē seu motū aut inclinationē immuto, vel rei alicuius habitū seu statum. Vel breui⁹, Adigo aliquē vel rē quāpiā ad faciendum quod eius naturæ repugnet. Hæc sunt quæ ex Græcis Eustathii expositionibus colligere possum, addentis θέλγειν esse dictum quasi ἀπάγειν πρὸς οὗ ἐθέλει, vel ἄγειν εἰς ὃ θέλει ὁ ἐχθρός. Vide & Etymologistēn ac Hesychium de etymologia huius verbi. Sunt autem cum alii Homeri loci in quibus hanc dat verbo θέλγω significationem, tum isti: Iliad. μ, — αὐτὰρ Ἀχαιῶν θέλγε νέον, Τρωσὶ δὲ χ' Ἕκτορι κῦδος ὄπαζε. Iliad. ε, — ὣς ἄρα φωνήσασ' Ἐν στήθεσσιν ἔθελξε βίην καὶ μῶλον Ἄρηος. αἷψα δὲ μᾶλλον ὀρώρει ἐπὶ Τρωσὶν καὶ Ἀχαιοῖς. (vbi exponit etiam ἐξέπεσε & μεταπέπτωκε διὰ τῆς δι' ὀστρακῶν. quod explicari ait sequentibus huisce verbis, λάθετο δὲ ἧσιν ἀλκῆς) Item Iliad. μ,

Θέλξας ὅστις φαεινὸν, πόθον δέ τε φαίδιμα γυῖα. Affert & illud à Circe dictū Vlyssi, Odyss. κ, Θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔτε πιὼν πάλι φάρμακ' ἔθελχθεν. vbi exponit τῇ κατὰ φύσιν μανίᾳ. Sed non satis sibi constare videtur hic gramm. in iis quæ de huius verbi significatione tradit, quòd quum vno in loco negasset poni apud Homerum ὀπὶ ἡδονῆς, sicut apud eius posteros: in alio scribit θέλγειν significare ὅταν τινὰ καὶ μεταθέσθαι τῇ κατὰ φύσιν, aut δηλοῖ φόβον, aut δηλοῖ λύπην, aut δι' ἡδονὴν, aut ἕτερόν τι πάθος ἐπιφέρειν. Certè si non aliud, ipsum verbale nomen θελκτήριον prius illud Eust. dictū refellere existimo. Hesych. non solùm vult esse καλεῖν & πείθειν, sed etiam ἀπατᾶν. qui exponit item, εἰς τὸ θέλειν ἄγειν. quod etymum aliquantum à præcedentibus diuersum fuerit. existimo enim eum per εἰς τὸ θέλειν ἄγειν declarare voluisse Indere seu immittere animo voluntatem aliquid faciendi. Quod autem ad ἀπατᾶν attinet, (quæ expositio datur verbo θέλγειν ab Etymol. quoq; & Suida) nō videtur Homerus hanc significationem inclusisse huic verbo: alioqui enim vacabit δόλῳ quod alicubi ei adiungit. Autor Etymologici inter alia scribit θέλγειν esse σκοπίζειν, vbi Homerus dicit, Ἀχαιῶν θέλγε νέον, & Ἀχαιῶν ὁμίλῳ ἔθελγε. Suidas itidem θέλγειν cum aliis modis explicat, tum verbo σκοπῶ. Hactenus de grammaticorum expositionibus: nunc paucis quod de hoc verbo sentio aperiam. Θέλγειν, quum Hom. tribuat Circæ, tribuat item Sirenibus, iisdémque videam à Latinis poetis tribui verbum Mulcere, non video quid obstet quominus θέλγειν Homero quoque esse dicamus Mulcere. Sed nec dubitem θέλγειν alicubi interpretari, Mulcere carmine, seu cātu, quod iisdem nihil aliud est quàm Incantare. Imò verò & verbo Mulcere sine adiectione vti hac in significatione possumus, quum de Medea incantamentis seu carminibus nobilitata dixerit Naso, Quáque feros angues, te quoque mulcet ope. Sed obseruandū est, quibusdam voluptatis illecebris idem effici interdum quod cantu: qua in significatione dixisse existimo Virgilium de Orpheo, Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. quum Horatius dixerit Lenire tigres, quod Virgilius Mulcere tigres: & Sono testudinis, quod ille carmine. (neque enim ibi ad incantamenta referendum est) Atque adeo si verum esset quod datum fuit suprà etymon verbo θέλγω, in eodem Horatii loco huius verbi etymum expressum aut certè adumbratum haberemus: quum de eodem Orpheo ita scribat, Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quò vellet. Sed & simplici capitur Mulcere pro Delinire. quam etiam significationem dari verbo θέλγω debere apud Hom. existimo, contra Eustath. qui negat (vt dixi) vsquam apud illum poni ὀπὶ ἡδονῆς. Nā ἡδονῆς significationem includi verbo θέλγειν apud Homerū, vbi dicit (Odyss. ξ, v. 387) Μή τί μοι ψεύσασα χαρίζεο, μή τι θέλγε, & Odyss. σ, v. 282, θέλγε δὲ θυμὸν Μελιχίοις ἐπέεσσι, non video quomodo quis inficiari possit. Imò & quod dicit θέλγειν μειλιχίοις ἐπέεσσι, nihil obstare puto quominus reddatur ex Virgilio, Mulcere dictis. Hoc quidem certè fateor, in illo Homeri loco θέλγειν esse delinientis fraudulenta quadam voluptate, quum subiungatur, — νόος δέ οἱ ἄλλα μόρσιμα. itidémq; Od. ξ, μή τί μ' ἀπάτῃ θέλγε, esse perinde acsi diceret, Ne tuis mendaciis vanam mihi voluptatem afferas, vel vanum gaudium. Vel, Ne mendaciis apud me vtaris, dū vis mihi gratificari, & ad voluptatē loqui. vt hiç sit θέλγε quod alibi in eadem re dicit μειλίσσετο: Odyss. γ, v. 96, Μηδέ μ' ἀποδρήσεσθαι μειλίσσετο, μηδ' ἰλαίρων. (Pro his autem dicit Æschylus, — μηδέ μ' εἰκότως ξυνῳθεῖτε μώροις ψεύδεσιν. vbi etiam videri possit ad istum Homeri versum alusisse) Ab Eustathio igitur ibi quoque dissentio, exponente θέλγε verbo ἀπάτα. Ab Æschylo p. 53, ἵμερος dicitur θέλγειν Hypermnestram, id est amor erga maritum eam mulcere & delinire, ita vt ad perpetrandam eius cædem adduci non possit. Est porro verbum poetarum potius quàm cæterorum scriptorum, qui tamē & ipsi eo aliquàdo vtuntur. Synesio in lib. De insomn. non semel θέλγεσθαι est Pellici.

Θέλγω est etiam Sopio, μιμίζω, vt Eustathius ex veterum grammaticorum autoritate exponit in hoc Od. ε loco, de virga Mercurii, — τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει ὧν θέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει. Sed & ipse Sōn⁹ Il.ξ, de se dicit, Ἦ ῥα νύ μ' ἔθελξε Διὸς νόον αἰγιόχοιο Νήδυμος ἀμφιχυθείς. Ad quos respexisse locos Euripidem existimo quum dixit in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον. de qua voce mox dicam. Sed crediderim θέλγω in illis Homeri locis reddi etiam posse Mulceo, addendo datiuum Sōno. nam hoc loquendi genus Mulcere somno apud quendam poetam legere me memini. Locus certè Ouidii in promptu est, in quo Somnus mulcere pectora dicitur. ita enim in epist. Leandri ad Heronem, His ego si vidi mulcentem pectora somnum Noctibus. Et Metamorphos. lib. 8, Lenis adhuc somnus placidis Eryslichthona pennis Mulcebat. At Virgil. velut θελξιεπῆ hoc loquendi genus, dixit, — somno positæ sub nocte silenti Lenibant curas.

C. Παυθέλγης, ους, ὁ καὶ ἡ, Omnes demulcens, seu deliniens: Omnes oblectans. vt παυθέλγης ἐωνή, Nonno. ET Παυθέλκτειρα ἡμερίς, in Epigr. Vitis omnium oblectatrix, seu recreatrix.

C. Θελξίνους, ου, ὁ καὶ ἡ, Mentem demulcens. ET Θελξίφρων pro eodem, in Epigr.

Θέλγμα, ατος, τὸ, Delinimētum. Ab Hesychio tamen exponitur θαῦμα.

Θελκτήριος, ν, ὁ καὶ ἡ, Delinitiuus, Deliniēdi seu demulcendi vim habens, Illecebrosus. ἱτρωδὴ θελκτήριος, Plutar. Item θελκτήριον substantiuè, Illecebra, Oblectamētum, apud Hom.

Θέλγητρον, ET Θέλκτρον, Delinimentum, Illecebra, Oblectamentum. Athen. γυναῖκων θέλγητρα, Amorum illecebræ. Eurip. in Oreste, ὦ φίλον ὕπνου θέλγητρον, O suaue somni delinimentum, id est O somne suauiter deliniens, seu mulcens. Dici autem somnum mulcere, ostēdi paulo antè. Synes. ἔστω σοι θέλκτρον αἰτίαν τοῖς αἰσχυνώμεσιν. SED & Θέλκτειος inuenitur, idem signif. quod θελκτήριος. vt θελκτείους ᾠδὰς in Theophyl. epist.

C. ΚΑΤΑθέλγω, Demulceo, θέλγω. Vel, Vehemēter demulceo, & delinio, in Epigr.

ΘΕΟΣ, οῦ, ὁ, Deus. Et Θεός, ἡ, Dea. Apud Hom. frequenter plur. θεοί, (& quidē plerunq; cum ἀθάνατοι, vel αἰειγενέται, aut αἰὲν ἐόντες, aut ἐπουράνιοι, aut μάκαρες) vt Lat. Dii, vel Superi, vel Cœlestes: interdum tamen & singul. θεός, non de certo quopiam deo, sed pro τὸν θεῖον, cuius nomen Ζεύς. Exempla sunt hæc. Od. σ, Ἀλλ' ὅτι δὴ καὶ λυγρὰ θεοὶ μάκαρες πολέσσιν. Il. ω, Ὡς γὰρ ἐπηλώησαν τῷ θεοὶ ἀλλοίοις βροτοῖσιν. Od. η, 12, — Ἐλάνῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκέτ' ἔφαινον. Sic & alibi sæpe vbi de iis loquitur quæ potentia diuina fiunt. Singulari autē vtitur vt in sequentibus locis. Il. ν, Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα, Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, &c. (præcedit autem hic versus, Ἀλλ' οὔτως ἅμα πάντα δυώσεαι αὐτὸς ἐλέσθαι, pro quo legitur Il. η, Ἀλλ' οὔτως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν αἰθοπόροισι) Od. ξ, — θεὸς δέ τοι ἄλλο δώσει, τό κεν ἐσθλὸν, ὅτι κεν ᾧ θυμῷ ἐθέλῃ· δύνανται γὰρ ἅπαντα. Od. γ, Ῥεῖα θεὸς κ' ἐθέλων καὶ πλόον αὖθι σαώσαι. Od. θ, — οὐδέ κεν ἄλλως Οὐδὲ θεὸς πύξειε. Et Il. τ, Ἀλλά τί κεν ῥέξαιμι; θεὸς δέ τοι πάντα πελέσται. quod tamen hemistichium non vno modo exponitur. Cæterū quod dixi, θεὸν in his aliisq; huiusmodi locis posse etiam significare τὸν Δία, id est Iouem, id mihi verisimile reddunt cum alii loci, tum verò isti: Od. ζ, Ζεύς τ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Il. α in principio, & Od. λ, v. 297, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. itidémque Il. ω, — τὰ μὲν δὴ πρῶτα φίλῃσι Ἐν δήμῳ Διός. (Apud Hes. autem, Διὸς μεγάλου δέμας ἐστὶ, & Διὸς μεγάλοιο ἔπος) Atque adeo quod Διὸς βουλὴ illis in locis appellat Homerus, alibi θεὸν μοῖραν nominare videtur, vt quū dicit, θεὸς κεν μοῖρ' ἐπέδωκεν. Quo ex loco non dubitarim dicere, figuram quæ ἐν δυοῖν dicitur, esse in hoc versu Il. τ, Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς: vt videlicet sit Ζεὺς καὶ μοῖρα pro Ζηνὸς μοῖρα. Quinetiam alicubi obseruasse mihi videor, pro eo quod vno in loco dicatur θεὸς, in altero dici Ζεύς. cuius rei exemplum peti fortasse possit ex Odyss. ξ. quum enim ab Vlysse dictum esset v. 440, Αἴθ' οὕτως Εὔμαιε φίλος Διὶ πατρὶ θεοίμην Ὡς ἐμοί: respondens illi Eumæus ait, v. 444, — θεὸς ὄν τοι μὲν δώσει, τό κ' ἐθέλῃσι, &c. Quinetiam quum sæpe βροτοὶ seu αἰθρώπους vel certè αὐδρας opponere soleat θεοῖς, alicubi illos soli Διΐ opposuit. vt in hoc versu Il. α, Χαίρετε κοῦραι Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ αὐδρῶν. Et Il. π, Ἀλλ' αἰεί τι Διὸς κρείσσων νόος ἠέ περ αὐδρῶν. Iam verò & hoc obseruandum est (quo confirmari posse videtur quod scripsi, nimirū per θεὸν intelligi Δία, id est Iouem) hunc poetam quemadmodum dicit, Τρῶας τε καὶ Ἕκτορα, videlicet κατ' ἐξοχὴν seu κατ' ἐξαίρετον, Hectorem separans à cæteris Troianis (quod imitatus Maro dixit Troas reliquias Danaûm atq; immitis Achilli) ita etiam separare Iouem à cæteris diis, cum alibi, tū in his versibus: Il. γ, Ζεῦ πάτερ ἀλεξήτωρ καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι. Il. σ, Κούδεά σε Διὸς ἄλλων τε θεῶν. Qua in re imitati sunt Homerum vno consensu omnes eius posteri non poetæ tantùm, sed & prosæ scriptores: (præsertim tamen comici poetæ. inter quos videmus Aristophanē suum Plutum ab hoc versu auspicatum esse, Ὡς ἀρχαῖόν ἐστιν ἅπαντ' ἔπος ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ) nec solùm in exclamatione, aut in precibus concipiendis, verùm & in obtestatione: vt apud Demosthenem Pro cor. καί μου, ὦ θεοὶ Διὸς καὶ θεῶν μυρίαι ψυχέσθαι καὶ παγκάλαι μυριάδες. (non ignoro autem, eadem in oratione valde commotum eum exclamare, ὦ γῆ καὶ θεοί & subiungere paulo pòst, τὴν τῶν Ἑλλήνων καὶ πάντας τοὺς θεούς) Alicubi verò dicit idē Hom. Ζεὺς ἐπόπτης θεῶν, vt paulo pòst docebo. His accedit vsitatissima illa ἐπευχωλὴ in votis nuncupandis, Ζεῦ πάτερ, Ζεῦ ἄνα, tacito cæterorū deorū nomine. Ne autē ita κατ' ἐξοχὴν discerni Iouē à cæteris diis miremur, faciunt pulchri illi quibus eum ornari videmus tituli cum ab eo tum à cæteris poetis. sed in præsentia exēplis ex eo atque Hesiodo petitis contentus ero. Ac primùm Iouem ipsum nō vocat πατέρα solùm & sine adiectione, (vt dixi vsitatum esse in votis nuncupandis Ζεῦ πάτερ) sed addit etiam αὐδρῶν τε θεῶν τε: vt cum alibi tum Il. α, — μαίνηται δὲ πατὴρ αὐδρῶν τε θεῶν τε. quod hemistichium & in aliquot Hesiodi locis extat. & à Virgilio duobus modis eleganter expressum legitur, videlicet, Diuûm pater atque hominum rex: &, O pater, ô hominum diuumque æterna potestas. Sed alicubi genitiuus hominum omittitur: vt, Aut tu magne pater diuûm miserère. Et, Sic pater ille deûm faciat, sic altus Apollo. (vbi obseruandum ei addi Apollinem) Sed & Pater omnipotens sæpe ab eo vocitatur. Interdum verò & Pater, adiecto solùm pronomine Ipse. vt quū scribit, Ipse pater, media nimborum in nocte, coruisca Fulmina molitur dextra. Item, Ipse Pater Danais animos virēsque secundas Sufficit. Quā tamen Patris appellationem latius etiam extendisse mihi videntur Latini poetæ quàm Græci. legimus enim apud eundem quoque Maronem, Pater Lenæe, Pater Neptune, Tybri pater, &c. Vbi hoc saltem est discriminis, quòd vnicuique illorum non tribuitur patris appellatio, nisi adiecto eius nomine, quū Iupiter siue hac adiectione Pater vocetur, sed addito (vt dictū est) genit. Diuûm, aut Diuûm atq; hominum: vel certè pronomine Ipse, emphaticè posito. Alicubi tamen, ita poscente versu, Saturnius pater dixit idē Maro. Obseruādum est porro vt à Virgilio nuncupatur diuûm quidem pater, hominum verò rex, sic & regem diuûm ab Hesiodo appellari, id est σῆμα πρὸς θνητῶν, & βασιλῆα θεῶν. Sed & Altitonans & Altisonans apud Latinos poetas (ac præsertim antiquiores) horum Græcorum locum obtinēt, ὑψιβρεμέτης & ἐριβρεμέτης, & ἐρίγδουπος, & βαρύκτυπος, & πρηστήρ: item ἀστεροπητής. Iā verò & à sede quam incolit celebrari illum ab vtrisque videmus. eam enim appellari à Græcis poetis ἰοκρήδεμνα δώματα, & χαλκοβατὴς δῶ, & μακρὸν ὄλυμπον. necnon ab hoc nomen ei datum esse, videlicet ὀλύμπιος. (nam alicubi sine adiectione etiam ponitur ὀλύμπιος pro Ζεύς, nimirum κατ' ἐξοχὴν) at Lat. poetæ pro ὀλύμπιος, & pro ὃς ἰοκρήδεμνα δώματα ναίει, &c. dixerunt Summi regnator olympi, vel Magni regnator olympi, & Rex magnus olympi, Olympi ætherei rex. Denique peculiaribus etiā titulis ab vtrisque ornatur: inter quos hunc Ζεὺς ἠλεύθερος καὶ ἐλεύθριος, crediderim Latinis occasionem præbuisse hono-

rificētiſſimæ huius appellationis, Iupiter optimus maximus. Habentur autem illa apud Homerum Odyſſ.τ, Ἴσω νῶϊ Ζεὺς πρόσπαι θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος. (De quo verſu iſtud etiam annotabo obiter, nō bene diſtingui apud Euſtathium poſt πρόσπαι, vt videlicet θεῶν iungatur ſequentibus. hāc enim interpunctionem refellit hic verſus qui Odyſſ.ξ & υ habetur, Ἴσω νῶϊ Ζεὺς πρόσπαι θεῶν ξεινήιον ἠδ' ἀοιδῆς.) Cætera huc pertinētia (quæ plurima ſūt) diligenti lectorum obſeruationi relinquo: præſertim quum iis quos protuli locis, tanquam locupletibus teſtib⁹, ſatis ſuperq; probari videatur mea ſentētia, nimirū quum Hom. dicit θεὸς ſine adiectione, intelligi Ζεύς. Sed quoniam in Ζάω de hac voce agere oblitus ſum, de ea nunc pauca dicam. DICITVR Ζεύς, Iupiter, vel à verbo ζῆν, quòd omnia faciat ζῆν, id eſt viuere: vel Ζεύς quaſi Δεύς, à δεύω, id eſt Rigo. (cui etymo ſubſcripſiſſe puto poetam illum qui Nilum Iouem Ægyptū appellauit, ſcribens, Αἰγύπτιε Ζεῦ, Νεῖλε, vt commemorat Athenæus lib.ϛ. Quò etiam pertinet Tibullianum illud, Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui) Vel à δέος id eſt formido. quia eſt formidabilis. (ſic autem fuerit iterū Ζεύς dictum quaſi Δεύς) Vel à ζέω, i. Feruco. quæ non video qua ratione nitatur, alioqui minorē quàm cæterarum literarum mutationem habens. Afferuntur & aliæ etymologiæ ſed quæ planè futiles mihi videātur: qui etiam duas illas primas magis rationi conſentaneas eſſe arbitror, atque adeo cum etymo Latinæ vocis Iupiter magis conſentire. Iupiter enim dictus putatur quaſi Iuuans pater. is autem iuuat qui facit ζῆν, id eſt Qui vitæ eſt autor omnibus, ſeu A quo omnia vitam habent. Iuuat etiam qui terrā ad ſuppeditanda vitæ omnium alimenta reddit aptam eam rigādo, quod eſt δεύειν. Apud Diogenem Laertium in Zenone legimus, ζῆνα vocari quia τὸ ζῆν αἴτιός ἐστιν, vel quia διὰ τὸ ζῆν κεχώρηκεν. Lact. Firm. à ζῆν quidē & ipſe deducit, ſed ob aliam rationem, quam & Etymol. reddit. Cuius Lactantii verba ſubiungere viſum eſt, vt quam etymologiā cæteris reiectis probet, intelligamus. Ita igitur l. 1, cap. 11, ſcribit, Ipſe autem furto ſeruatus, furtimq; nutritus, Ζεὺς ſiue Ζεὼς appellatus eſt: non (vt iſti putant) à feruore cæleſtis ignis, vel quòd vitæ ſit dator, vel q animātibus inſpiret animas, (quæ virtus ſolius Dei eſt. quā enim poſſit inſpirare animā q ipſe accipit aliūde?) ſed quòd primus ex liberis Saturni moribus vixerit. Potuerunt igitur, &c. Sed de etymo hactenus. Dicitur porro Ζεύς in nominatiuo, & Ζεῦ in vocatiuo (vt etiam vidimus in quibuſdam locis paulo antè citatis) at obliquos poetis quidem peculiares habet, Ζηνός, Ζηνί, Ζῆνα, tanquam à nominatiuo Ζηύς: at verò poetis communes cum cæteris ſcriptoribus, Διός, Διΐ, Δία, tanquam à nominatiuo Δίς, de quo ſuo loco dixi. vbi etiā admonui proferri à veteribus grāmaticis alios quoq; nominatiuos, videlicet Ζαύς, Ζαΐς, Ζήν: item Δαύς, qui Bœoticus eſſe traditur, ſicut & Ζεύς. Traditur autē illo Ζήν vſus eſſe Pherecydes: at cæterorum vſus exempla nulla proferuntur. Aiunt & accuſatiuum Ζηῶ Polycratem ſophiſtam vſurpaſſe. ¶ Sciendum eſt porrò legi apud Homerum Ζεὺς καταχθόνιος pro Plutone, quem eodem modo Virgilius Iouem Stygium appellauit. ſed Ζεὺς καταχθόνιος ad verbū eſt Iupiter infernus, quod cōmodè verti ita poſſe exiſtimo, quum Claudianus itidem Proſerpinam, Iunonem infernam vocarit: atque adeo quum ipſe Virgilius eundem Plutonem, etiam infernum regem appellarit. His autem ſimile eſt Æquōreus Iupiter pro Neptuno. Animaduertendum eſt autem, in his loquendi generibus Ζεύς, ſicut & Iupiter, ex proprio appellatiuū fieri: & nihil aliud eſſe Ζεὺς quàm θεός, & Iupiter quàm deus: ſic tamen vt κατ' ἐξοχὴν dici intelligatur, videlicet de eo deo cuius ſit ſummum imperium. Ζεὺς pro aere etiam, vt habes ſuprà in Δίς. ſed addo iis quæ ibi dicta ſunt, ὕδωρ πολὺ τὸν Διὸς appellari a Latinis interdum cæleſtem aquam. Theophraſtus, ὀπτέον δὲ μᾶλλον τὸ καθαρώτατον ὕδωρ ἢ τὸν ὀμβρον τὸν Διός. ¶ Ὦ Ζεῦ genitiuo interdum iungitur, admirationis cum exclamatione vſum præbens. Luc. in Vit. phil. ὦ Ζεῦ τῆς ἀνοσιότητος. quod omnino perinde eſſe puto acſi Latinè dicas, Dii boni quanta eſt iſta repugnantia. & Gallicè, *Mon Dieu quelle contrariété*. Ariſtophanes addidit etiam βασιλεῦ, dicens, Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς ἀτοπότητος πῶς φρονεῖς. Varia autem nomina ab obliquis caſibus deriuata, quos à Δίς ſumit, vide ſuprà in ipſo Δίς, ordine alphabetico videlicet col. 1023.

Θεὸς pro Ζεὺς ab Homero poni, docui paulo antè. nūc lectorem admoneo, non ita ſemper accipi, ſed interdū pro θεῶν τις, ſeu θεός τις, id eſt Deus quiſpiam, Deorū aliquis. vt in iſto hemiſtichio aliquoties repetito, — Θεὸς δ' ὡς Τρωσὶν δίδυμω. & Il. ι, — Ἴσσον γάρ σε θεῷ θήσουσιν Ἀχαιοί. Cuiuſmodi ſunt & iſta: Od. ν, — Εἰ γὰρ ἔγωγε Εὐχόμαι ὧδε θεὸς, καὶ σὺ φίλα γουνὰ νοήσαις. itidemque Il. χ, Ὦ Τρῶες κλυτὰ ἄστυ θεὸς δέ τις ἐκπροφανεῖται. Quibus & hæc addenda ſunt: Od. η, — θεὸν ὡς εἰσορόωσιν: & Od. ρ, — θεὸν ὣς εἰσορόωντες. Meam autem expoſitionem confirmare videtur hic locus, in quo de pluribus loquēs, dixit θεοὺς ὡς, cum eodem verbo, Il. μ, — πάντες δὲ θεοὺς ὡς εἰσορόωσι. Occurrēt verò & alii ab his diuerſi loci in quibus θεὸς itidem indefinitè pro deorum quopiam accipitur: niſi quum ad certum refertur cuius facta ſit mentio. ¶ Illud autem θεὸς ἦεν apud eundem poetam legitur: vt Od. ι, — καί τι θεὸς ἤγαγε μοῦνον Νύκτα δι' ὀρφναίην. Sic etiam Latini poetæ nonnunquam loquuntur: vt quum dicit Ouidius, Quiſquis fuit ille deorum. Sed & apud proſæ ſcriptores idem legimus: velut apud Æſchinem in Cteſiphontem, καὶ εἰ μὴ πρόσθεν μὲ θεῶν τις ἔσωσε τὸ γραπτὸν δόξαι, ἔπειθ' οἱ γραπτῶται εἰ ὑμέτεροι.

Θεὸς αὐτὸς reperitur etiam, ſicut & θεοὶ αὐτοὶ, apud eundem poetā. θεὸς αὐτὸς, vt Iliad. ι, — αὐτὴ ἔπειτ' ἐμοὶ ὑπατεύσαι θεὸς αὐτὸς, ὅτε χε λιπεξύσας, θύσειν ἑκατόμβας. Et Od. ψ, — ὅτι μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπλήσσων ῥηϊδίως ἐθέλων θείη ἄλλη ἐνὶ χώρῃ. At θεοὶ αὐτοὶ, vt Il. φ, Ὦ Ἀχιλεῦ, πρὶν μὲν κρατέεις, πρὶν δὲ αἰσυλα ῥέζεις Ἀνδρῶν. αἶψα γάρ τοι ἀμυνέουσι θεοὶ αὐτοί. Quibus in locis nolim dicere pronomē ſignificare ἐξοχήν, (vt dicit Euſtathius de illo loco Il. ι) ſed potius ἔμφασιν habere. vt θεοὶ αὐτοὶ perinde ſit acſi diceret θεοὶ οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν, vel θεοὶ ἀθάνατοι, vel θεοὶ ἐπουράνιοι, ſeu θεοὶ οὐρανίωνες: aut potius θεοὶ οἱ πάντα δύνανται, quod aliquoties de illis teſtatur. Sic autē apud Eurip. legitur in Bacchis, Λύσει μ' ὁ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θέλω. quod Horatius interpretatur, Ipſe deus, ſimulatque volam, me ſoluet. Sic apud Virgilium Ipſe pater, & Pater ipſe, de Ioue. Sed & alia multa huius vſus pronominis Ipſe extant exempla.

Θεὲς cum Ζεὺς, pro Ζεὺς ſolo. Odyſſ. ψ, — ἀπὲρ θεὸς ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ Ζεὺς ἀγαθόν τι καὶ κακὸν τι δίδοῖ. δύνανται γὰρ ἅπαντα. Idē Od. ξ, Τὸν δ' αὖτε Δωδώνηθεν φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ. Cuius tamē loci putaret fortaſſe aliquis aliam inueniri poſſe expoſitionem, ſecundum quā duo hi genitiui cōiungēdi non eſſent: ac certè de ea me quoque diu multūmque cogitaſſe fateor, antequam in alterum illum locum ei ſimilem, & omni controuerſia carentem, inciderem. Apud Latinos certè nihil tale me legere memini.

Θεὸς cum genitiuo, Od. ρ, Ἀλλ' ἔπου, πῶλον γέρον, ἢ θεοί περ καὶ ἐπιτύσ εἰσὶν, Ἀντίθεον περὶ μοῖρα κιχεῖν θανάτοιο μυχοίη. Quo in loco tacet Euſtathius de vſu huius nominis θεοί cum genitiuo, tacet item breuium ſcholiorum autor, ſiue is Didymus, ſiue alio nomine vocandus ſit. Ego verò exiſtimo, ἢ θεοί εἰσι πῶλον, ſignificare, Siqui ſunt dii mendicorum vindices. Memini enim me legere apud Ouidium, in re ſimili, — ſiquis deus vltor amantis.

Θεὲς θεὲς, (q.d. Deus deus) ſolebat ab iis dici qui aliquod auſpicabantur opus, ſubaudientibus (vt opinor) quod piā verbum quo θεῶν auxilium optabant. Vide Heſych. item Euſtathium. ſed hic præter hanc iſtorum verborum expoſitionem, ex Rhet. lexico ſumptam, affert & alias duas, pag. 258.

Ὦ θεοί, quod eſt exclamantis, vide in Ὦ.

Θεὸς fœm. gen. Dea. Il. α, — Ὅσσον ἐγὼ μὲν πᾶσιν ἀπεχθάνομαι θεοῖσιν. Soph. Aiace, ἀλλά μ' ἁ Διὸς ἀλκίμα θεὸς ὀλίσθιον αἰεί. Idem, Ζηνὸς ἀστεπὴ θεὸς Γαλλὰς φυτόει πῆμα. Ariſtoph. τὴν ὀπισθόδομον αἰεὶ φυλάττουσαν τῆς θεοῦ. Plato De rep. lib. 2, ἀναστρωξόμενος τῇ θεῷ. Demoſthenes initio orationis Pro corona, Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων διατελῶ, &c. Stil-

pon tamen (vt narrat Diogenes Laertius) dixit Mineruam non esse θεὸν, sed θεάν. nam θεοὺς esse τοὺς ἀρρένας. in quo tamen iocatum vel potius cauillatum esse cōstat, ad excusandum videlicet quoddā suum dictum quod alioqui impietatis argui poterat. Homerus quidē certè multis ante eum seculis θεὰν non solùm ἄρρενα sed etiam φίλεσθαι esse censuerat, Il. ϑ, in principio, Μήτι σὺ νῦν θεὰ ἦλθες ἀπ' Οὐλύμποιο καταβᾶσα Πειρήσουσ' Ἀχαιούς; Θεὸς in obliquis casibus, variis loquendi generibus accommodatur, quæ licet à profanis scriptoribus sumpta, sunt tamē & Christianorū ore dignissima. Ea autē prout occurrēt, recensebo: sed ab Homero, more meo, initium sumens. Legimus igitur Od. ο, circa finem, — ὅτε μιν θεοῦ ἕπλετο δεξιὸς ὄρνις. vbi αὖθι θεοῦ (sicut & alibi οὐκ ἄθεσι) interpretandum censeo, ex Virg. Non sine numine diuūm. Sic apud Lucianum, πῶς αὖ αὐτὸ ἔπαθον αὖθι θεοῦ; Dicitur & οὐκ αὖθι θεοῦ ab eodem Hom. ‖Σὺν θεῷ, Deo auspice, (in qua interpretatione respicio ad Virgilianum illud, Diis equidem auspicibus reor, &c.) vel Deo inspirante, Diuino instinctu. Iliad. ι, — σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθμεν. Vel, Deorum fauore & ope freti venimus. Puto enim & ita reddi aptè, quum scribat Eustathius, quemlibet μετὰ θείου βοηθείας πρᾶγμα παροιμιῶδες λέγειν ἔργον, posse dicere, σὺν γὰρ θεῷ εἰλήλουθα. Quod verò legitur Il. ω, — πέμψον δέ μοι σὺν γε θεοῖσιν, exponitur ab autore breuium scholiorum, εἰ οἱ θεοὶ μὴ ἀντιφέροιεν, ἀλλὰ βοηθοῖεν, i. Si dii non obsistant, sed opitulentur. In soluta autem oratione σὺν θεῷ accipitur quidem aliquando & pro Dei instinctu, vt apud Herodotum, ὡς οἱ εἶπε σὺν θεῷ εἰρημένον: & σὺν θεοῖς, Xenoph. pro Pace deūm impetrata, Diis exoratis (quo etiam modo crediderim posse exponi in illo priore Homeri loco) sed frequentius pronuntur hæc pro, Deo fauente, & Diis fauentibus, Diis bene iuuantibus, vel Deūm benignitate. Item, pro eo quod apud Terētium legitur, Est diis gratia. & quidem etiam cum εἰσὶν, item cum εἰρῆσθαι, seu εἰρῆσθω. Quarum significationum exempla lege apud Bud. pag. 993, ex Aristoph. Plat. Xenoph. Apud Thucydidem σὺν θεοῖς exponitur etiam Diis ducibus. (Sciendum est autē alicubi inueniri etiam σὺν τῷ θεῷ, & σὺν τοῖς θεοῖς, addito articulo) Legitur & θεοῦ σὺν παλάμᾳ apud Pindarū pro Ope diuina. ‖Item ὡς θεὸς θέλῃ, cum verbo fut. temp. apud Xenoph. & Aristoph. q. d. Si deus velit, (vt vulgò dicimus s'il plaist à Dieu) pro Deo fauente. Dicunt verò & θεῶν ἐθελόντων, vel βουλομένων, itidem pro Diis fauentibus, Diis bene iuuantibus. Lucianus, ὦ τύχης σοι, θεῶν βουλομένων, ὡς ἄλλῳ δηλώσομεν λέγω. Item θεῶν συνευθελόντων apud Xenoph. pro Diis approbantibus. Ennius ad Græcam hanc loquendi consuetudinem respexisse videri potest quum dixit, Volentibus cum magnis diis. ‖Ἐκ θεοῦ autem dicitur & Κατὰ θεὸν pro Diuinitus, Dei impulsu, Dei nutu. Aristid. de Dario post Marathonia pugnam, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ θεοῦ πληγείς, ἔπαυσε πολεμῶν τὴν πόλιν. vbi Bud. vertit Diuinitus. Idem verò pag. 972 Κατὰ θεὸν non solùm pro Diuinitus, & Dei instinctu poni docet, sed & pro Dei benignitate, à Synesio. Apud Euripidem κατὰ θεὸν νόσῳ redditur, Dei impulsu insanit. Vide & κατὰ θεὸν in Θεῖον. Αʏ Θεόφιν apud Homerum interdum quidem pro Diuinitus, Ex deo seu Ex diis: interdum verò pro datiuo θεοῖς. Dicitur & ἐκ θεόφιν pro Ex deo, seu Ex diis. vt Il. ϒ, ὃς ἐκ θεόφιν γλυκὺς ἦεν. Sic Hesiod. Theogon. Οὔτε μὲν ἐκ θεόφιν γλυκὺς ἦν θνητοῖσιν ἔπειτα.

Θεοῖσι alicubi Hom. ponit dissyllabè per συνίζησιν, qualis in χρυσείῳ interdum, atque aliis. ‖Sed & θεῷ Ἄρηϊ pro θεὸν Ἄρηϊ dictum tradit Eust.

Θεὸς varias habet etymologias: sed omnium receptissima est ἀπὸ τοῦ θέειν, quod est currere. Videntur enim (inquit & Plato in Cratylo) primi homines Græci (sicut hodiéq; barbarorū bona pars) deos existimasse, solem, lunam, terram, astra, cælum: quæ quum viderēt perpetuo cursu ferri, θεοὺς nominasse: deinde verò & cæteris nomen idem tribuisse. Macrob. lib. 1, Sat. c. 23, Nam quod ait [Homerus] θεοὶ δ' ἅμα πᾶσι νέονται, sidera intelliguntur, quæ cum eo [sole] ad occasus ortusq; quotidie impetu cæli feruntur, eodémque aluntur humore. θεοὺς enim dicunt sidera & stellas ἀπὸ τοῦ θέειν, id est τρέχειν, quòd semper in cursu sint. ἢ ἀπὸ τοῦ θεωρεῖσθαι. Dixerat autem initio capitis, Eundē esse Iouem ac solem claris docetur indiciis. Afferuntur verò & aliæ etymologiæ, ex quibus est hæc, vt dicatur θεὸς quasi δὸς, à θῶ, quod accipiatur pro Dispono. Vide Etymol. item Eustath. qui etiam scribit θεοὺς vocatos ὡρισμένας αἰτίας, ad diuinitatem quam proxime fieri potest accedētes. Vide etiam in Θεῖον, aliquid præterea de θεός.

C. Θεόδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo datus seu donatus. Hes. Erg. Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά· θεόδοτα πολλὸν ἀμείνω, pecuniæ deūm munere tributæ. Aristoteles Eth. 1, cap. 9, εἰ μὲν οὖν ἄλλό τι θεῖόν ἐστι δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόδοτον εἶναι, id est, κατά γε μέρος μεταδιδόναι, vt paulo antè præcedit. Eustath. in hoc vocabulo vult esse pleonasmum τοῦ ο.

C. Θεοστυγία, ας, ἡ, Dei odium, Impietas. Aristophanes Vespis, ὦ πόλις καὶ Θεώρου θεοστυγία. Et Archippus apud schol. Aristoph. παρουσία τις καὶ θεοστυγία.

C. Θεοσπωίω, ῶ, Deos honoro, θεοὺς τιμῶ. Hesych.

C. Θεόστυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus impulsus. vt θεόστυπος φωνὴ apud Nonnum, Vox diuino instinctu seu impulsu edita.

C. Θεοσυδόχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deum capiens aut suscipiens. Idem quod θεοδέγμων. Nonn.

C. Θεόφαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pupillas oculi diuinas seu similes Deo habens, Os Deo simile, Aspectu diuino præditus. vt θεόφαλλον πρόσωπον apud Nonn. Diuina facies.

C. Θεόφλωσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui diuina lingua est. θεόφλωσσος βίβλος, Liber qui Dei lingua loquitur, id est sacra scriptura.

C. Θεογνωσία, ας, ἡ, Cognitio Dei. Damasc. 101, ἀναγκαῖον τῆς θεογνωσίας κεκοινωνηκέναι. Idem pag. 94, τὴν τῶν ἀνθρώπων θεογνωσίαν τε καὶ σωτηρίαν, ἰδίαν πρόνοιαν τοιούμενος, vt homines Deum agnoscerent & seruarentur. Cyrill. σοφοῖς καὶ παλαμήσασι τὴν ἡμέραν τῆς θεογνωσίας. Sic Areop. Areth. Theod. Item Religio orthodoxa & ἀληθογνωσία. Budæus ex Areopag. Ετ Θεόγνωστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo cognitus. Epigr.

C. Θεόγνια, τὰ, Dei natalis, vt interpretantur apud Demosthenem in oratione contra Neæram, in iureiurando sacerdotum Bacchi, καὶ τὰ θεόγνια καὶ τὰ ἰσθαχχεῖα χαίρειν τὸν Διονύσῳ καὶ τὰ πάτρια καὶ ἐν οἷς καθήκει χόροις, dei natalem & Iobacchea celebro Baccho more patrio.

C. Θεοδέγμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Dei seu rerum diuinarum susceptor, Diuinus. vulg. lex. ex Nonno. Idem quod θεοσυδόχος apud eundem. Ετ Θεοδέκτωρ, ορος ὁ & ἡ pro eodē. Vide θεοδέκτειρα apud Hesychium, quod exponitur θεὸν δεδεγμένη.

C. Θεοδήλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo læsus, Cui à Deo noxa seu damnum illatum est. à δεδήληται præterito verbi δηλέομαι. Dicitur etiam res aliqua θεοδήλητος, id est, Dei seu deorum noxa illata. vt θεοδήλητος μαιμφονία in Epigr. Cædes deorum noxa illata.

C. Θεοδίδακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo doctus, Diuinitus edoctus. 1. Thessal. c. 4, θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Ioan. cap. 6, diuisa voce dicit ἔσονται πάντες θεοδίδακτοι Θεοῦ, docti à Deo.

C. Θεοδινὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui à Deo circumagitur, A Deo agitatus vel impulsus. vt θεοδινὴς ῥῆσις apud Nonn. Et θεοδινὴς ἀοιδὴ apud eundem, Vox Dei instinctu edita.

C. Θεόδμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo vel diis ædificatus, A diis extructus. Iliad. ϑ, — θεόδμητον δ' ἔτι πύργον, de turribus seu mœnibus Troianis quæ à diis fabricata poetarum fabulæ docent. Apud Euripidem autē in Hecuba, βωμοῦ πρὸς θεόδμητον πίτνει, de ara ad quam Priamus à Neoptolemo occisus est, schol. vult esse aram nō à dea structam, sed in honorem deæ Palladis, vel Diuina & mira arte structam.

C. Θεόδοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus datus. Vnde θεόδματα apud Hesychium, ἀπὸ θεῶν δεδόμενα. Pro quo Hesiod. & Aristot. dicunt θεόσδοτος.

C. Θεοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Deo similis, Diuina forma præditus. Odyss. ξ, Τηλέμαχος θεοειδής. Il. γ, Ἀλέξανδρος θεοειδής. Philo De vita Mosis lib. 1, τὴν δὲ μέσην τοῦ φλόγα μορφὴν ἰδεῖν ἐοικυῖαν, ἣν ὁ ἑρμηνεὺς εἰδέναι, θεοειδέστατον

ἄγαλμα, simulacrum persimile diuinæ formæ. Plato l. 6, De rep. pag. 84, ἀπ' ἐκείνου πεμπόμενοι ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐκάλεσεν ἐν ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενον, θεοειδὲς π καὶ θεοείκελον. quo sensu aliquanto antè dicit θεῖος, εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ, γίνεται. Apud Gregorium autem, Παῦλος μὲν γὰρ μίμημα θεοειδὲς, Bud. interpr. Patre Christiano. VNDE Θεοειδῶς, Similiter Deo, ita vt diuinam formam repræsentet. θείως, Suidas. ET Θεοειδὴς, ους, ὁ καὶ ἡ, per contractionem, pro θεοειδής. Od. ζ, Ἠὶ φιλόξεινοι, καὶ ὀπιτρόπους θεὸς ὣς θεοειδής, Benigna deorum more. vel, Deo placēs, ab εἴδω, vt Eustath. exponi etiam posse annotat. Et θεοειδία κίνητρα in Epigr. HINC Θεοείδεια, Pietas: quippe qua Dei similes esse studemus. Citatur ex Nōno. Dici verò ET Θεοειδὴς, pro θεοειδὴς, seu θεοῦ εἶδος ἔχων, Eustathius annotat ex quodam lexico ἐν συγκειμένῳ τάξει scripto, citante ex Antiphonte, ἄνθρωπος ὡς φησι παίτων θηείων θεοειδέστατος ἡμῖν ἐστίν. Sed nouam hanc esse scripturam dicit.

C. Θεοείκελος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo similis. idem quod præcedens. Il. α, θεοείκελ' Ἀχαιοί. Ab Hesiodo quoque epitheton hoc tribuitur viris eximiis & qui dijs æquiparandi videntur.

C. Θεοεπὴς, ἐκ θεῶν ἐπόμενοι ἢ λεγόμενοι, Hesych.

C. Θεόθυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deo immolatus, Diis sacrificatus. Et θεόθυτα apud Hesych. ἱερόθυτα. Et apud Poll. θεόθυτα κρέα, eadem quæ παὶ ἐκ τῆς ἱερείας.

C. Θεοκάπηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui Deum seu res diuinas cauponatur, Qui Deum & res diuinas quæstui habet, seu (vt Bud. interpr.) Sacrilegus nundinator. Sic appellat Gregor. 180, eos quos Dominus eiecit è templo. ὡς τοὺς διδάσκοντας ἐν τῷ ἱερῷ, ἃς θεοκαπήλους ἀπέλασεν. vt χριστοκάπηλος pag. 177, & χρισεμπορος, & ἱερέμπορος, Diuinarum rerum nundinator, Sacrilegus institor. B. [Θεοκάπηλοι dicuntur etiam (vt vulg. lex. tradunt) οἱ αἱρετικοὶ, ὡς τὰς ἰδίας διδασκαλίας τοῖς ὀρθόφροσι δόγμασιν, ὡς καὶ οἱ κάπηλοι τὸν οἶνον τῷ ὕδατι, hæretici, qui aliena veræ religioni admiscent.

C. Θεόκλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo vocatus. Nonn. Item, In quo Deus inuocatur, vt θεόκλητος νοὸς, & θεόκλητος βωμός. Item θεόκλητον μέλαθρον, ædes in qua Deus inuocatur, Templum. ET Θεοκλήδωνος pro eodem, in v. l.

C. Θεόκλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, à Suida exponitur θεόπεμπος. AT Θεοκλυτέω, ῶ, F. ήσω, Deum seu à Deo audio. θεοῦ ἀκούω, Hesych. Et θεοκλυτούμενοι dicuntur Vates seu diuini, quibus numē aliquod familiare est, quique (vt de Heleno Homerus dicit) θεοῦ ὄτ' ἀκούοιεν. Plutarch. De Socr. dæmonio, τὸ μαντικὸν καὶ θεοκλυτούμενον γένος. quorum è numero dicit fuisse Hermodorum Clazomenium, cuius anima relicto prorsus corpore, dies noctésque huc illuc errabat, & reuersa, multa è longinquo annūtiabat, quibus dum fierent aut dicerentur, interfuerat. [Item, Deum inuoco, Dei opem imploro. factum vocabulum ex Homerico illo, Κλῦθί μευ. Erit itaque propriè, Deum inuoco vt preces meas exaudiat. Synesius epistola 4, pag. 8, ἅπαντες ἐθεοκλύτουν, ἐπετίθουν, τὴν φιλτάτην ὑπερμενέσθαι, deūm fidem, implorabant, impendente videlicet periculo. Ælianus apud Suidam, θεοκλυτοῦσα καὶ μυρίας ἐφ' αἷς ἔφυσεν ἐπαρωμένη. Ibidem, καταφεύγουσι ὅτι ἡ Κρῆσσα θεοκλυτοῦσα καὶ τὰ ἀγάλματα ὑπερμαιόμενα, deæ fidem auxiliumque implorantes. Interdum casus additur, accusatiuus nimirum personæ, & tunc simpliciter ponitur pro ὀπιπαλοῦμαι, Inuoco. vt θεοκλυτῶν Κυείτην apud Plutarchum, Inuocare Quirinum: Et apud Suidam, μόνη μοὶ θεοκλυτῶν αἰκοῦσα ὡς τοὺς Μήδους γενομένους θεούς. Construitur etiā cum accusatiuo rei, sine casu personæ, significatque A Deo peto. Plutarchus Aristide, pag. 105, τοῦτο θεοκλυτοῦντος τὸ Παυσανίου, ἅμα τοῖς ὅλοις ἐφασκε τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον. de quo paulo antè dicit, μόνον ὡς τὸ Ἡραῖον τὸ ὄψιθι δεδακρυμένον, ἢ τὰς χεῖρας αἴρασαν ὕξασθαι Θεμιστοκλέα Ἥρᾳ. Hæc à dijs precante Pausania, vel q. d. Obsecrante Pausania deos vt has suas preces audirent. VNDE Θεοκλυτία, ας, ἡ, Deorum imploratio seu inuocatio. ἐξ ὧν κατάρας καὶ θεοκλυτίας ἐβόων κατ' αὐτοῦ, apud Suidam ex anonymo autore. Notandum verò, vocabulum hoc, vt & præcedens, apud recentiores esse vsitatius.

C. Θεόκμητος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo elaboratus, Diuinus.

C. Θεόκολος, Sacerdos. ἱερεύς. Hesych.

C. Θεοκρατία, ας, ἡ, Dei imperium. Sic Iosephus appellat imperium Iudæorum sub Mose, in libro contra Apionem, p. 21, teste B.

C. Θεόκριτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuino iudicio electus. Budæus ex Dionysio 162.

C. Θεόκτιστος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo conditus, A Deo creatus.

C. Θεόληπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Numine afflatus. ἔνθεος, ὑπὸ θεοῦ συλληφθείς, vt Suidas exponit. idem ferè quod κάτοχος. Apostolis hoc epitheton tribuitur à Dionysio Areop. Spiritu sancto afflatis, quippe qui à Deo quasi occupati, ipsius instinctu agerent & loquerentur. Plut. ad Color. περὶ Σωκράτους ἀνδρὸς εἰς ἀρετὴν θεολήπτου, viro qui diuino quodā instinctu ad virtutis studium rapiebatur. Accipitur etiam in malam partem. Vnde Plutarchus De Herodoto scribit, ἀλιάδας & ὀπτεσιεῖς historici non esse οἱ θαυμαστοποιοὺς ἄγαν ἐξηγούμενοι τὴν Νικίου, ὥσπερ θεόληπτον ἀναπείθοντες, ἢ θρασύτητα καὶ μανίαν Κλίωνος μᾶλλον ἢ εὐφολογίαν.

ET Θεοληψία, ας, ἡ, Quum quis numine afflatus est, Numinis afflatus seu instinctus: passiuè accipiendo.

C. Θεολόγος, ου, ὁ ἡ, Qui de Deo diuinve loquitur aut differit, aut de rebus diuinis, Rerum diuinarum consultus. Plutarchus De def. orac. πλεῖστον δὲ τῆς ἀληθείας διημαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν θεολόγοι, Delphorum theologi. Vtitur hoc vocabulo etiam Cicero lib. 3 De natura deorū, Ioues tres numerant ii qui theologi nominantur. hoc est (vt Alex. Aphrod. apud Aristotelem docet) qui scientiam de diis se edocturos profitebantur, vt Hesiod. Homerus, Orpheus qui Theogoniam scripsit. VNDE Θεολογία, ας, ἡ, Sermo aut dissertatio de Deo rebúsve diuinis. Plato lib. 2, Polit. οἱ τύποι περὶ θεολογίας τίνες αὖ εἰσιν; Quam theologiam siue θεολόγον διδασκαλίαν, duplicem facit Dionysius, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν, τὴν δ' ἐμφανῆ καὶ γεωμετρικὴν καὶ τὴν μὲν συμβολικὴν καὶ τελετικὴν, τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικήν. ET Θεολογικὸς, ὸν, ὁ, Pertinens ad eos qui de Deo rebúsue diuinis agunt, Theologicus. vt θεολογικὰ ὀπτήματα apud Aristotelem Methaphys. lib. 10, cap. 6, pag. 86, Scientia quæ eorum est qui de rebus diuinis differunt: quam præstantissimam τῆς θεωρητικῆς ὀπτημῶν esse tradit. Θεολογικὸς apud Naz. exponitur etiam Theologiæ peritus, Theologiæ deditus. ET Θεολογέω, ῶ, De Deo loquor, De rebus diuinis differo, Vel Theologicè disputo, Differo aut explico aut commentor more eorum qui rerum diuinarum scientiam profitentur. Aristoteles De mundo, λέγωμεν δὴ ἡμεῖς, καὶ καθ' ὅσον ἐφικτὸν, θεολογῆσαι περὶ τούτων συμπάντων, ὡς ἕκαστον ἔχει φύσεως & τάξεως καὶ κινήσεως, dicere ipsi aggrediamur de diis omnibus vniuersim collectis, quámque fieri potest maximè theologica commentatione edisserere, quænam sit horum cuiusq; natura: Vel philosophari, vt Bud. interpr. Areopag. θεολογῆσαι περὶ θεοῦ τοιοῦδε, theologicè explicare ac commentari. Et de Luca, θεολογῆσαι τὰ περὶ τῆς οἰκονομίας μυστήρια. Et θεολογεῖν τὸν Ἰησοῦν, Iesum asserere & prædicare, Bud. interpr. Inuenitur & passiuum θεολογοῦμαι. Plutarchus De defectu oracul. τούτοις μὲν οὖν ὅμοια πολλὰ λαβεῖν ἔστιν ὧν ὑπὸ θεολογουμένων, ex iis quæ de diis feruntur. Item in altera significatione apud eundem, καὶ θεολογεῖται ἡ ἀρχέγονος φύσις ὑπὸ τοῦ Ὀρφέως, theologicè disseritur seu explicatur. Sic & θεολογούμενα τέχνη apud Dionysium. Sunt enim θεολογούμενα (vt Budæus interpretatur) Theologicè disputata, Theologicè explicata. Citat etiam Sueton. in Augusto, Asclepiadis Menderis θεολογουμένων libros.

C. Θεομανὴς, ὁ ἡ, Deorum instinctu furens, Cui à diis furor immissus est. Eurip. de Oreste.

C. Θεομάντις, ὁ καὶ ἡ, Qui Dei instinctu vaticinatur. Plato Apologia, θεομάντεις καὶ χρησμῳδοὶ ὀλιγίστα λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ ἅπαντα δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι.

C. Θεομάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cum Deo pugnans, Deo repugnās. Act. Apost. cap. 5, μή ποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῶμεν. VNDE Θεομαχία, ας, ἡ, Deorum pugna. ET Θεομαχέω, ῶ, Cum Deo pugno, Deo repugno. Plutarch. ἔξεστί σοι μὴ θεομαχεῖν, μετ' ἐμοῦ δὲ πανοπλίᾳ, τῆς Ἑλλάδος μονομαχεῖν. Act. Apost. cap. 23, οἱ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος μὴ θεομαχῶμεν, cum Deo ne pugnemus.

C. Θεομῐλία, ας, ἡ, Ira diuina, Ira dei seu deorum.

C. Θεόμητις, τος, ὁ καὶ ἡ, Diuina sapiens, Diuina consulens. Nonn. Καὶ πόθεν οὐ θεόμητιν ἐμὲν γενόσκετε φωτῶν; Apud Suidam ponitur dativo casu θεόμητι, exponiturque θεόφρονι, θεοβούλῳ. VNDE Θεομητέω, ῶ, Diuina sapio, Diuino spiritu agor. A quo est θεομητῆ apud Hesych. θεοφορεῖται, θεῖα φρονεῖ.

C. Θεομῑμησία, ας, ἡ, Imitatio Dei. ET Θεμίμητος, ου, ὁ ἢ ἡ, Ad imitationem Dei factus, aut institutus. Vtrũque frequens apud Areop. Vide θεοδίδακτος. VNDE Θεομῑμήτως, Imitando Deum, Cum imitatione Dei, vt ἰσαγγέλως. Bud. ex Areopag.

C. Θεομισής, ής, ὁ ἢ ἡ, Deo inuisus, Deo odiosus, Deo seu diis exosus. Vel, Deo non placens: cui opponitur θεοφιλής: quo modo Bud. apud Platonem De leg. pag. 198 accipit, μηδαμῶς ὅσια, θεομισῆ δὲ καὶ αἰσχρὰ αὖχεται. sed & ibi possumus interpretari, Diis exosa, Diis odiosa. Apud eundem, ὁ μὲν, θεοφιλὴς αὖ ἔπη, ὁ δὲ, θεομισές. Aristoph. Auibus, ἀεὶ δῆτα θεομισὴς ἔρις, id est θεοστυγὴς, Deo seu diis exosus. Synes. ep. 44, ὡς οὐχ ἕτερος οὕτω βίος θεομισὴς, quòd non alia mortium conditio vsque adeo inuisa Deo est. ‖ At Θεομίσης, accentu in penult. Deum exosus, Deum perosus, Qui Deum odit, quam differentiam post Aristoph. scholiasten tradit etiam Suidas.

C. Θεύμορος, apud Hesych. σώφρων.

C. Θεοξένια, τὰ, Festum solenne in omnium communiter deorum honorem institutum. Plut. ἀναμνήσθητι δὲ καὶ τὸν ἄναλτος τῆς Θοξενίων, καὶ τῆς καλῆς ἐκείνης μελίδος, ἣν ἀφαιρουμένης, ἐκ Γυνδάρου κηρύττοιτ' ἂν λαμβάνειν ἀπογόνους. Et apud Athen. lib. 9, ἐν Δελφοῖς τῇ Συρίᾳ τὰ Θεοξένια.

C. Θεόπαις, αιδος, ὁ καὶ ἡ, Diuina soboles, Deo natus. In Epigr. Θεόπαις Βαβυλών, diuina Babylon. Et apud Athen. lib. 7, ex Archestrato, Κιττὸν τὴν κάφαλον, καὶ τὴν θεόπαιδα λάβρακα. In quibus locis impropriè hoc vocabulum vsurpatum est. Θεόπαις dicitur etiã Maria virgo, Christi mater, à Nonno, vt habent v. l.

C. Θεοδίδακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Diuinitus traditus. Dionysius vbique euangelia vocat θεοδίδακτα λόγια. Et θεοδίδακτος καὶ θεομίμητος πολιτεία apud eundem, Vita à Christo præmonstrata, B.

C. Θεοπειθής, ής, ὁ καὶ ἡ, Deo obediens. Nonn.

C. Θεοπνῑπίω, Numine afflatus sum. ὁ Θεοπνεύστης, Hesych. AT Θεόπνῑπος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo missus. Aristot. Ethic. 1, cap. 9, de beatitudine, εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν. ἀλλὰ δὴ ἀφετὴν καὶ τινα μαθησιν ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων ἔοικεν εἶναι. Dionys. Longinus, θεόπνῑπτά τινα δωρήματα: quibus opponit ἀνθρώπινα.

C. Θεοπλάστης, ου, ὁ, Dei seu deorum (hoc est imaginum Dei deorumve) fictor. idem quod ἀγαλματοποιὸς siue ἀγαλματουργὸς, & sequens θεοποιὸς, teste Polluce. Vtitur autẽ eo Aristoph. ‖ Θεοπλάστης dicitur etiam ipse Deus rerum omnium fictor & creator. Philo De mundo, πατὴρ μὲν ἡ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς, τὸν θεοπλάστην ἐκεῖνον, diuinum illum fictorem. VNDE Θεοπλαστέω, ῶ, Deum fingo. Philo De vita Mosis lib. 3, θεοπλαστοῦσι τὸν λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, ὡς αἰτίμητον οὐσιαν τοῦ γεγονότα, Nilum commentitium deum ratione quadam indigitãt Ægyptii.

C. Θεόπνευστος, ου, ὁ καὶ ἡ, A Deo inspiratus. Phocylid. Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ὧδε λέγει. 2 Timoth. 3, γραφὴ θεόπνευστος.

C. Θεοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Qui deos siue deorum imagines fabricatur. idem quod θεοπλάστης, vt docet Pollux. Et θεοποιὸς τέχνη in vulg. lex. Ars deorum fabricatrix. VNDE Θεοποίᾱ, ας, ἡ, Deorum fabricatio, Simulacrorum in honorem deorum effictio. ET Θεοποιέω, ῶ, Deum seu deos facio. Luc. in Scytha. Ἀθανάτοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας, deos facere ex Scythis, In deorum numerũ referre. Ἀθανατίζειν, vt paulo antè loquitur. Apud eũ dẽ θεοποιεῖσθαι ἐκ μειλίας, Ex ventre deum sibi facere, Vẽtrẽ Dei loco habere, seu seruire ei vt deo. Theodorit. in Eccles. hist. μάγοις δὲ καλοῦσιν οἱ Πέρσαι τοὺς τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντας. Heraclitus Hermodoro, de Hercule loquẽs, ἀλλὰ τί καὶν τοῦτον θεοποιοῦσι; ἢ ἴσως κακοδαιμονίαν καὶ ἔρημον τὸ ἡμέτερον ἐποίησε, Quid inter diuos eum retulit? Apud Nazianzenum quoque τὸ πολύμικτον ἄγαλμα dicitur θεοποιεῖσθαι, deos faciens, seu diuinos homines faciens. VNDE Θεοποιικὸς, ὁ, Qui deos siue deorum simulacra facere potest. vt θεοποιικὴ sub. τέχνη, Ars deorũ fabricatrix, Ars cõficiẽdi deorum simulacra. ἀγαλματοποιικὴ siue ἀγαλματοποιητικὴ. Poll.

C. Θεοπρεπίζω, ῶ, Deos fingo: vt ἀνθρωποπρεπῶ. Budæus ex Plat. lib. 10 De legib. in fine. Nisi quis idem esse velit quod θεοπλάθω.

C. Θεοπρεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Deum seu deos decens, Deo conueniens. Nazianz. θεοπρεπεστέρας φωνὰς, Deo magis conuenientes voces, Voces quæ diuinam maiestatem magis deceant. Plutarch. Ad præfand. doct. ἡρωϊκὴν καὶ θεοπρεπῆ μορφὴν ἔχοντες, heroicam & quæ deos deceat. Et neutro genere τὸ θεοπρεπὲς substantiuè pro Diuinum decus, Diuina maiestas. Philo De vita Mosis libro 2, πάντες, ὡς ἔοικε, τὸ σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς αὐτῶν ἐκπεπληκότων, diuinam quandam earum maiestatem. VNDE Θεοπρεπῶς, Ita vt Deum vel deos decet, Diuinè. Luc. θεοπρεπῶς ἐφάλλετο. Nazianz. γέγραπται γὰρ θεοπρεπῶς τοῦτον. Apud Areopag. θεοπρεπῶς, Diuinè, vt ἀγαθοπρεπῶς, Benignè. Budæus.

C. Θεοπρόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Deum decens. Ex Epigr. ‖ Θεοπρόπος est sæpius Vates, Diuinus. idẽ quod μάντις, vt Eustath. annotat, dictum esse volens θεοπρόπον quasi θεοῖς πρέποντα vel θεοῖς πρέποντα λέγοντα. Il. μ, θεοπρόπος ὃς ἄφα θυμῷ Εἰδείη πεφάτων. Il. ν, Οὐδὲ σύγ' ἐσσὶ Κάλχας ὄρνιθας θεοπρόπος οἰωνιστής. vbi idẽ Eust. docet θεοπρόπος esse generale, sicut μάντις: vt θεοπρόπος οἰωνιστὴς sit μάντις οἰωνοπόλος, vates auguriorum peritus. ‖ Item, Qui vadit ad oracultum petendum, Bud. Qui oraculum consulit. qui alio nomine θεωρὸς dicitur. Herodot. lib. 1, πέμψαντες θεοπρόπους, mittẽtes qui oraculum consulerent. Idem eodem libro, θεοπρόπους ἐς χρηστήριον ἀπέπεμψε, mittens qui oracula scitarentur. Plutarchus Cimone, pag. 162, οὐδὲ χρηστήριον αὐτῷ ὁ θεὸς ἔχρησεν, ἀλλ' ἅμα τοῖς θεοπρόποις ἐκέλευσεν ἀπειλὰς ἐκείνας ἐξελθεῖν. Idem in Fabio, εἰς Δελφοὺς ἐπέμφθη θεοπρόπος, Delphos missus est ad petendum oraculum. Idem Romulo, ἀπεστάλησαν θεοπρόποι εἰς Δελφούς. VNDE Θεοπρο πία, ας, ἡ, ET Θεοπρόπιον, ου, τὸ, Oraculum, Vaticinium. idem quod μαντήμα, seu λόγιον. Il. ω, Εἰ δέ τινα φρεσὶ σῇσι θεοπροπίῃ ἀλεείνεις, effugis oraculum. Et paulo post eodem sensu, Οὔτε θεοπροπίης ἐμπάζομαι οὔτε τινα εἰδῶ. Il. α, ἄλλα μὲν μάντις Εὖ εἰδὼς ἀγορεύει θεοπροπίας Ἑκάτοιο, expouo nobis Apollinis oracula. Et Δοσαοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις, oracula edis, Oracula reddis. Ibidẽ, ἔνθα, θεοπρόπιον, πεῖσα, Ede oraculũ seu effare, Funde oracultum. ET Θεοπροπέω, ῶ, Oracula expono, Oracula fundo, Vaticinor. Il. α, Καὶ νῦν ὁ Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύοι, Vaticinans, Prædicens.

C. Θεορρήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Qui diuina loquitur, seu Diuina loquutus, vt Budæus apud Damascenum interpr. ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος θεορρήμων Γρηγόριος. Idem est quod θεηγόρος. VNDE Θεορρημοσύνη, ης, ἡ, Institutio diuina, seu θεία διδασκαλία, κατήχησις: vt Suid. exponit apud quẽ vnico ρ scribitur θεορημοσύνη.

C. Θεόρρυτος, ον, ὁ καὶ ἡ, A Deo profluens: vel, A Ioue fusus, aut profluẽs. vt θεόρρυτος Ὅμηρος, id est Διὸς Ὅμηρος, vt cum Homero Hesiodus loquitur.

C. Θεοσεβὴς, ής, ὁ καὶ ἡ, Pius, Qui deum piè colit, Religiosus. ζῷον τὸ θεοσεβέστατον, Animal quod est ad cultum deorum aptissimum, Cicero apud Platonem, pag. 32 Lex. Cic. VNDE Θεοσεβῶς, Piè, Religiosè, More eorum qui Deum colunt. ET Θεοσέβεια, ας, ἡ, Dei cultus, Cultus diuinus. Augustinus in Enchiridio, cap. 2, de loco illo in libro Iob, Pietas est sapientia: Si quæras (inquit) quam dixerit eo loco pietatem, distinctius in Græco reperies θεοσέβειαν, qui est Dei cultus. Dicitur enim Græcè Pietas, & aliter idem δοσέβεια: quo nomine significatur Bonus cultus. Hæc ibi. ET Θεοσεβίω, ῶ, Deum colo. apud Chrysostomum opponitur τῷ εἰδωλολατρεύω, vt testatur B.

C. Θεοσέβαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dei instar colendus, Diuino honore colendus, Venerabilis, Venerandus. Aristoph. Neb. de voce tonitrui, θεοσέβαστον ἠδὲ φωνὴν, Sacram vocem seu diuinam vocem. Et apud Suidam ex eodem, βροντῆς μου καταιδεῖς θεοσέβαστον, Venerandi fulminis seu A Deo immissi, vt θεία τόνος apud Soph. AT Θεοσέβαστος, ου, ὁ,

Dei cultor. Eurip.

C. Θεοσημία, ας, ἡ, Signum diuinitus editum, Miraculum. vt Διοσημία. idem quod Σῆμα & Τερατία, teste Bud. qui ex Damasceno citat, & Areop. Apud Damascenum de Apostolis, τὴν παραγίνεσθαι θεοσήμους πνοὰς, καὶ τὸ αὐτοῖς δυνάμει θεοσημείους ἐργασαμένους, Signa diuina, Miracula diuina. A Suida exponitur ἡ τῶν θεοῦ μαντεία, Oraculũ diuinum.

C. Θεόσοφος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rerum diuinarum consultus, In diuinis peritus. Apud Areopagitam idem est qui theologus, hoc est propheta, vt Budæus annotat: seu (vt alibi exponit) Theologus rectè sentiens. Areopag. De diuinis nominibus, ὅτιπερ αὐτοὶ τῆς πάντων ἄρτιον οἱ θεόσοφοι τελουσούμενος ὑπὲρ πάντων τῆς αἰτίας τῶν ὑμνῶν ὡς ἀγαθὸν, ὡς καλὸν, ὡς σοφόν. Item θεόσοφοι apud eundẽ, Homines spiritu diuino correpti, Spirituales. B. VNDE Θεοσοφία, ας, ἡ, Rerum diuinarum scientia. Apud Areopag. 192, pro religione Christiana accipi docet Bud.

schol.tradit. VNDE Τειχίδιον, ου, τό, diminut. à τειχίς, Paruus trichias. Athen.lib.7,circa finē, Ex lib.Callim. ἐν τοῖς ὀνομασιῶν. Ibidem est ET Τειχιάς, άδος, itidem piscis nomen.Ex Nicochare,Τειχιάδας δὲ καὶ τὰς πεντεμάδας τὰς ξυνίδας ἔλεγεν. In v.l. est ETIAM Τείχαι ET Τειχαῖοι. Exponunt autem τείχαι, τειχίαι, remittuntque ad Τειχίς. At τειχαῖοι afferunt ex Aristot.lib.8 Animal.itidémque ad τειχίς remittunt: neutrius tamē ibi meminerunt. AT Θείαινα, ης, ἡ, ipsum quoque piscis genus est,itidémque à θρίξ deriuatum, Eustathio teste. Athen.lib.7,circa finem, Δωρίων ὁ ὁ ὢ καὶ ἰχθύων, καὶ τῆς ταπρίας μέμνηται θρίσσης. Aristoph.schol τειχὶς & θρίσσα idem esse vult:eiléque.fortassis eas quæ suo tempore vocabantur θρίσσαι.ab Athen.tamen videtur distingui,vt annotaui in Τειχίς.

ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ, ὁ, ET Βόσρυξ, υχος, ὁ, Cincinnus, Capilli certo modo plexi. Sunt tamen qui propriè cirrum muliebrem ita dici putent.B. Aristoph. Nub. ἰὼ ὦ πῶς ἔτ' ἀδελφοῦ τ' Βόσρυχον. Ab Hesychio βόσρυχοι exponitur πλόκαμοι, itidémque Βόσρυχος ab Etymol. πλόκαμος. qui & notationem huius nominis Βόσρυχος addit, videlicet à βόστρις, vt nimirū dicatur quasi βόστρυχος: quia (inquit) μᾶλ' ἀγκύμασι βοστρυοειδοῖς (malim βοστρυοειδέσι) σπείρεται. in cuius confirmationem subiungit versum cuius autorem non nominat, Πλοκμοὶ βοστρύοντες ἐπῳρώδεσι κύσι 2. sed is est Apollonius, ex quo reponi debet βοστρυόεντες & ἐπῳρώδεσι. Vt autem hic dicitur πλοκμοὶ ἐπῳρώδεσι, sic καὶ Ἰωνικῶς βοστρύχοις apud Luc.legitur:ἐκατέρωθι καὶ Ἰωνικῶς βοστρύχοις. τῇ μίτρᾳ τοὺς βοστρύχους ἀποκεκρυμμένους. Apud Athenæū lib.10 Euripides, vel potius is quem ille introducit pastor αἰγάμματος, literam Ζ comparat βοστρύχῳ τιλιγμένῳ.pro quo τιλικῆς βόσρυχος dicitur ab alio poeta de eadem re. Ex Græcis Bibl.interpr.Iudic. c.16,τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς: pro quo ibidē τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς,cincinnos & catenulas. Et τὸ βόσρυχα neutro gen.in Epigr.

Βόσρυχοι, Cirri, Animalcula pennata, de genere insectorum.ex Aristot.De Animal.l.5.

C.Εὐβόσρυχος, Pulchros habens cincinnos seu cirros.Poll.

C.Ἰοβόσρυχος, υ, ὁ, & ἡ, Cirros habens fusci coloris,aut nigri apud Pind.in Olymp. Vbi ἰοπλόκαμος in aliis exempl.

Βοστρυχώδης, Cincinni seu Cirri formam habens. Apud Euripid.autem Βοστρυχώδης πλοκὶς in Phœn.ἐν ᾗ βόστρυχοι καῖται, vt schol.exponit.

Βοστρυχηδόν, In cincinni modum seu cirri, In formam cincinnorum.

Βοστρυχίζω, In cincinnos plecto, Capillum compono,Calamistro,Calamistris inuro. Atque vt hæc metaphoricè etiam accipiuntur à Lat.ita illud à Græcis. vt Dionys. Halicarn. dicit Platonem suos dialogos κτενίζειν & βοστρυχίζειν,ac πάντα ζῶον αἰκαλίζειν. Sunt & qui βοστρυχίζειν accipi putent pro Cirros gestare. vt videlicet βοστρυχίζων sit qui ET Βιβοστρυχωμένος appellatur,Cirratus,Cincinnatus,partic.à Βοστρυχόομαι. ET Διαβόσρυχωμένος, Archil.pro eodem.

Βοστρύχιον, dimin.q.d.Cincinnulus. At verò quod Aristot.dicit de polypo, πάντα ὁ τὸ ὠὸν καθιέμενος βοστρύχοις ὁμοίοις τῇ τῆς λεύκης καρπῷ, Plin.vertit,Parit vere oua tortuli vibrata pampino.

ΘΡΙΣΣΟΣ, οῦ, ὁ, Pinna seu corona murorum, & quasi capillus. nā à θρίξ & ipsum deriuant,quasi θεσσός, per epenthesin literæ γ. ἡ περιφάνεια τοῦ τείχους. A Bud. exponitur Lorica muri. Odyss.ν, πῖχας ἐρήρεδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ, περὶ δὲ θεσσαλὸς κίονεν. Et Odyss.φ, de ædibus Vlyssis, ἐπήσκητο δέ οἱ αὐλὴ Τοίχῳ καὶ θεσσαῖσι. Vbi tamen schol.exponit etiam περιβόλοις:quo modo accipi possit & præcedens ex Odysseæ ν locus: videlicet pro Sepimento seu vallo. Et metaph. apud Platonem in 7 De rep. p. 100, ἆρ' οὖν ἄλλῳ τῳ, ἔφην ἐγώ, ἢ τῷ τοὺς θεσσαλοὺς τοὺς μαθήματος ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, & οὐκ ἔστ' ἄλλο τι τῶν μαθημάτων ὑπερθετέον; id est Bud.interpr.Verum tandem igitur tibi placet dialecticam hic super omnes disciplinas collocandam nobis esse vt loricæ structuris summis mœnium parietumq; superstruitur. Θεσσοὶ siue θεσσία siue θεσσάλωμα idem Bud.id esse dicit quod loricæ testaceæ Vitruuio lib.2, c. 9,& Curtio lib.8,p.106,hoc est tutela parietum ab aqua pluuiali: & vulgo vocari Caputiū, quo videlicet summi parietes aut muri ab iniuria pluuiæ munīantur. Ab eodem Budæo exponitur Fastigium, κορωνὶς, κεφαλή. Plinius θεσσοὺς videtur interpretari Tegulas.pro his enim quæ Dioscorides lib. 4, cap. 86, de helxine siue herba murali dicit, εὕρηται ὅτι θεσσοῖς καὶ πίσσαις, ipse habet,Nascens in tegulis parietinisque. Rursus pro eo quod apud eundem est eodem lib. cap.90 de semperuiuo minore, φύεται ἐν πίσσαις καὶ πίτσαις καὶ θεσσοῖς καὶ πέτραις ὑποκοίλοις, ipse habet,In muris parietinisque nascitur & tegulis.Ruell.ibi vertit Macerus,Marcell.Murorum coronis. A Plinii interpretatione nō ita multū alienū videtur quod Eurip. scholiast. tradit, θεσσοὺς esse lapides qui summitatibus ædium superimponuntur, οἱ ὑπερκείμενοι λίθοι τοῖς ὀρόφοις τῶν δωμάτων: at nescio cur ide esse dicat quod γεῖσα,hoc est suggrundia,quū apertè distingui videatur in hoc loco Eurip.Or.Ἢ τῷδε θρίσσῳ κρᾶτα σωφρανῶ σέθεν Πήξας παλαιὰ γείσα. Θεσσοὶ, apud Hesych.mēdose εἰκεδεμὴ ἐφ' οὗ καὶ ἡ στέγη κεῖται: item ὁ ὑπὸ τὴν κλινόποδα τὸ πίσσου πόπυ. Θρίσσος, Septū, Vallum, περίφραγμα, περίβολος, περίφραγμα, μικρὸν πρόβλημα, vt Suidas & Hesychius exponunt.Plutarchus, ἐν γὰρ αἱμασιαῖς ξύλα καὶ θρίσσοι οἰκοδομοῦσιν οὐδὲ φέρει ξύλον τὸ τυχὸν ἢ λίθον ὑπερβαλεῖν χαλάσαν, ἢ τοῖχον ὑπερθεῖναι περισσοῦσαν ἀπὸ μήκους. Vbi θρίσσοι pro maceria poni videtur. Paus. Att.p.31, ἔστι δὲ τῷ ἐς τὸ πρυτανεῖον ὁδὸν ἴουσιν ὄρυγμα ἐρεῶν. περὶ δὲ αὐτὸ θρίσσοι λίθων, Sepimentum ex lapidibus, hoc est macerja. Cæterùm quod ad scripturā attinet, scriptum reperitur & Ὀρίσσοι ET Θριγγός. Apud Homerum & Eustathium & Suidā scribitur θρίσσοι per σσ, quam scripturam Budæus quoq; sequitur: apud Dioscoridem verò & Plutarchum & Pausaniam θριγγός per γγ. Hesychius quoque θριγγοὺς scribit: apud quem post expositiones huic nomini subiectas, est, καὶ θρυλλός: quo videlicet admonere voluisse videtur scribi ETIAM Ὀριγγός. quam scripturam Eustath. quoque quosdam sequi tradit, sed antiquis eam non placere. ego vnicam sequutus sum.

Θρισσόω, ῶ, F. ώσω, Lorico, Lorica testacea munio, Coronā seu fastigium ædificio impono. Vel Vallo seu septo munio. Vtroque modo exponi posse tradit Eustath. Odyss.ν, [αὐλὴ] ἰὼρα συρίζουσα· Αὐτὰρ δείματ' ὀπηδεν ἀπιχωμένοιο ἄνακτος Ὑψηλὸν λάτυξε, καὶ ἐθρίξησεν ἀλήθω. VNDE Θρίξωμα, ατος, τό, Quod loricæ seu fastigii loco ponitur, Sepimentum.idem ferè quod θρισσός. Plutar. ET Θρίγκωσις, εως, ἡ, Loricatio, Circumseptio. Apud Hesychiū est ETIAM Τριγκόω, eiusdem significationis:sed annotat scribi & Θριγγόω.

Θριγκίον, ου, τό, diminutiuum à Θρισσός.

C.ΠΑΡΑθριξίζω, Lorico, Obsepio. Theoph.De hist.pl.l.3, cap. vlt. de similace siue hedera Cilicia, ἴδιον δέ φασι βοτρύων, ὅτι ἐκ πλαγίων τοῦ καυλοῦ διαθριγκίζεται, καὶ κατ' ἄκρον ὁ μάγιστος βότρυς τοῦ καυλοῦ, per latera cauleni sepitūr.

ΘΡΙΟΝ, ου, τό, vel Θεῖον Ficus folijū, Ficulna frōs. Comicę qdā apud Athen.l.3, vel potiꝰ coquꝰ quidam apud illum comicum, Θείαισι ταύτῃσι ἤλασα. videlicet τοῖς ἀμίαις. Aristoph.Vespis, πολλοῦ ἀκούσας εἶδε θρίων τὸν ψόφον.quod ideo dicitur quia frondes ficulnæ dum vruntur,valde crepitāt & strepunt.ideóque perinde est acsi ita loqueretur,Istis comminationibus,seu minacibus verbis nihilo magis moueor quàm frondium ficulnarum strepitu. Vide & Erasm.in prouerb. Complurium thriorum ego strepitum audiui. sed ibi etiam aliam expos.affert, de qua dicam paulo pòst.

Θεῖον, generalius etiā capitur pro quouis folio. vnde μυρσίνια θρία apud Nicād.sic & χαμαιπίτυος θρία apud eūdem. Θεῖον dicebatur etiam edulium quoddam ex lacte & adipe suillo ac semidalide, atque aliis, quod ficulneis foliis incoquebatur. Plura de eo lege apud Hesychium & Suidam,& schol. Aristoph. Sed Suidam vide & in Θεῖον & in Θεῖα, diuersis locis. Apud Luc.in Lexiph. καὶ θρυμματίδες καὶ θρία καὶ μαλάβαθρα. Θεῖα ἐγκέφαλον, Aristoph.Membranæ cerebri, ob similitudinem cum ficulneis foliis.Vide ibidem schol. ΠΤΥΟ Ἐθρίνμαι, pro Involvor ficulneis foliis. Vide Suidam

in Ἐπιθριάδαι. AT VERO Θριαί, Calculi sortilegorum. id est, quos sortilegi in vrnam mittunt. Callimach. in hymno Apollinis, de eo loquens, Κείνῳ δὲ θριαὶ καὶ μαίνας. vbi schol. exponit μαντικαὶ ψῆφοι. quæ expositio habetur itidem apud Hesychium & Suidam. Videntur tamen ipsæ Sortes à Callimacho ibi significari hoc nomine, id est ipsa vatum responsa. Habet autem nomen Sortes & alteram significationem: vnde Coniicere sortes in hydriam, apud Cic. Vide & Steph. in Θρία, quod illi est etiam δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Cæterùm Erasmus in Aristoph. loco quem modò protuli, dubitat num legendum sit θριῶν ab hoc nominatiuo θριαί: sed expositionem affert quæ violenta esse videtur. HINC Θριοβόλος, Qui thrias in vrnã iacit. Vide Erasmũ in prouerb. Plures thriobolos, paucos est cernere vates. ET Θριάζω, Furore percitus sum vatum more. item φυλλολογῶ. Vide Hesych.

ΘΡΙΑΜΒΟΣ, ου, ὁ, Triumphus. Quomodo autem θρίαμβος à θρίον deductum sit, lege apud Etymol. & schol. Nicandri. Plut. De fort. Rom. Ἔπαιζε γὰρ Ἕλλησι παίζουσι τραγῳδίαν, καὶ θρίαμβοι θριάμβοις ἀπαντῶσι. Idem in Fabio, πολὺ ἀφ' ἧς τὸ ἀρχαῖον εἰσήλασαν θρίαμβον. Ibidem dicit θριάμβους ἐκ πολέμων μεγίστων ὀλίγαις πάνυ καταγαγεῖν. Dion. Halic. lib. 8, dicit ἐλάττονα θριάμβον, id est minorem triumphũ, fuisse appellatum à Romanis Ouationem. sed ibi legitur ὦσαν. Hesychio θρίαμβος est πομπή, ὀπτηδείξις νίκης, vel Δρουσιακὸς ὕμνος ἰαμβικός. HINC Θριαμβικός, Triumphalis, Ad triumphum pertinens. Sed affertur & θριαμβικὸς ἀνήρ ex Plutarcho pro Triumpho potitus. ET VERB. Θριαμβεύω, Triumpho. Herodian. 8, ἡ δὲ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος ἀφηνιάσαντες ὡς περ θριαμβεύονται ὑπ' ἀλλήλων. Idem libro 3, ἐφ' ᾗ [νίκῃ] καὶ θριαμβεῦσαι ἰδέᾳ. Ex Plutar. in Rom. ἐθριάμβευσεν ἀπὸ πάντων, de his triumphauit. Iungitur & accusatiuo, & quidem non solùm accusat. nominis vnde deducitur, videlicet θριαμβεύειν, sed & accusat. personæ. Plut. in Fabio, δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσεν. Ex eodem in Romulo, ἐθριάμβευσε βασιλεῖς, Triumphauit de regibus. Sic apud Paulũ ad Col. cap. 2. v. 15, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, Quum de illis triumphasset per eam, vel, Triumphatis illis per eam [crucem videlicet] vel in ea cruce, quæ fuit instar triumphalis currus. Nazianzen. autem ἀποδειγματίζειν & θριαμβεύειν copulauit, (vt hic Paulus post ἐδειγμάτισεν addidit θριαμβεύσας) ἀποδειγματίσας τὴν ἁμαρτίαν καὶ θριαμβεύσας ὡς ἄξιον ὕβεως. At verò apud Paulum rursus, 2 ad Corinthios cap. 2, v. 14, τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ Χριστῷ, pro Qui facit vt semper triumphem in Christo. Vide Bezæ annot. Et pass. Θριαμβεύομαι, Ducor in triumpho, De me triumphatur. Plut. in Cotiol. θριαμβευόμενον ὑπὸ τῆς πολιτείας. HINC Θριαμβευτής, Triumphator.

ΘΡΥΠΤΩ, Frango, Cõfringo. Quidam tamẽ putarunt esse propriè In minutas partes frango, εἰς μικρὰ κόπτω: vnde & Comminuo reddiderunt, item Contero, quod est συντρίβω. pro qua interpr. facit θρύπτομαι, expositum à Suida συντρίβομαι, vt docebo quum de metaphorica verbi huius signific. agam. Philo De mundo, de lapidibus loquens, θρυπτόμενα καὶ ῥέοντα, ὡς λεπτὸν παντελῶς ἀναλύεται κόνις. id est (Bud. interpr.) Fragiles & fluxi, in tenuẽ primùm puluerem soluti. ‖ Θρύπτω redditur & Frio. pro quo nõ dubitarim dicere cum Plin. Frango in micas, vt idem verbum retineam. Hoc certè constat, ab hoc verbo fieri τρύφος, quod frustum significat, propriè tamen panis. apud Nic. πίθρυπτα schol. exponit etiam πίθλα πλακοῦς ἄρτου. Vide Διαθρύπτω. Cæterùm verbum θρύπτω Eustathius inter ea recenset quæ ὠτίμα παιπάλωτα. Plato item in Cratylo dicit literam ρ hoc in verbo ἀπεικάζειν τὸ πολύ, sicut IN Κρούειν, ET IN Θραύειν, ET Ἐρίπτειν, ET Κερματίζειν, ET Ῥέμβειν.

Θρύπτω, Frango deliciis, Frango luxu. Gregor. in lib. qui ἐπὶ ἐμοὶ inscribitur, καὶ οἱ μὲν ἡμέτεροι τὸ σπουδαῖον ἐν σπουδαίοις ἢ ἀκριβέστερόν πως ἐπάσκουσι, ἡμεῖς δὲ θρύπτομεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν τούτοις μᾶλλον καὶ ἀφιέμεθα. id est, Frangemus nos ipsos deliciis vestris mollis. Apud Lat. & Frangere delicias, & Frãgere deliciæ ipsæ dicuntur. vt Iuuenal. — & turpi fregerunt secula luxu Deliciæ molles. In v. l. affertur, tacito autoris nomine, ἃ δὲ θεοῖς δοῦλοις θρύπτοντες, pro Solutus facientes quæ ad seruos spectant. id est Indulgentes.

Θρύπτομαι, Frangor deliciis. Vel, Frangor, Eneruor, metaph. signif. Aut etiam Dissolutus reddor, Corrùmpor. Plut. de lib. educ. χαυνοῦνται γὰρ ταῖς τρυφερίαις τὴν ἐπιτήδειον καὶ θρύπτονται. Xenoph. autem dixit in Symposio, μαλακίᾳ θρυπτομένου, sicut ἀβρύνεται χλιδανομένου. Sed in illo Plutarchi loco animaduerte cum verbo θρύπτεσθαι copulari etiam χαυνοῦσθαι, quo alioqui Suidas illud exponit, sicut & istis, μαλακίζομαι, βλακεύομαι. Idem affert ex Aristoph. σήμερον ὑπὸ τῆς ἑταίρας ἐθρυπτόμην, quo quidem in loco θρύπτομαι ait esse σφόδρα τρυφᾶσθαι, σπουδάζομαι. vel σωτηρίαν ἐπιβουλεύομαι: cui posteriori interpr. potius assentior. Imò verò ne vllum quidem locum priores illas habere posse arbitror. nã quomodo dici queat ἀφόδρα τρυφᾶσθαι, vel σπουδάζομαι ὑπὸ τῆς ἑταίρας, non video. ‖ Θρύπτομαι redditur etiam Molliter & delicatè viuo. In vsu est & partic. præt. πεθρυμμένος, Luc. pro Fractus deliciis, Luxu solutus. (quo vtor post Quintil.) vel vno verbo Dissolutus. nam & hoc ita interdum accipi puto. VNDE Τεθρυμμένως, Delicatè & molliter, Dissolutè. Plut. in Pol. præc. τῆς ἀσωλγοῦς καὶ πεθρυμμένως ζῶσιν. ‖ Sed accipitur sæpe pro Delicias facio. Addit Budæus, θρύπτομαι idem fermè esse quod ἀκκίζομαι, Ioculari quadam simulatione vtor, Grauiusculum aut modestiusculum ago iocando. A Luciano dicitur θρύπτεσθαι quidã qui rogatus ab amico vt narraret quæ in conuiuio audierat, illiberaliter & malignè cunctabatur omnia dicere: quòd nimirum impensius se rogari vellet, ne futilis videretur si tam leui momento adduceretur ad prodendos conuiuas. Hactenus Budæus, afferens ex ipso Luc. verba hæc (quæ in Sympos. leguntur) θρύπτῃ λαῦ τὰ ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' ἴσχε &c. vbi obserua iungi accus. rei. At statim pòst constructionem vsitatiorem habet, κἀγὼ θρύπτομαι ὡσὲ οὐ εἰδὼς τὴν μέρην. Vbi certè θρύπτομαι est quod Gall. dicimus, *Ie me feray prier*. Vel, *I'auray mon passe-temps de moy*. adeo vt crediderim Latinè reddi etiã posse, Ludos te faciam. Sic idem Luc. pag. 43, οὐ δὲ ἐθρύπτου ὡσὲ αὐτόν. Et quoniam ad vernaculam linguam confugere cœpi, addo θρύπτεσθαι in ea posse etiam reddi *Faire de rencherir*. Sed θρύπτεσθαι peculiariter dicitur de meretrice, aut etiam ὡσὲ τὴν παλλακὴν, seu generalius ὡσὲ τὸν ἐρωμένον, vt apud Xenoph. in Symposio, pag. 521, ὁ Σωκράτης ὑποσκώψας, ὡς δὴ θρυπτόμενος, εἶπε, μὴ νῦν μοι σὺ τὸν ῥόπτρον ὄχλον παρέχε. ὡς γὰρ ἐρᾷς, ἄλλα ὡσέρπω. Quò pertinet hic locus Dion. Areop. in longa illa ad Demophilum epistola, εἰ δὲ ὅτι καὶ τὴν ἀπορροιτῶσαν ἐρωτικῶς ἔχεται καὶ φιλοτεχνεῖ, καὶ δεῖται μὴ ἀπαξιωθεῖσαν τῶν ἐρωμένων· καὶ θρυπτομένων αὐτὴν καὶ οἷον παρακλειόντων αἰσχύνεται; vbi de Deo loquens, ab amatoribus metaphoram sumit, atque adeo amatorios affectus exprimit, qui in Deo perspiciũtur, quum homines eius negligentes & quasi fastidientes ad se reuocat. Ibi certè schol. annotat θρύπτεσθαι dici ὅτι τὴν ἐρωμένην εἰ τὴν ὡσὲ τὴν πρὸς ἐρωτας ἀπαλλάττεσθαι σωτηρίας, πάντως τὴν σωματικὴν πάντοτε καταπλασμένην κέχλιται ἢ ἔχει. vbi omnino mendosè legi puto σωματικὴν, ac pro eo reponi posse πεθρυμμένην. Sed nequaquam ei assentior in hac expositione. neque enim puto quum ponitur θρύπτεσθαι hac in significatione, respici ad ἧδος καταπλασμένον, vt ille vocat, sed dici θρύπτεσθαι eum qui illud facit, quasi voluptati suæ indulgẽtem, atque adeo voluptatem capientem ex aliorum ægritudine ob eã quam patiuntur repulsam. Sed siue hæc siue alia sit istius significationis origo, eadem certè (quæcunq; sit) & verbis καταγχαλᾶν ac καταπτύφαι seu ὑπτύφαι, conuenient. quæ omnia verba licet deliciarum significationẽ inclusã habeãt, quod tamẽ Latini dicunt Delicias facere, his duobus magis respõdet, τὴν θρύπτεσθαι, & τὴν καταγχαλᾶν. Videndũ est etiam an vt Græcè θρύπτεσθαι, sic Latinè Delicias facere dici possit meretrix quæ se difficilem præbet, ac malignè; nec nisi multis eũ precib⁹ se indulget, vt pluris se addicat. quod propriè significari puto his verbis Gall. *Faire de la rencherie*: atque adeò ab illis

sumptum est hoc loquendi genus *Faire de remcheri.*

Θρύμμα, ατος, τὸ, ET Τρύφος, Fragmentum, κλάσμα. Sed peculiari significatu κλάσμα ἄρτου vocatur θρύμμα seu τρύφος, vt testatur Hesych. & Suidas. Lat. Frustum panis: sed ita vt accipiatur non pro buccella, sed pro eo quod dicimus *Vne piece de pain.* Quod Lat. reddere malim Crustū. ita enim Seruius, Quum crustum dicimus, eduliū aliquod significamus, partem panis vel placentæ. Vt autem dicit Partem panis, ita Poll. θρύμματα exponit μέρη τοῦ ἄρτου. Cæterùm à τρύφος est Τρύφων eiusdem significationis in quibusdam Galliæ locis. A QVO Τρύφος fecit Hesiod. Τρυφάτρυφος, vocans ἄρτον τρυφάτρυφον panē q in quatuor crusta diuidi possit, quorum certa quæpiam mensura videtur intelligi. vt quum Gall. dicimus *Vn chiuteau de pain*, ita signif. *Vne piece de pain*, vt interim de certa quapiam mensura intelligamus, licet non exactè circumscripta. Locus est in Erg. Ἄρτον διατμήσας τρυφάτρυφον· vbi tamen vulg. lex. interpr. In quatuor frusta diuisum. Tzetzes exponit πάστερα κλάσματα ἴχνη τεταρτεύσεως. AT VERO à θρύμμα fit Θρυμμάτιον forma dimin. Placentæ genus apud Pollucem. Quam vocem apud Athenæum, item & Lucianum inuenio. Hesychius suo tempore vocatam ἐνθρυμματίδα scribit. Sunt autem qui θρυμματίδα, sicut & ἐνθρυπτὸν, Intritum reddi ad verbum posse existiment.

ET etiam Θρύπλακος apud Hesych. idem quod θρύμμα & τρύφος significans, sed Cretensium lingua.

Θρύψις, Ipsa actio frangendi deliciis, Effœminatio, Enervatio. Item Deliciæ, Mollities. in qua significatione frequentius etiam esse puto. Xenoph. Pædiæ 8, σαρώσασα δὲ βάλλομαι καὶ πρὸ θρύψεως αὐτῆς. Ibidem τρυφὴ & μαλακία & ἁβρότητα simili signific. dicit. AT Ἀθρυψία contr. q.d. Vacuitas à deliciis seu mollitie, Vita minimè delicata, seu mollis.

Θρύψις à priore verbo θρύπτω signif. Fractio, Comminutio, Friatio.

Θρυπτικός, ή, όν, q.d. Ad fruendum deliciis propensus, seu ad delicatam vitam. Sed potius accipitur simpliciter pro Delicatus, Mollis. X. Pæd. 8, circa finem, ἀεὶ μὲν καὶ θρυπτικώτερον πολὺ νῦν ἢ ὅτε Κύρου ἦσαν.

Θρυπτικός interdum etiam est à priore verbi θρύπτω signific. & ponitur pro Frangendi seu comminuendi vim habens: vt φάρμακα τὰ ἐν ταῖς λίθοις θρυπτικά, Gal. 2 ad Glauc.

C. Ἄθρυπτος, η, ον & ή, Infragilis, Qui frangi non potest. cui opponitur εὔθρυπτος, vt docebo infrà. ‖Item Non fractus deliciis, Non fractus luxu. Vel Non fractus, sine adiectione. (quod tamen participium de re potius quàm de persona dictum in hac signif. inuenio) Vel Minimè mollis, Virilis. Plut. in Erotico, ἀλλὰ λιπὼν αὐτὴν ὑφ' ἡμῶν καὶ ἄθρυπτον ἐν χολαῖς σιλασπόροις. Sæpius tamen (quantum meminisse queo) de re dicitur, quàm de persona. Apud Pythagoram in Carm. aureis, Εἰδήσεις δὲ διαπαντὸς ἔχειν καθαρόν, ἄθρυπτον. vbi ἄθρυπτος διαιτα est victus deliciis carens, seu minimè delicatus. Vt autem hic ἄθρυπτος διαιτα, sic ἄθρυπτος βοὴ apud Damascium. Bud. ἄθρυπτον Plutar. significare etiam ait Seuerus: at ex illo affertur quidem ἄθρυπτος in ea significatione, sed non sine adiectione. nam ex Pericle hæc citant v. l. ἄθρυπτος τὶς χάλαζα πρὸς τὸ πῦρ σύσασις. vbi tamen vereor ne ἄπρεπτος legendum sit. HINC Ἀθρύπτως, Non delicatè, Non molliter, Viriliter. Plut. ἀθρύπτως καὶ αὐστηρῶς διατᾶν. quod conuenit cum ἄθρυπτος διαιτα Pythag. paulo antè.

C. Λιπόθρυπτος, η, ον & ή, Valde mollis seu delicatus, Luxu diffluens. At verò apud Theocritum in Adoniaz. λιπόθρυπτα ironicè dici puto: veluti si in Gall. sermone vocetur *petite mignarde*, vel *petite mignone*, illa apud Horatium, — perusta solibus Pernicis vxor Appuli: aut illa in Morero Virg. Torta comam, labróque tumens, & fusca colore, Pectore lata, iacens mammis, compressior aluo, Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta: aut denique illa apud Iuuenalem (si bene memini) — horridior glandem ructante marito. VJ. exponunt, Quā malè decēt deliciæ.

C. Εὔθρυπτος, η, ον & ή, Fragilis, Qui facilè frangi potest. Luc.



A Ad dicentem, Prometh. ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα ἡμῖν τὰ ἔργα ὡς περ ἐκείνοις τὰ χυτρείδια, καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν σαυτεῖψιν ἅπαντα. Item Fractus deliciis, seu solutus, Mollis. an v. l. ITEM Εὔθρυβος, Fragilis. Et Friabilis, Dioscor. lib. 5.

C. ΑΠΟθρύπτω, Frango deliciis & luxu. & Ἀποθρύπτομαι, passiua vox, Frangor deliciis. vnde participium ἀποτεθρυμμένος, Fractus deliciis, Luxu corruptus. vel, Mollis redditus & imbecillis, Velut fractas deliciis vires habens. Plato de opificibus mercenariis loquens, εἰ γοῦν τοῦ πλείονος ἕνεκα καὶ δημιουργῶν ὥσπερ τὰ σώματα λελώβωται, οὕτω B καὶ ταῖς ψυχαῖς συγκλασμοῖσί τε καὶ ἀποτεθρυμμένοις δῆτα ταῖς βασάνοις τυγχάνειεν.

C. ΔΙΑθρύπτω, Diffringo, Disrumpo. A cuius passiuo διαθρύπτομαι est apud Homerum διαθρυφθῆν, Iliad. γ, v. 363, Τριχθὰ δὲ καὶ τετραχθὰ διαθρυφθῆναι ἕκαστα χεῖος. Apud Luc. τὸ κρανίον διαθρύπτειν pro Comminuere, seu Conterere. Sic in v. l. ex Gr. Bibl. interpr. διαθρύψας αὐτὰ κλάσματα, Leuit. cap. 2, pro Diuides ea minutatim. Ibidem ex Ecclesiastico, διεθρύπτησαν λίθοι pro Confracti sunt lapides. ‖Διαθρύπτω (licut & θρύπτω) Deliciis frango &c. Vel Effœmino. Xenophon Lac. politia, περὶ παίδων τόδε μὲν ἔστι διὰ παντὸς ἀπαλωτέρους, σώματα δὲ ἧσσον μεταβολῆς διαθρύπτειν. Et pass. διαθρύπτομαι quod Budæus apud eundem Xenophontem exponit etiam In delicias agor, Corrumpor. item, In delicias effundor. vt Apomn. lib. 1, de Alcibiade dicitur, ἔστι πολλῶν καὶ δωσατῶν ἀνθρώπων κολακεύοντων διαθρυπτόμενος. Ab eodem rursus de Alcib. & Critia scribitur, διαπεθρυμμένω φησὶν ἔστι πολλῶν ἀνθρώπων. Et in 4, πολλοὶ ἤδη διὰ πλοῦτον διαθρυπτόμενοί τε καὶ ὑπερουλούμενοι ἀπόλωνται. Quibus tamen locis tertia illa Budæi interpretatio conuenire nequit. HINC Διαπεθρυμμένως, Delicatè, & molliter, Dissolutè. Plat. De leg. διαπεθρυμμένως ἔχει. ET Διάθρυψις, Enervatio, Effœminatio. Ipsa actio frangendi deliciis. Aut etiam Deliciæ. Ex Chrysost. διαθρύψεις κινημάτων pro Gestus molles. ‖At verò apud Theocr. in hoc versu qui est in Adoniaz. Φήγξεταί τι, σαφὲ οἶδα, καλὸν διαθυσθεῖσα ἄδημ, exponitur διαθρύπτεται, Deliciis gestibus & præludiis ad canēdum se comparat.

C. Ἐνδιαθρύπτω, Deliciis facio, in vulg. lex. At pro ἀπαλῶ & ζυφῶ apud Theocr. V.

C. ΕΝθρύπτω, Comminuo intrà, Intero. vt apud Gr. Bibl. interpr. Dan. cap. vlt. ἐνέθρυψεν ἄρτους εἰς σκάφην, Intriuit panem in alueolum. VNDE Ἔνθρυπτον, Intritum, Placenta. Vide Θρυμματίς.

C. ΣΥΝθρύπτω, Deliciis frango, Delicatum seu mollē reddo. At verò in Act. apost. cap. 21, v. 13, τί ποιεῖτε, κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; vbi redditur a vet. interpr. Affligentes cor meum: ab aliis, rectius, Comminuentes cor meum: ego tamen malim, Cor meū molle reddentes, (nam Lat. interdum Cor molle dicunt) vel Cor meum molleficere facientes. Aut certè, Animi mei robur frangentes.

C. ΥΠΟθρύπτομαι, Deliciis aliquātum indulgeo. q.d. Subindulgeo deliciis. Ex Plut. in Pericle, ὑποθρυπτόμενος καὶ ἀνειμένως.

¶ Τρυφή, ῆς, ἡ, Deliciæ, Mollities, Luxus. Quæ signif. vulgo dantur huic verbo, vt & dari verè possunt: sed ego hæc distinguens, dico. Τρυφὴ priore signif. idem esse quod θρύψις, id est Mollities, seu Delicata vita, (sic autem loquor post Ciceronem) aut etiam Luxus. nam θρύψις & Τρυφὴ pro eodem posita alicubi inueniuntur, itémque μαλακία. Aristot. autem Ethic. 7, cap. 7, ζυφῶ esse dicit μαλακίαν τινά. Athen. lib. 6, ἡ περὶ τὰς βυρσὰς εἰσηγητὴς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Idem lib. 4, διαίτης σκληρότητα opponit Τρυφῇ. In hoc autem loco lib. 12, ἔστι τῆς Τρυφῆ. εἰς ὕβριν πεδηγέντες & in aliis huiusmodi malim Τρυφὼ exponere Luxum. At posteriore signif. nō pro delicata vita, sed pro ipsis deliciis quæ ad vitam illam pertinent, accipi dico nomen Τρυφή. Herodian. lib. 1, ἔστι μιμήσεσθαι αὐτὴν τῆς ἐν Ῥώμῃ Τρυφῆς. Et lib. 3, ἔστι τῆς ἐν Ῥώμῃ Τρυφῆς καὶ διαίτης τὰ ἤθη διεφθείρετο. Et plur. apud eundem, ταῖς τῆς πόλεως ἐν χρῷ λαζομέναις Τρυφαῖς. ‖Sed addo, Τρυφὼ interdum restringi ad γαστριμαργίαν seu πολυφαγίαν, (quibus etiam nominibus exponitur ab Hesychio) vt in hoc Luc. loco, ἔστι Τρυφῆς

ἐξυβριστὴς τὴν γαστέρα καὶ τὸ στόμα.

Τρυφηλὸς, Delicatus, Deliciis deditus, Voluptarius. vt quũ scribit Suidas, Σπαλικὸν βάπτιζε dici ὅτι τ πρὸς πολυτελῶν καὶ τρυφερῶν. Ab eo tamen τρυφηλὸς (sicut & Τρυφερὸς) exponitur ὁ ἄπληστα βιώσων.

Τρυφερὸς, Idem quod proximè præcedens τρυφηλὸς, sed vsitatius. Aristot. Rhet. 2, scribit diuites solere esse τρυφερούς, addens, δι' τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ὑπεξαίρεσιν τῆς δαπάνης. Plut. in Pericle addidit datiuum βίῳ. Sed de re quoque dicitur hoc nomen, ponitúrque interdum τὸ τρυφερὸν substãt. pro Delicata vita: quo vsus est modo Thucydides comparatiuo τρυφερώτερον. HINC Τρυφερῶς, Delicatè, Molliter. ET VERB. Τρυφερεύομαι, à quo partic. τρυφερευόμενος apud Aristophanem, Deliciis & mollicie perditus. At in v. l. Molliter compositus. COMP. Ἀτρύφερος, Minimè mollis, Nondelicatus. Suid. ex Eupolide affert, ὅτι γὰρ ἀτρύφερος ἦν ἄωρος ἦν ἀνήρ. vbi exponitur Incultus.

Τρυφάω, ῶ, Delicatè viuo, Deliciis seu luxui indulgeo, Luxuriosè viuo. Plut. Alex. ὅτι βασιλικώτατον μὲν ἦν τὸ τρυφᾶν, βασιλικώτατον δὲ τὸ πονεῖν. cui dicto opponitur (vt hoc obiter doceam) quod apud Athenæum dicit quidam, ἓν μὲν τὸ μὴ ἐσθίειν καὶ τὸ τρυφᾶν, ἐλεύθερον τὸ δὲ πονεῖν δούλων καὶ πατεινῶν. Apud Plat. De leg. τρυφᾶσα παιδεία, Mollis educatio.

Τρυφῶ, Niteſco, Lautè viuo, Efferor & exulto licentia, vt B. interpr. in hoc Æschin. loco, οἱ δὲ ὑμέτεροι ῥήτορες τρυφῶσι. ¶ At verò apud Isocr. τρυφᾶν cum datiuo iungitur, in or. ad Nic. τρύφα μὲ ταῖς ἐσθῆσι καὶ ταῖς ἄλλαις τοῖς σώμασι κόσμοις. vbi videtur poni itidem pro Niteas, vel potius pro Splendidus sis. ¶ Sed & cũ accus. vt τρυφῶ τινὰ λόγοις Pigmentis & lenociniis orno, Venusto, inquit Bud. afferens hæc ex nescio quo grammatico, τρυφῶ, τὸ ἐν τρυφῇ διάγω· τρυφῶ δέ τινα λόγοις, μεταφορικῶς. καταχρηστικῶς δὲ εἶπε, χρωμένη & subiungens ex Greg. 204, καί μοι καθ' ἑκάστην καὶ νεανὶ καὶ αἰκείᾳ καὶ δόλοισιν, ὅσοι τρυφᾷ τε τὰ ἐκείνης. ἐν ἀπάλῃσι τρυφήσασιν ὄντως τὰ μὲν κινύμενα. Et ex eodem de eremitis Ægypti loquente, pag. 301, καὶ πολὺ τῆς τροφῆς ἐν χαμεύναις καὶ τῆς ἄλλης κακοπαθείας, ἣν ἑκόντες τρυφῶσιν ἀεί, ἐνθυμήσῃ τότε καὶ ὠφελήσῃ. id est, Quo ipsi tanquã deliciis gaudent. vt Bud. vertit, & quidem optimè, meo iudicio. Sed alteram illam eius expositionem, videlicet Orno pigmentis &c. minimè probare queo: & nec illis Gregorii locis, nec alii cuiquam vel eiusdem vel alius scriptoris, conuenire posse existimo. Atque adeo ne hoc quidem verum esse puto, μεταφορικῶς poni τρυφῶ sed quũ dicitur τρυφῶ τινὰ λόγοις, subaudiri præpos. κατ', itidémque in illis Gregorii locis. HINC Τρύφημα, Id ex quo deliciæ percipiuntur. Vel Deliciæ, τρυφή. ... ET Τρυφητὴς, Deliciarum consectator, Delicatæ vitæ amator, Qui delicatè viuit. Item Heluo, Vorax. ὁ ἅπληστα βιώσων, Suid. Sic autem τρυφὴν aliquando ἀκρασίαν significare docui suprà. AT Ἀτρύφητος huic opponitur, A deliciis seu delicata vita alienus, aut abhorrens.

Διατρυφάω, ῶ, Idem quod τρυφάω, nisi quòd præpositio significationem auget. ¶ Exponitur etiam Luxu diffluo, ex Platone De legibus, διαπεπτυφώσῃ παιδεία πεφραμμένος.

Ἐντρυφάω, ῶ, vt ἐντρυφᾶν μάστιξι apud Chrysost. Verberibus tanquam delicijs delectari. Et ἐντρυφῶ τούτῳ, Luxuriosè & insolenter ac redundanter hac re vtor: vt Budæus exponit, afferens ex Gregorio, δότε μοι μικρόν τι ἐντρυφᾶν τῷ διηγήματι. Et ex Herodiano, βασιλικώτερον ἐντρυφῶντα τῷ Καίσαρος ὀνόματι, Licentius, insolentius, fastuosius Cæsaris appellationem vsurpantem. Hæc & alia vide pag. 1072. Idem alibi ὁ ἐντρυφῶν exponit Vsque ad delicias vsque tabundus. ¶ Item pass. partic. ἐντρυφώμενα, Quæ redundanter & immodicè scribuntur vel narrantur, vt quum suprà modum scriptores stylo indulgent. Ibidem.

Ἐνπαίζω ἐν, Per delicias & lasciuiam illudo & ludibrio habeo, Ludificor. Luc. ἐνεπαίζομεν μᾶλλον ἢ ἐνεβλέπομεν ἀπορούμενοι τὸ πρᾶγμα. Hinc Gall. Traiter, quum dicimus, Se traiter de quelque. Et ἐμπεπαῖσθαι, Ludibrio haberi & contemptui. Plut. ἐμπαιζόμενος ὑπ' αὐτοῦ. Vide



Bud. p. 1071.

c. 2. Ἐπιτρυφάω, ῶ, idem quod ἐντρυφάω. Vide exemplum apud Suidam, apud quem ἐπιτρυφήσαντες exponitur καταπολαύσαντες. sed mendosam hanc scripturam esse puto.

c. 2. Ὑπερτρυφάω, ῶ, Illudo per delicias & lasciviam suprà quàm dici possit, Supramodum ludificor. Alciphr. in epist. δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων ὑπερτρυφᾶν, καὶ ὑπερυβρίζειν ἡμῶν. λοιπὸν οὖν ἀποκλείσεσι.

C. ΚΑΤΑτρυφάω, ῶ, vt καταβρυφᾶν τῷ λόγῳ apud Greg. Eluxuriari in stylo, vel Luxuriante stylo vti. ¶ Et cum genit. personæ, idem quod ἐντρυφῶ. Vide B. p. 1071.

ΘΥΜΟΣ, οῦ, ὁ, Animus, Mens. Iliad. α, μάλιστα γὰρ ἄλγος ἐμοὶ κῆρ ἵκανεν Θυμῷ ἐμῷ, Dolor inceſſit animum meum. Tale est Iliad. α, — ἐπεὶμὴ ἄχος κραδίῃ καὶ θυμὸν ἵκηται, quoniã eius cor & animũ peruaserat dolor. (sed obserua hic adiungi κραδίῃ) Idem Iliad. α, Φεῦγε μάλ', ἐπεὶ θυμὸς ἐπόρνυται, Si animus tuus ad id impellitur. vel Si ita fert animus, vt Lat. poetæ loquũtur. Quò pertinet ἐν θυμῷ μεμαῶτες, Il. γ. Item hic versus, qui sæpe ab eo repetitur, Δαίνυτ' ἐνὶ ἓν θυμὸς ἐὺ δίετο δαιτὸς ἐίσης. Quo in loco, sicut & in præced. duobus, aliisque multis, cupiditas vel potius ipsa cupiendi actio τῷ θυμῷ tribuitur. At verò in hoc eiusdem poetæ loco, ᾧ θυμῷ εἴξας ἐμὴν φιλότητα ἠδὲ λέχος, vult Etymol. itémque Homeri schol. θυμὸν ipsam etiam ὀρμὴν significare. Sed Latini eodem planè modo Animo suo obsequi dicũt, seu morem gerere. Hoc etiam animaduertendum est, vt in quodam loco antè citato κραδίῃ & θυμὸν copulat, ita θυμὸν ἐνὶ σήθεσσιν non rarò dicere, item θυμὸν ἐνὶ φρεσὶ. Et τὸ δ' ἐμὸν κῆρ Ἀχνυται ἐν θυμῷ, Il. ζ. Obseruandus est item vsus huius nominis cum diuersis præp. apud hũc poetam: ac potest quidem apud eũ κατὰ θυμὸν & ἐν θυμῷ reddi eodem nomine Latino, cum præpos. In: itidémq. ὀκ θυμοῦ, Ex animo: at quũ dicit ἀπὸ θυμοῦ ἔσται Iliad. α, retinetur quidẽ & tum idẽ nomen, sed præpos. in aliquod nomẽ mutatur. nã ἀπὸ θυμοῦ Μᾶλλον ἐμοὶ ἔσῃ, est Magis animo meo inuisa eris. Quòd si, præpos. alicui Lat. dando & hic locus esset, putarẽ reddi debere, Extra animum meum eris. Ex his autem ἀπὸ θυμοῦ factũ cõp. ἀποθύμιος. Cæterùm illud ἐν θυμῷ cuius modò memini, sciẽdũ est alicubi peculiarẽ quendã vsum habere. nam quod legitur Od. χ, Ἐν θυμῷ χηῦ χαῖρε καὶ ἴαχε, est quod Tibull. dicit, In tacito cohibe gaudia clausa sinu. perinde videlicet acsi diceretur, Caue ne foras erumpat gaudium tuum, & se prodat, sed in animo & pectore tuo cõtine. Alioqui ἐν θυμῷ, vel etiam θυμῷ sine præpos. vacare sæpe puto: & quidem alicubi cum eodem etiam verbo. vt Il. π, — χαίρω δὲ καὶ αὐτὸς Θυμῷ. & ibidem, χάζου δὲ θυμῷ. Eustathius tamen vult θυμῷ significare ἐκ ψυχῆς καὶ ὑπὲρ τὸ ὀφειλόμενον καὶ σφοδρῶς πάνυ. At si potius vacare hìc dicendum sit istum datiuum, similem esse dicemus ei qui verbis φιλεῖν & κήδεσθαι adiungitur alibi ab Homero. quum tamen ἐκ θυμοῦ eidẽ verbo φιλεῖν ab eodem poeta adiunctum, non itidem otiosum sit, Il. ι, sed id sit quod Latini ad verbum Ex animo amare, seu diligere, dicunt: Galli, *Aimer de bon de cueur.*

In prosa autem dicitur θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, quod Lat. Bono esse animo. q. d. Haberebonũ animũ, vt Gall. *Auoir bon courage.* Sed θυμὸς per sẽ quoque est Animi præsentia. Xen. Pæd. 4, ἢν δὲ κῦρ τὸ καρτερὸν ἐμβαλώμεθα, τῶν μὲν ῥώμη καὶ θυμὸς θηρίων πολεμίων. A Budæo autem exponitur etiam Animi præstantia, Animi vehementia, Animi præfidentia, in hoc Plat. loco, De rep. ἀνάγκη μοι δοκεῖ ἔχειν τὸ σῶμα, φρονήματος καὶ θυμοῦ ἐμπεπλεσθαι, καὶ αἰσθητήριος γίνεσθαι αὐτὸς αὑτῷ. Huc pertinet etiam quod apud eundem legitur ibidem, ἆρα γόν τι καὶ αἴτιον θυμὸς ὁ παρόντος ψυχὴ πᾶσα ἐρρωμένως πάντα ἀρδούς τι καὶ αὐτήσας. Ego certè his in locis id planè esse θυμὸν arbitror quod Virgilius animos vocauit, hoc in versu, Æneid. 11, Ibo animis cõtrà: vel magnum præstet Achillem. Atque adeo illud Xenophontis, ἰωμὲν θυμῷ puto hinc verti posse ad verbum, Eamus animis contrà. Sic autem Animos dici Lat. & cum quibusdam verbis, satis notum esse potest. Huc pertinet quod Galenus scribit, θυμὸν Hippocrati

esse etiã ἀπὸ θυμίασ. Θυμὸς, Mens. i. mentis cogitatio, seu Propositu m. vt ἕτερος δέ μοι θυμὸς ἀπῆυρα. id est ὅπλο γισμὸς, inquit Etym. sed malim simplex λογισμὸς, quo exponitur θυμὸς ab Hesychio quoque: addente & ἀπὸ φρασ μοῦ. In prosa autem dicitur θυμὸς cum infinitiuo etiã, pro ipso proposito seu voluntate aliquid faciendi. vt apud Plut. εἰ μὴ σῶν ἐστί σοι θυμὸς ὁπλιζεσθαι τοῖς πολεμίοις. A Xenophonte autem subaudiendus relinquitur infin. quam scribit Pædiæ 3, pag. 41, διανοήσασθε δὲ ἁπλαῦσαι ὅπου ὑμῖν θυμός. hic. n. infinitiuũ ἁπλαύειν subaudio, sũptum ex ἁπλαύσετε. Quòd siquis in his aliisque huiusmodi locis θυμὸν exponere malit ὁρμὴ θυμίασ, istam certè expositionem magis iis conuenire puto quàm Homerico illi cui eam dati dictum est. Sic & Lat. Mens. veluti quum dicitur, Ea mente hoc feci vt &c. Θυμὸς. Animalis spiritus & viuificus, vt quidam exponunt post Eustathium in ἰσοχείλεσσι θυμὸν, quod sæpe apud Hom. occurrit. Quo accipi modo putatur & Iliad. α, — ὀλίγος δέ οἱ (vel potius δ' ἔπ) θυμὸς ἐνῆεν: pro Moribũdus etiã & penè exanimis. ‖ Θυμὸς, Anima. Vita, vt θυμὸν ἀπορύσσειν apud eundem, & ἐξαίνυτο θυμόν: Animam abstulit. i. interfecit. Possit verò (vt opinor) ita accipi θυμὸς & in loco quem modò protuli ex Il. α, — ὀλίγος δ' ἔπ θυμὸς ἐνῆεν, vt sit Exigua animæ portio, id est vitæ. Θυμὸς ab Etymol. & schol. Homeri exponitur etiam Concordia apud eundem poetam, vbi dicit ἴνα θυμὸν ἔχοντες. sed perperam: (meo quidẽ iudicio) quum θυμὸν per se minimè hoc significet, sed addito accusãtiuo, sonétque θυμὸν ἴνα q. d. vnanimitatem.

Θυμὸς, Ira, Excandescentia. Il. α, Θυμὸς ἦ μάλα δὴ κοτέσσατο βασιλῆος. dixerat autem proximè præcedente versu, Μήτι χολωσάμενος μέγα πᾶσιν ἀρὴν κακὸν ὄρσας Ἀχαιοῖς. vnde & θυμὸς μέγας Eustathio est τὸ πολὺ τῆ θυμοῦ, admonenti, μεγάθυμος, licet hinc factũ, alio tamen sensu vsurpari. Sic autẽ accipit Hom. datiuũ θυμῷ alicubi cũ verbo ἔπεσθαι (quemadmodum cum eodem verbo θυμῷ póni ἀπὸ ὁρμῆθυμίασ antea dictum fuit.) Est certè θυμὸς hac in signif. prosæ quoque scriptoribus vsitatum. Euripides Med. Θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων, Ὃς τῶν μεγίστων ἄμφορ' ἀνθρώποις κακῶν βροτοῖς. Thuc. libro 2, καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάσσους χωρήσαντες, θυμῷ πλείσας εἰς ἔργον καθίστασαν. qui locus aliquid etiam habet affinitatis cum illo Eurip. quod ad sententiam attinet. hic enim θυμὸς & λογισμὸς id sunt quod illic θυμὸς & βουλεύματα. Aristoph. Vespis, Οἱ δὲ σκώπτουσ' ἴσασ' ἐγὼ μαλάττω, καὶ τὸν θυμὸν καταστέλλω. Et θυμὸν δάκνειν apud eundem in Nebulis, pro Iram reprimens: ad verbum, Animum mordens. Plutarchus in Amat. narr. οὐκ ἔχοντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὅπου τὸν θυμὸν ἀπορρίσσωσιν, id est (Politiano interpr.) Non habentes Laced. in quos iram effunderent. Luc. autem dicit etiã θυμὸν ἀπορρέειν, hac in signif. Interdum verò θυμὸς & ὀργὴ copulantur: & ita quidem vt ὀργὴ potius præcedat, si bene memini, (ac certè rationi cõsentaneus est hic ordo, quum θυμὸς fit aliquid plus quàm ὀργὴ) licet Aristot. ordinẽ hunc non seruarit in Rhet. scribens δι' ὀργὴν καὶ θυμὸν γίνεσθαι. sed possit hic particula ἢ pro ἤ posita videri. Seruauit certè Herodianus lib. 8, ὀργῇ τε καὶ θυμῷ χωρήσας πλείονι μᾶλλον ἐπέσχεν. (vbi Pol. ὀργὴν quidem iram, at θυμὸν furorem vertit. Bud. autem alicubi θυμὸν iracundiæ furorem interpr.) Luc. quoq; ὀργὴν & θυμὸν confudit, sed vtrique suum dans verbum in lib. De cal. ἀλλὰ ἐξέρρηξε τὸν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἀφῆκε. Paulus apost. in epist. ad Col. cap. 3, v. 8, separatim ὀργὴν & θυμὸν posuit, scribens, νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν. vbi θυμὸν multo aptius redditur Excandescentiam quàm Indignationẽ, vt vet. interpr. reddiderat, & post eũ Eras. In Stoicorũ definitionibus legimus ὀργὴν quidem esse ὄρεξιν πρὸς εἰκῆ τοῦ δοκοῦντος ἀνταπόδοσιν οὐ προσηκόντως, at θυμὸν esse ὀργὴν ἀρχομένην. id est, θυμὸν esse iram nascentem & modò existentem. Veràm apud Cic. (qui hæc scribit l. 4 Tusc. quæst.) nõ legitur θυμὸς, sed θύμωσις. quã lectionem nõ miror solùm, sed suspectã etiã habeo: non quòd θύμωσις id significare negem, sed quòd θυμὸν in ea signif. passim legamus, & quidẽ in ipsa etiam Stoica definitione: at θύμωσιν vix vsquam. Alioqui certè verbũ θυμοῦσθαι, à quo deriuatur θύμωσις, pro Irascor, aut Excandesco, antiquis quoque vsitatum esse, atque adeo nõ solùm id posse significare θύμωσιν, sed ne posse quidem aliud significare, fateor. Denique θυμὸς à Cicerone scriptum fuisse puto, aut, si θύμωσιν scripserit, ideo hoc poti⁹ vsus esse quàm illo θυμὸς, cum Stoicis, quòd magis ad formam Latini nominis Excandescentia accederet: vtpote actionem τῆ θυμοῦσθαι significans, sicut Excandescentia actionem excandescendi, & (vt loquuntur grammat.) verbale à θυμοῦσθαι, sicut Excandescentia ab Excandesco. Ac de hoc quidẽ hactenus. Basil. certè aptissimè θυμὸν distinxit ἀπὸ τῆς ὀργῆς, dicens θυμὸν esse velut ἔκκαυσίν τινα καὶ ἀνθυμίασιν ἀξίαν τῆ πάθους, at ὀργὴν esse ἴλιγγον τινὰ καὶ ὀρμὴν &c. Cui etiam definitioni consentanea videtur illa interpretatio per verbum Latinum Excandescentia: Budæus tamen hìc secus reddidit, nimirum Iram præcipitem. ‖ Herodianus autem impropriè mihi videtur vsus esse hoc nomine, quum θυμὸν non pro Excandescentia aut ira, sed pro iracũdia, seu iracunda mẽte, dixit, lib. 4, εἰδὼς τὴν τῶν Ἀντωνίου τὸν θυμὸν ἐς τὸ φοβερὸν ὀξὺν καὶ πιεῖν ἐς χάρμαν. ‖ His addenda quæ apud Xenoph. legũtur, in lib. περὶ ἱππικῆς. nimirum esse θυμὸν equo, quod homini est ὀργή. ‖ Sed & hoc sciendum est, in plurali quoque numero legi hoc nomen. Aristoteles de hominibus melancholicis loquens, ἐρωτικοὶ καὶ δύσκολοι πρὸς τὰς θυμώσεις καὶ τὰς ὁπὸ θυμίας. At Plutarchus vnico etiã homini tribuit θυμώσεις, in Cor. θυμοῦ τι αὐτῷ χειμέριος ἀκροπάτοις, καὶ φιλονεικίαις ἀτρεπίοις. ‖ Ad etymum autem vocabuli θυμὸς quod attinet, Plato quidem à verbo θύειν deriuat, scribens in Cratylo, θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχει αὐτῷ τὸ ὄνομα. Alii verò his non contenti, non solùm ἀπὸ τοῦ θύειν, sed etiam ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ αἷμα dixerunt, vt videlicet θυμὸς appellatus sit quasi θύαμος. Apud me certè parũ ponderis hæ deriuationes habent, præsertim quum vni duntaxat huius nominis significationi conueniãt, illi nimirum qua pro ira seu excandescentia ponitur.

C. Θυμοβαρὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Animum grauatum habens, Animo dolens. Apud Suid. Σῆμα παρ' Αἰσχύλῳ ὅτι Ῥοιτήιον ἀντὶ Θυμοβαρὴς ἀρτίως μύρομαι ἐζομένη.

C. Θυμοβόρος, ε, ὁ καὶ ἡ, Animum vorans seu rodens. vt Θυμοδόρος. ἕλεις aliquoties apud Homerum. Il. τ, Θυμοβόρου ἔρεθε μνησιπάμου ὀπίσω νεύρης. VNDE Θυμοβορέω, ῶ, Animum exedo tristitia, Macero me ægritudine animi. Θυμὸν κατέδω, vt Homerus loquitur. Hesiod. Diebus, πρόλαχε δ' ὄμμα Τιτᾶσι δηΐοισι φθίνοντας ἠδ' ἰσαμένους τὰ ἄλγεα Θυμοβορεῖν, Doloribus exedere seu conficere animum, vel Dolores vorare animo: ὁμοῦ καματόν τε καὶ ἄλγεα Θυμὸν ἔδειν, vt Homerus loquitur. ET Κατα Θυμοβορέω, Animum exedo. idem quod Θυμοβορέω. nisi quòd præpositio aliquid significationi addit. Pythag. Φάγεδαι τὰς ζωῆς, μή μιν κατα Θυμοβορήσῃς. Homerus dicit, Σὴν ἔδιαν κραδίην.

C. Θυμοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Animosus, Animi præstans, hoc est acer & vehemens, ἀνδρεῖος: cui opponitur ἄθυμος. B. ex Platone De leg. 245, & in 3 De republica 42, ἀκρόχολοι οὖν καὶ ὀργίλοι αἱ τῶν Θυμοειδῶν γνῶμαι, δυσκολίας ἔμπλεω. Et libro 8, pag. 109, pro Animi præstans. Alibi quoque Θυμοειδὴ καὶ φρᾶον in laude ponit. Vnde & Synesius epist. 131, Θυμοειδὴς καὶ φρᾶος, οἵους ὁ Πλάτων ἀξιοῖ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως τοὺς φύλακας εἶναι, animosos & lenes. Idem Plato Polit. 2, Θυμοειδὴς & μεγαλόθυμος pro eodem posuit. Et apud Xenophontem De re eq. ἱλαὸν ἥμερόν τε καὶ εὐλοιδορήτον, & ἱππικὸν καὶ θυμοειδῆ ἢ σοβαρὸν, de equo. Videtur differre aliquid ab ἀνδρεῖος. Vnde Plato Polit. 2, ἀνδρεῖος δὲ ἀρκεῖ ἂν εἶναι ὁ μὴ Θυμοειδὴς εἶναι ἵππος εἶναι κύων, Fortis esse volet qui animosus non sit. Est enim Θυμοειδὴς, ὁ ἄγαν ἀνδρεῖος, vt Aristot. libro 1 Œcon. docet. Idem Aristot. Polit. 2, coniungit Θυμοειδῆ καὶ πολεμικοῦς ἀνδρείους. Et in 7 Polit. scribit, πρὸς μέλλοντας διαφέρειν ἴσως δεῖ τῆς τοιαύτης φύσεως πρὸς τὰ ἀρίστα, oportere esse διαπεφυκότας τῇ Θυμοειδεῖς. Herodianus libro 8, Θυμοειδὴς ὤπτης καὶ θρασύς, animosi audacésque. Et libro 2, ἐς ὃ τὸν τῆς στρατιᾶς ἅπαντα δοίκησιν ἡμιτάλης ἄμα καὶ θυμοειδὴς, vehemẽs homo negotiis gerendis, vt Polit. interpr. ‖ Θυμοειδὴς, Iracundus, idem quod ὀργίλος: oppos. τῷ πρᾴῳ, apud Plat.

& Syneſium,teſte Budæo. Herodian.lib.3,de Antonino,νέος θρασὺς θυμοειδὴς ἦν, audax iuuenis & iracundus. Athen.de mulica, καὶ γὰρ πρὸς θυμοειδῆ πράττει, iracundos placat.Sic Plato De republica 15,ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὲν θυμοειδὲς φρουρὸν φύσεως. Idem apud Demetrium Phaler.τὸ μὲν ἀνδρεῖον,εἰ μὲν θυμοειδὲς εἶχεν,ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀδάμαντι ἐμάλαττεν. Apud Herodian.verò lib.2,μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ πάθει, videtur potius ſumi pro Irato ſeu ad iram concitato,q̃ iracundo.Polit.vertit Turbido ſpiritu. ‖At θυμοειδὴς δύναμις, Animo ſa ſeu iraſcibilis facultas, Vis cordi inſita qua motus in nobis gignit & animi perturbationes,vt Gorræus definit.Vel,In qua ineſt τὸ θυμοειδές, ſeu τὸ θυμῶδες καὶ τὸ θυμικὸν,hoc eſt quæ animos homini inſpirat, & in qua irarum exiſtit ardor, vt Cicero loquitur. Hæc θυμοειδὴς ψυχὴ ſiue δύναμις, vocatur etiam ζωτικὴ, πλεῖον ἔχουσα τοῦ καρδίας καὶ ἐχέτας καὶ ἀρτηρίας, vt ex Galeno tradit Bud. Vnde & in v.l.eſt ex eiuſdem Galeni Therap.l.9,καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ καὶ δύναμις θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνομάζεται. Et τὸ θυμοειδὲς neutro genere ſub. ἡ ψυχῆς μέρος,pars animi in qua irarum exiſtit ardor,vt Cicero apud Platonem pag.11 mei lex. Cic.interpr .Plut.De virt mor.Περὶ μὲν [ἀνδρίας] ἔλεγξις, περὶ δὲ [ἀνδρίας] ὑπόκρουσις τοῦ θυμοειδοῦς.Idem,ἐν ᾧ λόγῳ τινὶ δι' ἣν λιχίαν τὸ θυμοειδὲς, οὐδὲ αἰσχρὰς ἐπιθυμίας ἀπομαραίνομεν, ἀλλ' ὑπὸ λόγου τινῶν χρηστῶν διεκπυόμενον. Alicubi verò τὸ θυμοειδὲς pro ipſa ira ponitur. Laertius, τὸ ἀφ' αὑτῆς λογικὸν μέρος εἶναι τῇ κεφαλῇ καθάπερ ἔχειν τὸ δὲ θυμοειδὲς, εἶναι τῇ καρδίᾳ· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν, εἶναι τὰ ἐμφαλόν. Pro quo apud Cic.eſt, Plato triplicem finxit animum: cuius rationem,in capite, iram in pectore, cupiditatem ſubter præcordia locauit. VNDE Θυμοειδῶς, Animoſe: item Iracundè. Herodian.l.4,ὁ δ' Αἰνησίνους ἐμβεβοηθηκὼς τὰ πάντα καὶ θυμοειδῶς ἐφέρετο, aſperius ferociuſque gerebat, Polit.interpr.

C.Θυμόλεων, Leonis inſtar animoſus,Leonino & magno animo præditus. Iliados ν,Ἀχιλῆα ῥῆξαι ἐφ',θυμολέοντα. Quæ eadem verba Heſiodus habet in Theog. ET θυμολέοντα,fœm.gen.Leonino & magno animo præditam in Epigr.

C.Θυμόμαντις, Qui animo futura proſpicit, Vates. ψυχόμαντις,σωτῆρας φρενῶν τὰ ἀποβησόμενα. Heſych.

C.Θυμόμαχέω,ῶ, Infenſo animo bellum gero.Bud.ex Act. Apoſt.12,ἦν ὀργὴν Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις. Plut.in Dem. 287,οὐδὲν ἄξιον λόγου φρονῶν ὁ Δημήτριος, ὅμως ἐθυμομάχει φρονίμοις ἀνδράσι. Diod.in hiſt.Alexandri, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς θυμομαχοῦντες, τὸ ζῆν φρονεῖν ἢ τοῦ σώματος ἀγαπητὸν ἡγησάμενοι, iratis animis ad extremum vſque ſpiritum depugnantes.Quo ſenſu accipi poſſe videtur etiam id quod ex Polybio citat Suidas, οἱ δὲ τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ἥλπιζον, τὰ δὲ θυμομαχοῦντες, ὅτι πᾶσαν ἀφῃροῦντο κατάπτησιν. Ipſe verò Suidas ibi exponit ἀγωνιῶντες τοῦ ψυχοῦ, quod Bud. improbare videtur. Euſtathius aliâ etiam dat huic verbo ſignificationẽ. exponens enim apud Hómerum ἐπὶ χόλος ἴμπεσε θυμῷ, ſcribit ἴμπεσε eſſe vocabulum militare, quo ſignificetur πολέμου τὸν χόλον ἢ πᾶσι παρεῖναι: atque inde quoſdam dixiſſe etiam θυμομαχεῖν.

C.Θυμοφαισίς,ῦ,ὁ, Animum deſtruens.idem quod θυμοφθόρος.Il.π,-ἀμφὶ δέ μιν δαίτας χύτο θυμοφαισίς.Il.σ,ἀλίων ὑπὸ θυμοραϊστιών.

C.Θυμόσοφος,ν,ὁ καὶ ἡ, Qui ipſe ſibi animi ſui acumine peritiam alicuius rei comparauit, non ab alio didicit,Indole ingenii præſtans,Ingentioſus. Ariſtoph.Neb.θυμόσοφός ἐστι φύσει. Quibus verbis probationis loco ſubiicit, Εὐθὺς γὰρ παιδάριον ὢν τῶν ἡνιόχων, Ἑπτάπλεθρον ἵνδην εἰσίας, ταῦς τ' ἔγλυφεν Ἀμαζόνας δι' σκυτάλης εἰργάζετο. Plut.Artox:de Paryſatide, πρὸς τὰ ἄλλα θυμόσοφος γυνὴ καὶ δίκην κυβεύειν. de qua aliquanto poſt,τοῦτο ἔχουσα καὶ φρόνημα βασιλείας ἄξιον.Et θυμόσοφος θεῖον,in vulg.lex.Humanæ intelligentiæ partem habens. Euſt.apud Homerũ in illo Il.μ, ὃς σάφα θυμῷ Εἰδείη πρόσω,de vate dicto,periphraſticè exprimi ſcribit hoc θυμόσοφος:nã eſſe θυμόσοφον τὸν μὴ ἄλλοθεν ἀλλὰ φυᾷ,ὅ ἐστιν ἐμφύτῳ, τῇ κατ' αὐτὸν, σοφόν. VNDE Θυμοσοφικὸς,ὴ,ὸν, idem quod θυμόσοφος. Ariſtoph. Veſpis, de filiis Automenis, quos χειροτεχνοσοφιστὰς appellat, Εἶτ' Ἀεσχρέδιλα[ἰφτίδυσα]πολύτι θυμοσοφικώτατον.quod explicans ſubiungit, Ὅτι τινὰ πώτ' ἄμεινον μαθόντα φῦσαι μηδένας, Ἀλλ' ἀπὸ στρωτῆς φύσεως αὐτόματον ὁμαλῶς γλωττοπαίειν.

C.Θυμοφθόρος,ου,ὁ καὶ ἡ, Animo perniciosus, Animum lædens & labefactans. Odyſſ.ε, —ὄφρ' ἔτλην θυμοφθόρα φάρμακ' ἐπείπῃ,Εἰ δέ βάλῃ κραπνῇσι, καὶ ἠμέας πάντας ὀλέσσῃ, pharmaca animo exitialia,ſeu quæ rationis vſum adimant,ac ſic perniciem extremam inferant. Odyſſeæ ὃς τὸν μ' ἄχεσι ἀμφιχύσῃ θυμοφθόρον. Od.κ,Ὄφρα μοι οὐ κάμματα θυμοφθόρον εἴλκῃ γήρως. Heſ.Erg.Μηδέ ποτ' ἠλεμάχῳ πενίῃ θυμοφθόρον αἰθρὶ Τέτλαθι ὀφρίζειν, animo & vitæ peſtiferam.

C.Θυμαλγὴς,ἐος,ὁ καὶ ἡ, Animo dolorem afferens. Od.υ,Οἱ δή μοι καμάτῳ θυμαλγέϊ γειόσατ' ἤλυσιν. Od.σ,Λάθης ἔμαδε θυμαλγέος.Od.ψ,ἦ μάλα τόν γ' ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες.Od.ϑ,θυμαλγέα μῦθον ἀκουσα.

C.Θυμήδης,ἐος,ὁ καὶ ἡ, Animo conueniens,hoc eſt gratus, Animo placens. Aliquoties apud Homerum,—ἔχων ἀλοχῳ θυμηδέα.Pro quo,verſo αιν η, DICITVR Θυμήρης,accentu in penultimam retracto. Odyſſ.κ,—λύ' ἑκὰς πεδίοιο μεγάλοιο Θυμῆρες κλέσασα χθὼ κρατὸς τε καὶ ὤμων. Et θυμήρεις αὐτῷ φίλοις apud Herodian.l.8, cariſſimos. Dicitur verò ET Θυμοφόρθιος, quod eiuſdẽ & originis & ſignif.eſt.Nic. Alex.θυμοφόρθιον ἔπαρ.i.θυμηρέστατον,animo gratum.

C.Θυμηγερέω,Animum recolligo,θυμὸν ἀγείρω,vt Homerus aliquoties loquitur.Odyſſ.π,Ἐκ δ' ἔπιον θυμηγερέων. hoc eſt νέον ἐσαγερόμενος θυμὸν,vt alibi ait,recolligens nouũ animum,ſeu recolligens animi vires collapſas,Recolligens animum qui iam defecerat.

C.Θυμηδὴς,ἐος,ὁ καὶ ἡ, Animo gratus & iucundus, oppoſitum τῷ θυμαλγὴς quod præcedit.Od.π,Μή οἱ χρῆμα ἔπι τι ἄλις θυμηδὲ ἔδωμεν. Et θυμηδέστερος κλῆρος,Sors acceptior,Sors animo gratior.cap.3 Sapient.Solomonis. VNDE Θυμηδία,ας, Animi iucũditas & delectatio, qua videlicet animus gaudio & lætitia perfunditur. Plut. Symp.7,ὅσοι πολλῆς ἐν αἰτίῃ δυφροσύνης ἢ θυμηδίας παρύσης, ἔξωθεν ἐπάγει τὰ πίπτοντα φιλοτιμούμενοι. Eupolis apud Athenæum libro 7,ᾧδε ὦδε Καλλία πολλὴ θυμηδία,ἵνα πᾶς μὴ κάσχει ἡ βαπίδι καὶ λαγὼ,καὶ χωραῖς ἰλίπλοις. A Bud. exponitur Animus hilaris & voluptate perfuſus,item Oblectamentum,citante ex Galeno ad Glauc.ὀργὴ ἢ καὶ λύπη καὶ θυμοῦ αἰτιοπαθὴς χάριτι ἐνίοτε λόγου τινὸς καὶ σχέσεως ἢ πάθους καὶ ἀνιαρᾶς θυμηδίας. Plut.in Homero,de locis comicis & ad riſum prouocantibus apud Homerum, vt ſunt,Martis & Veneris deprehenſio, Therſites vapulans,ἔνιοτε μὲν θυμηδία ᾠδαὶ τοῦ ποιητοῦ θεῖσιται. Dicitur autem θυμηδὲς à θυμηδὴς,vt ἀηδὲς ab ἀηδὴς.

C.Ἀγριόθυμος,ου,ὁ καὶ ἡ, Agreſti & fero animo præditus. ἀγριόψυχος,ἀηδιώδης,Heſych.

C.Ἄθυμος,ν,ὁ καὶ ἡ, Qui non eſt bono animo, Qui animũ deſpondet,Qui animum deiicit,vel potius Qui deiecto eſt animo. Quidam tamen aliis modis reddiderunt. ſed illæ interpretationes mihi magis placẽt in quibus etiam nomen Animus habetur, vt planè exprimatur vis huius vocabuli,compoſiti ex θυμὸς, id eſt animus, & α priuatiuo:adeo vt ἄθυμος, ad verbum ſonet Carẽs animo, id eſt, Gallico loquendi genere, Qui perdidit cor. Anxius etiam exponitur. Suidas ἄθυμον apud Platonem Pol.5,ait ſignificare ἀθυμούμενον, id eſt λελυπημένον, mœrore affectum. Apud Xenophontem ἄθυμος videtur opponi τῷ εὐθύμως,(vt ἀθυμίαι δὲ εὐθυμίαι opponit) vt ſit Minimè alacer, Non alacri animo faciens aliquid.Pæd.5,de militibus loquens, οἱ μὲν ἀγαθοὶ,πολὺ ἂν ἀθυμότεροι γίγνοιντο οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ἀθεμιτότεροι. id eſt Boni,minus ſine alacres.Quidam exponunt, Animũ magis demittãt.Ex qua expoſitione ſequeretur, illos iam antea demittere animum.

Ἄθυμος,Non animoſus,Puſillanimis,apud Ariſtotelem Pol.7,opponentem θυμῷ πλήρεις ſiue ἐνθύμων,& ἄθυμον.Suidas ἄθυμος exponit τῷ ψυχῷ κακοῖ,id eſt Ignaui, Timidi,hoc in loco,οἱ δὲ στρατιῶται,χείρους ἄθυμοι δικαιοῦνται,καὶ τὰ σώματα πανδήμους ἐν τῷ πολέμῳ. Vbi tamẽ videtur poſſe exponi ἄθυμοι vt in loco Xenophontis proximè præcedente,Non alacres. Apud eundem Suidam ἀθυμότερος grad.comparat.explicatur ἀνιαρότερος καὶ ψυχοτέρας;

καταφυχόπρος, id est Ignauior, Timidior. Ab Erasmo ἄθυμος exponitur etiã Nihil ira cõmotus: sed exemplum huius significationis desidero.

Ἄθυμος, (q.d. Asque animo) Animo deiecto, Anxiẽ. Xenoph. Pæd. 3, καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι, διὰ τὸ μὴ πεπυσθῆναι, ἄθυμοι διάγουσιν. Id est, Et qui pugnaturi sunt, metuentes ne superentur, animo sunt deiecto. vel In anxietate versantur. ἀθύμως διακεῖσθαι apud Isocr. in Pan. Despondere animum, Spem, omnem abiicere vel abiecisse. Idem ad Nicoclem ἀθύμως ἔχοντας & φεύγοντας copulat. Dicitur & ἀθύμως ἔχειν πρός τι, pro Desperare de re aliqua. vt apud Xenophontem, ἀθύμως ἔχω πρὸς τὸ τοὺς φίλους κτᾶσθαι, Despero de comparandis amicis.

Ἀθυμία, ας, ἡ, à Budæo exponitur Animi deiectio, Tristitia, Anxietas, Desperatio, Affectus hominis animum despõdentis, & qui meliora non sperat. Idem in Com. Ling. Gr. ait, θυμὸς est animi præfidentia, Animus vehemens: quos animos Latini vocant. cui ἀθυμία opponitur. Hæc Budæus. Priorem illam significationem habet ἀθυμία in hoc Æsch. aduersus Ctes. loco, εἰς τὸ ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐσῆκεν. Item apud Xenophontem hîc, οἱ μὴ ἔχοντες ἐν πάσῃ τῇ ἀθυμίᾳ ἦσαν. Apud eundem ἀθυμία est contrarium εὐθυμία, id est alacritati, animo alacri. X. Prædix. 1, λέγω ὅτι τὸ παρὰ διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ εὐθυμία ἀθυμίας, id est, dicens planè interesse in omni negotio, adsit alacritas animi, annon.

VNDE Ἱππασία,ας,ἡ,Equitatio,Equitatus, Ipsa actio equitandi.Xenophon De re equ.εἰσὶ δὲ καὶ αἱ δι' ἀγχιλῶ καὶ πρὸς τὰς οἰκάδε ἀποδόσεις εὐθυπορικὰ τῆς ἱππασίας,Ex equitationibus recurrunt ad domesticos recessus. Ibidem ἱππασία ἡ περὶ πέδη equitatio quasi catenata, seu circularis,ἡ κυκλοπορὰς(vt Poll.tradit)τοῖς γαμίλῃ ἱπποπρεπὴς γάσθους μιμεῖται μᾶλλον καὶ ἡ περὶ πέδη καλουμένη ἱππασία, πολὺ δὲ μᾶλλον καὶ τὸ μεταβάλλεσθαι τὴν ἱππασίαν,i. Durè quidē oris equos prodit non solùm equitatio illa quasi catenata quæ περὶ πέδη dicitur,sed euidentius etiam mutata subitò equitatio.Et alibi,ἄλλοτε μὲν μακράς,ἄλλοτε δὲ βραχείας τὰς ἱππασίας ποιεῖσθαι. Apud Pollucem est etiam ἐφεδρικὴ ἱππασία,Equitatio extemporalis. In vulgatis tamen lex.exponitur Equestris & ludicra commentatio. Et ἱππασίαι σωτῆρες apud Galenū,Equitationes cōtentæ. ET Ἱππάσιμος,ου,ὁ καὶ ἡ,Equitabilis. idē quod ἱππήλατος.Xenophon Hellen.7, τὸ μὲν πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἐντεῦθεν ἀκροβολιζόμενοι διῆγον οἱ ἀεὶ τὰ Εὔφρατα διαπορευόμενοι μέχρι τῶν ἱππασίμων,Vsq; ad cāpestria, seu loca equitabilia,Per quæ agi equi possunt. Metaphoricè verò dicitur ἱππάσιμον αὑτὸν ἑαυτῷ τινι,qui quasi patitur aliquem sessorem in modum equi, Ab aliquo regitur & huc illuc agitur more equi qui sessorem admisit. Plutarchus in Alex.loquens de ipso Alexandro ὡσὲ τὸ κεντρωδὲς ὑποφορούμενος καὶ ταῖς κόλαξιν ἑαυτὸν αἰσχρῶς ἱππάσιμον. ET Ἱππαστὴς,οῦ,ὁ,Equitator,Eques,Qui equo vehitur.idem quod ἱππηλάτης.Dicitur interdum etiam de ipso equo.Xenophon De re equ. καὶ οἱ θώμενοι τὸν ἵππον τοιοῦτον,ἀποκαθοῦσιν ἐλευθέριόν τε καὶ φιλοπονώτερον ἐς ἱππασιν καὶ δυναμενὸν καὶ σοβαρὸν,talem equum appellāt liberalem & voluntarium & equitatorē & ferocem & superbum. VNDE Ἱππαστί,aduerb.Equitantium modo.vt ἱππαστὶ καθίζειν,Equitantium modo insidere alicuius humeris,diuaricatis nimirum cruribus. COMP. Ἀντιππάζομαι,Equitās occurro,Contra aliquē equo in, uehor.(Sic etiam ἀντιππάζεσθαι ἀλλήλοις dicūtur duo equites) VNDE Ἀντίππασία, Decursio equestris,quum αἱ πρόσθεν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ἀλλήλους,φεύγοντες ἀλλήλους καὶ διώκοντες ἐχώρουν. A Suida exponitur ἱππικὴ ἀγών. Apud eundem & in vulg.lex.est ETIAM Ἀντιπασία eiusdē significationis,sed errorē ibi esse patet ex Suidæ verbis quæ sequuntur.Nam quum dixisset, ἀντιπασία ἡ διπάσια,ἢ τῶν ἵππων ἀμιλλα,subiungit,ὡς τὸν διωμοσίαν καὶ αὐτωμοσίαν τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν. adeo vt quemadmodum legitur ibi αὐτωμοσία, sic etiam legendum sit ἀντίππασία. alioqui similitudo in exemplo non esset.Reperitur tamen apud eundem Suidam suo etiam loco ἀντιπασία. Compos.ordine secundum EST Ἀφιππάζω, quod v.l. exp.Equitatum ago.At Ἀφιππάζομαι,Equo me proripio,vt Bud.apud Plutarchum interpr.dicens esse oppositum τῷ ἐξιππάζομαι.Strabo lib.7.p.129,τοὺς ἱππέας ἐδόκουν τὴν ἐφοδον τὴν πολλὴν ἀφιππάσασθαι, καὶ φεύγοντας ἐγγὺς ἡμέρας τὸν δεύτερον παλινφυγεῖν. ita vt ἀφιππάσασθαι, sit Equo aufugere. TERT. Ἐπιππάζομαι Equo inuehor, seu Equito in. QVART. Ἐξιππάζομαι, Equo exhor, seu Equo exeo.Bud.ex Plut.ἐξιππάσασθαι διὰ τῶν πολῶν.Synes.epist.132,ἤγγελέ τι θαυμαστὸν ἐξ Ἑλλάδος ἡμῖν ἐξιππασάμενος ὡς αὐτὸν περίωπτον,καὶ ὡσὶ καὶ ὀφθαλμοῖς ἅπασι πλωτοφαγμονᾶν. QVINT. Ἐφιππάζομαι,Equo inuehor. aut Equito super,vel aduersus. SEXT. Καθιππάζομαι, Equo decurro in, Equo incurso. καθιππάσατο χώρου, incursauit regionem. Metaphoricè verò dicitur καθιππάζεσθαι τῆς φιλοσοφίας apud Diogenem Laert.proCirca philosophiam se exercere. vt ibi interpr. vertit, in Bione,τὰ μὲν ἄλλα πολύβιος καὶ σοφιστὴς ποικίλος καὶ πλείστας ἀφορμὰς διδοὺς τοῖς βουλομένοις καθιππάσασθαι τῆς φιλοσοφίας. SEPT. Παριππάζομαι,A latere equito, A dequito.Item Præterequito,Equo præteruehor. AT Διὰ ἱππασία,idem quod αἰφνιππασία,vt dictum est.

Ἱππάριον, ET Ἱππίδιον,ου,τὸ, ET Ἱππίσκος,ου,ὁ,Equulus, siue Equuleus,id est paruus equus. Xenoph.Pæd.1,ὅτι πονηρῶν ἱππαρίων ἄγχιστα ἡμῖν τὰ χήνια. Ἱππάριον est etiam auis nomen similis vulpanseri, vt tradit Hesych. Ἱππίδιον autem piscis quoque est,idem fortassis qui ἵππος, vt Athen. tradit lib.7,ex Epicharmo citans,ἱππίδια λεῖα ψύχει. At ἱππίσκος censetur quoque in mundo muliebri. est enim Hesychio ὄπτημα ὑφαλῆς ἢ χωναφείου κόσμου.

Ἱππόθεν,Ex equo. Od.ϑ,ἄστυ δίεσθαι ὕμμες Ἀχαιοὶ Ἱππόθεν ἐκχύμενοι,κοίλου λόχου ἐκπροφυγόντες,ex equo illo durio effusi.Od.λ,ὁ δὲ μάλα πολλὰ ἰκάνων Ἱππόθεν ἐξέμεναι,Vt ex equo exirem,Vt è cauernis equi illius ligneæ exirem.

AT Ἱππάδον,More equorum.

¶ Ἵππακη,ης,ἡ, Caseus equinus. item Equi coagulum, vt tum Dioscor.tum Plin.tradunt. Dioscor.lib.2, cap.80, ἡ δὲ καλουμένη ἱππάκη,τυρός ἐστιν ἵππειος.& paulo pòst,ἔνιοι δὲ ἱππάκην ἐκάλεσαν τὸν ἵππειον πυτύαν. Hippocrates De aere aqua & locis,loquens de gente Scythica,πίνουσι γάλα ἵππων,καὶ ἱππάκην βάζουσι. τοῦτο δ' ὀνομάζουσι τυρόν ἵππειον. Idem De morbis lib.4,iterum de Scythis loquens,καὶ τὸ μὲν πόον [τῶ γάλακτος] τὸ βούτυρον καλέουσιν,ὅσοι πολλὴν δίαιταν,ἐλαφρὸν εἶναι.τὸ δὲ βαρὺ καὶ παχὺ κάτω ἵζεται,ὃ καὶ ἀποκρίνασθαι ξηραίνουσι.ἐστὶν δὲ παχὺ καὶ ξηρανθὲν,ἱππάκην μὲ καλέουσι. Sic etiam legendum videtur apud Theophrastum libro 9, cap.13,vbi de radice Scythica siue glycyrrhiza loquitur, δύναται δὲ καὶ τὸν δίψαν παύειν ἐάν τις ἐν τῷ σίτῳ πίῃ.διὸ ταύτην τε καὶ τὴν ἱππάκην δίψαν φασὶ τοὺς Σκύθας ἡμέρας ἑνδεκα καὶ δώδεκα. Vnde est quod Plinius scribit in fine libri 11, Quædam rursus exiguo gustu famem ac sitim sedant cōseruántque vires, vt butyrum,hippace, glycyrrhizon. Notandum tamen,in hoc Theophrasti loco legi ἱππακῆ, apud Plinium verò ἱππικῆ, vt suprà admonui:eúmque in hoc ipso Theophr. loco quē transtulit,vocabulum hoc accepisse pro herba. Quum enim à Scythis herbam Scythicam inuentam tradidisset,eiusque vires exposuisset,subiecit,Idem præstat apud eos hippice dicta quòd in equis quoque eundem effectum habeat: tradúntque his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame sitique. Sed verisimilius est eos caseo isto equino vnà cum glycyrrhiza famem tandiu tolerare posse quàm duabus tā tùm radicibus, præsertim quum Hippocrates quoque eos isto caseo victitare scribat. Attamen Gaza quoque ἱππικῆ in Theophrasti loco legisse,(quippe qui Equestri reddiderit) ac pariter & ipse de radice intellexisse videtur. Reperitur verò ET Ἱππάκης,ου,ὁ,in eadem signif. Sic enim Eust.loquens de galactophagis & galactopotis apud Homerum, ἀφ' ὧν καὶ ἱππάκης, ἢ Αἴλιον Διονύσιον,βρῶμα Σκυθῶν δηλῶ γαλακτοπωτικοῦ σκευαζόμενος.

¶ Ἱππάρδιον,ου,τὸ,Hippardium.animal ita nominatum ab equi similitudine,vt videtur, φ (sicut & hippelaphū) habere ὅτι τῇ ἀκρωμίᾳ χαίτην,tradit Aristot.De hist.anim.lib.2,cap.1.

ΙΠΤΗΜΙ, Fut.πήσω, aorist. 2 ἔπλην, Volo. Frequētius verò est passiuum ἵπλαμαι,itidem pro Volo.vnde πήσομαι,in Epigr.Volabo. Metaphoricè verò dicitur etiam de iis quæ cito cursu aut impetu,auium more feruntur. Plutarchus loquens de adulatore,οἱ μὲν φασὶ πανὸς πρίχειν, ἵπλασθαι δ' ἀετίνην. Apud Homerum verò crebrum est ὀκ χειρῶν ἵπλατο,pro Ex manibus subitò excidebat,quasi auolando.Odyss.μ,Τῶν δ' ἄρα δεισάντων ὀκ χειρῶν ἵπλατ' ἰοῦσα.Odyss.ω,Τῶν δ' ἄρα δεισάντων ὀκ χειρῶν ἵπλατο πύχα.Sic etiam Il.ψ,Τῶν δ' ὀκ μαλθακὸν ὑμὸν ἵπλατο. Aor.2(vt tradit Eustath.) EST Ἐπλόμην, à QVO πλῆθι infinit. Atque inde compos. ἀνεπλόμην apud Euripidem,& ὑπεπλόμην apud Homerum. Notandum verò,esse qui hos aoristos malint deriua-

re A Πτάω SIVE Πτῆμι: attamen ſicut ἵστημι,& quæ inde formantur, ad ipſum ἵστημι, non autem ad στάω ſiue στῆμι referuntur, ſic etiam hæc ad ipſum πτῆμι, non ad πτάω,nec ad πτῆμι: præſertim quum nulla eorum proferantur exempla.

Πτῆμα,ατος,τὸ,Volatus.

Πτῆσις,εως,ἡ, Volatus, Volatura, apud Ariſtot.& Lucian. Et Baſil.Homil.8,καταπλαττῆς τῆς πτήσεως, audaces ad volatum tentandum.

Πτητικὸς,ὴ,ὸ, Volatilis, Cui volandi facultas & vis ineſt. Et ὁ μὴ πτητικὸς,Qui volare nequit.

Πτηνὸς,ὴ,ὸ, Volucris. Ariſtot.De hiſt.animal.lib.1,cap.5, τῶν δὲ πτηνῶν τὰ μὲν πτερωτά ἐστιν, ᾗ αὐτὸς ἐν ἰέραξ· τὰ δὲ πτιλωτά, ᾗ μέλιττα καὶ μηλολόνθη. Et πτηνὰ ζῶα apud eundem, Animalia volucria ſiue volatilia.In Epigr.λιθικὰς κόρακας πτηνὰς τε χελώνας. In iiſdem πτηνὸν Ἑρμῆν, Volucrem ſeu alatum Mercurium. Metaph.autē in Epigr.πτηνοὶ πόδες,volucres pedes.& πτηνοὶ λόγοι apud Plat.vt ἔπεα πτερόεντα apud Homerum.

C.Ἀπτηνὴς,ῆος,ὁ καὶ ἡ, Volare non potens,Inuolucris,vt Gellius loquitur,Implumis. Il.ι, Ὡς δ' ὅτε νεοσσοὶ ἀπτῆνες μητρὸς ἔπι φέρβουσι Μάσσαν ἐπὶ κλισίῃ λάβρον. Ad quem locum reſpexit Plut.vbi ait,οὐδὲν ὁ Ὅμηρος σοφιστὴς διέφθειρε τὴν Ὁμηρικὴν ὄρνιθος, ὃν, ἂν μὲν λάβοι, ἁβρὸν ὡς ἀπτῆνα νεοττοῖς, διὰ τὸ τέμαχος εὐφόρων. Et in lib.De aud.ὡς ἂν ἀπτήνων νεοσσοὶ κεχηνότες ἀεὶ πρὸς ἀλλότριον στόμα, vt pulli auium,inuolucres & implumes.

C.ΑΝἵπτημι, ſiue Ἀνίπταμαι, Subuolo, id eſt Surſum volo. Luc.τὸ δὲ Ἰδαῖον πτηνὸν ἁρπάσας ὦχθι καὶ πατὴρ αἰθέρα, Subuolaſti,In cælum euolaſti. Chryſoſt.διὰ ὕδατος ἀναπτῆναι καὶ τοῖς οὐρανοῖς ἐφεδρεῦσαι. Heſychius autem ἀναπτῆτω exponit ἀνοήτως ἁπτέσθω, Suid.ſimpliciter πτασθήτω. Paſſ. quoque eiuſdem ſignific. eſt. Vt ἀναπτῆναι εἰς τὸ οὐρανὸν, Subuoletis in cælum,vt Cic.loquitur.Et apud Æſchin. in Creſiphontem,οὐκ ἔστιν ὅπου ἀναπτήσομαι. Et apud Plat. πρὶν ἀναπτῆναι. Eſt hinc ETIAM Ἀνιπτόμαι,vt Euſt. vult,qui ex Sophocle citat, ἀσχολὴς δ' ἀνιπτόμαι. Qui locus eſt in Aiace,ſcribiturque in vulgatis editionib⁹ ἀνεπτάμαν. Sic enim chorus ait,Ἔτ' ἐξ ἔρωτ, ἀσχολὴς δ' ἀνεπτάμαν. Ab illo autem aoriſto 2 ἀνεπτόμην eſt participium ἀναπτόμενος, quod apud Ariſtophanem legitur in Auibus,ὡσπερ σοὶ πτερωτὶς, βούλομαι μετάφρενος ἀναπτόμενος ἐκ πτερυγίων χαίτας λαβεῖν ἀναβολάς.poſſet tamē hîc ἀναπτάμενος etiam legi,ſed prior ſcriptura in vulg. editionibus reperitur. Sunt verò & qui hæc deriuarint AB Ἀναπτάω, SIVE Ἀνάπτημι, vt paulo antè admonui. VNDE Προαναπτῆμι ET Συναναπτῆμι, Antè in altum euolo, & Simul in altum euolo,Simul volo. Gregor.ὡσπερ ἐκ ὀρνίθων ἀγέλη τοῖς πρὸ αὐτῶν ἀναπτᾶσι συναναπτᾶται, καὶ ὑδάτων ὑπὸ λιμνῆς συναναπτάμενον.

C.Ἀφίπταμαι, Auolo,Euolo. Participium ἀφιπτάμενος,Euolans,apud Lucianum. Aor.ſecundus medius eſt ἀνεπτάμην:vnde aliud participium ἀποπτάμενος. Hom.Iliad.τ, Καδδὴ ἔπειτ' ἐπὶ οἱ κοπίνη μακὼν, ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμός. Et Odyſſeæ λ,Ψυχὴ δ' ὑπὸ γαῖαν ἀπὸ στομάτων ποτάτη. Inuenitur & aoriſtus 2 ἀπέπτην à themate actiuæ vocis ἀφίστημι.

C.Δ Ἰέπτημι, Peruolo, Volando pertranſeo. Sap.lib.5,ὀρνίθων διαπτάντων ἀέρα. Luc.οὐκ ἂν αὖτις διαπταίην, οὐδὲ τὰ νεκρὰ τῶν ὀρνίθων. Paſſ.quoque eiuſdem ſignificationis eſt.Il. 1,διὰ δ' ἔπτατο πυρὸς αὐγὴ.vbi tmeſis eſt pro διέπτατο. Euripid.Medea,initio,Εἰ δ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτῆσθαι σκάφος Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας, Tranſuolaſſe,ſeu volando tranſiiſſe. Plut.Sympoſ.4,ἀνθρώπου πανδύστου διαπτάμενος, tranſuolans per hominem dormientē.Herodian.l.2,διέπτατο φήμη πάντα τὰ ἐπ' ἠῶ ἴδια, dilata fama quaſi volando perueniebat ad omnes gentes. Sunt verò qui ET Διαπτάω AC Διάπτημι ponant,vt in Ἵπτημι indicaui.

C.ΕΙΣἵπτημι, ſiue Εἰσίπταμαι, Inuolo. Ariſtoph.

C.ΕΦἵπτημι,ſiue Ἐφίπταμαι, Aduolo. Odyſſ.ο,εἰπότε οἱ ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις. Greg.λειμῶνας μάλιστα ἐφίπτατο, in prata aduolat. Eſt hinc ETIAM Ἐπιπέτομαι, vt Euſtathius tradit.Iliados ω,—ἄλτο δ' ἔπειτ' οἴκοις Ὀξυβελὴς καθ' ὅμιλον ὀιστεύσας ἐπιπέτεσθαι ἐφεσίην, innolare in multitudinem. nam volare miſſilia per metaphoram dicuntur,vt etiam volucres ſagittæ.

C.ΚΑΘἵπτημι,ſiue Καθίπταμαι,Deuolo,Volādo deſcendo. Lucian.ἕως ἂν ἐγὼ ἵστ' αὖ ὁ αἰετὸς καταπτῇ, donec aquila deuolarit.

C.ΠΑΡἵπτημι ſiue Παρίπταμαι, A latere volo.Item,Præteruolo. VNDE Συμπαρίπτημι,ſiue Συμπαρίπταμαι, Simul præteruolo,vel Simul volo.

C.ΠΕΡΙἵπτημι,Circumuolo.

C.ΠΡΟΣἵπτημι, Aduolo. Vnde προσίπτατον pro προσίπτασθον, apud Ariſtophanem. Philo De vita M.l.1, οὐ σκώπτης, οὐ κυνόμυια, οὐκ ἀκρεῖς ὄρνιθες προσιπτάσθων, ad hos aduolarūt. Metaphoricè autem apud Sophoclem, Τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσίπτατο, id eſt προσίβαλε, vt ſcholiaſt. exponit.

C.ΥΠΕΡἵπτημι, Superuolo, Supernè volo.

ΠΤΕΡΟΝ,οῦ,τὸ, Ala. Il.ω,de aquila,Τόσσ' ἄρα τῆς ἑκάτερθε πτερὸν ἔσαν πτερόεσσαι, tantæ eius ab vtraque parte erāt alæ,videlicet quantæ ianuæ thalami: ſeu Alæ iſtius aquilæ magnitudine ſua fores thalami æquabant.Ariſtot.De hiſtor.animalium l.1,cap.5, τὸ καλούμενον ζῶον ἐχῆμεσον πτέρυξι καὶ ποσὶ καὶ στόματι κιναῖται, quatuor & pedibus & alis.Plut.Alex.τὸν λέφον ἀπεμάξατο μὲν πατρὸς στόμα, τῷ δὲ πτερῷ τὸν ὦμον, altera ala.Pauſanias Attic.τὰ ἀγαλματα ξόανα ἔχει πτερά. Quum verò Galenus dicit τὰ πτερὰ danda eſſe febricitantib⁹,vt quæ carne ſint molli,intelligit de alis quatenus pennis nudæ ſunt,quum propriè de ala pennata & volucri intelligatur. Metaphoricè autem πτερὰ tribuuntur etiam nauibus pro ipſis remis,quòd iis ceu alis nauis volet.Odyſſ.λ,Οἵ τ' ἐρέτμοις ἐρέσσουσι, πτερὰ νηυσὶν ἐοικότα καὶ πτερύγεσσι. Pollux verò πτερὰ eſſe vult τὸ πλατύτατον τῆς κώπης ſiue τὸν παρσὸν τῆς κώπης, palmulam remi. Minus aptè transfertur ad velum nauis. Heſiodus Erg. Εὐκόσμως τελέσας νηὸς πτερὰ πεντηκοντόρου.Sic etiam apud Lycophr.teſte Euſtathio. Simili metaphora poetæ Latini dicunt Velorum alas,vt Virgilius, Velorum pandimus alas: ſicut vice verſa auibus tribuunt remigium alarum. ¶ Apud architectos autem πτερὰ ſiue πτερώματα dicuntur muri duo in altitudinem conſurgentes alarum inſtar.Vulg.lex. ¶Πτερὰ in prora idem quod παρειὰ,id eſt τὰ ἑκάτερθεν. Poll.

Πτερὸν,Pēna,itē Pinna, ὄρνιθος ἑκατέρωθεν πτερὰ,auis primæ pinnæ,vt Cic.apud Arat.interpr. Luc.De ſaltat. ὁμοῖα πτερυξὶν τοῖς ἐκ τῶν ὤμων πτεροῖς κινουμένοις. Sic idem De calumn. ὥσπερ τοῖς πτεροῖς κινουμένοις. In qua ſignificatione πτερὸν Philoſtr.accipit pro πτερὰ,id eſt Pennæ. vt quum epiſt.31,de pauone dicit,τῆς οὐρᾶς τὸ πτερὸν τὸ πρὸ ἄκρων διῃρημένον αἰωρεῖται. Et epiſt.34,de noctua,τὸ οἰκεῖον ὑπερηφανοῦσα πτερόν. Dicitur etiam de inſectorum & veſpertilionum ſiue pēnis, ſiue membranis quibus alarūm pennarūmve loco in volando vtūtur. propriè tamen de auium pennis, ſicut πτίλα propriè ſunt apum & cæterorum inſectorum: alterum tamen pro altero vſurpatur, vt videre eſt apud Ariſtot. libro 1 De animal.cap.5, vbi περὶ πτιλῶν differentias ponit. ¶Πτερὸν pro ipſo animali pennato ſeu alato, i. pro volucri, ponitur apud Homerum Od.η,Τῶν νέον ἐκπάγλως ὀρνίθων πτερὸν ἠερόεντα.id eſt,inſtar volucris. πτηνοὺς, vt Euſtathius exponit,dicens per partem intelligi totum.Quò referri poſſe videtur quod apud Sophoclem legitur in Œdipo Coloneo, Οὐκ ἔδ' ὅπως οὐ πᾶσιν ἐξημμένον πτερὸν ἐξήγαγ' ἡ πολύαλος. id eſt,οἰωνὸν, πτηνὸν ποιήσασα τῇ δίκῃ. ¶Πτερὸν apud comicos, idem quod σκιάδιον, id eſt Vmbella ſiue Vmbraculum, vt idem Pollux annotat. qualia hodiéque ex pauonum pennis in Italia conficiuntur. ¶Πτερὰ & αἶπος vocabant etiam τὰς πτερωτὰς σίγας: Ariſtoph.ſcholiaſt.ex Ionis Agamemn. At Heſychius exponit, οἰκοδομήματα ἱερῶν ἢ λίθων. ¶Πτερὸν eidem Heſychio eſt etiam idem cum σκιάδιον. ¶In Ægypto etiam labyrintho πτερὸν erat ædificiorum quædam moles.Plinius libro 36,cap.13, Maiore autem in parte tranſitus eſt per tenebras: aliæque rurſus extra murum labyrinthi ædificiorū moles: preterea appellant. Deriuatur autem πτερὸν à πτάω, quod primitiuū fingitur verbi ἵπταμαι,vel à πίπτομαι per ſyncopen: ita dictum, quòd eius beneficio volucres volent.

C.Πτεροδόνητος,ου,ὁ καὶ ἡ,Qui alis circumagitur.Apud Ari-

stophanem in Auibus, Cinesias poeta dicit, πᾶν δ' ὑπερθέμεν βωμὸν τὸ λαμπρὸν γάιᾳ) Αἴειρα καὶ σπόνα γε καὶ κυανώγια Καὶ πτηνοδόνια. Paulo antè verò ab aue petit vt se alis subuectum in altum tollat ad accipiendas ex nubibus ἡχηρὰς Ἀτραλυπίας καὶ ῥιφοδόλους αἰσάβολας.

C. Πτεροποίκιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Varias & pictas pennas habẽs, Pictus, vt Latini poetæ dicunt Pictæ volucres. Aristoph. Auibus.

C. Πτερορρύω, vel potiùs Πτερορρύεω, ῶ, Pẽnarũ defluuio laboro, Pẽnas amitto. Aristot. Et Aristoph. in Auibus, Καὶ λίας ἀρ' ὁ ξένος ὄρνις ὀτίνως πτερορρυεῖ. Ἀπὸ γὰρ ὠὸν ἡμιγαίους, ὑπὸ τ' συκοφαντῶν ἐλκόμενος. Idem, τὸν χειμῶνα πάντα τὰ ὄρνια Πτερορρυεῖ τε κἀῦθις ἔπειτα φύεται, pennas amittunt, & rursus plumescimus.

C. Πτεροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliger, Penniger, Plin. Pinniger, Ouid. αἱ αἱ δρομάδες, ὦ πτεροφόροι, ποτνιάδες θεαί, Eurip. Or. de Eumenidibus seu furiis, Aligeræ deæ. ¶ Sic dicebatur etiam πῶλος πτερόπωκος, vt Hesychius annotat, fortassis à pennigeris cristis, δηλῶν τοὺς ὑπὸ τοῖς λόφοις πτέρωσιν. ¶ Πτεροφόροι vocabantur etiam cursores, tabellarii ac nuntii celeres, quòd ii peregrè proficiscentes (vt Dionys. scribit) surrectas in capite pennas gestare solerent. Plut. in Othone, καὶ πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεί τι φέροντες χωρὶς ἐκείνου φερόμενοι. Vbi interpres vertit Veredarii. Respexisse ad hoc vocabulum Iuuenalis putatur, quum ait, Tanquam de Cattis aliquid toruisque Sicambris Dicturus, tanquam diuersis partibus orbis Anxia præcipiti venisset epistola penna. ¶ Πτεροφόροι dicuntur etiam quidam in Ægypto sacerdotes, vt testatur Hesychius. ¶ Πτεροφόρος dicitur etiam regio quædam Rhiphæis montibus finitima, ita appellata ab assiduo niuis casu pinnarum similitudine, vt tradit Plinius. Sic enim stultè opinabantur aerem oppletum esse pennis, proindéque non patére in longinqua prospectum neque transitum.

C. Πτεροφυέω, ῶ, Pennas produco, Pennæ mihi nascuntur, Plumo (ea signif. qua Gellius dicit, Pullis iamiam plumantibus) Plumesco. Plut. Erot. de Cupidine, ἔτι μικρὸν ἐν ταῖς παλαίστραις πτεροφυήσας, οὐκέτι καλλιπὴς ὄφις. Aristophan. disiuncta voce dicit φύσαι πτερά.

C. Ἄπτερος, ν, ὁ ἡ ἡ, Alas non habens, Pennis siue pinnis carens, Inuolucris. Idem quod ἀπτίλωτος suprà. ¶ Apud Homerum autem ἄπτερος μῦθος, verba quæ permanẽt in mente eius qui audiit, nec quasi auolat, ἄμμορος μύθου ἣ οὐ πτερόεντας: vel, Quæ quasi alata, subitò id quod mãdatur, exequũtur. i. Quæ, qui audiit rem imperatam statim exequitur. vt sit ἰσόπτερος. Od. ρ, & Od. τ, ἕως ἀφ' ἑφώνη σοὶ τὰ ἄπτερος ἔπλετο μῦθος. In Æschyli Agamemnone ponitur pro ἀσθενὴς siue πηχὺς aut αἰφνίδιος, teste Hesychio. ¶ At Ἄπτεσθαι verbs Cretæ est, inde dicta quòd aliquando Sirenes cum Musis de cantu contendentes & victæ, istic pennas abiecerint, quum prius volucres & pennatæ essent, vt Etymol. & Suid. docent. Ciuis huius oppidi Ἀπτεραῖος vel Ἀπτερεύς, quorum prius apud Suidam, posterius apud Hesych. est: apud quem repone Ἀπτερεύς pro Ἀπταρεύς, & Ἄπτεσθαι pro Ἅπτα. At Ἀπτερίως, Celerrimè, πηχέως. vt Apoll. schol. exponit lib. vlt. Κυΐλιν δ' ἀπτερίως δῖα μυείσιν οἶδμα λιπόντες Αἰγίπιες ἀκτῆσιν ἐπέσχεθον. Sunt qui exponant ἐπίμως, ἀλαφρῶς, ἀδίως: alii ἀσφαλῶς, ἡμελημένως, vt tradit Etymol. dicens Herodianũ apud Hesiod. exponere ἀπτερέως. Ex Lycophrone verò citatur ΕΤΙΑΜ Ἀπτέρως, quod regularius ab ἄπτερος formatur. in ἀπτερίως autem s insertum videtur, vt carmini heroico seruire posset. Sed ΕΤ Πτερίως affertur pro Celeriter, πηχέως.

C. Διμεμβράνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Membranis volãs, Cui membranaceæ pinnæ sunt. Aristot. De hist. anim. lib. 2, cap. 5, καὶ δὴ [περὶ πτίλων ὅτι] διμεμβράνιος μὲν ἀλώπηξ καὶ νυκτερίς. Vbi fortassis pro ἀλώπηξ legendum πτέλιξ, quum Plin. dicat, membranis etiam cicadas volare, sicut alibi tradit vespertilioni membranaceas pinnas esse.

C. Δίπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bipennis, Duas habens pennas. Aristoteles De histor. anim. l. 2, cap. 5, δίπτερα δὲ ὅσα ἡ μέγεθος μὴ ἔχει, ἢ ἡμιπροδήλητα ὄντα. & paulo pòst, καὶ δὴ δίπτερα ἡμιφανῆ ἔχει τὰ πάντα. Vnde Plin. lib. 11, cap. 28, Nullũ cui aculeus in aluo, bipenne est. Et paulo antè, Nullum cui telum in ore, plurib⁹ quàm binis aduolat pennis. ¶ At δίπτερος ναὸς, apud architectos, ædes duo habens ptera, Ædes dipteros. Vitruuius l. 3, c. 2. Dipteros autem octastylos & pronao & postico, sed circa ædem duplices habet ordines columnarũ. At ψευδοδίπτερος ναὸς (vt ibidem docet Vitruu.) sic collocatur vt in fronte & postico sint columnæ octonæ in lateribus, cum angularibus, quindenæ.

C. Εὔπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Bene alatus seu pennatus, Pẽnis plurimùm potens. Apud Aristophanem autem in Neb. — ἀσώματοι γὰρ καὶ στερραὶ, Κἄς' ὀλιγωνοῦσ' ἀνθρώπων πᾶσ' Κεισόμεθα, metaph. est pro Ex ditionibus & nobilionib⁹, quæ pennis suis cæteras quasi anteeunt: id est ἀρχῶν. aut etiam ὑπερθύμων καὶ μετεώρων καὶ ὑπερφαίνων: aut καύφων, ἢ ὧν ὁ λογισμὸς ἵσταται. tot enim modis à scholiaste exponitur.

C. Καυόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, oppositum præcedenti, Malè pennatus, Cui alæ seu pennæ malæ sunt, Malè volãs. idem quod κακοπτής. Aristot. ἅπαις ἢ ἐν καυόπτερος. vbi Budæo legendum videtur δύπτερος.

C. Μακρόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Longas alas siue pinnas habens.

C. Μελανόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui nigræ alæ aut pinnæ sunt. vt μελανόπτερος νὺξ apud Aristoph. sicut μελανοπτερύγων ὀρνίθων apud Euripid. à πτέρυξ. quæ atris circumuolant aliis, vt de morte Horat. dicit.

C. Μονόπτερος, ου, ὁ ἡ ἡ, Vnicã pinnam habens. Et Monopteros ædes apud Vitruu. Quæ vnicum pteron habet. lib. 4, c. 7, Fiunt autem ædes rotundæ, è quibus aliæ monopteræ sine cella columnatæ constituuntur, aliæ peripteræ dicuntur.

C. Ὀλιγόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui paucæ pennæ seu pinnæ sunt.

C. Ὁλόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui totus pennatus est, Cuius vniuersum corpus pennis tectũ est. Itẽ, Integras alas habens, Cuius alæ fissæ nõ sunt. oppositum πτερύγιος. tales autem sunt muscæ & apes.

C. Ὁμοιόπτερος, Quibus similes pennæ sunt. ¶ Ὁμοιόπτερος in vulg. lex. sunt etiam Volatilibus similia. At Ὁμόπτεροι Hesychio sunt non solùm ὅμοιοι, sed etiã ὁμόπτεροι, ὁμάλοχροι αἰθυιῶν πλατεῖς, ὁμοῦ πετηνοί. at tunc metaphora esset. ac fortassis exponi posset Simul volantes, vt ὁμόπτεροι essent Qui ita eandem agunt ætatem vt aliquæ aues quæ simul volant.

C. Ὀρθόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui rectæ pinnæ sũt, Surrectas pinnas habens.

C. Περίπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circumcirca pinnas habẽs. Dicitur de ædificiis quæ vndiquaque eminentias habent, ὁ πανταχόθεν ἐξέχων. Athenæus libro 5, in descriptione nauis Philopatoris, σωλήνα δὲ πύκνα ὁ μέγιστος εἶχεν, περίπτερος δ' ἦν, ἔπεσι κλίναι δεκαδύο χάριν. Et paulo pòst, καταπαστὸν δὲ τούτου ἄλλο συμπόσιον πολυτελὲς περίπτερον. οἱ γὰρ κίονες ἀπὸ ὀκτὼ λίθων ἦσαν ὑπόλιθοι. Et peripteros ædes apud Vitruu. lib. 3, cap. 1, Quæ habet in fronte & postico senas columnas, in lateribus, cum angularibus, vndenas. ¶ Περίπτερος Hesychio & Suidæ sunt etiam ὑπερήφανος. sed tunc substãtiuum erit: sicut idẽ Hesych. περίπτερον esse tradit σίγλου ἔχουσαν ξέσιν, itidem substantiuè, sed secundũ primã huius vocabuli significationem. At ψευδοπερίπτερος, Qui peripteri formam simulat & quasi mentitur. Vitruu. l. 4, c. 7.

C. Πολύπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multas pẽnas seu pinnas habens. oppositum πτερόεις.

C. Σχιζόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alas fissas habens. vt σχιζόπους, habens pedes fissos: cui opponitur σηκάπους. Dicitur autem hoc σχιζόπτερος ad differentiam earum volucrium quarum alæ diuidnæ non sunt, vt vespertilionis alæ: at σχιζόπτεροι anes erunt quarũ alæ pluribus pennis discretæ sunt, vt pedes hominis pluribus digitis. Aristot. l. 4 De hist. anim.

C. Ταυόπτερος, ET Ταυοπτέρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui alæ extentæ sunt, Ingentibus alis patulus atque porrectus prævolans. vt loquitur Gell. Hesiodus, αἰπὺν ὄρος ταυόπτερον. Idem in Ergus, Ὃς φάτο οἰωνοῖσι ἴρηξ ταυοπτέρος ὄρνις, passis volãs alis.

C. Τετράπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quaternas gerens pinnas. Aristoteles lib. 2, De hist. anim. cap. 5, πτερύγια μὲν ἔστι μέγεθος

ἔχει ἢ ὅσα ὑπόπτερα ἐστί. id est (Plin.interpr.) Quaternas [pinnas] habent quæ aculeis in aluo armantur.

C. Ὑπόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alatus, Alas habens quibus subuehitur. Luc.in somn. διῆξα πτῆμα ὑποπτέρων ἵππων ἁλῶντα τὸν Πηγάσου ἐπιπόνως. Aristoph. Auib. Ἆρ' ὑπόπτερον γενέσθαι παντὸς ἄξιον.

C. Φοινικόπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Rubeas alas seu pinnas habens. Est nomen auis quam Plinius quoque Phœnicopterum nominat, retento Græco vocabulo. Aristoph. Auibus, βαβαὶ, καλός γε καὶ φοινικοῦς. Quibus verbis alter subiicit, Ἐπόπτας· καὶ γὰρ οἶσθ' αὐτὸν γ' ὄντ' ἐκ φοινικόπτερος.

C. Ὠκύπτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui pernices seu veloces alæ sunt, Celeres habens alas. Idem quod ὠκυπέτης: vt ὠκύπτερος ἵππος apud Hom.quē ὠκυπέτην vocat Hesiod. Ὠκύπτερα dicuntur etiam ipsæ pinnæ alarum prominētiores, quibus volandi celeritas iuuatur, aut etiam ipsæ alæ. Aristoph. Auibus, Ἐπὶ τὰ γλαῦκας; respondet alter, ὅτι πῖσον τοῖς ὠκυπτέροις, quippe cuius pinnæ siue alæ similes essent εἰς ὑπόπλοιαν χλωῖ γεγραμμένῳ. vbi schol. facit tres πτερῶν species, πτῶλα, πτέρυγα, ὠκύπτερα. Apoll. Argon.2, ὠκυπτέρυα πάλλων, quatiebat alas, seu pinnas. Plutarch. Apophth. de Pyrrho, τῶν δὲ στρατιωτῶν αὐτὸν αὖθις ἐρωτώντων, Τί γὰρ (ἔφησεν) οὐ μέλλω, τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις ὡς πρὸς ὠκυπτέροις αἰρόμενος; Pro ipsis pinnis accipitur apud Strattin comicum, Πολλὴν φλυαρίαν καὶ πᾶσαν αἰτίαν, Οἷς βάσταζ' ὑμᾶς ἔνεκα τῶν ὠκυπτέρων.

Πτερόεις, εντος, ὁ, Alatus, Pennatus, Volucris. Epigr. lib.2, Μύρμηκος πτερόεντος ὑπὲρ νώτοιο καθηδὺς, super tergum formicæ pennigeræ, seu alatæ. Apud Homerum dicitur de sagittis, siue quòd pennatæ sint, siue quòd celeriter ferantur instar auium volantium. Il.δ, πτερόεντες ὀϊστοί. Il.ο, ἰὸν Ἀλεξάνδρου, πτερόεντα. Il.ω, ἵνα τοι τὰ πτερόεντες ἀκοντὴ κλυτὰ ἔργα δύνωμαι θωρήσσων. Latini quoque poetæ pennigeras sagittas dicunt: item volucres & volantes. Vnde & Cicero apud Aratum πτερόεις οἰστὸς vertit Volucris sagitta. Hesiodus verò in Clypeo Herculis, dicit etiam πτερόεντα πέδιλα, calceos aligeros, aut volucres. ἀμφὶ δὲ σφυρὰ βάλλετο καλὰ πτερόεντα πέδιλα. Apud Homerum autem dicuntur etiam ἔπεα πτερόεντα, volucria verba aut pennigera. Sic apud poetā Lat.—sed non replenda est curia verbis Quæ tibi magna volant. Aut verba quæ ex ore emissa, vt auis è manibus, reuocari nequeūt: (sicut & Horat.dicit, —semel emissū volat irreuocabile verbū.) Sic intelligit etiam Plutarch.in lib.De garrulitate, quū ideo à poeta ἔπεα πτερόεντα appellari ait, quoniam οὔτε πτηνὸν ἐκ τῆς χειρὸς ἀφεῖται ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις καταλαβεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τῆς γόμφου προσέμβροντα κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν ἀδύνατόν.

Πτερόω, ῶ, Alas addo, Alas accommodo, Alitem facio: Lucian. ἢ φύσις τοῖν μέλισσαν πτερώσασα. Aristoph. Auibus, Ἀλλ' οὐκ ἔγωγ' οὐ παύσομαι, πρὶν ἄν ὅπ, Γεὶν αὖ πτερώσῃς δεῦρό μου τὴν αἰθέρα. Apud eundē ἐπτερωμένος, Pennatus, Alatus, Οἷόν γ' ὦ μάλιστ' ἔοικας ἐπτερωμένος, Quam maximè auem alæ tuæ simulēt, aut etiam pinnæ tuæ: cui maximè pennæ tuæ assimiles sint, videlicet Εἰς ὑπόπλοιαν χλωῖ συγγεγραμμένῳ. Sic ἐπτερωμένη ὄρνις, pennata. Itē Alis subueho. Aristoph. Ran. Εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ, Αἴροιτ' ἂν ἀὴρ πλαγίαν ὑπὸ πλευράν, Siquis Cleocritum Cinesia quasi alis subuehat, Siquis Cleocrito Cinesiam loco alarum supponat. Dicitur enim leuis admodum fuisse Cinesias. de quo idem Aristophanes in Auibus, ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μεταρσιος Ἀνακρεόντιος ἐκ τῶν τερθρευόντων κρυπτὰς λαβεῖν ἀκροδρυάς. Paulo antè verò dicit, ὄρνις γενέσθαι βούλομαι. Transfertur etiam ad naues, quas πτερῶσαι dicimus quum expassis velis quasi volucres facimus, quum vela eis quasi alas accommodamus, quum velorum expādimus alas, vt Virgil.loquitur: aut etiam quum remos vtrinque quasi alas aptamus quibus volare possint, quum remos erigimus in modum expansarum alarum. Plutarch. in Antonio, ὑπὸ τὰς πρῴρας τῶν ἐγκρίτων καὶ πτερώσαι ἐκατέρωθεν. Polyb. lib.1, πτερώσας τὸν ναῦν, remos erectos retineri iubens & ad remigium paratos. Idem, αἱ δὲ τῶν ἱππαγωγῶν ἐπτερωμέναι ἐφέρετο πρὸς τὸν ἐμβολήν, id est ὁπλισμέναι & instructæ ad irruendum, seu remigio instructæ ad irruendum. Velo etiam πτερῶσθαι dicuntur, vt apud Gregorium, ἡ ταῦς ὀκτὼ τῶν λιμένων αἰδέσιμος καὶ τοῦ ἱστίου πτερουμένη. Apud Platonem autem πολιτείας libro 5, πρὸς δίκην τῶν πτερῶν ἑκατέρωθεν χρὴ παιδιὰν ὄντα ἀθυμεῖν, ἵν' μὴ τὸ δίκη, πτερόμενοι ἀποφεύγωσι, Bud.exponit Equites è peditibus facere: propterea quòd quum alter interrogans quomodo hoc intelligi velit, dicat πῶς λέγεις, respondet alter, ὅτι πρὸς ἵππους ἀναβιβασίαν. ita vt πτερόω hoc in loco idem sit cum ἀναβιβάζειν ὅτι πρὸς ἵππους, qui & ipsi alipedes à poetis appellantur. Secundum alteram significationem τὸ πτερόω (id est Alis subueho, Alis in altum eueho & attollo) itidem metaphoricè accipitur. Philo De mundo, πόσον πρὸς χρὴ νομίσαι δρόμον τὴν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἄφνω ἐπὶ πολλοῦ τοῦ τοῦ ἐν καθαρῷ πλάγους ἰμείρου πτερωθέντα, πρὸς τὸν ἔμφυτον αἰθέρα πέτεσθαι, Ingenti desiderio perspicuè cernēdi illud vnum, quasi alis subuecti, vel Præingenti illo desiderio alites facti. Gregorius, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπήρου, μεμυθολόγηκε τὴν ὑποκρίσιν, id est Bud.interpr. Spe obiecta & pollicitando erigebat animos eorum, & suspensos tenebat sublimésq; vt πτερωθῆναι ἐλπίσι, idem sit quod ἐπαιωρεῖσθαι, ἐπαίρεσθαι, spe erigi & gaudio exultare, quasi volucrem & alitem fieri: quia animus sic gestiens consistere nesciat sibi constare. Bud. Πτερωθῆναι in rebus adiunctis aut difficilibus est quasi Resumere alas, Excitari, aut Colligere animum, quo veluti alis rursus eleuentur qui prius oneri succumbebant. Plutar. Arrox. ὥστε τοὺς ἄλλους πτερωθῆναι καὶ συνεπουφίζειν ἐκείνου τὴν ὁρμὴν καὶ ῥώμην ὁρῶντας.

Πτέρωμα, ατος, τὸ, Pennosum in auibus tegmen, vt πέλωμα pilosum villosumque tegmen in bestiis, inquit Camerarius. Dicitur certè πτέρωμα de tota pennarum multitudine, vt si Gallicè dicas, *plumage*, vel *penage*. Aristot. ἅπαντα τὰ πτερώματα καὶ τὰ πτερώματα τῆς δέρματος συνακολουθεῖ. Idē, γίνονται δὲ καὶ τὰ πτερώματα τῶν μελάνων ὀρνίθων, τὰ μὲν πρὸς τὸ σῶμα μελαίτερα πάντων, τὰ δὲ πρὸς τῇ ἄκρᾳ ξανθότερα. Metaphoricè autem Synesius dicit τὸ νοῦ πτέρωμα, alas mentis. Πτερώματα pinnæ & muri in ædificiis. Strabo libro 17, πτερώματα vocat muros æquè altos ex vtraque pronæ parte ad templorum altitudinem surgentes. Sed illam quoque quæ fit cōlumnis, ædium circumuallationem, & potissimùm in cellæ lateribus, πτερώματος nomine intellexit Vitruu. q. alarum specie protegat. v.l. Vitruuii verba sunt lib.3.c.2, Pteromatos ratio & columnarū circū ædem dispositio ideo est inuenta vt aspectus propter asperitatem intercolumniorum haberet autoritatem. Et l.4, c.7, Alii verò remouentes parietes ædis, & applicantes ad intercolumnia pteromatos, spatio parietis sublati efficiunt amplum laxamentum cellæ.

Πτέρωσις, ιως, ἡ, Pennarum productio, vt πέλωσις, Pilorum productio. Accipitur interdum pro πτέρωμα, vt apud Aristophanem, πτέρωσιν αἰσχαμβαΐδι, Pēnas recipit, aut etiam iterum plumescit αὖθις πτεροῖ φύσις, vt idem Aristoph.loquitur. Luc. πτέρωσιν διαλυθεῖσαν, pennis dissolutis. In vulgatis lexicis exponitur etiam Remigium alarum.

Πτερωτὴς, οῦ, ὁ, Qui alas addit, Qui alis subleuat. Sicut verò πτερόω metaphoricè capitur, ita etiam hoc πτερωτής. Greg. τὴν ἱερεμίαν τὸν πτερωτὴν, ἤγουν ἐκπλήξεως τὸν τερπνοθέτην, id est Exhilaratorem & confirmatorem, Qui spe bona implet & subleuat. B.

Πτερωτὸς, οῦ, ὁ, Alatus, Pennatus. Aristot. De hist.anim.lib. 1, cap. 5, τῶν δὲ πτηνῶν τὰ μὲν πτερωτά ἐστιν, ὥσπερ ἄνθρωπος καὶ ἱέραξ· τὰ δὲ πτερωτὰ, οἷς μέλιττα καὶ μυκτολόγη· τὰ δὲ δερμόπτερα, οἷς νυκτερὶς καὶ νυκτερίς. Et apud Pollucem, πτερωτὰ πτηνῶν κεφαλαία, puluinaria seu ceruicalia pluma tilia, seu plumea. i. pennis volucrium seu plumis farta. Et πτερωταὶ calices apud Plinium lib.36, cap.27, alati aut pennati calices.

C. Ἀπτέρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui alatus aut pennatus non est, idem quod ἄπτερος.

C. ΝΑ πτερόω, ῶ, Alarum facio, Alis instruo, siue pennis. Sed metaphoricè capitur vt plurimum pro Excito quempiam ad aliquid agendum, aut ad rei alicuius desiderium, Instigo, Animum addo, In spem erigo. Eur. in Oreste, —μὴ 'π πλησίον πάρεχε Ἀργεῖ' αἰχμητῆρσιν Δαναΐδαις πόλιν; vbi scholiastes αἰνιττόμενοι (siue αἰνιττόμενος, vt apud eum legitur) exponit διήγειρε. Erasmus proxe

bium facit Alis addere, quod exponens ait, Ἀναπτῆναι A vulgò dicebantur quiverbis alicui adderent animum, inque bonam ſpem erigerent. citátq; locum hunc ex Auibus Ariſtophanis, Δεινὸς τις μοῦ τὸ μειρακίσκος ὁ διδράσκων Αἴρων αἰετὸν ἀναπτῆναι κἀπιθορεῖν, Ita enim legitur apud Eraſmum αἰετπήρων, tanquam videlicet à verbo αἰαπτηρῶ, quod ipſe pònit. Sed nuſquam inuenio αἰαπτηρῶ, at paſſim αἰαπτερόω, à quo & αἰετπέρωκα legitur in emendatis Ariſtophanis exemplaribus. Cæterùm videtur hic αἰετπέρωκα eſſe Incendit eum ad cupiditatem equorum.

Ἀναπτερόομαι, οὑμαι, paſſ. Alis inſtruor, proprié. Et per metaphoram, Excitor ad aliquam rem agendam, vel ad rei alicuius cupiditatem, Accendor ad rei alicuius deſiderium. In ſpem erigor, vel In ſpem bonam erigor. nam Suidas αἰετπροῦται exponit ἐλπίσι χρηστῇς ἤρται, in hoc loco, ὁ δὲ Νεμεσίων αἰετπροῦται καὶ μετεώρους ἐν ταῖς ἐλπίσι. Apud Xenophontem itidē αἰετπερωμένοι dici mihi videntur In ſpem erecti, vel Erecti ſpectatione. Plato in Phædro, Ὅταν τὸ δὲ τῆς ὁρᾶν κάλλος, τῷ ἀληθεῖ συναμμοσσόμενος αἰαπτερώσῃ, αἰαπτερούμενος δὲ ἐπιθυμῇ B πτῆναι αἰαπτάσθαι. vbi addens αἰαπτάσθαι (id eſt volare) alludit ad propriam verbi αἰαπτεροῦσθαι ſignificationem. atque hic αἰαπτεροῦσθαι eſt propemodum quod Latini dicunt Geſtire. Cicero De orat. lib. 2, Animi forenſibus negotiis defeſſi geſtiunt ac volitare cupiunt. Hoc enim in loco puto Geſtiunt idem fere eſſe quod αἰαπτερῶνται. & Platonis verba retinendo, reddi poſſe hæc Tullii verba, geſtiunt ac volitare cupiunt, αἰαπτεροῦνται καὶ ἐπιθυμοῦνται αἰαπτάσθαι. Quod idem dicit Ardentes & erectos, fortaſſe αἰετπερωμένους aptè reddiderim, D Philipp. 4, Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor.

C. Διαπτερόω, ῶ, Alas explico, aut etiam diſpando, Expando alas. Item generalius pro διαπετάννυμι.

Πτέριος, ου, ὁ, Alatus, Pennatus, πτερίοις ὄρνισι, Ariſtoph. Pennatis ſeu alatis diis. Item πτέριος σίφανος apud Polyb. idē quod πτερωτὸς, Corona pēnata. Apud Suid. Ὅπλοις μοιοῦνται οἱ Ῥωμαῖοι πτερίῳ σιφανῳ, πτεροῖς φοινικίοις ἢ μελανηφόροις περιαν, ὡς παλαιοῖς τὸ μέγεθος. Vbi pro μελανηφόροις videtur legendum μέλασιν ὀρνισι, aut μελανόχροις.

Πτερύσσομαι, Fut. ξομαι, Alis latera ferio, vt gallinacei ante cantum. Luc. ὅτε γὰρ ἐν ἀρούμῃ χηνίσκος ἀφωνὶ ἐπτερύξατο καὶ αἰεκόνησε, latera, quatere cœpit alis. Plinius de gallinaceis, Diem venientem nuntiant cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum, τῇ πτερύξει. Hæc Budæus. Huc pertinet quod Ezech. cap. 1 legimus, ἤκουον τὸν φωνὸν τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς τὴν φωνὴν ὕδατος πολλοῦ αὐτῶν, quum alis plauderent. (ſcribitur tamen ibi etiam περύσσεσθαι) & paulo antè, αἱ πτέρυγες αὐτῶν ἐκτεταμέναι, πτερυσσόμεναι, ἑκάστη τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς. Exponi etiam poteſt Geſtio alis, Paſſis alis geſtio. Capitur verò & metaphoricè, vt apud Athenæum lib. 6, ex Diphilo comico, de paraſito quodam, Ἀτυχὴς ὁ παράσιτος μαχαίρου τὸν καιρόν. Κἂν μὲν σφοδρὸς φερόμενος εἰς ὀρθὸν πρόσχῃ, Γέγηθα καὶ χαίρω καὶ πτερύσσομαι, Alas pando, ceu auis geſtiens, Alis geſtio. Philo De vita Moſis, libro 1, οἱ δὲ πυθόμενοι μόνον οὐ συνεχῶς καὶ πτερύσσονται, κελεύσεις ἐμφελεῖς παρείχοντο ἢ δι' ἀνάγκην ὁπλίζεσθαι. Itē, Alis ſtrepo & pugnā meditor, vt galli inter ſe dimicaturi. Sic interpr. Bud. apud Laert. in Socr. p. 76, δίκας αὐτὸν τοῦ κυρίου Μίδου ἀπαιτούσας αὐτίον τὸν Καλλίου πτερυσσομένους.

Πτέρυξις, εως, ἡ, Alarum plauſus. Vide in Πτερύσσομαι.

C. Ἐκπτερύσσομαι, Alas expaſſas concutio. Luc. in encomio muſcæ, Καὶ μὲν δὴ καὶ ὅταν ἐς τὰς πομπὰς, εἴπερ ἀπνὸς βλέπει ἐς αὐτὸν, ὁπόταν ἐκπτερύσσεται πρὸς τὸν ἥλιον ἐκπτερύσσηται, pauonum inſtar variegata eſt, ſiquis attentius in eam oculos defigat, quum expanſis ad ſolem alis ſeſe verberitat.

Πτέρυξ, υγος, ἡ, Ala. Il. β, de dracone & paſſerculo, πτέρυγος λαβὼν ἀμφιαχυῖαν. Plut. de voluptatibus quæ ex virtutis operibus percipiuntur, οὐ παῖς Εὐελπίδου χρυσοῖς πτέρυξιν, ἀλλὰ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐκείνους καὶ οὐρανίοις πτεροῖς ἡ ψυχὴ ἀναφέρουσιν, aureis alis. Theophil. comicus apud Athenæum libro 13, Ταὶς δὲ πτέρυγας ἀφεῖχε, τῇ τύχῃ φορεῖν ἔδοσαν, περιφανὴς σκῶλον ὑπὸ πάντων, de Cupidine, ἃ ἀπέκοψαν τὰ πτερά, vt paulo antè loquitur. ita vt πτέρυξ & πτερὸν idem ſint. Et lib. 5, in deſcriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi, τέτρωγε χρυσᾶς ἔχουσαι πτέρυγας. Metaphoricè apud Sophoclem Electra, ἔχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων, alas luctuum acutiſonorum. vbi celeritatem exprimi ſchol. vult: quoniam ἅμα τῇ μάμᾳ καὶ ὀδυρμὸς, οὐδενὸς τῶν μακρὰν ὄντος. Item, Pinna. Theophraſt. De hiſt. plant. lib. 4, cap. 10, ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον καὶ ὑπ' ἔλατταν, ὥστε πλὴν ὀλίγου μορφὴν ἔχειν φοινικὸς ἢ καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κιονίαις. Plinius quoque abietis folium pinnatum eſſe ſcribit. Dicitur item de pinnis natatilium. Nicand. χελώνης Γήϊος, ἣ ταχινῶν δίχα πλοίων πτερύγωσιν. Sic apud Baſil. οἱ ἰχθῦς ὑδατοπίμοισι τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερύγων εἰς τὸ πρόσω χωρεῖν τοῖς. Idem & πτερύγιον appellatur, vt videbis infrà. Sed & λοφίαν πτέρυγας habet, id eſt Pinnas: ſeu (vt Pollux exponit) παῖς ἐκατέρωθεν ἐσχολαῖς ὅσον πλατοῦσιν ἡ λόγχη. Πτέρυγες dicuntur quoq; τῶν πλευρῶν λίαν τὰ πλατέα καὶ τὰ χείλη, Heſychio, id eſt Pinnulæ. Bud. ſeu (vt Poll. tradit) τὰ τελευταῖα τῆς πτερύγος. Πτέρυγες vocantur etiam τὰ ἐφεξῆς τὰ κρεμάμενα τῶν χιτώνων, id eſt (vt vulg. lex. exponunt) Laciniæ, Partes veſtium circa fimbrias lacinioſæ, quòd lacinioſo procurſu & angulis alarum formam referant. Plut. in Numa, αἱ χιτῶνος πτέρυγες. Et apud Suidam, Θετταλικαὶ πτέρυγες: quas inde dictas ſcribit, διὰ τὸ πτερύγιον ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας, αἳ ὅσον εἰσὶν ἐκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ εἰκέναι πτέρυξι. Hoc & Macedonicæ chlamydi laciniatæ diſperſæ tribuit Plinius lib. 25, cap. 10, quum de Alexandria ait, Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato lacinioſam, dextra lævaque anguloſo procurſu. Hæc vulg. lex. At Pollux πτέρυγας & πτερύγιον tradit eſſe τὸ ἥμισυ τῆς χιτωνίσκου. Habet verò & thorax πτέρυγας, id eſt pinnulas. Xen. De re equ. ferè circa finem, ἐφεξῆς τὸ ἧπαρ καὶ τὰ αἰδοῖα καὶ τὰ κύκλῳ αἱ πτέρυγες διαύπτα καὶ ὑφαύπτα ἴσασιν ὥστε σύμφυτα τὰ μέλη, ad inguen & verenda, circúmque hæc, pinnæ applicentur tot & tales quæ illas partes obtegant. Et paulo pòſt, τῷ μὲν θώρακος τὸ κοῖλον πεπύκασται, αὐτὶ δὲ πύκου πτέρυγες ὧσαι ἐν τοῖς γλυφοῖς ἐφεῖσι δεσμοῖς. ὅταν μὲν διαίρηται, ὁμοίως αἱ πτέρυγες ὅταν δὲ καθαίρηται, ὑπολείπηται, Ab hac remouebitur quicquid in thorace impedire illam poſſit: & huius loco in nexibus applicatiles erunt pinnæ, quæ intenſa cum manu quaſi excurrant, reductáque cum illa rurſum iungantur. Camer. Idipſum in αἰακίδι vocat πτερύγια, vt paulo pòſt dicam. Πτέρυξ dicitur etiam à quibuſdā τὸ ἄκαθίλιον. Gorr. ex Dioſcor.

C. Πτερυγοειδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Alæ formam habens. πτερυγώδης ſiue πτερυγοειδὴς dicuntur duæ apophyſes oſſis σφηνοειδοῦς, quas ad cranii baſim extra ipſum emittit. Sic dictæ ſunt quòd alarum modo promineant. Gorr.

C. Πτερυγοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliger, Penniger. At πτερυγοφόρον ἤλακτρον, ſuccinum plumas paleáſque attrahēs. vulg. lex.

C. Πτερυγώκης, ους, ὁ, Alis celer. idē quod ὠκύπτερος. Æſchyl.

C. Δίπτερυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ καὶ τὸ, Binis alis volans, Bipennis, idem quod δίπτερος. Epigr.

C. Ταναυπτέρυξ, υγος, ὁ καὶ ἡ καὶ τὸ, Extentis & patulis alis volans. Il. τ, ἅρπη τέτυξα ταναυπτέρυγι λιγυφώνῳ. Gellius lib. 6, cap. 6, Quum de iure augurio quæreretur & mentio præpetum auium facta eſſet, [audiui Apollinārem Sulpicium] è L. Claro præfecto vrbis dicere, præpetes ſibi eſſe videri alites quas Homerus ταναυπτέρυγας appellauerit: quoniam iſtas potiſſimùm augures ſpectarent quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ præuolarent. atque ibi hos Homeri verſus dixit, Τοῖσιν δ' αἰωνοῖσι ταναυπτέρυγας καλέουσι, Πείθω δ', ἢν οὔ με μαντοσύνη ἀλεγίζω.

C. Ἀπτέρυγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Alas ſeu pennas non habens, Inuolucris. idem quod ἀπτίλου ſiue ἄπτερος, ſuprà. Hedyle poetria apud Athen. lib. 7, Ἢ ὡς ἀλκυόνων παῖδας ἔτ' ἀπτερύγους, adhuc inuolucres ſeu implumes.

C. Ἑξαπτέρυγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sex alas habens, Senis alis volans. Nax.

C. Μελανοπίρυγος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nigras alas seu nigras pennas habens, Nigris alis volans. Euripid. Hecuba, ὦ πότνια χθὼν μελανοπτέρυγι μᾶτερ ὀνείρων, quæ atris circumuolant alis, vt de morte Horatius dicit. Idem significat μελανόπτερος.

Πτερυγώδης, ες, ὁ καὶ ἡ, Alæ speciem gerens, Alam referēs. Πτερυγώδης apud medicos dicitur is cui scapulæ sine carne nudæque sunt, & alarum instar prominēt retrorsumque producuntur. Gorr. Et Galenus in Hippocratis lib. 1 De morb. comm. 2, sect. 18, de phthisicis loquēs, ὅταν ὁ διαχωρητὴρ ἐς ἀεὶ βαθὺς εἰς τοσοῦτον [ἢ] ἰὼς τὰς ὠμοπλάτας ἐξίχνηται ὑπτίους δ' ἐκλίνωσι πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τὰς τοιαύτας. At πτερυγώδης ἀπόφυσις quæ dicatur vide paulo antè in Πτερυγοειδής.

Πτέρυγμα, ατος, τὸ, Ala, Pinna. At in pudendo muliebri τὸ ἐκπίπτον ἔνθεν καὶ ἔνθεν (quæ & μυρτοκλείδες & κρημνοὶ dicuntur) πτερύγιατα nominantur, teste Polluce, id est veluti alæ. In auribus autem ea quæ panduntur, πτερυγώματα, quasi pinnæ, appellantur, vt tradit Camerarius ex libro qui inscribitur περὶ ἰατρικῆς. Idem habetur etiam apud Ruf. Ephesium.

Πτερυγωτὸς, οῦ, ὁ, Alatus, Pennatus, Pinnatus. Aristoph. Eq. πτερυγωτὸς αἰτός.

Πτερυγίζω, Pennas rostro purgo. Theophrastus, ἄδηκται καὶ πίπλαι πτερυγίζουσαι αὖται μᾶλλον ἐσθιομαίνουσι. Id est, Plinio interprete, Mergi anatesque pennas rostro purgantes, vētum præsagiunt. ‖Item, Alas pando, Alas explico, vt aues volaturæ. Aristoph. Auibus, ἅτ' αὖ πάλιν παρ' ὑμῶν πτερυγίσας αἰθέρα. Metaphoricè autem πτερυγίζειν est Frustra & inaniter conari, more pullorum volare nondum valentium, explicatis tamen alis volatum tentantium, Inaniter nitor, vt aues implumes quæ inaniter pandunt alas. τὰ πολλὰς ὀρμὰς αἰωρύτας πτερύσσειν, καθάπερ αἱ νεοττοὶ πτερύσσοντες τὰ πτερὰ καὶ γυμνάζοντες, vt B. exponit hunc apud Aristoph. locum in Pluto, ἐλίγξαι μ' οὔπω δυνάσαι περὶ ζώνην, ἀλλὰ φλυαρεῖς καὶ πτερυγίζεις, Frustra nugaris, Nihil promoues, Nihil agis. B. Vsus est hoc verbo & Luc. in lib. De mercede seruientibus, vbi Erasmus interpr. Indecorè & scurriliter gesticulari.

Πτερύγιον, ου, τὸ, Alula. diminut. à πτέρυξ, pro quo frequenter vsurpatur. ‖In homine autem πτερύγια appellātur, id est alæ, τὰ ἐκπεπωκότα τοῦ ὠτὸς πλατέα, vt Pollux tradit: quas Camerarius scapulas esse putat. ‖At in auribus πτερύγιον, id est ala, dicitur pars illa quæ ad tempora vergens inflectitur. ‖In naso verò πτερύγια nominantur exteriores & infimæ partes motu præditæ. Sunt autem cartilagines, tenuiáque corpuscula ab vtroque latere adnata: in quæ exigui duo musculi à malis prodeuntes, vtrinque singuli inseruntur. Hi nasi alas adaperiunt. Gorr. Ὑπτιῶσαι quoque eadem appellantur. ‖Similiter & in mulierib⁹ πτερύγια appellari eminentias illas duas veteri sinū ambiētes, scriptū reliquit Introductionis seu Medici autor. Gorr. ‖Ab eiusdem etiam alæ similitudine πτερύγιον duplex & in diuersa humani corporis parte factum malum indicat. Vt enim alæ in volantibus ab humeris extensæ aperiuntur, sic in his ab angulo clausuráve aliqua progrèdientes inutiles membranæ & caruncūlæ oculis & digitis nocēt. Ac πτερύγιον quidem oculi est neruosa adnata oculi membranæ excrescētia, exoriens ab angulo & ad pupillam inde perueniens, eámque obtenebrans. Sæpius à nasium, interdum etiam à temporum parte nascitur, rarissimè à superna aut inferna palpebra. Aetius autem libro 7, tradit πτερύγιον esse quum album in oculo supra modum augescit, aut caro supercrescit, ex scabra quadam lippitudine aut assiduis fluxionibus. Latini id mali genus vnguem vocant, vt ait Celsus lib. 7, cap. 7, quòd humano vngui (vt credimus) progrediens neruosa ea membrana similis sit. Gorr. In hac significatione Plinius vocabulum Græcum retinet. nam quod Dioscor. περὶ ἀλῶν tradit, πίλουσι δὲ καὶ ὀφθαλμοῖς ἐκφορὰς καὶ πτερύγια τέμνουσι, ipse sic transtulit, Item oculorum remediis, & ad excrescentes ibi carnes, totiúsque corporis pterygia, sed in oculis peculiariter. Quod verò in hominis pedibus manibúsque fit πτερύγιον, est incrementum carnis quæ partem vnguis integit. Nascitur potissimùm in pollicibus, pedū quidem, ex offensione plerunque, manuum autem, ex neglecta reduuia & post inflammationem in pus mutata. Est quum & os corrumpit, graui cum odore, digitúsque per summa dilatatur & liuet. Gorr. πτερύγιον hoc Celso est quū caruncula ab vngue recedit, cum magno dolore. Hæc quoque Plinius Græco vocabulo retento, pterygia appellat. nam quod Dioscorides de œnāthe dicit, καυθὲν δὲ παρωνυχίας καὶ πτερύγια θεραπεύει, ipse Plinius ita reddidit, Cinis eius ad paronychias & pterygia probatur. Rursum quod idem de alumine tradit, ἁμύζει ὀπυξὶ καὶ λειαίνει καὶ πτερυγίοις δὲ χλιαίνει, idem Plinius ita reddidit, Compescit & vnguium scabritias & pterygia, pernionēs. Cum Plinio autem Dioscoridis interpretes vocem Græcam retinent. ‖In piscibus verò πτερύγια pinnæ sunt. Aristoteles de marinis animalibus, ἔνια οὐκ ἔχει πτερύγια, ἀλλ' αὐτοῖς τοῦ τῆς πλατείας. Vnde Plinius, E planis aliqua non habent pinnas, vt pastinacæ. ipsæ enim latitudine natant. Aliud exemplum cum eiusdem Plinii interpretatione inuenies in Θωύκος. ‖In veste πτερύγιον idem est quod etiā πτέρυξ. i. Lacinia, 1 Regum 15 & 24, πτερύγιον τῆς δ' ἱματίου. vulg. lex. Budæus autem non laciniam hìc interpr. sed Summitatem. Sicut Hesychio quoque πτερύγιον significat ἀκροτήριον. ‖Sic in thorace quoque πτερύγιον idem est quod πτέρυξ. Xenoph. Anabas. 4, εἶχον δὲ θώρακας λινοῦς μέχρι τῆς ἤτρου αἱ δὲ πτερύγιον, σπάρτα πυκνὰ ἐγκαμμία, id est, loco pinnarum seu pinnularum. sic enim Camerarius πτέρυγας interpr. eadem de re dictum. ‖In templo πτερύγιον dicitur Pinnaculum, vel Pinna. Lucæ 4, ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ.

¶ Πτέρις, siue Πτερίς, (vtraque enim scriptura reperitur: prior verò frequentius) ιδος, ἡ, Filix mas. à πτερὸν deriuatur, quòd (vt Dioscorides scribit) folia habeat ὀπτεμμένα καὶ αἱπτιλωμένα ὡς πτέρυξ, seu (vt schol. Theocriti) quæ similis sit πτερῷ σφυρηκαμήλου: sicut Plinius quoque scribit folia eius lateribus pinnata esse: atque inde nomen Græcos ei imposuisse. Alio nomine vocatur πολύριζον & βλῆχον, vt apud Dioscoridem & Plinium scribitur: siue βλῆχρον, vt apud scholiastē Theocr. siue βλῆσσος, vt apud Nicandrum, quam scripturam schol. quoque agnoscit. Theocr. Idyll. 3, Τὸν ἰκμαῖον ἔβαδε διὰ καὶ πτέριν. Nicand. Ther. de fugandis serpentibus, Ἐν δὲ πολυχρὲς ἔθος βλήχρης πυκεὶ βάλλετο χαίτῃ. Plinius quoque eam vastam serpentes nidore suo fugare tradit. ‖Πτερίδες vocantur etiam nymphæ quædam ab hac herba, vt annotat Hesych.

C. Θηλυπτερὶς, ίδος, ἡ, Filix fœmina. alio nomine vocatur νυμφαία πτέρις, vt Dioscor. docet & Plin. apud quos descriptionem & discrimen vtriusque reperies.

Π Τ Ι Λ Ο Ν, ου, τὸ, Penna seu Pinna. propriè insectorum. nam Aristoteles tria τῶν πτιλωτῶν genera faciens, πτερωτὰ, πτιλωτὰ & διφυῆ πτερά, sub πτιλωτοῖς insecta collocat: licet alibi eis πτερὰ quoque tribuat. Aristoteles De ingressu animal. τὰ δὲ πτίλα τοῖς ὁλοπτέροις ὑπὸ τὸ πλαγίου φέρεσθαι, id est membranulæ pennarum, vt Camerarius interpr. Pinnas etiam vel Pennas simpliciter reddere aliquis possit qui Plinium sequi velit. is enim insectis (quæ ex ὁλοπτέρων genere sunt) modò pennas, modò pinnas tribuit. Dicitur item de serpentium alis. Herodot. lib. 2, de quodam serpente, πτίλα ἔχοντα οὐ πτερωτὰ φορέοντα, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυκτερίδος πτεροῖσι μάλιστα κατ' ὁμοφυίην. Dicitur etiam de pinnis auium. vt apud Plut. in l. De solert. animalium, de hirūdinibus, λίμνης ἢ θαλάσσης ὑπὸ χρόνου πεπηγυίας φαύουσι ταῖς πτίλοις ὑπτιάζουσαι, superficiem cōtingunt extremis alarum pinnis. Dicuntur etiā πτίλα molliores auium pennæ, id est plumæ: item lanugines excluſos pullos vestientes, quibus deinde cum incremento eorū pereuntibus, legitimæ plumæ oriūtur. Apud Aristoph. autem Acharn. Γλαῦξ ἢ τὸ μέγα κεκμηλακυδοπτίλου ποτὲ Πρὸς ταῖς πίτυσιν, δεινὸν ᾠδὴν μέλος, schol. dicit intelligi πῖλον κεφαλαίαν, galeam, à cono pennato. At πτίλα πλοὸς metaph. dicūtur Vela, sicut & πτερὰ suprà. Posui autem hìc πτίλον, quòd eiusdem cū πτερὸν originis id esse tradant grammatici. videlicet ab insusitato themate πτίω, vnde ἔπτιμαι.

C. Ἄπτιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Implumis, Inuolucris. idem quod ἀπτί A ρωτος, vt tradit Suid.

C. Τετράπτιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Quaternis pinnis volans, Quaternas pinnas siue pennas gerens. Aristoph. Acharn. Βάλει μαχεδαΐ Γηυόη πτερὰ πτιλῶ; vbi Lamachum intelligit quatuor pinnas in galeæ cono gerentem.

Πτίλωσις, εως, ἡ, Pennarum plumarúmque annua mutatio, vt Marcell. Dioscor. interpr. tradit. ‖ Item, Defluuium pilorum è palpebris callosis & rubentibus. Aetius scribit compositam esse affectionem ἐκ τῆς μαδαρώσεως καὶ τῆς σκληροφθαλμίας. non enim simplex pilorum defluuium est, sicut μαδάρωσις, sed præterea palpebris, & oris præsertim earum, accedit crassities, callositas & rubor, quæ sunt τῆς σκληροφθαλμίας συμπτώματα. Gorr. Idem malum dicitur ETIAM Γπλα βλέφαρα à Dioscoride lib. 1, cap. 87, vbi Marcellus vertit Glabrescẽtes simulque nascentes alias palpebras: huius suæ interpretationis rationem ex Galeni Isagoge afferens, qui πτίλωσιν esse dicit quum aliæ subnascuntur palpebræ: quæ verò naturales antea erant, defluentes fractæ ve, dolores iis quæ punguntur similes faciunt. At vocem hanc à πτίλον factam esse, quòd quemadmodum pulli auium πτίλα (id est lanugines quibus primùm exclusi vestiuntur) ætate progredientes mutant, ac pennas assumunt, eásque annuatim mutant: sic etiam in palpebris pili mutentur, ac mutatis alii subnascantur. Posset tamen deriuari etiam à πτίλος. NAM Πτίλοι dicuntur (vt Galenus tradit libro 14 Method. medic.) quibus periere ex ciliis pili. Alii verò nõ omnes generaliter quibus ii pili deciderunt, πτίλως vocandos censent, sed quibus præterea adiuncta est crassities, callositas ac rubedo palpebrarum: quòd aliter inter eos qui τῇ πτιλώσει, & eos qui τῇ μαλφώσει laborant, non liceat distinguere. Gorr. Aetius libro 7, cap. 80, ὅτι δὲ τὰ πτίλων καλουμένων καὶ πτερύγιά καὶ τύλοι παμέγεθη ταῦτα (id est ci tarsi τῆς ὀφθαλμῶν) ὡς ἔφη σαφῶς τὸ πάθος ἐκ μαδαρώσεως καὶ σκληροφθαλμίας: loquens ὡς ἐπὶ πτιλώσεως. Diuersis autem modis scribitur hoc vocabulum. apud Hesychium enim est πτιὸς, cum accentu in vltima: apud Suidam πτίλλος, duplici λ & accentu in penultima, at in medicorũ libris πτίλος etiã. Sunt verò & qui à τίλλω deriuatum existiment, secundum quos geminatum λ fuerit.

QVVM quarto & vltimo huius operis tomo colophonem impoſuiſſem, & voces quæ eo continentur recenſuiſſem, vel potius index, alphabetica ſerie digeſta vocabula habens, eas mihi recenſuiſſet, id eueniſſe comperi quod euenturum eſſe iam inde ab initio præuideram: nimirum vt præter vocabula quæ conſultò à me prætermittebantur, & in indicem reiiciebantur, aliqua ex iis quoque quæ prætermiſſa minimè vellem, me ſubterfugerent, aut (ſi potius ita loquendum eſt) mihi tanquam è manibus elaberentur. Vocabula quæ conſultò prætermittebam, & in indicem reſeruanda iudicabam, erant ea quæ omni ſiue ſocio ſiue comite carebant, & ſoliuaga animantia (ſi hoc vti exemplo licet) imitabantur: aut ſaltem quæ huiuſmodi erant vt eorum origo OEdipo quopiam inueſtigatore opus haberet. quod non ſolùm de peregrinis & γλωσσηματικοῖς, ſed & de pleriſque aliis dici poteſt. Quum enim mihi propoſitum eſſet ea demum vocabula intra huius operis (vt ita loquar) pomœria recipere, quorum vnumquodque pro ſtirpe haberi poſſet, eique omnia quæ inde prouenirent germina ſurculoſque omnes, tanquam ſuam familiam ſuúmque comitatum, adiungere, minimè profectò conſentaneum huic meo inſtituto fuiſſet locum hic dare vocibus huiuſmodi quales ſunt (vt eas duntaxat quæ in alphabetica ſerie primæ occurrunt, commemorem) Αα, Ααβακτς, & Ααβυκτς, Ααναίμα, Αβάγητον, Αβάθματα, Αβαλαία, Αβαλις, Αβαρλειπα, Αβαρκνα, Αβάρνου. Vt autem & horum ſignificationes noris, quas quidem eis Heſychius adiungit, (talia enim haud facilè apud alium inueniri queant) en tibi illas ſingulas ſingulis nominibus ſubiunctas. Αα, σύριγμα ὕδατος: Ααβακτι, ἀβλαβεῖς. (at in quodam meo lexico vet. incerti autoris, habetur, Ααβυκτην, μέλαν, ἀβλαβές. Varinus autem vtranque vocem itidémque ſignificationem vtranque coniungens, ſcribit, Ααβακτι καὶ Ααβυκτι, ἀβλαβεῖς, ἢ μέλανες) Sequitur illud præ quouis alio admirationem mihi afferens, Ααναίμα, πολλαχῆ χαεῖς. Proximum illi Αβαγητον ab eodem lexicographo exponitur λεπίδι: Αβάθματα, τρέμματα: Αβαλαία, συγγενῆ, ὁμολογίαι: Αβαλις, μοχθηρὰ ἐλαία: Αβαρλειπα, ῥαφανίδες, κρόμμυα: Αβαρκνα, λιμός: Αβάρνου, γένε, οἰμωγῆς, βόα. Quarum vocum (nam hoc vnum in præſentia quod de illis dicam occurrit) bonam partem γλωσσηματικὴν eſſe exiſtimo, licet ipſe lexicographus minimè hac de re nos admoneat. In multis enim prætermiſſam ab eo admonitionem hanc fuiſſe, vel illæ voces ſuſpicandum nobis relinquunt quas eo etiam tacente tales eſſe compertum habemus. Tale enim eſt apud eum, non procul ab ea voce cui vltimum locum dedi, nomen Αβελ, quod exponit πόθος, nihil addens. Quis enim hoc Αβελ, eſſe Hebraicum אבל ignorat? Sed qualeſcunque & ex quibuſcunque ſcriptoribus petitæ ſint illæ voces, (peregrinas enim eſſe certò pronuntiare non auſim) ex earum ſunt numero quæ prorſus incomitatæ & velut ſoliuagæ apud Græcos lexicographos, præſertimque Heſychium, nobis occurrunt. Súntque illæ ipſæ voces quas prudens ſciénſque prætermiſi, vel potius quas hinc excluſi, ſedem tamen illis in indice daturum me promittens. At verò quæ me ſubterfugerunt, ſunt, magna quidem ex parte, compoſita vel verba vel nomina, (nec certè mirum, in tanta compoſitorum multitudine, quantam habent nonnullæ voces, aliquas ſe velut è grege ſubduxiſſe) aut etiam deriuata ſimplicia: verùm elapſa mihi ſunt & paucula quædam vocabula ex iis ex quibus, tanquam ſtirpibus, multa germina multóſque ſurculos prouenire videmus. Quid? (dicet aliquis) potuerúntne vocabula hæc tanto comitatu ſtipata tuos oculos itidem ſubterfugere? Imò verò de his nequaquam idem quod de illis dico, ſed vt & ipſa prætermiſſa fuerint, aliunde accidiſſe aio. Exempli gratia, in tomo ſecundo quum diu de nominibus Κράτης & Κάρπος dubitaſſem, vtri priorem ſedem dare deberem, tanquam magis ea digno, & quum vtrinque rationes propemodum ἰσοκρατεῖς & ἰσοῤῥόπους habere mihi viderer: accidit tandem vt quum nomen Κράτης priorem locum occupare permiſiſſem, tanta ſtipatum caterua venerit, vt dum cogitationem meam in inſtruendis ſuis ordinibus detinet, competitorem ſuum ex memoria velut detruſerit. Sic in tomo primo, quum poſt Νοῦς collocandum cenſuiſſem, primùm quidem Αγνοῶ, deinde verò & Γινώσκω, (tanquam & ipſum ex illo nomine habens originem, ſi quidem Heraclidi grammatico credere dignum eſt, cuius, licet magna autoritate præditi, pleraque alia commenta parum fidei apud me impetrant) contigit vt aliorum nominis Νοῦς deriuatorum ingens numerus memoriam meam quodammodo obrueret, adeo vt finito illo Αγνοῶ, deriuata omnia ad finem perduxiſſe mihi viderer. In huius autem generis voca-

bulis non idem quod in aliis feci, vt ea indici inſererem: ſed ſingula ſuis tomis adiungere viſum eſt: id eſt, iis ad quos pertinent. In quorum tamen verborum nonnullis ſi ſeries alphabetica non ſeruetur, (eum enim locum hîc illis dedi quem dare totius operis index coegit: nimirum vt inter illa quæ deeſſe oſtenderet, ea quæ prima eſſent, prima adderentur. verbi gratia, propter Ἀγνώμων & ab hoc deriuata, Ἀγνωμόνως, Ἀγνωμοσύνη, Ἀγνωμονῶ, quæ in principio aut certè circa principium indicis deſiderabantur, incipio à verbo Γινώσκω, ex cuius deriuato γνώμη ortum eſt illud Ἀγνώμων) id ſine vlla prorſus tua iactura, atque adeo nullo id tuo incommodo fiet: quippe qui ipſum indicem habiturus ſis, qui te rectà ad ea verba quæ hîc reponuntur, ſicut & ad reliqua, ſit deducturus.

TVVS

# ADDENDA TOMO I. HVIVS
## Theſauri linguæ Græcæ.

—ΓΙΝΏΣΚΩ, VEL Γιγνώσκω, (de qua A ſcripturæ diuerſitate dicam infrà, vbi agam & de huius verbi deriuatione à Νοέω) Præt. ἔγνωκα, Fut. γνωσομαι. Præt. paſſ. ἔγνωσμαι. quæ ſunt tanquam à Γνόω, ὦ (vnde etiam aor. 1, ἔγνωσα. cuius partic. legitur apud Herodotum, ἄλλον γνώσας Κρῖσον. Sed ex Heſychio videri potius legendum ἀλλογνώσας, docebo poſt Ἀλλογνώσας) At verò aor. 2, ΕΣΤ ἔγνων. vnde ΕΤΙΑΜ Γνῶθι, in imper. ΙΤΕΜ Γνοίην, in optatiuo: ΕΤ Γνῶ in coniunctiuo, tanquam à Γνῶμι. Lat. Noſco (detracta priore ſyllaba) item Cognoſco. Noui. Alicubi & pro Agnoſco. Hom. Odyſſ. λ, Ἐγὼ δ' αὖ ψ' ἐμὰ κῆδος, ἐπὶ πάτρῃ αἶμα καλαινόν. Xenoph. Pæd. 8, ἐμοὶ μὲν τὸ βίου τὸ πάλαι ἤδη παρῆκται. οὐκ πάλαι δὲ τοῦτο σαφῶς γνώσκω. Cic. apud Democritum, οὔτις με ἔγνωκε, vertit, Non me quiſquam agnouit. Idem illud Apollinis celeberrimum dictum, γνῶθι σαυτὸν, vertit, Noſce te. Apud Platonem autem in Gorg. diuerſis modis verbum hoc reddit, vt videbis pag. 6, mei Cic. Lexici. Ibi autem animaduerte ſimul diuerſas huius verbi γιγνώσκω conſtructiones: videlicet, ἄλλως δὲ αὐτὸν οὐ γιγνώσκειν ὅτι C Δίδυμόν ἐστι & cum participio, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν φήσεις Δίδυμα ὄντα. Et γιγνώσκω σε ὅτι δυμοῦμαι, apud Xenophontem. Habet vero & aliam cum hac eadem parte orationis, nimirum cum participio, conſtructionem: quum dicitur ab Ariſtoph. in Pluto, γιγνώσκω ἐμαυτὸν ὤν, pro Cognoſco me inferiorem eſſe. Vbi reddi etiam poteſt Intelligo, vel Animaduerto. Tale eſt apud eundem comicum, χρυσὸν πάντων μᾶλλον γιγνώσκεις, Non cognoſcis te conſpergere me auro. vel, Non intelligis, Non animaduertis. Quidam interpr. etiam, D Non ſentis. Apud Lucianum, παρέχει δὲ γίγνωσκειν ἔχον ἑρμῶ: eodem modo quo dicitur ἴσθι ἔχων. Itidem cum participio paſſiuo, vt ἔγνωσαν ἀπωσμένοι, apud Thucydidem, Cognouerunt ſe dimitti. Dicitur etiam οὐ γιγνώσκω σε τίς εἶ, vt ſi dicas Latinè, Non cognoſco te, vel, non noui te quis ſis. vt Terent. dixit, Scin' me in quibus ſim gaudiſſe? Item, Neque eius patrem ſe ſcire qui fuerit. Sed & alia voce ſequente quàm τίς. vt Iliad. χ, — οὐδέ νυ πω με ἔγνως ὡς ἔστ' ἐγώ εἰμι. Et Iliad. τ, Τυδείδῃ δ' οὐκ ἄρ γνοίης οὐδὲ νοήσεις μετέπειτα. Apud eundem aliquoties legimus γιγνώσκειν adiecto datiuo φρεσί. Interdum hoc verbū vel Cognoſco vel Intelligo reddi poteſt, (vti dixi) ſed alicubi non vtrunque itidem admittit, verùm hoc poſterius duntaxat. veluti quum Thucyd. ſcribit τοὺς μὲν λόγους ἔχειν πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων οὐ γιγνώσκειν.

Γινώσκω, Cenſeo, Exiſtimo, Iudico, Statuo. Item Sentio. Iſocr. in Archidamo, τὸ δίκαιον μαντεῖον ἔγνω πᾶσι μάρτυρα τῆς τῶν Μεσηνίων. Xen. ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾶν τοὺς μὲν φίλους, εὖ ποιῶν, viri virtutem eſſe cenſes, vel exiſtimas, aut iudicas. (nam hîc ἔγνωκας eſt pro γιγνώσκεις. itidémque PARTICIP. Ἐγνωκὼς pro γιγνώσκων, Cenſens, Iudicans, Exiſtimans, Sentiens, Statuens: quas interpretationes ei dat Budæus in iſto Demoſthenis loco, Philipp. ζ, τὸν χρόνον παρεδόκων τοῦτον οἱ ἄλλοι ἀπόλυσιν, ἐμοὶ δὲ ἔγνωκὼς, οὐχὶ μακρὰν δοκεῖ, οὐχ ὅπως σωθήσεσθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατιὰν, οὐδὲ περιέσεσθαι) Affert etiam ex Plutarcho hoc participium ἐγνωκὼς pro Certus, Cui certum eſt & decretum aliquid facere: μάχης μὲν ἐγνωκὼς εἶναι χαλεπῆς. Sic ἔγνωκαν aut ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, Decreuerunt hoc non facere, vel ſtatuerunt, vel, Statuerunt hoc ſibi faciendum non eſſe. Nonnunquam cum aduerbio iungitur: vt ἐρρῶσθαι γιγνώσκειν, Bene ſentire: & contrà κακῶς γιγνώσκειν, malè ſentire. Sæpe verò οὕτω γιγνώσκειν, Ita ſen-

tio, Hæc est mea sententia. Xenoph. Pæd. 4, ἐγὼ μὲν οὕτω A οὕτω γιγνώσκω. εἰ δὲ ἄλλος τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. (Apud Thucydidem, οὕτω γνοὺς, pro Quum hoc decreuisset, vel statuisset) Interdum additur ὅτι cum suo genitiuo: dicitúrque, οὕτω γιγνώσκω ὅτι τούτου, siue τοῦτων. Xenophonti autem familiare est οὕτω γιγνώσκω sequente ὡς cum participio. vt Pæd. 1, γίγνωσκε οὕτως ὡς ἐμοῦ ἀφροντιστοῦντος. Sed in huiusmodi locis paulo aliam interpretationem poscere videtur. Bud. totum illum Xenoph. locum affert, qui ita scriptus extat, ὡς οὕτω ἐμοῦ γε καὶ ἀφροντιστοῦντος, καὶ, οὐδείς τις ἂν ὧν ἐξ' ἐμοῦ ἀξίαν, τιμᾶσθαι ἀξιώσοι ὡς, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε γίγνωσκε. vbi vertit, Compertum omnino hoc habe, Certum habe, me sic acturũ. Simile est hoc Luciani in Dialogo qui Πλούτων, ἢ περὶ Μενίππου inscribitur, οὕτω γινώσκειν ὡς οὐδὲ πλουτοῦντος. et sequente participii præsentis nominatiuo, apud eundem in Scytha, οὕτω δίκαιος γίγνωσκε ὡς δυσαρεστοῦντος ὤν. (Scribo autem diuersè apud vnum eundemque autorem hoc verbum, prout diuersam apud eum scripturam inuenio) Venio ad γινώσκω cum περὶ, cuius constructionis paulo antè facta fuit à me obiter mentio. Dicitur οὕτω γινώσκω περὶ τούτου vel τούτων: item τοῦτο vel τούτου γινώσκω περὶ τούτου. interdum quidem eadem significatione, interdum verò diuersa. Nam περὶ τούτων οὕτω γινώσκω, cum apud alios, tum apud Xenophontem sonat, Ita sentio de his rebus, Hæc mea est de hisce rebus sententia, seu opinio. Eadémque signif. dixit Lucian. initio libelli De sacrificiis, καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, Quæ sit eorum opinio de ipsis, Quæ sentiant de ipsis. Vbi genitiuus αὐτῶν de re dicitur, sicut τούτων apud Xenophontem. At verò in hoc eiusdem Luciani loco, in Prom. D ἄδικα ἔγνωκε περὶ ἐμοῦ ὁ Ζεύς, significationem illam minimè admittit verbum ἔγνωκε: sed ἄδικα περὶ ἐμοῦ ἔγνωκε reddendum est Iniqua de me statuit, vel potius in me, vel, Iniquum in me iudicium tulit. Bud. ἔγνωσαν eandem constructionem habens, vertit Pronuntiarunt, in isto Demosth. loco, οἱ δικασταὶ δὲ ἀκούσαντες, εἰς οὓς ἐφῆκε, ταῦτα καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δίκαι παλαιστῶν ἐπέμησαν, Iudices porro ad quos prouocauerat, quum causam cognouissent, eadem ipsi cum arbitris compromissariis istius amicis, E cum ipsóque forte dato arbitro, pronuntiarunt, litémque homini talentis decem æstimauerunt.

Γιγνώσκω obseruaui in quadam significatione apud solum Plutarch ex omnibus profanis scriptoribus: sed eam antea apud Matthæum me vidisse memineram cap. 1, in fine, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. Atque vt hic vir dicitur mulierem γινώσκειν, id est cognoscere, pro cum ea consuetudinem habere, ita vicissim à Luca mulier virum γινώσκειν: cap. 1, Εἶπε δὲ Μαριὰμ πρὸς τὸν ἄγγελον, Πῶς ἔσται τοῦτο; ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Hunc autem vsum verbo γινώσκειν dedisse existimantur exemplo Hebræorum qui itidem יָדַע hac de re honestè vsurpant. Sed Plutarchum vnde accepisse dicemus? Vereor certè ne Græcum etiam loquendi genus fuisse dicendum sit: qua de re tamen infrà, & ad Plutarchi exempla venio. Ita igitur in Alexandro, οὗτοι τούτων ἔτυχον, [videlicet τῆς γυναικῶν] οὔτε ἄλλων ἔγνω γυναῖκα πρὸ γάμου πλὴν Βαρσίνης, siue Βαρσίνην. Itidémque in Eumene, non procul ab initio, Βαρσίνῃ γὰρ τῇ Ἀρταβάζου προσέτι οὐ λίαν γοῦν ὁ Ἀλέξανδρος, ὡς φησὶν Ἡγησίας, &c. Itidémque in vita Pompeii, pag. 1166, meæ editionis, ὅσας δὲ τῶν Μιθριδάτου παλλακίδων αἰχμάλωτος ἔλαβε, οὐδεμίαν ἔγνω, πάσας δὲ τοῖς γονεῦσι καὶ οἰκείοις ἀπέπεμψεν.

MONOSYLL. Γνῶ non solùm est coniunctiui modi (& tum existimatur potius debere SCRIBI Γνοῦ cum ῦ subscripto, præsertim in tertia persona) sed inuenitur & προΐγνω. Affertur enim ex Hesiodo, γνῶ ῥ', οἷοί νιν ἔτικτον.

PASS. Γιγνώσκομαι, Noscor, Cognoscor. Xenoph. Hell. H 5, Θεσσαλοὶ γὰρ ἐπεὶ ἐγνώσθησαν τοῦ Ἀλεξάνδρου βουλόμενοι. Aristophan. Nub. γνῶθι σαυτὸν Ἀθηναῖον εἶναι δίδασκες τοὺς ἀνθρώπους. Vide & γνωσθῆναι pro Innotescere, in Γνῶσις. Herodianus libro 4, εἰ δὲ τὸν ἐπιλήσμονα τῶν καὶ μετρίως ἀκούσαντα γνωσθέντων, Nec quisquam superfuit ex iis qui leuem modò cum Geta notitiam habuissent. Res autem aliqua dicitur etiam ἐγνῶσθαι, quæ constituta est, seu decreta. Thucyd. libro 3, ὡμὸν τὸ βούλευμα καὶ μέγα ἐγνῶσθαι. SIC PARTICIP. Ἐγνωσμένος, Decretus, Statutus. Lucian. περὶ δὲ δίκαιον ἦν τοῖς ἐγνωσμένοις. Apud eundem, ἐγνωσμένον ἦν τιμωρεῖσθαι. Bud. ἐγνωσμένα vertit Iudicatam, in isto Isocr. loco in Archidamo, καίτοι πῶς οὐ δεῖ τὸ δίκαιον κρίσιν εἰληφέναι ταύτης οὗ πρόκειται, τῆς ὑπὸ μὲν τῶν ἐχθρῶν ἐγνωσμένης, ὑπὸ δὲ τῶν πολιτῶν διεψευσμένης; Sed inueniri sciendum est hoc participium in actiua etiam significatione, apud Demosthenem in orat. Pro corona, ὅτε γὰρ αὐτοῖς τοῦτο ἐδόκει, ὁμολογοῦμεν ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, ἐμοὶ μὲν λίαν ὑπὲρ τῆς παιδείας, αὐτοῖς δ' ὑπὲρ Φιλίππου. pro ὑπαρχθέντας ἐγνωκότας. quem passiuæ vocis vsum rarissimum esse arbitror.

Γιγνώσκω, & Γινώσκομαι, alicubi, contrà alibi Γίνωσκω & Γινώσκομαι scripta inueniuntur. De hac autem scripturæ diuersitate ita Eustath. Attici (inquit) cum vno & altero γ dicunt γιγνώσκειν: sicut etiam comicus declarat: eodem modo quo γίνεται, γίγνεται. Homerus tamen ἀορίστου μόνου in neutro duplex γ agnoscit. quum alioqui ne ἀορίστων quidem illud quo vti sunt illius posteri, vt vicissim ἀμφοτέρων quo ipse est vsus. Quibus addit, ex Heraclide, à verbo Νόω fieri Νίνωμι, & per synæresin Νῶμι, & addito Æolicè γ, Γνῶμι (quia & pro Νόω Æoles DICVNT Γνόω, vnde cum priuatiua particula, VERB. Ἀγνοῶ: ex Γνῶμι autem omnino per reduplicationẽ fieri Γιγνώσκω. De addititio autem γ vide plura ibidem. Quinetiam γνώμη dici pro νοῦς ibidem traditur.

Γνῶσις, εως, ἡ, Cognitio. Aristot. Ethic. 1, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις. Theophyl. in epist. 22, εἰ μὴ οὖν ἀτιμάσῃς τὰς ἐξ ἔργων τῶν ἐμῶν γνώσεις, μετ' οὐ πολὺ τῶν πόνων σοι διδάσκαλοι, καὶ τῆς γνώσεως ἐξῆς προσβήσεσθε τὰ μαθήματα. Inuenitur etiam plur. hac in significatione, quum videlicet de cognitione agitur quæ ad doctrinam pertinet. Herodian de Marco imperatore, φιλοσοφίαν δὲ οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσιν σεμνῶς ἀσκήσας καὶ βίῳ σώφρονι διαπρέψας, Philosophiam non perdiscendis philosophorum decretis, cæterùm vitæ temperantia se colere, præ se tulit, fidemque fecit, vt Bud. vertit. Politian. autem hoc modo, Solusque imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed grauitate morum vitæque continentia vsurpauit. At vero in hoc eiusdẽ historici loco, l. b. 7, ἦν δὲ συνελόντι καὶ τῆς Ῥωμαίων δήμῳ γνῶσις οὐκ ἄσημος καὶ πάνυ ἔνδοξος αὖ, [potius quàm πάνυ] habet γνῶσις aliam signif. nimirum qua dicitur aliquis innotescere. vt apud Ouidium, — nostris innotuit illa libellis. Sic & apud Lucianum in Herodoto, seu Aetione, circa initium, ὅσῳ ὕστερον καλὸς ἦν πάντων, ὅσῳ πρότερον ἔτυχε ταύτης ἐδόκει γνῶσιν. vbi potius εἰς γνῶσιν exponere εἰς τὸ γνωσθῆναι, siue ἅπασι γνωσθῆναι. vt circa finem eiusdem opusculi dicitur, καὶ ὁ μὲν ἦν ἐπ' ὀλίγον ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλησίος Μακεδόνων δείξας πάμαι.

Γνῶσις, Cognitio, de iudice. vt κρίσεως γνῶσιν appellat Demosth. rariorem iudicis cognitionem: ἄκυρον verò, iritam. Sic Bud. Comm. p. 40 Idem p. 401, τὰς τῶν δικαστηρίων γνώσεις vertit Iudiciorum cognitiones.

Γνῶσις, Scientia, Doctrina, Sapientia, apud Græcos Bibliorum interpretes. Itidémque apud Paulum redditur Scientia, ad Corinth. 1, initio cap. 8, ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ex vet. autem scriptoribus non habeo γνῶσις sine adiectione ita positum, sed potius cum genitiuo aut subaudito, aut adiecto: vt suprà, δογμάτων γνῶσιν.

HINC VERB. Γνωσμαχῶ, ῶ, de quo quæ ex Budæo habeo, deinde & meam sententiam proferam. Ita igitur Bud. de illo, Γνωσμαχεῖ, κυρίως τὸ γνῶναι τινὰ ἑαυτῷ ἀδύνατον καὶ τῷ ἐχθρῷ δυνατόν, εἶτα μετανοῆσαί τι καὶ ἡσυχάζειν. propter quod pro Relipiscere post cœptum bellum ponitur. Herodot. lib 3, εἰ μὲν ἐθέλων μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσμάχει, καὶ ἀπέπαυε τὸν στρατὸν ὅτε τῷ ἀρχῆθεν ζηλωθέντι ἀνδρὶ, ἐν τῷ στρατῷ αὐτοῦ ἦν ὁ αἰδοῖα λόγου τοιούτου, τῶν αἱρεῖ ἐς τὸ σῶμα. Cui loco subiungit

hunc eiuſdem hiſtorici, ex libro 8, ὦ Φωκαῆς ἦ ἦ μᾶλλον γνωσμαχεῖτε τῇ οἰκοι νῦν. Affert verò & ex aliis exemplis, nimirum ex Pauſan. & Iſocrate. Ex Pauſan in Boeoticis, Σῦκα δὲ ἐσβαλόντος εἰς τὴν Βοιωτίαν, δίκην ἔχειν ὑπὲρ ὧν ἐδήωσαν καὶ ἐγνωσμαχοῦσι τὴν ἀποστασίαν, καὶ ἐπράττοντο δίκην εἰς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Ex Iſocr. autem ad Philippum hunc locum profert, πάντων δ' ὄντων τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ νῦν ἡμῖν, πλὴν ὅσων ἔσφαλται, ὡς οὐδὲν ἔλαττον δίκην δώσουσιν ὑμῖν, καὶ γνωσμαχήσαντας βουλεύσασθαι τὰ λοιπὰ μετ' ἐκείνων ἡμῖν. Hactenus Bud. in Comm. Supereſt vt dicam quid & ipſe de hoc verbo ſentiam. Dico igitur videri quidem habere illam reſipiſcendi ſignificationem quam ei dat Bud. poſt Heſych. Suidam, & ſchol. Ariſtophanis: ſed propriè γνωσμαχεῖν eſſe Repugnare ſuæ ſententiæ, ſeu priori ſententiæ, & eam veluti reprehendere. vt γνώσης in hoc verbo idem valeat quod γνώμων. Quoniam autem qui repugnat priori ſuæ ſententiæ, eam mutat, commodè etiam reddi poteſt Mutare ſententiam: ſic tamen vt hoc tenendum ſit, γνωσμαχεῖν, multo ἐμφατικώτερον ſignificationem habere, quum propriè id ſignificet quod dixi: nec eſſe Mutare ſententiam, eo modo quo leues & inconſtantes eam mutant, ſed mutare ſententiam velut præcedente quadam in animo noſtro diſceptatione. Quod autem addunt quidam lexicographi & ſcholaſtæ γνωμαχεῖν, eſſe Cognoſcere vires ſuas infirmas, & aduerſariorum robur, ſiue Cognoſcere & perpendere quanto vires noſtræ ſint inferiores aduerſariorum viribus: vel, Vbi cognoueris tibi μαχὼν eſſe aduerſus potentiorem, qu.eſcere, ſeu ſententiam mutare: hæc inquam, quæ inter alios affert Heſychius, nimium reſtringunt huius verbi ſignificationem, habita ratione (vt opinor) duorum locorum Herodoti. Niſi potius propter verbum μαχεσάμενος ita uſum hoc in verbo, imaginati ſunt hanc expoſitionem: quum alioqui minimè eò ſpectet, vt apparet ex iis quæ dixi. Hoc porro addendum eſt ſuperioribus quæ de ſignificatione huius verbi diſſerui, quum Herodotus ei infinitiuum addit (& ſiquis præterea ſic vtitur) nunc vt cohæreat oratio, verti non poſſe Mutare ſententiam, ſed debere verti, Mutata ſententia cognoſcere, ſeu agnoſcere, aut etiam fateri. vt in illo loco libri 8, pag. 593, meæ editionis, ὦ Ἰωνικὸν, ἤδη ποτὲ γνωσμαχήσαντες τὴν οἰκοι νῦν. Hæc enim ita vertenda cenſeam, Nunc Phocenſes, mutata ſententia, magis etiam quàm prius vos nobis nequaquam pares eſſe agnoſcite. At Valla duobus modis in huius loci interpretatione peccauit: tum quòd interrogatiuè hæc legerit, tum quòd verbo γνωσμαχεῖν interpretationem planè ab eo alienam dederit. Vertit enim, Nunquid diſſimulatis amplius Phocenſes agnoſcere non eſſe vos nobis pares? Sed vnum peccatum ex altero eſt ortum, quum enim hæc interrogatiuè legeret, verbo iſti interpretationem ab eo alienam excogitare neceſſe habuit. Suſpicor autem Ionum fuiſſe hoc vocabulum, ideoque lubenter Herodotum eo vſi ſolitum, à quo cæteri mutuati ſint.

VOX ITEM Ἀγνωσία huc ad locum pertinet, ſiue ex γνώσης facta ſit, ſiue communem ſaltem cum ea formationem habeat. Eſt autem Ἀγνωσία, Ignoratio. Eurip. Medea, Παπαῖ, ὁ πλοῦτων, συμφοραῖς ἀγνωσία, Ἄνθρωποι πολλῷ δώματα σοφώτερα. Dion hiſtoricus, πολὺ γὰρ ἀγνωσία τοῦ χωρίου ἐδόκει. Affertur ex Thucyd. libro vltimo, ὅσα μάχης τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀνηλῶν ἀγνωσίᾳ, itidem pro ignoratione. Sed dicemus potius Quòd ſeſe mutuò non cognoſcerent, vel agnoſcerent: quàm, Quòd ſeſe ignorarent. Sic certè apud Lucianum in Timone ἀγνωσία videtur eſſe Non cognoſcere, potius quàm Ignorare: vbi ſcribitur, δόξαθω δὲ ταῦτα καὶ πρωτοπλάστῳ μὲν τῷ Διὶ ἀμυξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑστερία. Exiſtimo enim ἀγνωσία hic eſſe Neminem cognoſcere: ideoque parum probo Eraſmi interpretationem, quæ habet Ignorantia. Fortaſſis actiuè ſimul & paſſiuè ſumi poſſet, pro Neminem cognitum habere & neminem cognitum eſſe. Apud Pollucem Ἀγνωσία eſt etiam Ignobilitas: ſeu Ignobilem eſſe, inglorium, incelebrem. Siquidem huic voci

A Ἀγνωσίᾳ ſubiungit, Ἀδοξίᾳ, Κακοδοξίᾳ, Δυσκλείᾳ.

Γνωστὸν, Cognoſcendum eſt, Cognoſcere oportet.

Γνώστης, ου, ὁ, Cognitor, item Gnarus. Compoſita vocem Καρδιογνώστης dicitur Deus, Cordis cognitor, ſeu cordium, Act. apoſt. cap. 1. Sic autem & cum aliis nominibus iungi per compoſitionem poteſt.

Γνώστης pro ariolo, apud Græcos Bibl. interpretes aliquoties, in libris Regum.

Γνωστήρ, ῆρος, ὁ, Cognitor, Explorator, vt in v. l. redditur, autorem Xenophontem nominantibus, ſed eius locum non indicantibus. Non alium autem eſſe exiſtimo quàm hunc, Pæd. 6, pag. 96, meæ editionis, circa finem, εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωστῆρας ἡμῖν προσπαραγέτω, καὶ ἐγγυητὰς ἢ μιλῶ πορεύεσθαι σὺν σφαῖραις, λαμβάνετε τῶν ἡμετέρων ἔχοντες. Vbi non placet γνωστῆρας reddere, Exploratores, multo etiam minus Cognitores. Quidam interpr. Illos quibus eſt notus: ſed dura eſt hæc per paſſiuum verbum interpretatio. Philelphus autem verterat, Qui ſui notitiam faciant. Videndum an non γνωστῆρας vocet qui eum in poſterum agnoſcant. vt ſi dicas Gallice, *Qui le reconnoiſſent*. vel *Qui le puiſſent reconnoiſtre*.

Γνωστὸς, ὸν, ὁ, (q. d. Cognoſcibilis) Qui cognoſci poteſt, vel Cognitu facilis. Xenoph. Hellen. 2, εἰ δὲ μὴ ἄλλως γνωστὸν ὅτι ἀληθῆ λέγω ὑμῖν ὁ ἑπόμενος λόγος. Nam Bud. huic loco vtranque expoſitionem conuenire poſſe exiſtimat: at ego priore contentus fuiſſem. Idem annotat γνωστὸν & γνωτὸν pro eodem poni à Platone, De rep. lib. 7. differre autem τῇ δοκεῖ. Aſſertur verò & pro Cognitus, Notus: ex Gregor. μηδενὶ γνωστὸς ὢν. Dicam porrò de hoc deriuato & vbi agam de Γνώστης, quod poeticum potius eſt. Nunc ad compoſita venio ex illo Γνώστης facta.

COMP. Ἄγνωστος, Δυσγνωστος, Εὐγνωστος. Eſt Ἄγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Incognitus, Ignotus. Homer. Odyſſ. 6. Ἄγνωστοι πάντεσσιν ἐλεύσεσθαι. Idem eiuſdem poematis libro 7, —ὅς ἐμὲ νῦν αὖτε Ἄγνωστον πυθέσθαι. Lucill. in Epigramm. Οὐκ ἦν ἄγνωστος, τῷ δὲ πόλις ἐχάρη. Apud Pauſaniam quidam perhibentur dii ἄγνωστοι, in Atticis, circa principium, Βωμοὶ δέ ἐστιν ὀνόματι θεῶν ἀγνώστων, καὶ ἡρώων, &c. S. apud Lucam Act. apoſt. cap. 17, mentio fit ἀγνώστου θεοῦ, apud Lucianum autem in Philopatride (ſi modò is eſt eius autor: quorundam nonnullis exiſtimatur) habemus etiam τὸ ἄγνωστον, ſine adiectione ſubſtantiui θεοῦ. Ibi enim quidam ita iurat, οὐ μὰ τὸν ἄγνωστον τὸν Ἀθηναίοις, παρ' ὃν ὀμνύουσι μόνον τοὺς ἀποδώσω. Idem in fine eiuſdem dialogi, ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον ἐξευρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χρῆσαι εἰς ὃν ἂν ἐθέλῃς βωμὸν, τοῦτον λέγε τὸν ὡς καταξιώσαντα σὲ τοιούτου κράτους ὑπὸ τῶν θεῶν, vbi planè exiſtimo illum irriſoriè alludere ad illum Actorum locum: quoniam vult Paulus Athenienſes credere ab illis eſſe inuentũ (& quidem ipſo indicante) quem antea vt ignotum quærebant. nam τοῦτο τὸ ἀγνώστου θεοῦ dicit, ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Sed hæc obiter. Ἀγνωσποσία ſuperl. apud Thucydidem extat, lib. 3. & quidem cum accuſatiuo (ſubaudita nimirum præpoſitione κατὰ) ἀγνωσποσίαν δὲ γλώσσης καὶ ὠμοφαγίαν, Ignotiſſimi linguæ, ſiue incognitiſſimi: vel, quod ad linguam attinet. Id eſt, Ignotiſſima lingua vel ignotiſſimo ſermone vtentes. Item aliquid dicitur eſſe ἄγνωτον, Ignotum, Incognitum. Herodian. lib. 8, cum ἄπιστον conjunxit, ὡς ἄπιστα καὶ ἄγνωτα τῷ Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ θεάματα. Nonnunquam autem Ἄγνωτος de perſona dictum, eſt Ignobilis. Incelebris, Inglorius. nam Pollux inter Ἄδοξος & Ἀκλεὴς, atque alia huiuſmodi ponit etiam Ἄγνωτος. itidemque ADVERB. Ἀγνώτως inter Ἀδόξως & Ἀκλεῶς, vt ſit Ἀδόξως, Ignobiliter, Inglorie. Poſſumus autem Ἄγνωτος hac quoque in ſignificatione interpretari Ignotus, ex Horatio: quippe qui mortes ignotas appellarit ignobiles, inglorias, incelebres: Serm. lib. 1, ſat. 3, – ſed ignotis perierunt mortibus illi, id eſt, ignobilibus. quemadmodum Silius dixit Lethum ignobile. Liuius, Ignobili atque inhoneſta morte occubuit. Cui opponitur clara mors: quod & apud Ciceronem extat. Sed enim nomen Ἄγνωτος actiuam quoque ſignificationem habet apud Lucianum in Al-

cyone, circa principium, δεκαπαίζειν δὲ καὶ ἀγνῶτα ἀνθρωπίλλιον, ἄγνωτα οὖσαν, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀίσχρων. vbi redditur Ignaram. Sic certè alia pleraque verbalia actiuam significationem interdum accipiunt, quum passiua sit eorum propria. Puto tamen in hoc Ἄγνωτος id esse rarissimum: licet & ἀγνὼς pro ignaro itidem & inglorio inueniatur apud Xenophontem, vt docebo quum de illius nominis significatione agam. Secundum COMPOS. Δύγνωτος, ου, ὁ & ἡ, Cognitu difficilis, apud Polybium. Cui opponitur tertium ILLVD Εὔγνωτος, Cognitu facilis. In v. l. redditur etiam Bene notus, item Notabilis.

COMP. Ἀγνὼς & Ἄγνωστος eandem cum ἄγνωτος significationem habent: sed de Ἀγνὼς nunc dicendum censeo, at de Ἄγνωστος, in Γνωτός: quod præter significationem τῦ Γνωτός, aliam etiam accipit. Ideo autem prius de ἀγνὼς dicam, quòd & ipsum literam σ retineat, quam illa duo amittunt. Alioqui dubiam mihi esse eius formationem fateor. Potest enim esse ab ἴγνωσμαι, (& quidem potius quàm ab ἴγνωσμαι aut ἴγνωσται) potest etiam fortasse existimari factum ex Ἄγνωτος, per syncopen. Quod si verum esset, hic locus post Ἄγνωτος ei optime conueniret: quem certè dare cogor, quoniá aptiorem non inuenio Sonat autem Ἀγνώς (itidem vt ἄγνωτος) Ignotus, Incognitus. Homer. Odyss. ι, Οὐ γάρ τ' ἀγνῶτι γε καὶ ἀπήλοισι πίλοιτο Ἀθήναη. Atque vt hic cum dativo, sic apud Xenophontem Hell. ε, ἀγνῶτας ἑαυτοῖς. Itidemque apud Platonem, αὐτὸς καταλαβὼν πάνυ πολλοὺς, οὓς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοὶ, οὓς δὲ πάνυ γνωρίμους. Atque vt hic ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις, sic apud Aristotelem aliquoties, sed absque dativi adiectione. (vt si Latinè opponas virum ignotum viro noto & familiari) Exemplum habes Polit. libro 7, φίλτατοι μὲν τοῖς πρὸ γνωρίμων, ὡς δὲ τοῖς ἀγνῶτας, ἀχρίους. Item Ethic. 4, οὐσίως γὰρ ὡς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ φωνῆς καὶ ἀφωνήτους αὐτὸ ποιοῦσι. Sic & libro 5, eiusdem operis, ἀγνῶτες opponuntur γνωρίμοις. Inuenitur autem Ἀγνὼς & in fœm. genere. vt ἀγνὼς δόκησις apud Sophoclem. (quod exponitur Incerta suspicio) Sic ἀγνῶτα φωνὴν dixit Æschyl. in Agam. pag. 108, meæ editionis, Ἀγνῶτα φωνὴν βαρβάρων κεκτημένη. Lucianus quoque ὁ τῆς θεᾶς ἀποφοίτης in fœminino genere hoc nomine vsus est. Interdum ἀγνὼς (sicut ἄγνωτος) ponitur pro Ignobilis, Inglorius, Inceleber. (quam significationem habere itidem Ignotus apud Horatium, docui suprà) Eurip. Iphigenia in Aulide, Ζηλῶ δ' ἀέθλων ὃς ἀνὴρ ἄλλων βίον ἐξέπιεσεν ἀγνὼς ἀκλεής. id est, Inglorius atque ignobilis, vt Cic. vertit. Vide pag. 147 & 148 Cicer. lexici, à me editi. Atque vt hic ἀγνὼς cum ἀκλεὴς, sic cũ ἄφαντος copulatur à Luciano, De somnio, νὴ Δί' οὔπω τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς οὐδ' ἄφαντος ἦν.

Ἀγνὼς actiua signif. (cuius exemplum & in ἄγνωτος allatum fuit) Ignarus, Inscius. apud Xenophontem, εἰ δέ τις ταῦτα ποιεῖ ἀγνὼς ὢν τὰ δίκαια παιδεύειν φέρειν. Apud Platonem quoque ἀγνῶτες crediderim ponitum actiuè: in hoc loco qui ex eius opere De legibus affertur, ἀγνῶτες ἀλλήλων. vt videlicet sint ἀγνῶτες ἀλλήλων qui se inuicem non norunt. In vulg. lex. tamen per passiuum participium exponitur, Sibi inuicem incogniti: perinde acsi legeretur, ἀγνῶτες ἀλλήλοις: manente aliorsum eodem sensu.

Subiungendum huic nomini ADVERB. Ἀγνῶς, pro Ignoranter, Inscienter, Per ignorantiam, Per imprudentiam. Phocylides, Μήτ' ὀπτοκόπος μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἰατρός. Vbi quum ἀγνῶς & ἰατρὸς inter se opponantur, posset ἀγνῶς exponi ἀκουσίως. Sic Xenophon dicit, quæ peccantur ἀγνοίᾳ, (quod valet idem cum illo ἀγνῶς) esse ἀκούσια. Aristot. quoque Rhet. ι, ἀγνοοῦντος cum ἀκουσίως, vt ἰατροῦ cum ἰατρὸς copulat. Cæterùm pro ἀγνῶς sciendum est legi etiam ἀγνὼς, vt sit nomen: sed longè melior est altera scriptura per circunflexum, vtpote cum ἰατρὸς cõueniens: quam etiam in editione mea alteri prætuli. Alioqui legendo ἀγνὼς, esset ἰατρὸς pro ἰατρὸν.

Etiam VERBO Ἀγνόω locum hic dabo: quòd fortassis ex hoc Ἀγνὼς (quatenus quidem & actiuam significationem habet) factum fuerit. Non ignoro alioqui aliam deductionem afferri: vt videlicet ex Γνώσω futuro verbi Γνῶ fit præs. temporis VERBVM Γνώσω: vnde Ἀγνώσω. Sed illius Γνώσω (quod esse dicitur simile τῷ Κνώσω) exemplum nullum affertur. At hoc Ἀγνώσω pro Ignoro, Nescius sum, inuenitur apud autorem poematii quod vulgò Musæo inscribitur: hoc in versu, Ἀγνώσατε δὴ Κυθερὶς ἀπόπτερος ὄφρ' ἁλάσῃς: Ab Hesychio ἀγνώσαι exponitur διαφθεῖραι. Ex hoc Ἀγνώσω factum fuit ἀγνόημα, siue κατ' παράγωγὴν, VERBVM Ἀγνωσάσκω, vnde est apud Homerum ἀγνώσασκε, Odyss. ψ, Οὔ μ' ἄλιον μάψ μιν ἀγνώσασκε ἰόντα, Ἄλιον δ' ἀγνώσασκε, κακὰ χροὶ εἵματ' ἔχοντα. id est ἠγνόει, vt habet breuium scholiorum autor. Sed perperam in quibusdam editionibus legitur ἀγνώσασκε pro ἀγνώσασκε.

NVNC AD Γνώτης venio, sequens à me paulò antè propositum ordinem: vt ab eo ad Ἄγνωτος, aliáque composita, Ἀλλόγνωτος, Ἀξύγνωτος, Πολύγνωτος, transeam. Sciendum est igitur inueniri Γνώτης pro γνωστὸς apud poetas, (quod γνώτης est ἀνάλογον quàm γνωστὸς, si Eustathio credimus) Notus, Cognitus. Sophocl. in OEdipo tyranno, γνώτα κ' οὐκ ἄγνωτά μοι. ita enim legit etiam Eustath. Sed huic Γνώτης non contenti poetæ eam significationẽ dare quam apud prosæ scriptores habet Γνωστὸς, restringunt interdum ad significationem consanguinei, seu propinqui, interdum verò fratris. vel (si ita mauis) restringunt notitiam quæ hac voce declaratur, ad eam quæ nobis est cum consanguineis, aut etiam peculiarius cum fratribus. Homer. Iliad. ε, circa finem, — πὺξ καί κε τις οὐχ ταῦτα Γνώτῃ ᾗσι μαχέσσιτο, ἄντιος ἀλλ' ἢ ἔχ' ἡμῖν. id est ἀδελφῷ, pro quo dixerat καστιγνήτῳ. Sic eiusdem poematis libro χ, — πῶϋ μοι ὄφρα τάχιστα πολὺ φίλτατος ἔπλετο Γνώτῃ οἷς ἔκαβεν ἠδὲ Πελασγὸς πίσυρας παῖδας. Sic exponitur & libro γ, — φάλαμον γνώτης τε λιπεῖσα. In hoc autem Apollonii loco, Argon. ι, γνώτῃ πατρώοις ἄμμιν ἐόντες, expon. συγγενέσι.

FOEMIN. Γνώτη, Soror. Aut etiam Amica, inquit Hesych. Sed quin possit & propinquam seu consanguineam significare, sequendo illum masculini γνώτης vsum, minimè dubitandum est. I. COMPOS. est Ἀγνώτος, ου, ὁ & ἡ, idem valens quod ἄγνωτος, Incognitus, in illo Sophoclis loco quem protuli in Γνώτης.

II. COMPOS. est Ἀλλόγνωτος, quod existimo sonare potius Alius cognitus, siue notus, quàm Alibi notus, vt vulgò exponitur. Ex eo enim velut consequitur, Nobis ignotus. Vnde ponitur pro extraneo siue peregrino. Homer. Odyss. β, — ὁ δ' ὦκα πλόον πάντες Διογενὴς Ὀδυσῆος, ἀλλοθρόου ὡς δήμου. Vbi inuenio tam Eustathium quàm autorem breuium scholiorum mihi de illa expositione assentiri. Neque enim exponunt ἄλλοθι γνωσκομένου, sed ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκομένου. Afferunt tamen & alias explicationes huius vocabuli: ac præsertim Eustath. cui ἀλλόγνωτος est ὁ πολέμιος, (sic autem exponens, minimè eius etymon aperit) vel ὁ ἄλλως γνωστὸν ἢ παρ' ἡμῖν. Quibus addit illam expos. quam modò attuli, & quæ mihi itidem in mentem venerat: videlicet, ὁ ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκόμενος. Deinde admonet hoc ἀλλόγνωτος esse compositum ex γνώτης, pro quo dicitur γνωστὸς ab Homeri posteris. Quæ tamen velut retractans, subiungit, videri ἀλλόγνωτος esse potius ὁ ἄλλοις γνώτης, id est κατ' ἰδίως οἰκείως, nimirum à γνώτῃ significante τοὺς ἀδελφούς. Alioqui enim nihil prohibebat quin diceret ἀλλογνώσω οἱ δήμῳ, vt paulo antè dixerat ἄγνωστον πάντων. Itidémque breuium scholiorum autor, postquàm ἀλλογνώστῳ dixit esse ἄλλοις καὶ οὐχ ἡμῖν γνωσκομένῳ, ἢ (quæ disiunctiua particula nõ aptum hic locum habet) ἄλλοις γνώτης: subiũgit, ἢ κατ' ἰδίως οἰκείως. Rationémque eandem affert quam Eust. sed quæ nisi ex huius verbis intelligi vix potest. Ad me autem quod attinet, nimis longè petitam expositionem hanc esse, & parum validâ niti ratione existimo: quum γνώτης etiã dici pro γνωστὸς, ipsemet Eustathius fateatur: addẽs, ὅτι δὲ ὅμως καὶ γνωτὸν λέγεται τὸ γνωστὸν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς

ἀπαξ, Γνωτὰ κ' οὐκ ἄγνωτά μοι φωτὶ λέξῃ ἰμείρομαι; Quid A
τὸ obstat quominus dicamus ἀλιγνώτῳ visum fuisse
Homero ἀγνώτερον quàm ἀλιγνώτῳ. (Antequam ad
tertium compositum digrediar, dicam de PARTI-
CIP. Ἀλιγνώτης: quòd nullam ei aptiorem sedem ha-
beam. Extat id apud Hesychium, exponentē ἀγνώστης.
sed aut Herodotum, id est Herodoti exemplar, ex He-
sychio, vel contrà hunc ex illo emendandum esse su-
spicor. Legitur enim apud Herodotum lib. 1, ἀλισκομένῳ
δὲ τῷ τείχεος, πρὶ τὸν τε Γερρόν ἅλας γνώσας Κροῖσον ὡς ἀπο-
κτείνων. Cui loco optimè conuenire Hesychii expo- B
sitionem existimo, siue ἀλιγνώσας siue ἅλας γνώσας lega-
mus: sed lectionem Hesychianam fide digniorem esse
persuasum habeo: quòd ἅλας γνώσας pro ἀγνοήσας du-
rum esse videatur: at vtendo compositione, nō item:
præsertim si hoc cum aliis huiusmodi compositis cō-
paretur) Sed venio ad III. COMPOS. Ἀείγνωτος. Id poeticum est itidem, significans Valde notus
vel celeber. Hom. Odyss. ρ, Ὣ ἐείγνωτε συβῶτα. vbi tamen
iro ictè ponitur. Ita enim malo quàm vt Eustath. ἄγαν
γνώριμα ὅτι ἀχρεῖα πέφηνε. siue, ὃν πάντες συβώτην οἴδασιν. C
aut ἃ τὸ σημεῖον γνώρισμα, τὸ συβώτην εἶναι). Affertur & FOR-
MIN. Ἀείγνωτε, ab Eustathio. Hesych. autem HA-
BET Ἀείγνωτε cum ε, quod exponit ἔγνωτε, item
παὶν ἐγνωσμένη. ita enim legendum est, non ἐγνωσμένη.
IIII. COMPOS. est Πολύγνωτος, Multis notus,
seu cognitus: sequendo expositionem aliis compositis
datam, atque adeo significationem quam habent. In
v.l. tamen redditur Multiscius. Est præterea nobilis
pictoris nomen.

QVINETIAM Γνωτίδια ET Ἀγνωτίδια ali- D
quem tibi angulum hic postulant, ob similem deriua-
tionem: licet eius ratio minimè inueniatur. Sunt enim
hæc ambo vocabula piscium nomina apud Athenæū:
nisi potius ex vno facta fuerunt duo, quum ille vtro-
bique vel γνωτίδια vel ἀγνωτίδια scripsisset. Siquidem
lib 3, quum dixisset, ὡς δὲ φορτηγοδιωκόμενοι φησί μοκος
ὑπὸ μὲν πνων καλεῖσθαι γνωτίδια, ὑπὸ δὲ πνων πλαπισταί: E
paucis interiectis subiungit, οἱ μὲν οὖν μείζονες αὐτὰ ὀνο-
μάζοντα πλατίσταις οἱ δὲ μέσην ἔχοντες πλικίαν, μύλοι· οἱ δὲ
βαπὶ ὧν μικρότητα, ἀγνωτίδια. Vbi obserua simul VO-
CEM Πλατίσταις, nomen eiusdem piscis: in cuius scri-
ptura vno eodemque loco variant exemplaria: vtpote
priore quidem loco πλατίσταις, posteriore autem πλα-
τίσταις habentia.

Γνωστικός, οὔ, ὁ, Cognoscendi facultate præditus, seu vi. Ex
Gregor. Naz. γνωστικὸν τὸ ἐννοιῶν. Item τὸ γνωστικόν, Potentia
& vis cognoscendi, in v.l. Ibidem γνωστικὰ ῥήματα, verba
cognitionē significantia. Item, γνωστικοὶ hæretici qui-
dam sic dicti ob insignem eruditionem quam sibi vē-
dicabant. Hinc ADVERB. Γνωστικῶς, Cum cognoscē- F
di facultate, Ita vt adsit cognoscendi facultas, seu vis.
γνωστικῶς εἰδέναι & αἰσθητῶς, differre apud Dionys. Areop.
testatur Bud.

AT NOMEN Γνώμη in hunc locum reseruaui, par-
tim quòd sub se deriuata multa habeat, quæ secun-
dæ & tertiæ personæ præt. passiui verbalia (id est, quæ
à secunda & tertia persona sunt formata) nimis pro-
cul à verbo remouissent: partim quòd ε non habeat
tanquam ab ἔγνωσμαι, vt habent reliqua. Longè tamen
magis consentaneum rationi videtur vt γνώμη ab ἔγνω- G
σμαι esse dicamus, quàm vt Heraclidi assentiamur, di-
centi poni pro γνώμη. Scribit enim is apud Eustathium
in γνώμη abundare γ. siquidem à νοῶ, νοίω esse νώμη. ex
quo γνώμη. Est autem Γνώμη, Sententia, Opinio. Idem
enim valent, κατὰ γνώμην, & ὡς γνώμην, quòd sentio. Sed
pro loco alias etiam admittit interpretationes nomen
hoc γνώμη: redditúrque interdum Propositū, aliquan-
do Voluntas, interdum Consilium, nonnunquam Co-
gitatio, aliisque modis, vt ex sequentibus patebit. Pro
sententia varijs verbis iungitur. Dicitur enim, ταύτην H
τὴν γνώμην ἔχω, sequēte præpositione περὶ cum suo ge-
nitiuo. ad verbum, Hanc habeo sententiam, pro Hæc
mea est sententia, vel In hac sum sententia, Ita sentio.
Itidémque τίνα γνώμην ἔχεις; & τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω. Xe-
noph. Pæd. 6, τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς δημοσίας τῶν πρα-

πόμενος. Isocr. Archidamo, περὶ τῶν δικαίων τούτων τὴν αὐ-
τὴν γνώμην ἔχομεν, περὶ δὲ τῶν πολεμίων οὐκ ἴσην. Ibi-
dem, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν προκειμένων. A-
pud Aristoph. Nub. sequente infinitiuo, οὐκ ἐπαινῶ τὴν
γνώμην ἔχειν, τοὺς ἐμπόδιος τῷ πόλει ὄντας, ἐᾶν ἐκπλεῖν. I
Apud Thucyd. sequente itidem infinitiuo, lib. 2, γνώμην
ἔχοντες, εἰ μὴ, μὴ ἐκπλεῖν. vbi reddi potest, Sentientes non
esse nauigandum. vel, Statuentes nō nauigare. Apud
eundem scriptorem τὴν γνώμην ἔχειν, cum præpos. περὶ,
alium vsum habet, de quo alibi dicam: quòd in eo lo-
quendi genere nomen γνώμη aliam significationē ha-
beat. Quinetiam quum dicitur γνώμην ἔχειν sine adie-
ctione, tum aliud declarat γνώμη, vt suo loco docebo.
At verò οὕτω τὴν γνώμην ἔχω, sequente aut etiam præ-
cedente ὡς, prout interpretabimur, ita vel locū hic ha-
bebit, vel non. quod exemplis declarabo. Thucyd. lib.
7, pag. 237, mex editionis, καὶ τὴν ὡς ἐξ ἀδοκήτου τοῦ
πρώτου ἐπιπεσόντων, καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν μὲν ναυτικῶν
γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν ἐπιπλεῖν δέ &c. Hic certè
οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν, est ita sentire, Ita existimare, In ea
opinione estote. Nec malè redderetur etiam, Hoc per-
suasum habetote: vt olim reddidi in iis quæ adscripsi
interpretationi Vallæ, in margine mex editionis. Ibi
enim totum hunc locum ita sum interpretatus, Et hoc
quidem persuasum habetote, ita milites pariter & du-
ces officio suo functos esse in iis rebus quarum causa
huc veneramus, vt nullus sit vobis de iis conquerendi
locus. Sic apud Xenoph. cum οὕτως, sequente ὡς cum
præterito, necnon cum præsenti: Pæd. 6, pag. 93, mex
editionis, circa finem, καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως ἔχει
τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς νικηφορικῶς, καὶ οὐδὲν ὅτι οὐ τῶν
πολεμίων, Bona pars exercitus in ea opinione erat vt
plenam victoriam se adeptam esse crederet. Minus e-
nim commodè hic voce sententia vtemur. Sed & sim-
plicius ac breuius interpretari possimus, non minus
rectè tamen, vt opinor, Existimabat se &c. Id certè est
quod Gallicè dicimus, *Il faisoit son comte d'auoir tout gagné*. Vel (vt nunc loquuntur quidam, formula dicen-
di vtentes magis recenti) *Il faisoit estat d'auoir tout gagné*. Philelph. quoque satis aptè reddidisse videtur,
Et quamplurima exercitus pars hac erat mente, tan-
quam omnino iam vicisset, essétque res hostium ni-
hil. Neque verò prætermittendum est, subiungi à Xe-
nophonte, ἐπεὶ δὲ οὕτω δίκαιοι ἦσαν οἱ Πέρσαι &c. vbi
si dicamus οὕτω δίκαιοι ὦσιν esse idem quod οὕτως ἐχόν-
των τὴν γνώμην, vel potius hoc esse idem quod illud,
quoniam ei subiungitur, alia interpretatio quærenda
videri possit. Verum vt idem vtroque loquendi gene-
re significetur, necesse non est: sed potius dicendum,
οὕτω δίκαιοι ὦσιν, vt videlicet δίκαιοι τοῖς illi εἰ οὕτως ἔχοιεν
τὴν γνώμην ὡς παντελῶς νικηφορικῶς. Est certè οὕτω δίκαι-
μὲν ὦσιν, Sic animo affectis. Sed venio ad illud loquen-
di genus οὕτω γνώμην ἔχω, non cum præterito sed cum
futuro iunctum. Thucyd. lib. 7, pag 258, mex editionis,
καὶ οἱ ὡς οὐκ ἂν χωρίσοντες ἤδη ξυνεστῶτες τὴν γνώ-
μην εἶχον. In hoc certe loco aliisque huiusmodi aliam
interpretationem poscit istud loquendi genus, οὕτω
γνώμην ἔχω, quàm in præcedentibus. Valla reddidit,
Ita cuncti ad discedendum terrestri itinere animum
adiecerunt. Existimo autem & his modis posse reddi,
De discedendo cogitabant, Discedere in animo habe-
bant, Ea mente erant vt discedere vellent, vel, discес-
sum pararent, Eorum consilium erat discedere. Vale-
bit autem & hic illud loquendi genus Gallicum, licet
in diuersa constructione, *Ils faisoyent leur comte de se retirer*. Antequàm verò discedam ab accusatiuo γνώμην
cum verbo ἔχω, dicam & de genitiuo γνώμης cum ἔχο-
μαι: afferens exempla ex Thucydide. Is igitur libro 8,
pag. 287, circa finem, αἰεὶ τῆς αὐτῆς γνώμης ἐχόμενος, Suam
sententiam retinens, In sua sententia permanens. vel,
In proposito manens, seu permanens. Apud eundem
scriptorem dicit Pericles, libro 1, τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθη-
ναῖοι, αἰεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, sequēte infinitiuo, μὴ εἴκειν Πε-
λοποννησίοις. Et quemadmodum dicit τῆς αὐτῆς γνώμης
ἔχεσθαι, sic etiam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι), sed alia significa-
tione. τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι) est Idem sentire cum aliis

ad verbum, Eiusdem esse sententiæ. nam & Latini hác constructione vtuntur. Vtitur autem lib. 1, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν, Et quotquot eiusdem sententiæ erãt. Sed redditur etiam, Earundẽ partiũ erant. Pendet certe vnum ex altero. Apud eundem scriptorem legitur aliquoties γνώμην ποιοῦμαι, sequente infinitiuo. vbi γνώμην licet nemo negare possit habere sententiæ significationem, siue propositi, aut consilii, potius tamẽ vnico verbo illum accusatiuum vnà cum suo verbo interpretamur: videlicet Statuo, Delibero, Cogito: aut certè Statui, Decreui. Thucyd. lib. 1, καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἰ καί σοι δοκεῖ, ξυμπέμπειν πλοῖα σὺν ἡμῖν, Decreui, Statui. Idem lib. 2, γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, κηρύσσειν τε χρήσασθαι ὅπλα ξυνεβούλευον, Cogitabant, Statuebant, Deliberabant. Gallicè verbum ποιοῦμαι ad verbum reddi possit in hoc loquẽdi genere. si γνώμην interpretemur deliberationem. Est enim γνώμην ἐποιοῦντο, quod dicimus, *Ils faisoyent leur deliberation.* Vsus est hoc loquendi genere eodem modo Arrianus: vt quum scripsit lib. 3, γνώμην δὲ ἐποιοῦντο Δαρεῖος, εἰ μὴ ὅτι Σύσιον καὶ Βαβυλῶνος μόνοι Ἀλέξανδρος, ἀπῆλθε καὶ αὐτὸς ἐς Μήδους. Sic & Plutar. in Themist. γνώμην ἐποιοῦντο λύειν. Quãuis porro dixerim γνώμην ποιοῦμαι reddi potius vnico verbo, ex eorum numero quæ paulo antè protuli: possumus tamen & nomine vti, habente nominis γνώμη significationem. vt in illo Arriani loco, γνώμην ἐποιοῦντο μένειν, Consilium eius erat manere, vel In animo habebat. At verò, Ita ferebat sententia, est πιθανώτερον. Sed possit reddi etiam, Certum illi erat. Cæterùm quoniam in exemplis omnibus quæ attuli, γνώμην ποιοῦμαι iungitur infinitiuo, addam vnum in quo accus. plural. γνώμας cõstruitur cum præpos. περί: ex eodem Thucyd. lib. 3, περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο. vbi aliam interpretationem istud loquẽdi genus postulat. Dicitur enim γνώμας ἐποιοῦντο, tanquam de iudicibus. Bud. vertit Censebant, In suffragia ibant. Sequendo autẽ Vallam, redderemus, Ad consilium referebant. Quidam interpr. etiam Consultabãt. Vt autem eadem opera agam de aliis loquendi generibus in quibus γνώμη de iudice aut tanquam de iudice vsurpatur: sciendũ est dici γνώμην ἀποφαίνεσθαι, & γνώμην λέγειν, siue εἰπεῖν, necnon γνώμην εἰσηγεῖσθαι, item γνώμην πείθεσθαι. Apud Demosth. γνώμην ἀποφαίνεσθαι, Sententiam pronuntiare. Ex eodem Bud. γνώμην ἥκειν affert, γνώμην ἥκειν περὶ τῶν περὶ Φωκέων ἀγέρου. (At verò γνώμας συνάγειν producit ex Thucydide, pro In consilium mittere, Censendi potestatẽ facere. sed ego συνάγειν apud Thucydidem repono, & quidem ex aliis eius ipsius locis) Illud denique γνώμην λέγειν siue εἰπεῖν, (quod est ad verbum, Sententiam dicere) idem reddit Censere, necnon Autorem sententiæ esse, (sicut εἰσηγεῖσθαι γνώμην) afferens ex Plutarcho in Demetrio, pag. 187, ἅμα Σπερχειὸς γνώμην εἰπόντος αὐθημερὸν τὸν μυστυχῶντα ἐψηφίσατο καλεῖν. Venio tandem ad eum vsum quem habet γνώμη cum præpositionibus, aut etiam absque illis, vbi itidem voce Sententia, simul verò & aliis reddi potest. Dicitur aliquis à Demosthene facere quidpiam ἀπὸ γνώμης huius vel illius, quum ex sententia huius vel illius id facit, & eum autorem habet. Quidam interpr. etiam Iussu, quæ interpretatio minimè placet. At verò apud Thucydidem libro 4, pag. 143, mex editionis, in fine, ἀφ' ἑαυτῆ γνώμης vix reddi itidem queat Ex sua sententia, propter ambiguitatem. Ita enim scribit, ξυνέπιπτε γὰρ καὶ τὸν περὶ Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτῆ γνώμης κηρύξαι, τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων ἡσσώμενον πολέμῳ. Vbi Valla vertit Suopte consilio, ita hunc locum interpretans, Contigit enim vt præco Athenienſium suopte consilio denuntiaret, Quisquis vult Megarensium ad Athenienses transeat armis depositis. Fortassis reddi possit Suo ipsius impulsu, aut etiam Sua sponte. Videtur certè hic ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης esse quod Gallicè dicimus *De son propre mouuement.* In alio autem eiusdem scriptoris loco ἀπὸ ταυτῆς γνώμης commodius reddi posse non videtur quàm Isto consilio: nimirum libro 3, vbi scribit, ἀπὸ δὲ τῆς χρόνου τοῦτου Λακεδαιμόνιοι Ἡρακλείαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν πολίσαντο ἀπὸ ταυτῆς γνώμης. Vbi tamen Valla vertit, Hac de causa. Vt porro cum ἀπό, sic cum ἐκ iungitur genitiuus γνώμης: sed in diuerso loquendi genere, quũ videlicet dicitur ἐκ μιᾶς γνώμης, pro Vno consensu. Demosth. Philipp. 4, ἐὰν μὴ ὑμεῖς ὁμοψυχαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε. Sed posset videri abundare ἐκ μιᾶς γνώμης post ὁμοψυχαδὸν, præsertim quum particula copulatiua non inseratur: quæ præfigi solet iis quæ velut per epexegesin ponuntur. Quidam hæc interpr: Concorditer vnóque animo: quidam simpliciter, Cõmuni consensu. Accusatiuus γνώμην iungitur frequenter cum κατά, itémque cum παρά, in cõtraria significatione. cum quibus præpositionibus habet γνώμη eum vsum quem Latinis Sententia, præfixo genitiuo Animi: qui tamen non semper præfigitur. Nam κατὰ γνώμην redditur Ex animi sententia: at παρὰ γνώμην, Cõtra animi sententiam, à Polit. in hoc loco Herodiani, lib. 6, καλουμένων δ' αὐτὸν καὶ πρὸ ἐτῶν ἡγεμόνων, ἀχθόμενοι μὲν ἦλθον παρὰ γνώμην, ὅμως δ' ἦγε πρὸς ἔξοδον, Vocantibus illuc se ducibus, ægre scilicet tandem contráque animi sententiam ad expeditionem se præparat. Legitur παρὰ γνώμην non raro & apud Thuc. sed qui videtur non vna in significatione vti. nam quum dicit lib. 5, παρὰ γνώμην μὲν ἀπεδείχθησαν αἱρεῖσθαι τὸ πολέμιον, non idem sonat παρὰ γνώμην hoc in loco quod lib. 1, εἰ μὲν παρὰ δύναμιν ἔλαμπεν καὶ παρὰ γνώμην κινδυνεύεται. Nam παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν dicitur bellum quod non habet exitum ex animi sententia, siue cuius exitus est contra opinionem à nobis conceptam: at verò παρὰ γνώμην κινδυνεύεται, sunt qui periclitantur præter consilium etiam. id est, etiam vltra id quod initum consilium suadet. Vel (vt exposui in iis quæ adscripti margini interpretationis Vallæ) Quum ad rem ventum est, etiam maiora aliquandò iis quæ deliberarint gerunt. Valla reddiderat, Maiora hominum opinione pericula subeuntibus. Alicubi autem παρὰ γνώμην apud eundem scriptorem idem propemodum esse videtur quod ἀπροσδοκήτως. Sed vt reuertar ad illud huic oppositum, κατὰ γνώμην, sciendum est, quum inseritur pronomen ἐμήν, & dicitur κατ' ἐμὴν γνώμην, tunc id esse quod Latinis est Mea quidem sententia, vel Meo quidem iudicio. Verùm omissa interdum præpositione dicitur ἐμοὶ γνώμη, siue γνώμη ἐμή. vt γνώμη ἐμοὶ ἀεὶ ταύτη μένει, quod ex Aristophane affertur. Datiuus autem γνώμῃ quũ iungitur particulæ μιᾷ, idem valet quod ἐκ μιᾶς γνώμης: & significat Vno consensu. Quidam interpr. etiam Vna eademque sententia, apud Isocratem. At γνώμη sine adiectione, nonnunquã sonat, Consultò, De industria. Lysias, ὅσοι ἦ πῦρ γνώμῃ ἐπρήσαν, οὐδεμιᾷ συγγνώμης ἄξιοί εἰσι.

Γνώμη, Decretum, Senatusconsultum, B. ex Plut. Pertinet autem hæc significatio ad proximè præcedentem, qua vsurpatur pro Sententia: atque adeo sub ea tanquam generaliori includi potest. Huc referri debet & illa interpretatio loci Thuc. quam suprà ex eo attuli: videlicet, περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, In suffragia ibant.

Γνώμη, Consilium, Prudentia, vt idem interpr. afferens ex Demosth. τοῦτο ἦ γνώμη χρησαμένων ἀνθρώπων δεῖ. (fuit quidẽ & suprà reddita hæc vox nomine isto Consilium: sed in ea potius significatione qua dicitur Cõsilium est hoc facere) at in vl. γνώμῃ χρησαμένων apud Demosth. redditur Ratione vtentium. quum alioquì in iisdem afferatur ex Aristoph. Acharn. εἰ γνώμην ἔχεις pro εἰ φρένιμος εἶ καὶ σώφρων. ibidémque ex Sophocle pro Prudentem esse. Additur tamen expositio Græca non omnino alteri illi similis. nã εὖ γνώμην ἔχεις apud eum exponitur εὖ νοεῖς, οὐ μαίνεσαι.

Γνώμη, Ingenium. Aristoph. δέρκεται τὸν νοῦν αὐτοῦ, ἢ τῆς γνώμης ἀποτρωθεῖ. Hoc enim exemplum affert idem illius significationis.

Γνώμη, Mens, Animus. Demosth. in Philipp. δεῖ γὰρ ἀκούειν τοῦτον ὃν τὴν γνώμην ἐκπλαγῆναι. Lysias, ταῦτα πάντα εἰς τὸν γνώμονα εἰσίασιν, hæc mentẽ subibant. Quemadmodũ autem accus. γνώμονα, significans sententiam, seu consilium (id est quam vocamus vulgò deliberationem) iungitur verbo ἔχειν, ita etiam quum mentẽ significat, siue

Ind. Imp.

animum. vt γνώμην ἔχειν πρὸς τινὰ εἰρήνην apud Thucyd. lib.5 (quod nos diceremus Auoir le cueur à la paix) Esse animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacē. Redditur etiam Spectare ad pacem. Idem dixit lib.3, ἧττον πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἦσαν εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν. vbi Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabātur, vt cum eis conuenirent. Dubito certè an reddi possit, Minus Athenienſibus mentem adhibebant, vt transigerent cum illis. vel, vt componerent. Affertur ex eodem scriptore, γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmoniis. (Huc pertinet & προσέχειν τὴν γνώμην: atq; adeo possit in huiusmodi locis videri ἔχειν simplex fungi officio compositi προσέχειν: nisi quòd hoc datiuū potius habet) Sunt & alii duo vsus præterea huius accusatiui γνώμην cum verbo ἔχειν. duo, inquam, quorum exempla proferre possum. (fieri enim alioqui potest vt plures sint duobus) Vnus extat apud Demosthenem Pro cor. οὐχ ὡς αὐτὸς οὗτος δίκαιος πολίτης ἦν τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν ἄνθρωπον τὴν ψυχήν. Vbi reddendum censuerim, Non ita fuit affectus animo. Alter vsus est apud Isocratem in Trapezitico, παντάχοθεν δέ μοι δοκοῦσιν καλῶς ἔχειν πρὸς παιδοποιΐαν, τίν' οὖν μοι γνώμην ἔχειν; Qui locus mihi in memoriam aliquot Nasonis locos reuocat, ex quibus interpretandum illud loquendi genus lectori relinquam. Ita enim ille, Metam. lib. 5. Quid mihi tunc animi miseræ fuit? ánne quod agnæ, Si qua lupos audit circum stabula alta fremēteſt Idem in alio eiusdē operis loco, Quid mihi tunc animi fuit aut quid debuit esse Et in quadam epist. Quid mihi tunc animi credis germane fuisse? Nec verò dicit solùm Quid animi, verumetiam Quem animū, (vbi ipsa quoq; orationis forma Græcæ respondet. nam Quem animum est τίνα γνώμην: at Quid animi, q. d. τί γνώμης) ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione iacenti Inter Sauromatas esse Getásque putasti Addam ex eodem illo scriptore, nimirum Isocrate, hunc eundem accus. cum eodem verbo, sed longè diuersa signif. ob præpositionem πρός quæ ei adiungitur. Locus est in orat. De pace, οὕτω τὴν γνώμην ἔχειν πρὸς ἡμᾶς, ad verbum, Hunc animum habuerunt erga nos. pro, Eo animo fuerunt in nos, videlicet ita infenso, Adeo male animati in nos fuerunt. siue, erga nos. Apud Thucyd. quoque γνώμη pro animo plerisque in locis occurrit, necnon apud alios. Sed apud Herodianum aliquoties inueni γνώμην & ψυχὴ copulata: quod apud alium inuenire me non memini.

Γνώμη reddi iustitia, à Polit. apud Herodianum, testantur v.l. sed locum non afferunt: nec verò, etiamsi afferatur, ei possim hanc interpretationē concedere.

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim ex genere eorum quæ ad nos instituendos conducūnt. Latinis itidem Sententia. Ideo autē contra morē meum, hanc significationem sententiæ non tractaui suprà vnà cū altera, quòd multa deriuata hinc manarint, quæ inter reliquas significationes minimè miscenda (ne ipse veluti cursus tractationis interrumperetur) sed potius ad calcem reiicienda existimaui. Ab Aphthonio γνώμη definitur, λόγος ἐπ' ἀποφάσει κατ' ἀλαζονείας, ὁπότε περί τινων ἢ ἀποβαίνων. A Cornificio autem (si hic est autor rhetorices ad Herennīū) hoc modo, Oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit. Denique & Fabius ita de hac voce, Sed consuetudo iam tenuit vt mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita, sententias. Paucis interiectis, Antiquissimæ sunt quæ propriè, quanuis omnibus idem sit nomen, sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Vtrunque autem nomen ex eo acceperunt quòd similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua apud eum videnda tibi relinquo, lib. 8, cap 5. Quid autem de præcedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tractatu quodam quem comicorū Græcorum sententiis præfixi: mihi illa mea definitio, licet extēporalis, non pœnitenda videtur. Dicebant autē veteres scriptores plerunque cum adiectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr. ad Nicoclem, ὅτι δεῖ ἐκ παίδων ἐκλέξασθαι καὶ τῶν ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας. additque, illos ὅτι τούτους μάλιστα ἀσκοῦσιν. Æschines itidem in Ctesiph. διὸ καὶ τοῦτο δοκεῖ ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐτοῖς χρώμεθα. id est, Ideo enim nos in pueritiā sententias poetarum ediscere existimo, vt quum ad virilem ætatem peruenerimus, iis vtamur. Quo ex loco obiter & consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum genitiuum non addidit Xenoph. in suo De venatione libello, vbi in sophistas inuehitur, ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτῶν ἰζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, εἰς αὖ παιδεύουσι οἱ νεώτεροι ἐν ἀρετῇ, σώζεται. Obseruanda sunt autem hæc verba quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσαι. quæ an ad restringendam huius nominis significationem, tanquam alioqui latius patentem, adiecta fuerint, dubium alicui fortassis videri possit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa adiici tanquam perpetuum illarum epithetum, vt ita dicam. Plut. in Homero, γνώμας & παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit. Ad deriuata venio, deriuata inquam à γνώμη significationē istam habente. Compos. N O M E N Γνωμολόγος, ου, ὁ, sonat q.d. Sententiæ proloquutor, vel sententiarum. A quo est V O C. Γνωμολογία, ας, ἡ, Sententiarum proloquutio, siue sententiæ. Aut etiā, Sententia quam aliquis loquitur. Plutar. καὶ πολλὰ μαθημάτων ὄντων καὶ λέξεων ἐν τοῖς ἀποφθέγμασιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίαις πάσαις. Idē in Polit. præceptis, δέχεται δ' ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον καὶ γνωμολογίας καὶ ἠθοποιΐας ἢ μύθους καὶ μεταφοράς. Quidam annot. esse verbum sophistarum Platoni in Phædro. In v.l. Γνωμολογία redditur Dictio sententiæ, item Collectio sententiarum, & Dicendi acrimonia. Quarum significationū exempla desidero. Apud Suidam quidem certè γνωμολογία de libro dicitur γνώμας complectente. nam de Theognide inter alia scribit, ἐν οἷς Κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαι [ἔχεται] δι' ἐλεγείων. Bud. vertit, Librū sententiis confertum & coagmentatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας. quo magis mirū est addi γνωμολογίαν. H I N C Γνωμολογικός, οῦ, ὁ, Gnomologiæ conueniens, seu Ad gnomologiā pertinens. Quoniam autem γνωμολογία redditur interdum Sententia, sicut γνώμη, quidam γνωμολογικὸς interpr. Sententiosus. In Thucyd. vita legimus, τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετόν. vbi dicere possumus τὸ γνωμολογικὸν nihil aliud esse quàm αἱ γνωμολογίαι: & hoc non aliud quàm γνῶμαι. Nisi quis malit τὸ γνωμολογικὸν intelligere rationem & methodū qua vtitur in vtendo γνώμαις, seu in adhibendis orationi γνώμαις. Apud Demetr. Phalereum autem γνωμολογικὸν est cōueniens gnomologiæ, seu conueniens γνώμαις, siue sententiis: eodem modo quo ἀποφθεγματικόν, Conueniens apophthegmatis: vbi scribit, ἔστι γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ βραχύτης καὶ γνωμολογικόν. A D V E R B. Γνωμολογικῶς, Sententiosè. Suid. γνωμοτυπικῶς exponit per hoc γνωμολογικῶς. Addendum his & V E R B V M Γνωμολογέω, ῶ, Sententiam eloquor, seu sententias. vel, Sententias loquor, vt Terent. Vtitur Plut. in lib. De fraterna charitate, πῶς δ' αὖ καὶ ὁ Ἀρχύτου τοιαῦτα διατίθησι τὸν ἀδελφόν, ἐγνωμολόγηκεν πρὸς τοὺς παῖδας; Extat & apud Athen. lib. 10, ὡς οὗτος φαίνεται ἡ αὐτὴ λαμπαρία, μετὰ τὸ μηδὲν ὠφελεῖν δέον πολλὰ τοῦ πρὸς τὰς γαστρὸς γνωμολογεῖν, sententiosè loqui de ventre. Inuenitur item apud Diog. Laertium, in Epicharmo, οὗτος ἀποφθέγματα κατέλιπεν, ἐν οἷς γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, ἰατρολογεῖ. A cōposito Γνωμολόγος transeo ad simplex N O M E N Γνωμικός: quod fortassis aliquis huic præfigi maluisset: nec ego quin hoc fiat valde repugnarim. Est autem Γνωμικός, Pertinēs ad γνώμας, id est sententias, Conueniens sententiis, vel Sententiosus. veluti si dicam alicuius orationem esse γνωμικήν. In v.l. γνωμικὴ περίοδος, Sentētiosa periodus, & arguta sententiis: sed absq; autoris nomine. Donatus in illud Terentianū dictum, Andriæ Act. 3, scena 3, Amantium iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia γνωμική, in qua à specie recedituꝛ, & in omnes aliquid dicitur. παροιμία est autē sine autore sententia. Hæc ille. Ab Eustathio τὸ γνωμικὸν substantiuè vsurpa-

tur pro γνώμη: cum alibi, tum cõm. in librum α. hunc enim in versum, Κρείσσων γὰρ βασιλὴς ὅτῳ χώπτας τὸν ἀνδρὸν χέρνῃ, annotat primũ hic esse γνωμικὸν apud hunc poetam. (Sed γνωμικὸν ab alia etiam nominis γνώμη significatione sumptum, vsurpat Damascenus; quum γνωμικὸν θέλημα vocat τὸ θελητὸν, Quod constituimus, Propositum, quod διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος.) Apud eundem Eustath. legitur ADVERB. Γνωμικῶς: vbi scribit, ὁ δὲ Νέστωρ, εἰπὼν ὅτι μάλα μύθοις ἔχων ἡδέλγμα καὶ αὐτὸς οὕτως ἦν, ἐπάγει γνωμικῶς τὸ, Ἀλλ' οὕτως ἅμα πάντα θεὸς ἴδωκεν ἀνθρώποισι. Vtitur & Plut. in Homero, τῶν ποιητῶν καὶ φιλοσόφων γνωμικῶς πρὸς ἀπόφασιν ὅσα πεπλουσάκασιν. Vtrobiq; γνωμικῶς reddi potest Sententiosè. Cæterùm pro illo γνωμολογῶ, verbo composito, inuenitur & simplex VERBVM Γνωματεύω. quo tamen an vsi sint veteres, mihi dubium est: apud illum quidem certè grammaticum aliquoties occurrit. vt cõm. in lib. γ, p. 388, ἔνθα καὶ γνωματεύει ὁ βασιλεὺς οὕτως, Αἰεὶ δ' ὀπιπεύων κέρδεσι θέσφατα πεύθεται. id est, Sententiam eloquitur, seu loquitur, Sententiosum dictum profert. Apud eundem habetur & huius VERBALE Γνωματεύμα, in illo ipso loco vnde attuli paulo ante vocem γνωμικόν. Postquam enim dixit, πρέπον ὄντα ὡδὶ γνωμικὸν εἶναι τὸν ποιητὴν, καὶ κατὰ τὸν εἰπόντα ὑφηνῆσθαι γνώμης σοφὴν: subiungit, ἔχομεν γνωματεύμα καθολικὸν τοῦ βιωτικοῦ πάνυ πράγματος. Vbi γνωματεύμα nihil aliud est quàm Dictum sententiosum. perinde acsi à γνωμολογέω formaretur γνωμολόγημα. Verùm sciendum est, verbũ hoc γνωματεύω aliam quoque significationem habere: nimirum Dignosco, Iudico: vt interpr. Bud. afferens ex Philostrato in vita Apollonii, lib. 2, πολλὰ μὲν ὀφθαλμοῖς τῶν βιβρωτίων ἰδὼν ἱμείρεται, πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τε καὶ διαιρεῖν. Inuenitur etiam apud Synesium, necnon apud Themistium. At in v. l. γνωματεύω redditur Discerno, Cõsilium capio: sine vllo exemplo, aut autore.

C. Γνωμοδοτέω, ῶ, Sententiam do, Consilium do. γνώμην δίδωμι, Suid.

C. Γνωμολογέω, ῶ, vide in Γνώμη significante sententiam, id est sententiosum dictum.

C. Γνωμοτύπος, ν, ὁ, q. d. Sententiarum excusor. Sic enim ad verbum reddi posse existimo, quum simile sit τῷ χαλκοτύπος, atque aliis huius generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In v. l. redditur Sententiarum effictor. Inuenitur apud Aristoph. hoc vocabulum: eúmque eius inuentorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem. in Ranis, Διὸς ἐπεὶ παρθένοι ἀγναὶ Μοῦσαι, λιπολόγους Ξωιτὰς φοίτας αὐ καθορᾶτε Λήθων γνωμοτύπων. Vbi scholiast. γνωμοτύπων esse vult τῶν παὶ εἰκαίας γνώμας δίχα τοῦ λόγου τυπούντων. vel, τῶν τυπους αὐτοῖς οὐσίαν καὶ πλάσιν ποιούντων. vel, τῶν ταῖς γνώμαις ἡμῶν τυπούντων. Apud eundem comicum in Nubibus legimus γνωμοτύπους μαχίμους: vbi scribit, Τοὺς σοφιστικοὺς λόγους, καὶ φροντίσι καὶ Γνωμοτύποις μαχίμοις. vbi quis γνωμοτύπους interpretari fortasse possit Cum consilio excusas, seu fabricatas: vel cum prudentia. V. l. interpr. Animo impressas cogitationes. HINC EST Γνωμοτυπικός, ὴ, ὸ, quod in iisdem redditur Qui animo sententias imprimit, Facilè formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus autor producitur. Videtur certè γνωμοτυπικὸς esse Qualis est τῶν γνωμοτύπων. vt si dicas λόγοι γνωμοτυπικοί, Sermones tales quales sunt οἱ τῶν γνωμοτύπων, vel Conuenientes αἱρέσει γνωμοτύπους, vt quidem vocat Aristoph. in loco quem modò protuli. Apud Suidam legitur ADVERB. Γνωμοτυπικῶς, & quidẽ expositũ γνωμολογικῶς, de quo dictum fuit suprà.

C. Ἀγνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Mente carens, Consilio carens, Iudicio carens, Stolidus, apud Herodotum (sicut ἀγνωμοσύνη eidem est Stoliditas) Apud Plut. Turn. interpr. Amens, in hoc loco libri De defectu orac. ἡ μὲν οὖν ἀπειρία παντάπασιν ἀγνώμων καὶ ἄλογος, ἡ μηδαμῆ σκοπεμένη ἦν, Quo fit vt infinitas modis omnibus amẽs sit, & inconsiderata. Hesychius ἀγνώμονας inter cætera significare vult ἀβούλους, id est consilii expertes, & ματαιοφρόνας, id est sensu carentes. Quo vsurpauit modo Æschines contra Ctesiphontẽ, ligna, lapides, ferrũ, appellans muta & ἀγνώμονα. Vt autem αἰσχρὸς etiam de homine dicitur, stolidũ & stupidum significãs: ita & ἀγνώμων apud Herodotum, vti dixi. Aliquando ἀγνώμων dicitur Imperitus rerum. in qua significatione opponitur ei πολυγνώμων apud Platonem in Symposio, πολυγνώμονες μὲν δοξῶμεν, ἀγνώμονες ὡς ὄντι τῷ ἀληθῶς ὄντες. Demosthenes autem ἀγνώμονα & ἄφρονα copulauit, aduersus Phil. orat. 4. Iulius Pollux τῷ ἀπείρῳ (id est imperito) proximum synonymum addit ἀγνώμων.

Ἀγνώμων, Improbus, Iniquus. vt ἀγνώμων κρίσις, Iniquus iudex: apud Xenophontem, ἀγνώμονι κρίσει χρῆσθαι. Dicitur autem hac in significatione non solùm de persona, sed etiam de re. vnde ἀγνώμονα πεῖν, cui opponitur δίγνώμονα πεῖν, apud Athenæũ. Cæterùm nõ absque ratione, meo quidẽ iudicio, ἀγνώμων, quum propriè & iuxta suum etymum, mentis vel iudicii expertem hominem imperitumque significet, pro improbo & iniquo etiam capitur. quia verè dixit ille apud comicum, Homine imperito nunquã quicquam iniustius. Idem Xenophon ἀγνώμων cum ὠμὸς (id est crudelis) coniungit, Pæd. 4, λέγω δὲ ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων. Huic autem significationi vicina est illa qua pro ἀσύγγνωστος ponitur, id est ἀσυγγνώμων, Qui veniam non dat, & per consequens inclemens. Sic autem exponitur in loco Sophoclis quem mox proferã. Idem Xen. ἀχαριστότερος & ἀγνωμονέστερος copulat, de animalibus loquens, Pæd. 8. significat autem ἀχάριστος ingratum, id est beneficii immemorem.

Ἀγνώμων, Non agnoscens debitum, Inficians debitum, vel Inficiator debiti. Pollux. vide Ἀγνωμοσύνη.

Ἀγνώμων. Qui est eiusdem sententiæ. Nam ἀγνώμονας ab Hesychio explicatur etiã σύμφρονας. Tunc autem ἀ intellexit (vt opinor) denotare ὁμοῦ: vt ἀγνώμων idẽ valeat quod ὁμογνώμων. Idem planè oppositã dat huic voci significationem, ἀγνώμονας exponens ἑαυτοῖς γνώμονας. id est, contrariam sententiam habentes. Quæ explicatio habetur & apud Suidam, qui eam tribuit huic Sophoclis loco, qui est ex Col. Œdipo, Φεύγω τὸ κλεινὰ μὴ γένωμαι ἀγνώμονος. Sed & altera expositio coniungitur & ab illo, & ab Hesychio, & ab ipso Sophoclis scholiaste. ea est ἀσυγγνώστου: quod vocabulum modò exposui. Quomodo autem ἀγνώμονας exponendo ἑαυτοῖς γνώμονας, possit ἀ significare ὁμοῦ, alii viderint. mihi certè violenta videtur huiusmodi explicatio.

Ἀγνώμων, ἀ γνώμων, (quæ vox inter cætera dentem ætatis indicẽ in equis significat) præfixo α priuatiuo. vnde ἀγνώμονες equi dicũtur siue λειπογνώμονες, qui dentes amiserunt ætatis indices, & per consequẽs annosi. Iul. Pollux. Suidas. Vide Γνώμων.

Ἀγνώμων, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀγνώμων. Vsurpatur præsertim in genere neutro, & substantiuè, pro Res iniqua & iniusta. Lucianus, ἀγνώμον γάρ τι ἐμοὶ τῷ ἑαυτῶν μαχαίρᾳ ἐπιχειρεῖν. Sic πρᾶξαι ἀγνώμονα τινὰ, Rem iniquam facere, Præter æquum & bonum facere. Nonnunquam ἀγνώμων ὅτι dicitur pro Stultum est. Sic & Hesychius ἀγνώμονι explicat ἀνοήτῳ, ἀλόγιστον.

Ἀγνωμόνως, Sine cõsilio, Sine iudicio, Stultè, ἀνοήτως, Hes. & Suidas. Sed hic exponit etiã ἀχαρίστως, id est ingratè. Pro Stultè vsurpat Demosth. Olynth. 2, ἅπερ οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε ὥσπερ οἱ ἄφρονες ἀθλητῶν, ὥσπερ &c. Sic Xen. ἀν. 6, ὃς δὲ ἀγνωμόνως ἐφέρετο. Aliquando etiã Iniquè sumitur: vnde ἀγνωμονέστερον, iniquius. vt, ἀγνωμονέστερον αὐτοῦ ἔχω ἐμαυτοῦ, Iniquius erga eum me gero, Minus æquus sum erga illum.

Ἀγνωμόνως, Non agnoscendo debitum, Inficiando debitum. Pollux. vide Ἀγνωμοσύνη.

Ἀγνωμοσύνη, ης, ἡ, q. d. Consilii carentia. Pro quo dici fortasse possit Mens consilii expers, ex Horatio. A Bud. redditur Stoliditas, in isto Herodoti loco, in Melpom. pag. 159, mex editionis, οἱ δὲ Γέται, σὺν ἀγνωμοσύνῃ πρατόμενοι, αὐτίκα ἐδουλώθησαν. Item pro ἀπειροσύνη, id est imperitia, vt vult Pollux: sicut eum τῷ ἀπειρίᾳ proximũ synonymum addere ἀγνώμων dictum est.

Ἀγνωμοσύνη, Improbitas, Iniquitas. Dem: Pro corona, πολλαχόθεν μὲν ἔστιν ἰδεῖν τὴν ἀγνωμοσύνην ἐκ τῆς βασιλείας, οὐχ ἥκιστα &c. id est improbitatem, Bud.

interprete. Apud eundem ibidem, τύχης ἀδικωμοσύνη, fortunæ iniquitas.

Ἀδίκωμοσις, mihi videtur aliquando poni pro ipso facto quod ἐξ ἀδικωμοσύνης prouenit: vt sit Factum improbum & iniquum, aut Factum stultum, Quod stultè, sine ratione & iudicio fit. Aristid. Panathenaico, οὐδὲν δὶ ὑπερβὰν ἀδικωμοσύνην ἔτι μείζονα. Vnde & ἀδικωμοσίαις plurali numero apud Plutarchum in Pericle, ἀδικωμότως facta. quum dicit, δύνασθαι φέρειν δῆμον ἐν σπουδῇ ἀρχόντων ἀδικωμοσίας. vbi fortasse Indignitates pati, vertere potuimus ex Liuio. nam Indignitates pati, sonat apud eum, vt opinor, Indignè facta. Latinis autem indignè facta dicuntur nonnunquam. Præter ius & æquum, seu, Improbè & iniquè facta.

Ἀδίκωμα, τῶν, Inficiatio debiti. Pollux. vide paulo pòst in vltima significatione verbi Ἀδικωμοτέω.

Ἀδικωμοτέω, ῶ. F. ήσω. P. ηκα. Ignoranter & imperitè ago, Imperitè versor in re aliqua. Pollux.

Ἀδικωμοτεῖν, Iniquè & improbè agere, inquit Budæus, citans hunc Plutarchi locum in Camillo, τῷ ὁ Κελτὸν ἀεὶ τὸν καθ' ἡμᾶς ἀδικωμοτοῦντα.

Ἀδικωμοτεῖν significat etiã ἀχαριστεῖν, inquit Budæus: sed exemplum nullum proferens. Videntur autem exempla huius significationis apud Demosthenẽ esse. vt Pro corona, ὡς ὧν ἠδικωμοτήκασι εἰς ἡμᾶς. Hic cum præpositione εἰς. at cum ὡς: in alio eiusdem orationis loco, ἡνίκα οὐκ ἀδικωμοτῆσαί τι θαυμαστὸν ἐν ὑμῖν ὡς τοιοῦτ' ἐστί. His enim in locis nullam aptiorem quàm τὸ ἀχαριστεῖν significationem reperio.

Ἀδικωμοτεῖν habet & aliam significationem, quam Bud. Lannotat in Gr. ling. Commentariis. ait enim ἀδικωμοτεῖν esse Fidem bonam agnoscere, Esse bonæ fidei de debitore videlicet dictum. contrà Ἀδικωμοτεῖν esse inficiatoris, quod & ἀποφασίζεσθαι dicitur & ἀποστατεῖν. Libanius, οὐδὲ γὰρ ἂν τοῦτο ὁμολογῶν ἠδικωμότει ὡς: τοῦ ὄντος. Hæc ille. Notandum est autem hic apud Libanium, ἀδικωμοτεῖν absolutè non poni, vt illic apud Plutarchum ἀδικωμοτεῖν. Nec ἀδικωμοτεῖν inficiari debitum significare per se, sed cum adiuncto ὡς: τοῦ ὄντος. vt hoc totum, ἀδικωμοτεῖν ὡς: τοῦ ὄντος, sit Non agnoscere debitum. ad verbum, Iniquè agere circa solutionem. Videtur tamen Iul. Pollux intellexisse ἀδικωμοτεῖν per se id significare. qui ἀδικωμοτοῦντα, ἀποστατοῦντα, item ἀποστάσεις, ἀδικωμοσίαις coniungit, eandem significationem tribuens nomini ἀδικωμότης, & aduerbio ἀδικωμοτικῶς. Vide ἀδικωμοτεῖν & ἀδικωμοτεῖσθαι in significatione hinc accepta, in Coll. Nou. Iustiniani, pag. 65 meæ editionis.

PASS. Ἀδικωμοτοῦμαι, Iniqua patior, interpr. Bud. in hoc Plutar. loco in Antonio, ἰσχυρὰ μανίαν καὶ θεὸς αὐτὸς ἐξωμολόγησε τοῖς ἀδικωμοτουμένοις. Significare dicit & ἀχαριστοῦμαι.

C. Ἀντιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui contrariæ est sententiæ, seu opinionis. Vnde VERB. Ἀντιγνωμονέω, ῶ, Contrariæ sum sententiæ, Contraria sentio, Dissentio, Refragor, apud Xenoph. Illud autem nomen Ἀντιγνώμων nullius autoritate confirmatur. Ex Hesychio addere ei possumus SYNON. Ἐναντιογνώμων. Is enim Ἀγνώμονες exp. ἄβουλοι, item ἀσυγγνῶστοι, & ἐναντιογνώμονες. Cui opponitur apud eundem συμψήφοι, ibidem. addit enim, αἱ αὐταὶ ψῆφοι, σύμψηφοι.

C. Ἀπογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, vide post Γνώμων, vbi & Λιπογνώμων. Dictum autẽ fuit & Ἀγνώμων pro illo Ἀπογνώμων.

C. Αὐτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, q.d. Qui suæ est sententiæ. id est qui suam duntaxat sententiam sequitur. Bud. αὐτογνώμων vertit, Qui ex sui animi sentẽtia iudicat, vel ex sua conscientia. Affertque ex Aristot. Polit. 2, ὅτι δὲ καὶ τῶν κρίσεων εἰσὶ μεγάλων κύριοι οἱ τύχοντες· διὸ τοῦτο οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. Sed quum hic addatur verbum κρίνειν, dicere non possumus αὐτογνώμονας per se significare, Qui ex sui animi sententia iudicant. Ego αὐτογνώμονας κρίνειν satis aptè reddi posse existimem, In iudicando sententiam suam sequi, seu in ferendo iudicio. vel, In iudicando ex sua duntaxat opinione pendere. vel, Ex sua vnius sententia iudicium ferre. Subiungit autem ex eodem libro, ἐν τοῖς μὲν κατὰ γράμματα ἄρχει, ἐν δ' αὐτογνώμοσιν, ὀλιγαρχία.

Cui loco vna ex præcedentibus interpretationibus accommodari queat, aut certè ad exemplum alicuius earum excogitari. Hinc & VERB. Αὐτογνωμονέω, ῶ, quod ille interpr. Ex mei animi sensu & meo arbitratu, non de consilii sententia, facio, vel iudico & decerno: καὶ βουλὰς δίκην γνωμονῶσιν. Xenophon Hellen. libro 7, in Thebanorum oratione, ὑμεῖς δὲ τοσοῦτον πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλήκατε τολμῇ τε καὶ μαλακίᾳ, ὥστε παρ' αὐτοῖς τε τοῖς ἐχθροῖς καὶ παρ' ἑαυτοῖς ὑμᾶς τοῖς κυρίοις αὐτῶν δεῖ λιποψυχῆσαι καὶ αὐτοῖς μὲν, αὐτογνωμονήσαντας ἀπέκτειναι τὸν ἄνδρα.

C. Διχογνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cuius diuersa est sententia, Cuius sententia dissidet ab alius sententia. In v.l. redditur, Ancipiti tractus sententia. Hinc VERB. Διχογνωμονέω, ῶ, Dissentio, Dissideo. B. ex Xenoph. καὶ διχογνωμονοῦντες ἑαυτοῖσιν. Illa autem interpr. (sequendo interpretationem quam dant nomini Διχογνώμων) Duplici sententia distrahor, Dissentio animo.

C. Ἐναντιογνώμων, vide in Ἀντιγνώμων.

C. Εὐγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Æquus & bonus vir, Vir probæ mentis præditus. Est enim εὐγνώμων (inquit Æschines) ὁ τὰ βέλτιστα σωφρόνως. Hæc Bud. qui etiam subiungit ex Aristotele, Ethic. lib. 6, ἣν ἡ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν ἐπιγνώμονας, καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην. ἡ τὸ ἐπιεικὲς ὀρθὴ κρίσις ἐστίν. σημεῖον δέ. τὸ γὰρ ὀπιεικῆ, φαμὲν τὸν συγγνωμονικὸν, ἢ ὀπιεικείς, τὸν ἔχειν δεῖ τινα συγγνώμην. Quo in loco vnus ex recentioribus interpretibus vertit ἐπιγνώμονας, In sententia dicenda moderatos: alter, Bene sentiẽtes. (Atq; vt obiter & NOMINIS Γνώμη vsus hicquoq; obseruetur, pro ἔχειν γνώμην hic habet Sententia præditi: ille, Sententia dicenda valere) at verò nomini ὀπιεικὴς eam interpretationem dat vnus quam Bud. voci ἐπιγνώμων. itidem enim reddit æquum & bonum virum. Prior autem ille interpres vertit virum bonum & moderatum. Ego quidem certè alicubi cum Budæo verterem ἐπιγνώμων Æquus & bonus vir. (quanuis & alia interpretatio posse afferri videatur, paulo aptior, de qua mox dicam) sed hoc in loco videtur ista interpretatio reseruanda fuisse nomini ὀπιεικὴς, præsertim qui vocem illam ἐπιγνώμων examinet Aristoteles subtilius, & ad ipsum etymum reuocet. Cui tamen in eo minimè assentior, quòd ex nominibus συγγνώμων & συγγνωμονικὸς probare vult quæ dicit. Neque enim eadem est illius quæ horum ratio: quum hæc verbi συγγινώσκω naturam (vt ita dicam) accipiant, ceu verbalia. Sed hoc more suo facit Aristot. vt in examinanda vi vocabulorum grammaticam analogiam parum curet. Verùm vt hoc sermone omisso, tandem & meam de interpretatione nominis ἐπιγνώμων sententiam proferam, existimo ἐπιγνώμων melius posse reddi Æquus rerum æstimator, Qui ex æquo & bono res æstimat. Ita enim interpretando habeo nominis etiam γνώμη hoc compositio incluſi rationem: & quidem significationem ei tribuendo illam quam & Aristoteles, quum κρίσιν ὀρθὴν ἔχειν dicit. Sed à Bud. in Lex. ἐπιγνώμων redditur etiam Qui fidem bonam agnoscit, item Candidus. quod tamen aliis potius vocibus Græcis exprimi puto. Xen. τοῖς ἐπιγνώμοσιν opposuisse videtur τοῖς φιλαυτίοις, quum scripsit, χρὴ πειρᾶσθαι τοὺς τῶν φιλαυτίων φεύγειν καὶ τοῖς ἐπιγνώμοσιν διώκειν. In v.l. ex Plut. in Numa, ἐπιγνώμων λόγος, Haud absurda ratio. Cæterùm non tantùm de persona dicitur ἐπιγνώμων, verumetiam de re. Athen. lib. 12, ὁ δὲ Λύκος παῦε ἁβδηλείως καὶ ἐρωτικῶς, λεγόντων τινῶν ὡς ἀγνώμονα εἴη ποιήσας ὁ Ἀλκιβιάδης, Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' ἐπιγνώμονα. ἔχων ἐξουσίαν ἅπαντα λαβεῖν, τὰ ἥμισυ κατέλιπεν. (vbi videri possit deesse particula τὸ post ἔχων. nisi quis malit καὶ τὸ ἔχων &c. Quinetiam articulus ἐς cõmodè præfigeretur participio ἔχων) Quòd si ἀγνώμονα hic reddas Iniqua siue rem iniquam, necesse fuerit ἐπιγνώμονα vicissim interpretari Æqua, siue rem æquam. Sed quomodo dicitur æquum facere qui aufert quæ sua non sunt, etiamsi dimidiam duntaxat partem auferat eorum quæ auferre potuit? In nostro autem sermone Gallico vocem habemus exprimendæ significationi huius vocis valde accõmodatam: videlicet Raison: qua vtrobique apussimè vti possumus. Eo-

dem enim modo ſiquis de quopiã quereẽs quòd abſtulerit quæ ſua non eſſent, dicat, *ἀγνώμονα πάσχεις*, *Il a fait contre droit & raiſon*: reſpõdebitur cõtrà, ab eo qui iocari volet, *Mais au contraire il s'eſt mis à raiſon, car ayant la puiſſance de prendre tout, il n'a pris que la moitié*. Hoc autẽ loquẽdi genus *Se mettre à raiſon*, eſt potius Ex æquo & bono agere, quàm Æqua agere. Hinc ADVERB. *Εὐγνωμόνως*, Ita vt æquus rerum ſis æſtimator, Ita vt æquum & bonum virũ te præbeas, Ita vt ex æquo & bono agas. Has enim periphraſes ad bene exprimendam vim huius aduerbii neceſſarias eſſe puto. Redditur alioqui & aliis modis. Nã Bud. bona fide aliquid facere, ait eſſe *ἀγνωμόνως πράττειν καὶ ὀπτικῶς*. Idémque in Lex. *ἀγνωμοσύνειον* vertit Modeſtius: in iſto Luciani loco, *ἐπεὶ δὲ οὐδὲν εἶχον ἀληθὲς ἰσχυρὸν, ὅτι τὸ ψεῦδος ἐτραπόμην, πολλῷ τοῦ ἄλλου ἀγνωμονέστερον. κἂν γάρ τι ἀληθεύων λέγω, ὅτι ψεύδομαι*. Multò modeſtius quàm alii. nam hoc ſaltem verè dico, quòd mentior. Is certè *ἀγνωμονέστερον* quàm alii facit aliquid, qui *ſe defraudarit meum*. (ſicut paulò antè oſtendi vocabulum *ruſum* interpretationi nominis *ἀγνώμων* optimè conuenire) At Modeſtius non video quomodo exprimendæ huic rei aptum eſſe poſſit: cenſerémq; potius eum *ἀγνωμονέστερον* facere aliquid à Græcis dici quem Latini dicerent maiorem rationem habere eius quod ius & æquum poſtulat. Atque hæc à me lector habeat, dum meliora aut à meipſo aut ab alio proferantur. Aliam apud Lucianum ſignificationem habet iſtud aduerb. vbi dicit *φέρειν ἀγνωμόνως*. Tale enim eſſe videtur quale Latinis Æquo animo ferre. Locus eſt in dialogo Alex. Annib. & Scipionis, *καὶ ἰδιώτου ἐμαυτὸν παρέχον, καὶ καταδικάζοντα ἑαυτὸν ἀγνωμόνως τὸ πρᾶγμα*. Dicam autẽ de hac ſignificatione & in verbo *Εὐγνωμονῶν*. Nunc de NOMINE *Εὐγνωμοσύνη*. quod eſt Æquitas animi & probitas, Bona mens. Itẽ, Virtus ea quæ beneficium & fidem bonam agnoſcit, vt Bud. reddit. Quidam interpr. etiã Æquanimitas, & Candor. (Vtitur Æſchines in Cteſiphontem) At VERBVM *Εὐγνωμονῶ* idem interpr. Fidem bonam agnoſco: hoc in loco Plutar. in Conſol. ad Apoll. *οὐδὲ γὰρ οἱ πραττόμενοι (καθάπερ εἰώθαμεν λέγειν τὰ λάκκας) ἀπαγορεύομεν ἡμᾶς αὐτοὺς, δυσχεραίνοντες ὅτι τῇ δίκῃ δώσουσι, εἰ πᾶν ἀγνωμονοῦσι*, Si quidem ũdem bonam agnoſcant, Si ſint bonæ fidei debitores. (Ego *ἀγνωμονεῖν* eſſe puto aut idem aut proximum ei quod Latini dicunt Ex æquo & bono agere: licet in illo Plutar. loco interpretationem illam non improbem. Inuenitur autem apud eundem ſcriptorem in lib. De Socr. dæmonio, *οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν αὖθις σιδήρου καὶ πυρὸς ἐπιχειροῦμεν τὸ νόσημα παύσειν, ἀγνωμονοῦντες ἂν, οἶμαι, τιμωρεῖν ἢ ἀπηνῶς βιαζόμενοι*. vbi *οὐδὲ γὰρ ἀγνωμονοῦντες* putem reddi poſſe, Haud æquum facias, vel faceres: aut etiam, rem minimè rationi conſentaneã. Senſus enim hic eſt illius loci, Neque enim æquum faceres, opinor, ſi medicum qui abſque ferro & igni ſanaturum ſe morbum polliceretur, ſecare aut vrere cogeres) Idem interpr. etiam Æquo animo eſſe, necnon Tolerare: ſed exemplum nullum affert. Poſſet alioqui referri hæc ſignificatio ad illud *ἀγνωμόνως φέρειν*, de quo paulo antè dictum eſt: aut certè illud huc referri.

*Ἄγνωμον* autem in neutro genere, (ſicut *ἄγνωμον* habuiſti ſuprà) Plut. De def. orac. *ἀλλ' ἴσως τὸ λέγειν ἐκεῖ μὴ παρόντας, οὐκ ἄγνωμον φαίνεται*. quæ Turn. vertit, Sed in abſentes declamare, animi fortaſſe non ingenui nec æqui eſſe videatur.

C. *Ἰδιογνώμων, ονος, ὁ & ἡ*, Qui ſibi propriam & peculiarem ſententiam habet. Bud. quum de hoc compoſito nihil aliud dixiſſet, quàm eſſe fere idem quod *αὐτογνώμων*, aliquanto pòſt apud Ariſtot. *ἰδιογνώμονας* vertit, Qui ex ſuo arbitratu priuatóque ſenſu ſtatuunt. Locus autem eſt hic, Ethic. 7, cap. 9, *εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες, οἱ ἰδιογνώμονες, ἢ οἱ ἀμαθεῖς ἢ ἄγροικοι*. Vbi *ἰδιογνώμονες* vnus ex recentioribus interpret. vertit, Qui præcipuas quaſdam ſibi ſententias in animũ induxerunt: alter, Qui ſuas quaſdam habent ſibi opiniones ac ſententias. Quæ interpretatio magis mihi placet quàm altera, propter vocem præcipuas: quippe quæ nominis illius ſignificationem reſtringere videatur. Vide compoſ. *Ἰσχυρογνώμων* quod proximè ſequitur.

C. *Ἰσχυρογνώμων, ονος, ὁ & ἡ*, Obſtinatus in ſua ſententia, ſiue pertinax. Bud. tamen propoſitum dicere maluit quàm ſententiam: interpretans, Peruicax, tenáxque propoſiti. Sed in loco Ariſtot. *ἰσχυρογνώμονες* reddit ſimpliciter Peruicaces. Quidam interpr. Pertinaces. Dixerat autem Ariſtot. paulo ante locum in *Ἰδιογνώμων* allatum, *ἐνιοὶ δὲ πρὸς αἱ ἁμαρτάνουσι τῇ δόξῃ. εἰσὶ δ' οἱ καλοῦσι ἰσχυρογνώμονας, ὡς δυσπειστοι καὶ οὐκ ἀμαπειστοι*.

HINC EST *Ἰσχυρογνωμοσύνη*, Pertinacia ſeu peruicacia in ſua ſententia. A Bud. redditur Propoſitum tenax & validum. nam hæc Ioſephi, *παρέχεται δὲ καὶ πικρίαν τῆς τῶν Ἰουδαίων ἰσχυρογνωμοσύνης τὴν περὶ τὸν νόμον ἑκάστους*, vertit, Propoſiti tenacis & validi circa legem obſeruandam.

C. *Λεπτογνώμων, ονος, ὁ & ἡ*, Cuius ſubtilis eſt ſententia. In v. l. Subtilis, Acer, Argutus. Puto extare hoc compoſitum apud Ariſtoph.

C. *Μαλακογνώμων, ωνος, ὁ & ἡ*, Qui molli eſt mente ſeu animo, id eſt miti. Vtitur Æſchylus, & quidem in Prom. ſi beñe memini.

C. *Μεγαλογνώμων, ονος, ὁ & ἡ*, Qui magno eſt animo, Qui animo ſeu mente res magnas cõcipit. Redditur etiam Qui eſt animo excelſo. In v. l. ex Xen. in fine Œcon. affertur *μεγαλογνώμονες ἄρχοντες*, de iis qui ingenioſi & prudentes ſunt. Sed non ſatis attentè conſiderata fuerunt illius verba: qui quum dixiſſet *ἀλλ' εἰ καὶ [ἄρχοντες] δύνωνται ἐμπεῖσαι τοῖς στρατιώταις ἀνωλυσπήτους τῷ σώματι καὶ τῷ δόξῃ καὶ πάντες κινδύνου, εὖπες δὴ δίκαιος ἂν εἴης καλεῖν μεγαλογνώμονας*: subiunxit, paucis interiectis, *καὶ μέγας πάντως ἂν εἴης αὐτῷ ὃς ἂν μεγάλα δύνηται γνώμῃ διαφέρεσθαι μᾶλλον ἢ ἡσσᾶσθαι*. Nam hic *μέγας* ponitur pro illo *μεγαλογνώμων*: ad vitandam enim huius compoſiti *μεγαλογνώμων* repetitionem, hoc ſimplici vtitur. Id autem ex eo apparet quòd dicat *μεγάλα τῇ γνώμῃ διαφέρεσθαι*. Niſi forte quis dicere malit quem *μεγαλογνώμονα* vocaſſet, voluiſſe vocare abſolutè *μέγαν*, perinde ac ſi diceret, eũdemũ eſſe *μέγαν* qui eſſet *μεγαλογνώμων*. Verùm vtrolibet modo ſe res habeat, *μεγαλογνώμονα* non poterimus dicere vocari ab illo eum ſimpliciter qui ſit ingenioſus & prudens, ſed qui ingenio ſuo ſeu prudentia ad res magnas gerendas vtatur: ſi tamẽ *γνώμην* ita hîc interpretari debemus.

*Μεγαλογνώμων*, Qui grandibus ſententiis vtitur. vtquidem interpretatur Budæus, afferens Philoſtrati locum in epiſtola ad Iuliam Auguſtam (hæc enim reponenda pro Iulium Auguſtum) vbi de Gorgia loquens, ſcribit, *Κρίτιας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγροῖται τὸ μεγαλόγνωμον καὶ τὸ ἐρρωμένον περὶ αὐτῷ κεκτημένοι μιμησιωνται δὲ αὐτοὺς τὸ εἰκῆ, ὁ μὲν, ὑπ' ἀγλωσσίας, ὁ δ' αὖ, ὑπὸ ῥώμης*. Verùm hoc exemplum non vſquequaque conuenit: quum non dicatur hîc à Philoſtrato aliquis *μεγαλογνώμων*, ſed ſubſtantiuè *τὸ μεγαλόγνωμον*, pro *ἡ μεγαλογνωμοσύνη*, id eſt Granditas ſententiarum, vt Cic. dixit granditatem verborum. Obſeruandus eſt porro iſte vſus nominis *γνώμη* in hoc compoſito, qui haud facilè in aliis reperiatur.

*Μεγαλογνωμοσύνη, ης, ἡ*, Magnitudo animi, Magnus animus. Aut certè, Animus magna cogitans, ſiue gerendis rebus magnis deditus: reſpiciendo ad ea quæ Xenophõ de voce *μεγαλογνώμων* tradit. Alioqui eadem prorſus interpretatio videri poſſet huic nomini *μεγαλογνωμοσύνη* conuenire quæ & *τῇ μεγαλόψυχα*: ſicut *τῇ μεγαλογνώμων* eadem quæ *τῇ μεγαλόψυχος*.

C. *Ὁμογνώμων, ονος, ὁ & ἡ*, Qui eiuſdem eſt ſententiæ. Vnde VERB. *Ὁμογνωμονέω, ῶ*, Eiuſdem ſum ſententiæ, Idem ſentio, Conſentio, Aſſentior. Nec dicitur ſolùm *ὁμογνωμονεῖσθαι*, ſed interdum & cum accuſatiuo: vt *ὁμογνωμονεῖσθαι καὶ τοῦτο* apud Xenoph. Hoc quoque tibi aſſentior: vel potius, de hoc quoque. Alioqui dicitur etiam *ὁμογνωμονεῖσθαι περὶ τούτου*. vt legimus apud Ariſtot. Ethic. lib. 9, *οἱ δὲ περὶ ὁτουοῦν ὁμογνωμονοῦντες ὁμονοεῖν φασίν, οἷς περὶ τὴν οὐσίαν. οὐ γὰρ φιλικὸν τὸ περὶ τούτου ὁμονοεῖν*. (vbi obiter obſerua etiam, licet VERB. *Ὁμονοῶ* interdum ponatur pro *ὁμογνωμονῶ*, vt hîc

αὐτὸ τοῦτον ὁμονοεῖν: propriè tamen latius patere: vt patet etiam ex proximè sequentibus, ἀνὰ πᾶν πόλις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιροῦνται, καὶ πράττωσιν, τὰ κοινῇ δόξαντα. At verò ὁμογνωμονεῖν ἑαυτῷ dicitur aliquis ab eodem pro Constare sibi: cui opponitur is qui secum dissidet ipse, vt loquitur Flaccus. id est ἑαυτῷ διαφέρεται. Cic. quoque dicit A seipso dissidere, secumque discordare. Locus Aristot. est Ethic. 9, ἔοικε γὰρ (καθάπερ εἴρηται) μάτηρ εἶναι φιλία τῇ πολιτικῇ· καὶ ὁ νομοθέτης τοῦτ' ἐθέλει. οὗτος γὰρ ὁμογνωμονεῖν ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζεται καὶ πᾶσαν τὴν ψυχήν.

Πολυγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Qui est multi consilii. Hoc enim significare videtur γνώμη in hoc composito, potius quam id quod in præcedentibus. Vulgo tamen ex Platone affertur, tanquam pro multum perito seu multarum rerum perito: quippe qui ei opponat ἀγνώμονα pro imperito. Tunc certè γνώμη alium vsum habebit quàm in vllo præcedentium: vel aliam huius compositi quàm illorum esse formationem dicendum erit. Platonis autem locus est hic in Symposio, πολυνικοι γάρ σοι γνώσθωσαν αὐτοὶ διδάσκαλοι, πολυγνώμονες τῇ δοξούσῃ, ἀγνώμονες ὡς ὅτι τὸ πᾶν ἔστιν, ἢ χαλεποὶ ξυνεῖναι, δοξάσοντες μανίαις αὑτοὺς σοφῶν.

Γνωμίδιον, ν, τὸ, Sententiola: vt vertit Bud. in hoc Equitum Aristoph. loco. Ἢν γὰρ μαθωσιν, ταῦτα ταυτὶ καταπάσσω βουλευμάτων καὶ γνωμιδίων καὶ νοῆσαι. Redditur etiam Ranuncula, afferturque & ex aliis eiusdem comici locis.

Γνώμων, ονος, ὁ vel ἡ, Cognitor, seu Cognitrix, Index. Xen. Apomn. lib. 1, πῆς δ' οὐκ ἂν αἴσθοιτο ἐν γλυκέσιν ἢ πικροῖς, εἰ μὴ γλώττῃ γε ταῦτα γνώμων ἐπιγένοιτο; Vbi non verear reddere etiam Diiudicatrix, aut Exploratrix. Itidémque apud Plut. in lib. De prud. anim. ἀλλὰ τοιοῦτον γνώμονα τῆς τῶ παιδὸς φύσεως, verterim γνώμονα, exploratorem. Quibus in locis γνώμων genitiuum additum habet: sed affertur & γνώμων sine hac adiectione, ex Sophocle, pro σώφρων, id est Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνήσιοι, quasi accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, vt ann. Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, in hoc Lysiæ loco, pag. 109, γνώμονας πέμψαντες καθ' ἕκαστα σκεψομένους.

Γνώμων, (interdum addito genitiuo ὡρολογίου. vt in hoc Plutarchi loco, in Plat. quæst. καὶ γὰρ εἰ τὴν ὁμολογίαν γνώμονες, οὐ συμμαθηταί μόνοι τῆς σκιᾶς, ἀλλὰ ἴσασιν, ὅργανα χρήσιμα καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τὴν γῆς τὸ ὀπτικὸν θεώμενοι τὸν ἥλιον) Stylus horas indicans, Solis vmbilicus, cuius vmbra internoscuntur horæ: quem Latini Græco nomine gnomonem vocant. Ita v. l. ex Plinio, scribente lib. 2, Solis itaque vmbilici (quem gnomonē appellant) vmbra in Ægypto &c. In iisdem exponitur etiam, Veruculum quod stans in medio amutio collocatur ad vmbras indagandas. Vnde & σκιαθήρας dicitur. Vitruu. lib. 1, cap. 6, Collocetur æneus gnomon, indagator vmbræ, qui Græcè σκιαθήρας dicitur. Huius antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis vmbra, & puncto signanda. Deinde &c. Additur ex eodem, γνώμονα esse etiam totam illam machinulam qua vtimur in designandis & metandis vrbium vtis, ad auertendam eis vim ventorum molestam. eiusque fieri mentionem & à Plinio, lib. 18, cap. 34. Est verò & Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. Γνώμων (inquit Bud.) rectè redditum est Norma à Laurētio apud Herodotum. Est enim norma Latinè (quemadmodū Græcè γνώμων) pars & geometrici & architectonici instrumenti: qua norma vt recti anguli à geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, id est rectis angulis exactæ, ab architectis & fabris deprehenduntur. Vulgo quadra vocatur, id est squierra: vt καινὸν id quod regula Latinè dicitur. Luc. ἐπιτίθει γὰρ τὸν κανόνα τῷ καὶ γνώμονα τῷ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem & gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. Item, ὁ γνώμων, φασί, καὶ ὁ ὄρθιος κανὼν τῆς ζυγοστάτου.

Γνώμων, Dens pullinus, quòd sit ætatis in iumentis index. ὁ ὀπτικὸν ὀδούς, τὸν πλησίον τῶν γομφίων, inquit Pollux. Frequentius tamen plur. num. γνώμονες, quod & apud Xenoph. extat, de equis. Hinc ἀγνώμονες & λειπογνώμονες equi dicuntur annosi, aut certe nō amplius iuuenes, vtpote qui γνώμονας amiserint. Quibus opponuntur ἄδοντες, qui eos nondum amiserunt. q.d. qui eos non eiecerunt. Sed equus dicitur quidem Ἀγνώμων (de qua significatione huius vocabuli simulque de cæteris quas à nomine γνώμη accipit, dictum & suprà fuit) quasi Non habens gnomones, Carens dentibus qui gnomones appellantur: AT VERO Λειπογνώμων sonat. q.d. Quē deficiunt gnomones, Destitutus dentibus qui gnomones dicūtur. Ita enim malo quàm, Qui reliquit gnomones. Vtrunq; autē apud Pollucē leguur coniungentem, πλησίον ὀπτῆρος, & γνησιώτης & ἀγνώμονες, λειπογνώμονες. Sed Germanica editio habet γνησιώτης, ἀγνώμονες, λειπογνώμονες, sine σ. errore forsitan nato ex quadam notula, quæ quum nihil aliud valeat quàm ς, existimata fuit valere ες. Vtut sit, errorem illum sequentia, vel potius ex eo occasionem alius sumentia vulg. lex. annotant in voce Λειπογνώμων, dentes illos de quibus dictum est, γνώμονα plurali numero dici. Atque vt ad Pollucem redeā, idem λειπογνώμονα vsurpari vult & παρὰ Δημοσ. Ita enim scribit, τὸν ὑπὲρ τὴν ὀπτῆρα ὀδόντα, ὅταν μὲν ἀμβλὺν, ἤδη ἀφίησιν. ὅταν δὲ ὀπτὴρ ἀφῇ (ὃς καὶ ἀφίλιππος ἐκαλεῖτο παρὰ τοῖς παισὶ) ὅταν λειπογνώμονα. His porro compositis est addendum COMPOS. Ἀπογνώμων, eiusdem fignificationis, sed mihi sanè suspectum. Quum enim apud Suidam in Ἀζολόπωρ legamus, καὶ ἀπογνώμονας, τοὺς ἀπογηρακότας, & his verbis subiungatur, ὡς ἐλλείποντι τῷ γνωσόμενοι suspicor enim λειπογνώμονας non ἀπογνώμονας scriptum reliquisse. vel (quod mihi magis fit verisimile) eum post ἀπογνώμονας addidisse λειπογνώμονας dicendum est. De hoc certe cōpositro ne dubitemus facit Hesychius, (præterquam quòd præpositio κατὰ in nonnullis aliis nominibus officio α στερητικοῦ fungitur) apud quem legitur, ἀπογνώμων, ἀπροβούλευτος παίστας τοὺς ὀδόντας, καὶ μὴ ἔχων δι' οὗ γνώσεται.

Γνωμονικὸς, οὐ, ὁ, Peritus, Sciens, Doctus, vt reddit Bud. asserens ex Xenoph. Apomnem. lib. 4, ἀλλὰ μὴν ἀρχιτέκτων βούλει γε εἶναι, γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο ἐστί. Videtur alioqui γνωμονικὸς aliam potius ἀπὸ τοῦ γνώμονος significationem accipere: velut quum idem in Annot. γνωμονικὴν esse scribit partem astrologiæ quæ solariorum discriminatis vmbris horas gnomone pernotat. (Afferuntur enim ista ex eius Annot. vbi alioqui & hæc verba inuenio, Gnomon pro vmbilico solis: à quo ars γνωμονικὴ dicta, quæ solariorum rationem perquirit. Et aliquot paginis antè, Solarium autem præter alia significata, locum significat in quo horæ ad solem denotantur, veruto vmbram faciente, vel pinnula. cuius rei inuentionem & rationem γνωμονικοὶ profitentur) Vitr. autem lib. 1, cap. 3, architecturæ partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ (inquit) sunt tres, ædificatio, gnomonice, machinatio.

C. ΑΝΑγνώσκω, Agnosco. ἀναγνωρίζω. Aristoph. in Ranis, οὐδέπω με θεσπιδέας, ὅπου κρότους εἶχες, ἀνάγνωθί σ' ἔτι, Latini particula Re compositis verbis addi solita secus vtuntur in verbo Recognosco: (quum alioqui in multis hæc Græcæ propositioni respondeat) nostri autem Galli in illo ipso verbo hunc vsum et particulæ tribuunt, quum dicunt Reconnoistre pro Agnoscere.

Ἀναγνώσκω pro διαγνώσκω, Dignosco, Internosco. Cuius significationis (quam tarissimam alioqui existimo) exemplum extat apud Herodianum, lib. 7, εἰ τὰ βάζοι ἑκάτερα. ἐκεῖνο δὲ σύμβολον εἰς τὸ ἀναγνῶναι τοὺς βασιλικοὺς, ἀπὸ τῆς ἰδιωτικῆς.

Ἀναγνώνω, pro simplici γνώνω. vt in hoc hemistichio Il. τ, — μᾶλλον δέ κ' αὐτὸς αἰτήσω pro ἴσω, inquit Eustathius: vel ἤδειν, ἐπανειλήφαμεν δηλαδὴ τὸ καλεδ. καὶ ἐπίρρωσο δὲ ἔκκ.

Ἀναγνώνω, Suadeo, item Persuadeo. Sed hunc verbi istius vsum Ionicum esse puto, vtpote quem apud Herodotum frequenter repererim, apud cæteros scriptores legere me non meminerim. (licet ex Antiphonte quoque & Isæo afferatur, vt paulo pòst docebo) Eustathius quoque Ionibus adscribendum putauit, quippe qui hæc tradiderit, τὸ δὲ ἀείγω ἴωνες μὴ καὶ ὅτι ποιοῦσι πλάσαι,

πίεσαν, ὡς δηλοῖ καὶ Ἡσύχιος ὁ τὰ, Διαγιώσκειν βασιλέα πραπίδας. Ἢ παρὰ διαπείθειν. Habes autem hunc locum pag. 246 meæ editionis: cui præfixa sunt cum de aliis Ionicis vocabulis, tum de isto quædam, quæ vide. Hoc certè constat, quemadmodum πείθω est vel simpliciter Suadeo, vel Persuadeo, ita etiam διαγινώσκω vtrunque vsum habere. Nam in loco illo, διαγινώσκειν βασιλέα πραπίδας, est potius Suades. tum enim suadebat quod postea tandem persuasit. At pag. 172, circa finem, ἐδόθη δὲ σπίας ἐπὶ παραιτήσασθαι ὑφὸ Λιβύων ὡς ἀμείνονα χώρον ἄξουσι, διαγνῶναι τοὺς πολίτας, non est simpliciter Suaserunt, sed Persuaserunt. Eodémque modo, quum dicit διαγνῶναι Πυθίαν λέγειν, est Persuasit, non simpliciter Suasit. Vbi redditur etiam, Pythiam corrupit ad dicendum. Sed si verbo hoc vti vellem, dicerem potius, Pythiam corrumpens, et persuasit. Itidem διαγνωσθεὶς χρήματα redditur apud eundem, Corruptus pecuniis. Sed & Hesych. διαγνῶ αἰ exp. διαπεῖσαι. Suidas itidem, postquam διάγνωσις exposuit διαγνῶσις, necnon διάπεισις, addit, καὶ διαγνῶσαι ταῦρόν φησιν, ὅτι τὸ διαπεῖσαι. Sed ratio quam subiungit, planè aliena est, meo quidem iudicio. Addit enim, ἐπὶ γὰρ διαγνώσεσιν, τὸ γνῶναι δηλονότι. Illud quoque non probo, vsum hunc verbi διαγνῶσαι, oratorium esse dici. Quanuis enim Harpocration scribat, (nam eò respexisse Suidam suspicor) Διαγνωσόμενος, ἀντὶ τοῦ διαπεισθησόμενος, Ἀνταῖος, Γοργίας, Ἡρόδοτος ἐν τεσσάρσι, non ob duos oratores istos (si verum est eos ita esse vsos) oratorius debet censeri hic verbi istius vsus: sed potius ex Ionicæ linguæ consuetudine mutuatos eum esse dixerim: sicut γνωσιαχεῖν, quod Ionum proprium est, ab iis quoq; qui Attica lingua vterentur, vsurpatum fuisse constat. Sed multo magis mirum videri possit quod apud Erotianum pariter & Galenum legitur: nimirum διαγνῶναι esse ματαπεῖσαι, ματαδιδάξαι, apud Hippocratem. Quum enim hunc scriptorem eadem qua Herodotum lingua vti sciamus, qui fieri dicemus vt alium & quidem tam diuersum vsum huic verbo, vel potius præpositioni hoc in verbo tribuat? Neque tamen video quid aliud statui hac de re possit (si quidem Erotiano & Galeno fidem derogandam non esse censeamus) quam verbum γνῶναι hoc in composito esse quidem itidem πείθειν apud vtrunque: sed in præpositione eos variare, quum vni quidem præpositio διὰ velut superuacanea fit, eodem modo quo διαπείθειν non aliud est quam πείθειν: alteri autem διὰ in hoc cõposito idem significet quod μετὰ in μεταπείθειν.

Διαγινώσκω, Lego. (ea significatione qua dicitur legere librum) Xen. in Symp. τό, τι δοκεῖ σοι ἄμα πορεύεσθαι ἀναγνώσεσθαι χάριεν τι ἢ διαγινώσεσθαι, θαῦμα ὡς ἴσως τι δόξει.

Διαγιγνώσκομαι, Agnoscor, sequendo vsum illum quem habet διαγινώσκω apud Aristophanem. Eam autem significationem sequendo quam obtinet in illo Herodiani loco, esset Dignoscor, Internoscor. ‖Item Persuadeor. vnde διαγνωσθείσαν exponit Suidas διαπεισθεῖσαν, vt dictum modò fuit. Sic etiam participium διαγνωσθεὶς vsurpatur hoc in loco, qui citatur à Suida. (est autem Herodoti, si bene memini) ἢ δὲ διαγνωσθεὶς ὑπὸ τῶν γυναικῶν, ἤρχε οὐκ ὀπίσω ἐμηχανᾶτο ὅτι τὸν ἄνδρα. Sunt qui διαγνωσθεὶς χρήματα vertant Corruptus pecunia: vt & διαγινώσαι corrumpere interpretantur: de qua interpretatione paulo antè dictum à me fuit. ‖Διαγινώσκεσθαι etiam dicuntur quæ sunt scripta, id est legi. Plut. in Public. διαγνωσθῆναι τὰ γράμματα, Literæ fuerunt lectæ, non (vt in v. l. habetur) apertæ sunt.

Διαγνωστέον, aduerb. positionis, Legendũ est. Legere oportet. vnde Διαγνωστέος, veluti gerũdiuum apud Latinos, Legendus. Athen. l. 11, ἀλλ' οὐδὲ τῷ δεῖπνον διαγνωστέον.

Διάγνωσμα, ατος, τὸ, Agnotio, διάγνωσις. Item Lectio, id est Quod legitur. sicur ἄκουσμα Auditio, id est Quod auditur. Synesius. οὐδὲ αἱ αἰτίαι ἦσαν διάγνωσμα ἡμῖν τῶν Πυλαγόρου χαμαιτυπῶν. A Budæo διάγνωσμα exponitur Lectio, item Recitatio, ex Basilio.

Διάγνωσις, Agnotio. ‖Item Lectio, id est Ipsa legendi actio. Plut. De præc. san. ὅταν δὲ αἰσώπου πρὸς γυμνασίου ὄντι, τῶν μὲν ἐξ ἀγορᾶς διάγνωσις. ‖Item Persuasio. διάπεισις, vt Suidas ex Herodoto.

Διαγνώστης, ου, ὁ, Lector. Cuius est munus legere alicui scriptum quodlibet. vt τὸ διαγνώστου τῷ Καισαρείας, apud Plutarchum in Alexandro. Cicero vocem Græcam tanquam Latinam vsurpauit, scribens ad Atticum 1, Puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Reperitur etiam scriptum διαγνωστὴς accentu in vltima, sed malè. Hinc BICOMP. Φιλαναγνώστης, Cupidus legendi, seu Studiosus legendi. Itidemq; VERBVM Φιλαναγνωστῶ, Cupidum esse legendi, Libenter lectitare, ex Diodoro Siculo.

Διαγνωστικός, ὴ, ὸν, Ad legendum aptus, vt quidem exponitur in vulg. lex. Ibidem est etiam NOMEN Διαγνωστικόν, quod interpr. Lectorium, quæ vox minimè Latina est. Videtur autem nomen illud locum in quo legitur significare.

Μεταδιαγινώσκω, De sententia deduco. Vnde pass. Μεταδιαγινώσκομαι: ex quo μαπτὴν ᾠδὴν apud Sophoclem, de quo multa infrà in verbo Μεταγιγνώσκω: quoniam ibi μαπτὴν ᾠδὴν etiam legitur.

Παραδιαγινώσκω, q.d. Iuxtà lego. Aut, Ex aduerso & altrinsecus lego. vt apud Demosthenem, quum duæ leges à duobus leguntur, vt fiat contentio legum & παράταξις ἐκ τῶν ἐναντίων, veluti in oratione aduersus Timocratem, καὶ νόμον εἰσηγεῖσθαι ἄπασιν ἐναντίον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, κατὰ τοῦτον εἰσηγεῖται, οὐ λύσας, οὐ δοὺς αὖ λόγον, οὐκ ἀναπεισας οὐδὲν τῶν προσηκόντων. Alibi, παραναγνῶθι, Lege alteram legem vicissim. Æschines, ἐπιμνησθεὶς αὐτοῦ τοῦ σταδίου λαβεῖν, καὶ ὡς νόμος ἐστὶ παραναγνῶναι τοῦτο.

ΑΠΟγιγνώσκω, Non agnosco, Abnuo, οὐκ ἀποδέχομαι, οὐ προσήκομαι. Synes. καὶ ὁ Διονύσιος γέγραπται ἑαυτὸν ἀγνώστως, καταγελάσας τινὸς τῆς φύσεως, καὶ ἀπογιγνώσκω εἰς ἥρωας οἰκειότητα, id est, Naturam humanam ipse damno inopiæ, nec istam agnosco heroicam cognationem. Quod ideo dicit quia cum Proteo comparatus fuerat. Hæc Bud. Videtur autẽ sic accipi ἀπογιγνώσκω & in hoc Plut. loco, vbi eandem quoque habet constructionem: in Romulo, ἀπογιγνῶναι τὴν θεότητα τῆς ἀρετῆς αἴσιον. Sed & cum genitiuo iungitur pro οὐ προσήκομαι, seu ἀποδοκιμάζω, Improbo: vt docet idem Bud. hunc locum Synesii citans, ex epistola ad Troilũ, ὅταν σοῦ δεῖς ἀπογιγνώσκειν προσηκόντως τῶν ἐκκλησιῶν τοῖς νόμοις. i. Iam primùm isti ab hac sorte reiiciendi. Suidas quoque ait ἀπογιγνώσεως genitiuo iũgi apud Demosth. pro ἀποδοκιμάσεως. Est autẽ ἀποδοκιμάζω, Repudio, Reiicio. Eandem significationem habere quidã volunt & in hoc eiusdẽ Demosth. loco aduersus Androtionẽ, ἐὰν μὲν ἀπογιγνῶσκῃ ἢ χαρίζῃ ταύτῃ. vt sit pro Si accusationem hanc reiecerit, rationibus videlicet.

Ἀπογιγνώσκω, pro ἴσως καὶ τὸ μὴ ποιῶν, hoc est, Statui vel statuo hoc non esse faciendũ. Plut. Οὐ πίστεις δὲ Πάρθοις μᾶλλον ἢ τοῖς πρὸ αὐτῶν διαλύειν ἀπογιγνώσκω, φόβον Ἀντωνίου δείσας. Hæc Bud. Sic autẽ cum infin. ponitur & eadẽ, vt opinor, significat verbum ἀπογιγνώσκω, in hoc loco Demosth. ἀπογιγνώσκω βοηθεῖν, Censuit nõ esse ferendũ auxiliũ. & in hoc Plut. in Theseo, ἀπογιγνώσκω πλεῖν. i. Statuit non esse nauigãdum. Quod vulgò exp. Nauigare se pernegauit. Inuenitur itidem cum innn. pro Despero, vt paulo pòst dicetur.

Ἀπογινώσκω, Absoluo. Bud. postquam citauit illum Plutarchi locum vbi ἀπογιγνώσκω ponitur pro Statuit non facere, vel non esse faciendum: subiungit, Simile est ἀπογιγνώσκειν pro Absoluere, hoc est iudicare non esse crimen perpetratum. Demosthenes aduersus Androtionem, ἐμοὶ μὲν ἀπογιγνώσκει, ὅτι τοῖς λόγοις τὸ βουλόμενον ἴσχει. Quo sensu ἀπογιγνώσκω & καταγιγνώσκω inter se opponuntur. Æsch. aduersus Ctesiphontem, μὴν ἀπογνῶτε μηδέν, μήτε καταγνόντες, φοβοῦ ἀκούσας. Sic apud Demosthenem iudices ἀπογνώστης & καταγνώστης inter se opponuntur: item ἀπογινώσκουσαι φυλαί, & καταγινώσκουσαι. Cæterùm varia est huius verbi in hac significatione constructio. iungitur enim & accusatiuo & genitiuo: interdum vtrique simul. Demosthenes, καὶ τοῖς βουλομένοις ἀνδρῶν οὐ καλῶς ἔχει ταύτῃ ἀπογιγνώσκειν τῇ ἐνδείξει. quem locũ affert Budæus, vbi agit de ἀποδιαιτῶ & καταδιαιτῶ quibus iungit ἀπογιγνώσκω & καταγινώσκω. Videtur tamen eadem forma dictum ἀπογιγνώσκειν τῇ ἐνδείξει quia ἀπογνῶναι τῇ γραφῇ in loco eiusdem paulo antè citato. vt vtrobique significet Absoluere ab accusatione.

ne,vel reiicere accuſationem. Cæterùm in his exemplis eſt ἀπογινώσκειν iunctum accuſatiuo rei: at quum dicitur ἀπογινώσκειν τινὰ τῆ ἐγκλήματος,(id eſt Abſoluere aliquem à crimine) iungitur accuſatiuo quidem perſonæ,genitiuo autem rei. (Cui tamen cõſtructioni planè contraria eſt iſta verbi ſynonymi ἀποδιαιτᾶν, apud Demoſthenem, εἴ φασιν ἀδίκως ἀποδιαιτῆσαί μου τὰς δίκας τὸν διαιτητὴν, id eſt, Abſoluiſſe me controuerſiis) Certè Iulius Pollux genitiuo perſonæ iungit,in hac ſignificatione,libro 8, vbi ait ὅτι τῆ κοινωνίου νικήσαντος hæc dici,ἀπέφυγεν,ἀφείθη,ἀπήγετο αὐτῆ τὸ δικαστήριον,ἀπολῆξαι,ἀφῆκεν. Sic apud Gregorium, ἵνα σὺ μαθὼν σεαυτὸν ῥᾳδίως μὴ ἀπογινώσκειν. Lyſias autem dixit ἀπογινώσκειν τινὸς μὴ ἀδικεῖν, pro ἀπογινώσκειν τινὸς τὸ ἀδίκημα. vbi ſcribit,ἐμοῦ πίνων οἱ νόμοι ἀπηγωνίσαντο μὴ ἀδικεῖν. id eſt, Abſoluũt me leges hoc crimine, & inſontem iudicant,vt vertit Budæus.

Ἀπογινώσκω,Renuntio,Valere iubeo, Salutem vltimam dico. Syneſius, ἀπειπαμένῳ γὰρ πάνυ ἱππασίαν ἀπογνωσίου ὄφι ἢ τὰ παιδία. Sic & in tabula Cebetis Thebani, ἀπογινώσκειν τὴν ψευδοπαιδείας. Eſt autem hæc ſignificatio affinis ei qua pro Reiicio ſeu Repudio vſurpatur.nam valedicimus iis quæ reiicimus.

Ἀπογινώσκω,Deſpero. quæ ſignificatio omnium frequentiſſima eſt. Conſtructiones autem habet in ea diuerſas,ſed præcipuè cum genitiuo conſtruitur.Demoſthenes,ἀπογνώναι ἑαυτῶν. Nazianzenus, ἀπογινώσκω ἐμαυτοῦ,Deſpero de meipſo.Plutarch.in Fabio,πέπρακε εἰς τὸν οὐρανὸν ὥρας αἱ αφίρει τὸν σφαῖραν, ὡς γῆς ἀπογνούς. Idem in Alcibiade,φθονοῦμεν δὲ τοῖς ἐχθροῖς,καὶ παντάπασι τῆς παιδείας ἀπογνωκόσι. Syneſius, πιθοῦς ἀπογνώσεσθαι, αἰσχύνῃ ἤδη συνοῦσιν ἡμῖν, Quum deſperaremus ei poſſe perſuadere. Diodorus Siculus de Alexandro loquens, ἐπειδὴ τῶ ζῆν ἀπέγνω. Interdum cum futuro infinitiui, præcedente τῶ,vt in hoc Xenophontis loco,αἰσθόμενοι, ἔδοξε καὶ Κύρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπογνῶναι τῶ μαχεῖσθαι. Nonnunquam'& ſine genitiuo τῶ iungitur infinitiuo. vt apud Plutarchum, ἀπέγνωκαν ἁλίσκεσθαι τοῖς πολεμίοις,Deſperabat fieri poſſe vt &c. Simile eſt ἀπογινώσκω ἀκούσεσθαι, Deſpero futurũ vt audiã. Affertur verò ex Ariſtide præfixa particula μὴ, hoc loco, ἀπέγνω μὴ διαβαίνειν, pro Deſperauit de tranſitu, vel de tranſeundo. Niſi fortè interpretandum ſit potius, Statuit non eſſe tranſeundũ. Lyſias quidem certè iunxit & ipſe infinitiuo, præfixa hac particula, ſed alio ſenſu: quum dixit, ἐμοῦ πίνων οἱ νόμοι ἀπηγωνίσαντο μὴ ἀδικεῖν.quem locum expoſui quum agerem de ἀπογινώσκω ſignificante Abſoluo. Porro ἀπογινώσκω declarans Deſpero, iungitur etiam accuſatiuo. Ariſtoteles Ethic.lib.3,cap.6, οἱ μὲν γὰρ ἀπογνόντες τὸν σωτῆρα, καὶ τὸν θάνατον τὸν ἑαυτῶν δυσχεραίνουσιν. Plutarchus in Fabio, τὸν πόλιν οὐκ ἀπέγνω μετὰ δυστυχίας τηλικαύτης. Idem in Publicola, οὐκ εὐελπίστως ἀπογνοὺς τῆς ἀρχῆς ἀπέλιπε,Quum deſperare cœpiſſet de recuperãdo imperio. Vulgò tamen exponitur, Fruſtratus ſpe recuperandi imperii. Demoſthenes autem dixit ἀπογινώσκω τι,paulo alio ſenſu, videlicet pro Spem nullam in re habeo. nam in epiſtola περὶ τῆς ἰδίας καθόδου ita ſcribit, οὐ γὰρ ἀπογινώσκω ὑμᾶς, οὐδ' ὑπολαμβάνω βλάπτειν οὐδαμῶς,ſperans. Plutarchus ἀπογνώτας vocauit ſine adiunctione, homines quos vocamus *deſperez*:quod ſonat deſperatos. id eſt,quos deſperatio ad perditã quãdam audaciã impellit:in Alexandro,ὅπου συνίζη κινδυνεύειν ἢ πεῖσαι τοὺς αὐθρώπους ἀπογνώτας καὶ μαχίμους συμπαραλαβόντα.

PASS. Ἀπογινώσκομαι Deſperor:ſi vti liceret pro Deſperatur de me. Plut. in Galba, Οἱ Νέρωνος ἀπηγνωσμένα πάντα, Res Neronis prorſus deſperatæ erant. i.in deſperationem adductæ. Vſurpatur frequenter participium præteriti temporis. vt quum ægrotus dicitur ἀπηγνωσμένος,Deſperatus,Conclamatus,Deploratus,apud Lucianum. Et ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπηγνωσμένος, Plutarcho in Pericle, A medicis deſperatus. Id eſt, De cuius ſalute medici ſpem omnem abiecerunt.Inuenitur etiam ἀπεγνωσμένη πρᾶξις pro deſperato incepto. id eſt,vecordi ac præcipiti,ſeu veſano. vt docet Budæus, citans hunc locum Herodiani, μὴ προχωρούσης γὰρ τῆς λεωφορούσης ὀπίσω τοὺς ἡνιόχους, αἰσχύνῃ ἠνέσατο τῶ κινδυνεύειν καὶ ἀπεγνωσμένῳ. Gallicè diceremus, Vn acte d'vn homme deſeſperé. Huc pertinet ſuprà,ἄνθρωπος ἀπηγνωσμένος, genus deſeſperatæ.

Ἀπεγνωσμένως, Aduerb.Deſperatè,Per deſperationem.ἀπεγνωσμένως ἔχειν, In deſperationem adductum eſſe, Spem omnem abiicere, Nihil ſpei reliquum habere, Animũ deſpondere.

Ἀπόγνωσις,εως,ἡ,Deſperatio.οἱ ἀπογνώσει ληφθέντες, In deſperationem adducti, vel Ad deſperationem redacti. Interdum genitiuo addito dicitur εἰς ἀπόγνωσιν πάντων ληφθέντες, Quum res omnes in deſperationem adductæ eſſent. Dicitur & ἀπόγνωσις τῶν πραγμάτων,Deſperatio rerum, id eſt Status rerum deſperatus & deploratus, Res deſperatæ.

Ἀπογνώστης, ου,ὁ, ſequendo Heſychium,eſt αἰτίλαπτος: ſicut & ἀπόγνωσις exponit αἰτιλαπτία. Videtur autem αἰτίλαπτος in actiua ſignificatione accipere. vt ſit ἀπογνώστης quaſi Deſperator,id eſt Qui deſperat vel Qui deſperare ſolet.

Ἀπόγνωσια,ας,ἡ, Idem quod proximè præcedens ἀπόγνωσις, ſed non ita regulariter formatum ab ἀπογινώσκω, quin potius eandem formationẽ habens quam ἀγνωσία.Thuc. lib.3. καὶ τὰ πλεῖστα ἁμαρτήσαντες, ὅπως ἀπόγνωσια ἦ τῶ ἄλλῳ ἢ κράτει τῆς γῆς. id eſt ἀπόγνωσις,inquit ſcholiaſtes.Sic μετάγνωσια pro μετάγνωσις habebis infrà.

Διαγινώσκω,Dignoſco,Internoſco,Diiudico,Diſcerno. Hom. Il.ψ, — αὐτὰρ ἐπὶπᾶσι Θρῄκα Πατρόκλειο Μενοιτιάδαο λίζεσθον, Εὖ διαγινώσκοντες, ἀριφραδέα δὲ πέσκετον. Apud eundem in eodem libro legitur hoc verbum, & quidẽ cum eodem aduerbio: Ἀλλὰ ἴδεσθε καὶ ὑμεῖς αἰχμητάων. οὐ γὰρ ἐγώγε Εὖ διαγινώσκω· δοκέει δέ μοι ἔμμεναι αἰνὰ Λύκιοι ἠμὲν ὀιστοπόλοι. Ariſtoph. Pluto, — ὁ δέ μ' ἐποίησεν τυφλὸν, ἵνα μὴ διαγιγνώσκοιμι τοὺς πονηρούς. Idem dixit διαγιγνώσκειν τὸ δίκαιον. Plutarch.in Alcibiade, αὐλοῖς δὲ φυσῶντες αἰσθητὸν σῶμα καὶ ζῶν σωθῆναι δι' αὐτοῦ μόνως διαγνῶναι τὸ προσῆκον. Sic & apud Lucianum, οὐ διαγνοίην ἄν, diſcernere nequeam.Legimus apud eundem, ἀδηλον ἔτι ἡμῖν εἰ ὁ ἀπογνώμων οὗτος οἶδε διαγινώσκειν τὸν ὀρθῶς κρίνοντα.

Διαγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Idem quod διαγνώστης, paulo antè. A Suida exponitur διακριτὴν, & διαγνωστικὸν: apud quem exemplum tibi videndum relinquo.

Διάγνωσις,Dignotio,Diiudicatio.Iſocr.ad Demon.τὴν ἀφανοῦς ἐκ τῶ φανεροῦ ταχέως ἕξειν τὴν διάγνωσιν. Apud eũdem dicitur aliquis λαβεῖν διάγνωσιν alicuius rei: in Helenes encomio, τῶν μὲν σωμάτων οὐ δυνηθεὶς λαβεῖν διάγνωσιν. Apud Thucyd. verò & Demoſthenem legimus πιθῆναι διάγνωσιν pro διαγνῶναι.

Διαγνώστης,ου,ὁ,Diiudicator,Qui dignoſcit,ſeu internoſcit. Vtitur Iſocr. Extat verò apud Lucianum & aliud VERBALE Διαγνωστὴς: in libro De ſaltatione, ἔτι δὲ κρῖναί τι πεπιστεῦσθαι καὶ ἀσκῆσαι, καὶ μάλιστα τὸν ἀληθῆ διαγνωστὴν, καὶ τῶν καλῶς πεπεπαιδευμένων ἐπαινέσαι. Vbi διαγνωστὴν vocari manifeſtum eſt eum qui eſt dignoſcendi & diiudicandi peritus.

Διάγνωμα, τος, τὸ, (ſequendo ſignificationem quæ poſteriore loco data fuit verbo διαγινώσκω) Statutum, Decretum,Scitum. Vel, Deliberatio, Diſceptatio, Conſultatio: vt Budæus vertit, afferens ex Thucydide, οὔτε τοῖς ἀρχαίοις αὖθις τὸν διαγνώματον περὶ Μιτυληναίων αἰτιῶμαι. Extat autem hæc vox & in aliquot aliis eiuſdem ſcriptoris locis.

Διαγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Idem quod διαγνώστης, paulo antè. A Suida exponitur διακριτὴν, & διαγνωστικὸν: apud quem exemplum tibi videndum relinquo.

c.2. Ἐπιδιαγινώσκω, Recognoſco,Iterum decerno.v.l. abſque vllo exẽplo. At verò ſecundum ARCOMED. Προδιαγινώσκω,apud Thucyd.extat,pro Antè conſidero ſeu perpendo, Animo præcipio:lib.1, τῶ δὲ πλείστου τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο, ὅσος ἐπὶ αὐτῶ ἡμέτερος προδιαγνοὺς. Apud

Dionyſ. autem Areopag. PARTIC. Προεπιγνωσμένον Bud. vertit, In primis cognitum: ἔγωγε δέ σου προεπιγνώσομαι ὡς οἱ φίλοι &c. Tertium COMP. Συνεπιγινώσκω in iiſdem v.l. redditur Aſſentior. Affertur enim ex Herodoto συνεπιγινώσκω σοι pro Aſſentior tibi: ſed non indicato loco. A

C. Ἐπιγινώσκω, Agnoſco. Thucyd. lib. 1, ᾗ ἐπιστάμενοι ἐμὲ σφᾶς ἐπῆγον, ἵνα μὴ φθάσῃ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκείνους μεταχειρίσαι τι αἰτήσαν, μὴ ἐπιγνῷ. Iul. imperator in epigrāmate quod luſit in vinum hordeaceum, Τίς πλὴν σὲ Διόνυσε; μὰ γὰ τὸν ἀληθῆ Βάκχον, Οὔ σ' ἐπιγινώσκων τὸν Διὸς εἶδε μόνον. vbi B quidam Οὔ σ' ἐπιγινώσκω vertit Te ignoro: quum multo magis conueniat Nō te agnoſco. Valde propriè vſus eſt Baſilius in epiſt. De vita ſolitaria, ἐπίγνωτε οὖν πῶς ἐπιτηδεύω ὡς ἂν οἱ ἐκ τῶν φίλων παῖδες ἐκ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτοῖς ἀνοικειότητος πρὸς ἕκαστον ἐπιγινώσκοιεν. Quo in loco Bud. quoque ἐπιγινώσκειν ait eſſe Agnoſcere, addens & Noſcitare pro illius verbi Agnoſcere expoſitione. Idem in hoc Syneſii loco, (vbi animaduerte participio iungi) εἰ δὲ ἐπιγνώσεις ἀληθινωτέραν κατὰ σοῦ τὴν ὑποψίαν τῆς λήθης διὰ ταύτας μαντείας, itidem reddit verbo Agnoſcere. iſta enim ſic interpretatur, Si agnoſcis vera me cauſa deductum ad hanc ſuſpicionē quod mei oblitus ſis. Sed vbi locū illum Baſilii affert, alios quoque verbi Agnoſcere vſus ineſſe iſti verbo docet: ita ſcribens, Agnoſcere autem verbum multis & aliis verbis à Græcis ſignificatur, non tamen vt vno ipſi verbo omnia Latini verbi ſignificata perinde complectātur. Et paucis interiectis, ἐπιγινώσκειν τὴν τύχην, Parcū agnoſcere: quod iuriſperitorum verbum eſt. Et ἐπιγινώσκειν τὸν κίνδυνον, Agnoſcere periculum. quod venditor facit D ante rei traditionem vel admenſionem, vel appenſionem ſpecierum. Syneſ. εἰ μὲν γὰρ ἡμᾶς ἐλεεῖς ὅτι μήπω φιλοσοφοῦμεν, ἐπιγινώσκω τῷ θρέψαντι τὴν ἀληθειαν. In Pand ita legitur, ὁ τὰ τῶν ἀπόντων διοικῶν, ἐὰν ὅτι ἐπιγινώσκειν αἰσχύνεται τὸν τυχηρὸν κίνδυνον, Qui abſentis negotia gerit, agnoſcere interdum caſum fortuitū cogitur. Hæc ille: ſed fortaſſis locum illum Syneſii his immiſcere non debuit.

Ἐπιγινώσκειν apud Thucyd. non videtur ſolùm eſſe Agnoſcere, (quā ſignificationem manifeſte habet in eo quem ex eo protuli loco) ſed alicubi ſonare quaſi dicamus Poſt excogitare: de illis qui nouū conſilium pro re nata capiunt. E

Ἐπιγνώμη, ης, ἡ, Agnitio. Herodian. lib. 7, δέδοικα γὰρ μὴ ἐπιγνώμη τῶν ἐκείνου πρὸς τὴν τῶν θεραπόντων ἐπιγνώμην, πρὸς πειρωμένους ὡς δυνατὸν τάχιστα, οἷς εἶχον ὑποκειμένοις ξίφεσιν φονεῦσαι. id eſt, Deim ſignis agnoſcendis occupatum, pugionibus quos in ſinu occultos haberent, de improuiſo confoderent, vt vertit Polit. Eſt autem hoc in loco (vt iſtud obiter dicā) ſuſpectus datiuus δέδοικα. Apud Paulum aliquoties ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. apud eundem ἐπίγνωσις ἀληθείας. F

Ἐπιγνώμη, accipiendo quidem pro ἐπίγνωσις, eſſet itidem Agnitio: ſed ab Heſychio exponitur δόγνωσις, quo aliud ſignificari vidiſti paulo antè. Bene tamen conuenit hæc expoſitio cum loco Luciani in quo δόγνωσις dicitur περὶ τῷ ἐπιγνώμονος. quem locum in nomine illo Ἐπιγνώμων habebis. Sed idem lexicographus huic expoſitioni aliam præfigit, quæ magis mira videri poſſit. explicat enim per συγγνώμη, quo veniam declarari ſcimus: interdum verò & quod Latini conceſſionem vocant, item indulgentiam, vt ſuo loco oſtendemus. G

Ἐπιγνώμων, ονος, ὁ & ἡ, Cognitor, Inſpector, Qui ad cognoſcendum, iudicandū ſeu arbitrandū aliquid accitus eſt: vt inquit Bud. afferens hunc Luciani locum, ἄδηλον ἔτι εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οἷός δόγνωσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα ἢ μή. Idē in hoc Demoſth. loco, orat. quæ πρὸς Παντάινετον inſcripta eſt, ἐπιγνώμονα τῆς τιμῆς εἶναι τὸν παιδός, vertit, Pretium ſerui arbitrio ſuo conſtitueret & æſtimaret. A Plutarcho autem ἐπιγνώμονες dici teſtatur cognitores & arbitros, ſeu diſceptatores, vt fœciales rerum bellicarum. H

C. ΚΑΤΑ γινώσκω, q.d. Statuo aduerſus, vel Decerno aduerſus: ſequente videlicet genitiuo. Alioqui tamē magis conuenit præpoſitionem κατ' hîc reddere præpoſitione De, (vt alibi quoque ita reddi ſcimus) & tunc verbum γινώσκω ſentiendi ſeu exiſtimandi aut iudicandi ſignificationem potius habet. Neque tantùm dicitur κατεγινώσκω σου, verùm plerunque κατεγινώσκω σου πρό. quod Bud. vertit, Hoc de te iudico & exiſtimo. Affertque ex Demoſthene, οὐ γὰρ αὐτὸ κατεγίνωσκον ὑμῶν οὕτως ὡς τοῦτ' ὢν ἐγὼ ἐπυνθανόμην αὐτὸ πρότερον, οὐδ' ἂν ἐμαυτὸν πείσαιμι, Neque enim hoc arbitrari de vobis poſſum, Neque enim hoc mihi iudicare de vobis perſuaſerim. Ex eo fit vt & dicant, κατεγινώσκω σου ἀμαθίαν, vel κακίαν, vel ῥᾳθυμίαν, & ſimilia, pro Iudico te imperitū &c. vt idē Dem. Pro corona, καὶ μοὶ τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας, μηδεμίαν ψυχρότητα κατεγνῶ μηδεὶς, Me per deos immortales nullius ineptum eſſe iudicet. Idem affert ex Thucydide, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἔφασαν κατεγνῶσθαι, ἐπειδή τινα καὶ ἐζημίωσαν τῷ θανάτῳ καταγνόντες, ita vertens, Eoſque qui effugerant, morte dignos iudicantes, inſuper pecuniam certam pronuntiarunt, qui eorum quenquā interfeciſſet. Hæc ille. Quod autem attinet ad præcedentem illum locum in quo legitur, καὶ μοὶ μηδεμίαν ψυχρότητα κατεγνῶ μηδείς, ſciendum eſt Polit. in loco ſimili κατεγινώσκειν reddere Arguere, in alio Contemptui habere. Hæc enim Herodiani, καὶ ἑαυτῷ μου δειλίαν κατεγινώσκῃς, vertit, Ita timiditatis me arguere. Iſta autem eiuſdem, κατεγνως τὸ μὲν ῥᾳθυμίας, reddit, Alterum quidem vt deſidem contemptui habuit. Sed ſciendum eſt, interdum quum interpretationi huius verbi adhibemus Latinum Arbitror, aut aliud huiuſmodi, accuſatiuum commodè in verbum infinitiui modi mutari. vt apud Syneſium φυγὴν καὶ δίος ἡμῶν κατεγνῶσι, fugiſſe nos & perterritos fuiſſe arbitrabantur. vel, Fugiſſe nos metu perculſos arbitrabantur. Verùm & cum accuſ. præfixum habente articulum, ex Æſchine affertur, κατεγνωκὼς ἢ αἰσθάνεσθαι τὸ δίκαιον. Sciendum eſt porro κατεγινώσκειν ſæpe reddi verbo Damnare, ſeu Cōdemnare: eāmq; interpr. poſtremo huic loco conuenire, (cum ablatiuo Capite, vel genit. Capitis) ſicut & iſti eiuſdem ſcriptoris, cum ſolo genitiuo, lib. 3, ἵνα ὑμεῖς μὲν εἰδῆτε, δικαίως αὐτῶν κατεγνωσμένους, ἡμεῖς δὲ ἐπ' ἀνωφελεῖ τετιμωρημένοι. Sic verò quum dicitur aliquis κατεγινώσκειν ἑαυτοῦ, reddi poteſt Seipſum damnare, id eſt factum ſuum, vt ille vertit apud Demoſth. κατεγνωκότα ἑαυτοῦ τοῦτον, hunc ſeiptum factumque ſuum damnaſſe. Dixerat autem κατεγινώσκειν ἑαυτοῦ eum quem facti ſui pœnitet, qui factum ipſe ſuum improbat. In v.l. datur verbo γινώσκω, in hoc compoſito, illa ſentiendi ſignificatio cuius facta paulo ante fuit mentio: in hoc Xenoph. loco, τί ἰδὼν τοιοῦτο, ἑαυτὸν κατέγνωκας ἀπόν; ita enim hæc redduntur, Quid agentem vidiſti vt ita de eo ſenſeris? In iiſdem ex Demoſth. κατεγινώσκω σοῦ κακίαν, maluni te iudico. Et ex Phalaride, οὐ μὴν κατέγνωκά γε ὑμῶν τοιοῦδέ τι, pro Nō tamen hoc crimen vobis adſcribo. At verò θάνατον καταγινώσκειν τινός, Capite damnare, ſeu ſupplicii capitalis, in iiſdem redditum eſt, item Adiudicare morti. (Apud Iſocratem cum duplici etiam genitiuo vnà cum accuſ. θάνατον, vbi ſcribit, καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδὲν τοιοῦτο θάνατον κατέγνωσαν. id eſt, Ob id quòd cū Medis ſenſerunt, morte in eos animaduerterunt, Bud.) Verùm conſtructionem hanc cum accuſatiuo rei & genitiuo perſonæ alicubi conuerti ſciendum eſt. vt enim dicitur κατεγινώσκω σου φόνου, ita etiam κατεγινώσκω σε φόνου. Lyſias, οὔτον μὴ καταγινώσκειν φόνου &c. Nō damnare hunc homicidii, Non damnare vt homicidam. Huic autem ſimile eſt apud Latinos Damnare cum accuſ. rei & genitiuo perſonæ: vt apud Naſonem, Parce tuum vatem ſceleris damnare Cupido. Sed quod ad priorem illam conſtructionem attinet, videlicet κατεγινώσκειν τινὸς θάνατον, vel φόνου, ſciendum eſt huic genitiuo inueniri præfixam præpoſitionem κατ', ſed cum accuſatiuo ſignificationem alius generis habente. Affertur enim ex Herodoto, οὐκ ἐβούλοντο καταγνῶναι κατ' ἐμοῦ.

Καταγινώσκω alias etiam conſtructiones habet. Interdum enim huic verbo ſubiungitur infinitiuus: vt apud Thucyd. lib. 3, καὶ οὐδεὶς σου κατέγνω ἑαυτοῦ μὴ οὐχὶ

ἐνοίας τοῦ ὑπολαβόμενος, ἥκειν εἰς τὸ δίκαιον, Ratus seu arbitratus se superiorem non fore. q.d. Concepta aduersus seipsum opinione. Aut certè quasi dicat, Lata aduersus seipsum sententia. Apud eundē cum infinitiuo præs. temporis, lib. 7, pag. 150, meæ editionis, οἷς καὶ αὐτῶν κατηγορεῖσθαι ἤδη μᾶλλον πρέπον ἐστὶ τῇ σφῶν. Ex Platonis autem Timæo affertur cum infinitiuo itidem iunctum hoc verbum, sed præcedente accusatiuo, κατέγνωκα ἐμαυτοῦ μὴ αὐτὸς, μήποτ' ἂν δύνασθαι ἡμᾶς ἐκ ἄνδρας ἐγκωμιάσαι. At in hoc Æschinis loco τοὺς κατηγορήσαντας ἀλλήλων ἀδίκως, infinitiuum quidem habet solum, sed aliam quàm in præcedentibus locis interpretationē admittere potest, videlicet per verbū Damnare, seu Condēnare. Cui loco similis est hic Antiphontis, εἰ μὴ κατηγόρηκεν αὐτοῦ φονῖδαι τὴν κατεῖδε, ἢ μαχαίρᾳ πατάξας ἀπέκτεινεν. His addendū est, licet longè diuersum, quod affertur ex Græcis Bibl. interpr. in lib. Iudith, κατηγωρᾷ τῶ μὴ ἐλθεῖν εἰς ἀπάντην μου. vbi κατηγωρᾷ redditur: Noluerunt: in hac interpretatione, Noluerunt mihi venire obuiam. Sed hunc vsum minimè apud probatos scriptores extare crediderim. Inuenitur interdum καταγνώσκω sequente particula ὡς. vt in illo Demosth. loco quem initio protuli, οὐ γὰρ ἂν καταγνοίην ὑμῶν οὐδέποτε ὡς &c. Quinetiam ex Aristot. Probl. affertur, καταγνῶναι τῷ δούλου ὡς ἐλευθέρας ὄντι, pro Asseruisse liberum qui seruus est. Iam verò & cum participio inuenitur apud Xenoph. & quidem non in malam partē (sicut in omnibus præcedentibus locis) sed potius in bonam: vbi scribit, τοῖς δὲ γνώμην σωφρονοῦσιν ὅτι μᾶλλον ἥμεις, καὶ θᾶττον καὶ ῥᾷον καὶ κάλλιον καταγνῶσι προσέσεσθαι. Quem locum Bud. affert postquā dixit καταγνῶσιν esse Intelligere, seu Percipere.

PASSIVE Καταγινώσκεσθαι itidem aliquis dicitur, vel aliquid καταγινώσκεσθαι ἀπό. Greg. Naz. οἱ καὶ μέθῃ καταγινώσκοντες, quibus ebrietas obiicitur, vt Bud. vertit. Ex eodem affert, μόνον μὴ μικρολογίαν καταγνωσθῶμεν τῷ μικρὰ αἰτῆσαι, ἢ τὰ δίδοντας κάλλια. Sed & καταγνωσμένος sine adiectione affertur à Bud. pro ἥττων δίκης, seu κακῶς κρίνεσθαι. Alterius autem constructionis exemplum est, καταγνωσθεὶς ὑπ' ἀνδρὸς, Capitis damnatus es, siue capite. Itidémque per participium, θανάτου καταγνωσθεὶς πρός. Ab eodem affertur & καταγνωσθῆναι δίκην. ex Antiphonte, Causa damnata: αὕτη δὲ δίκη μὴ ὀρθῶς καταγνωσθεῖσα, ἐγκρατὴς ὄντι τῷ δικαίου καὶ τῷ ἀληθοῦς, id est, Sententia qua iniustè reus damnatus est. Sed & τὸ καταγνωσθῆναι ἀπιστεῖν dicitur aliquis ab Isocrate, in Panath. πῶς μὲν γὰρ ἐκπέσοντ' τὸ καταγνωσθῆναι ἐλπίδες ὑπῆσαν. In v. Lautem post καταγινώσκεσθαι expositum Contemni, affertur ex Polybio, μεγαλείως παρολιγωρῆσθαι καὶ καταγινώσκεσθαι πάντας.

Κατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio, vt interpr. Bud. afferens ex Gregorio, ἀμείλικτον γὰρ κακὸν καὶ αἰτία ἀσωφρόνιστος, καὶ κατάγνωσις ἀσυγχώρητος. id est Damnatio sine clementia. Thucyd. αἱ δὲ ἄδηλοι δι' αὐτὸς οἱ Ἀθηναῖοι δι' κατάγνωσιν ἀδυνασίας σφῶν ἐποιοῦντο πολεμιωτέρους. id est, Propter sui cōtemptum, & ob id quòd eos imbecillitatis & infirmitatis opum damnarent. Hæc ille. Sed ei non attentior in eo quòd verique loco eandem interpretationem tribuit: quum κατάγνωσις in illo quidem Gregorii loco sit omnino Damnatio siue Condemnatio: (sicut & in isto Thucydidis, lib 3, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως, ἢ χρὴ κτᾶσθαι τὸ κρατοῦν) at verò quum dicitur καταγνῶναι ἀδυνασίας σφῶν, debeamus interpretari hoc verbale, sequendo formam interpretationis quæ verbo καταγνῶσκειν datur, quum dicitur, καταγνώσκω σου ἀδυνασίαν. neque enim aliud est δι' καταγνῶναι ἀδυνασίας σφῶν quàm δι' τὸ καταγνῶναι σφᾶς ἀδυνάτους.

c. 1. Ἀκατάγνωστος, ου, ὁ & ἡ, Qui talis est vt damnari non possit, aut etiam reprehendi, In quem reprehensio non cadit. Paul. Epist. ad Tit. cap. 2, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον.

c. 1. Προκαταγινώσκω, Antè damno, seu condemno. Luc. in Ioue tragœdo, ἵνα δὲ καὶ οἱ ἀξιοῦντες μὴ προκαταγινώσκειν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντα ἔτι καὶ Τιμοκλῆς αὐτοῖς ἱερεύσει. Synes. οἱ προκατεγνωκότες αὐτῶν ἀξιοῦσι καθῆσθαι, quum suo se præiudicio iam damnauerint. Et paul. προκατεγνωσμένη δίκη, quæ præsumpta opinione damnata est antequam causa agatur, inquit Bud. afferens tamen ex Demosth. locū in quo activa voce vtitur: in princ. orationis Pro corona, ἔστιν δ' ὅστις τοιοῦτος τὴν μὲν προκατεγνωκέναι μᾶλλον, τὰ δὲ τῆς δίκης ἴσην ἀμφοτέροις ἀποδοῦναι. Sed nullam expositionem huius infinitiui προκατεγνωκέναι affert. Quidam interpr. Nihil præiudicasse: quidā, Nullum præiudicium afferre: quidam, Nihil ex præsumptione contra quenquam iudicare. Ego mallem, Nihil præiudicatū domo afferre. Perinde est certè ac si diceret, Nullam præmeditatam condemnationem afferre. Sed quoniam dicit προκατεγνωκέναι, non προκατεγνώκειν, possit etiam videri sonare, Iam domi & antequam ad audiendam causæ actionem veniatur, præiudicio suo condemnasse. Apud Thucydidem autem cū infinitiuo, in isto libri 3 loco. καὶ δίδωμι οὐχὶ μὴ προκατεγνῶτες ἡμῶν τοὺς λόγους κρείσσους εἶναι τῆς ὑμετέρας, ἔγκλημα αὐτὸ τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν φέροντες, ὅτι διαγωνιοῦμεν κρίσιν καθεστῶσαν. Vbi προκατεγνῶτες puto esse, Cēsentes, præoccupatis quodā præiudicio animis. Sed & διαγωνιοῦμεν κρίσιν quidam hic exp. προκατεγνωσμένην: vt habuisti paulo ante προκατεγνωσμένη δίκη.

c Προκατάγνωσις, εως, ἡ, Damnatio seu condemnatio quæ fit quodam præiudicio, vel ex præsumpta opinione. Redditur etiam Præiudicatio, item Præiudicium.

C. MET Ἀγνώσκω, Sententiam muto, siue quod decreui, Consilium aliud capio. Qui enim sententiam mutat, & aliud consilium capit, veluti pòst decernit siue statuit. Potest tamen μετά, sicut & in aliis multis compositis, mutandi etiam significationem habere. Interdum verò reddi potest & Resipisco, item Me pœnitet. Thucyd. lib. 3, οὔτε αἰδὼς ἐπέσχεν τοὺς ἐπιόντας οὐκ ἐᾶσαι μεταγνῶναι. Idem lib. 1, ἐν δὲ τῇ ὑστέρᾳ μετέγνωσαν, [οἱ Ἀθηναῖοι] Posteriore autem concione consilium aliud ceperunt, vel Sententiam mutarunt. Idem lib. 3, rursum, καμψῆναι ὑμᾶς καὶ μεταγνῶναι ὅτι ἐπὶ Θηβαίων ἐπέθησθε. Vbi tamen μεταγνῶναι crediderim non itidem absolutè poni, sed iungi cum sequente accusatiuo: sicut & μεταγνῶναι τὴν προδοσίαν ab eodem dicitur libro eodem. Itidem apud Euripidem in Medea, μετέγνων καὶ τὰ πρόσθ' ἁμαρτία. Quibus in locis μεταγνῶναι non possumus reddere Mutare sententiam, nisi accusatiuum qui additur, in ablatiuum, præfixa præpositione De, conuertamus. Veluti si μεταγνῶναι ὅτι ἐπέθησθε (iungo enim cum accus. & hoc in loco, vti dixi) reddamus, Mutare sententiam de eo quod persuasi fueritis facere. Itidémque μεταγνῶναι τὴν προδοσίαν, Mutare sententiam de iis quæ decreta fuerint. Alioqui si accusatiuus Græcus accusatiuo Latino reddatur, contenti esse debebimus verbo Mutare: hoc modo, Mutare quæ decreta erant, siue antè decreta. Sed vt reuertar ad μεταγνώσεσθαι neutraliter positum, sciendum est inueniri etiam μεταγνώσεσθαί τινι, item sine præpositione, μεταγνώσεσθαί τινί. Lucian. in lib. De cal. Πτολεμαῖος οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ὅτι τοῖς γεγονόσιν. Sic Herodian. lib. 2, μετεγίγνωσκεν δ' ὅτι τῆς αἰσχύνης ἥττων. Rarior est altera cōstructio cum datiuo, præfixam præpositionem non habente: cuius exemplum est apud Philostr. in epist. 25, κλαίω γοῦν καθ' ἡσυχίαν, καὶ μεταγνώσεσθαί σοι φήσω τὴν τέχνην. His autem locis in quibus datiuum vel cum præpositione vel solum habet, optimè conuenit interpretatio per verbum Pœnitere: licet Polit in ille Herodiani loco, μετεγίγνωσκον reddere maluerit, Pertæsi ac dolentes. Apud Hesychium legitur aorist. PASS. Μετεγνώσθη (ita enim scripsisse putandus est, aut μετεγιγνώσθη, non μετεγνώσθη) quod expon. μετενοήθη. Existimo autem sumptum esse ex Sophocle hoc verbum, in Aiace, pag. 43, meæ editionis. vbi tamen non μετεγνώσθη sed μετεγνώσθη legitur: hoc in loco, δῦτά γ' ἐξ αἰλαπίνων Αἴας μετεγνώσθη θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων πονείων. Sed quædam exempl. μετεγνώσθη habent. Veram autem lectionem sequutus sit Hesychius incertum est: sic tamen vt alphabetica series pro lectione illa μετεγνώσθη potius quàm pro hac μετεγνώσθη faciat: præterquam quòd expositio quam ei dat, videlicet μετενοήθη, eam comprobare videtur: quòd & hic composito vti voluerit illam præpositionem αἰά habente. Verùm cur multo pòst eandem scripturam ab eo repeti dicemus

Post μεταναστεύω enim expositum μετέρχεσθαι & μετιέναι, legitur μεταγιγνώσκω cum eadem illa expositione. Cui subiungitur, τὸ μετανοῆσαι, ἀναγνῶναι φασί. Quæ verba addita lectionem illam μεταγιγνώσκω apertè & ipsa comprobant: adeo vt existimem priore in loco irreptitium esse μεταγνώσθη, quod ibi sedem inuenerit ratione habita seriei alphabeticæ, quum per errorem prætermissa fuisset syllaba γι. Ad illum autem Sophoclis locum vt redeam, (ex quo non dubium est quin lexicographus ille vocem hanc deprompserit) scholiastes μεταγνώσθη legit, exponens μετενοήθη καὶ μετεβλήθη τὴν ψυχήν. Totius autem loci apud eum est hæc explicatio, ὅπως ἐξ ἀέλπτων καὶ μεγάλων νεικέων ὁ Αἴας μετενοήθη καὶ μετεβλήθη τὴν ψυχὴν τῆς Ἀτρείδαις ἀπὸ τῆς ἔχθρας. Sed (libet enim quædam obiter de hoc loco addere) non placet quòd ἐξ ἀέλπτων iungit cum νεικέων, existimo enim ἐξ ἀέλπτων poni pro ἐξ ἀέλπτου, quod nihil aliud est quàm ἀέλπτως. Quòd autem θυμῶν legit, in eo lubenter illi assentior, præsertim si sequatur τῶν μεγάλων νεικέων, vt ipse bis scribit: quum alioqui, dicens ἐξ ἀελπτίστων μεγάλων τε νεικέων, non τῶν sed τε agnoscat: si tamen hæc quæ subiunguntur, eiusdem sunt: quod vix credo. Legendo autem θυμῶν, ita reddendum censuerim, Deductus est de sententia erga Atridas. Vel, Mutata sententia seu mutato animo factus est alius erga Atridas.

Μετάγνωσις, εως, ἡ, Mutatio sententiæ, vel Pœnitentia. Legitur ETIAM Μετάγνοια apud Sophoclem pro pœnitentia: sed quum sit pro μετάνοια, minimè huc pertinet. Nisi fortè tale esse velimus quale ἄγνοια: cuius formam retinet etiam ἀπόγνοια pro ἀπόγνωσις.

C. ΠΑΡΑγιγνώσκω, Præter ius & æquum statuo, vel Perperam statuo & iudico, vt inquit Bud. afferens ex Xen. ἀπομν. lib. 1, de iudicio Socratis, ἐπεὶ μὲν οὖν ἐν ὃ περὶ ἐμοῦ ὅπως ἐγίγνωσκον, οὐδὲν θαυμάσιον ὑπὸ τούτων περὶ αὐτοῦ παραγνῶναι εἰς δικαστὰς ἐστὶ δὲ ταῦτα εἶπον, οὐ θαυμαστὸν εἰ μὴ τούτων ἐνεθυμήθησαν; id est παρὰ τὸ δίκαιον γνῶναι. Apud Philostratum autem cum genitiuo παραγνωσκούσης τοῦ δικαίου pro [illegible] statuentes: quasi παρὰ [illegible] γνῶσιν τοῦ δικαίου γνωσκούσης. Sed inter hunc locum Philostrati & illum Xenophontis interserit istum Isocratis in Panath. ἕως μὲν οὖν εἰς λόγους ἡμῶν ἐλ... μαθόντα, παραγινώσκοντας δικαστὴν κακιστα ἐπὶ ἑαυτῶν, ἢ διαιροῦντας σὺν ὁ θεός, καὶ καταχρίζοντες, καὶ πάντα ... παραβλέποντες, οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελομένων. Sed debuerat potius illis duobus locis tertium hunc subiungere, quum hic alia prorsus sit verbi significatio: videlicet Perperam prælegere & recitare, vt ipsemet testatur, addens tamē, scribi etiam posse παραναγινώσκοντες. Quam ego lectionem longe alteri prætero, imò verò hanc non solam esse genuinam existimo. Apud Synesium tamen putet aliquis fortasse in παραγνοίς aliquam legendi significationem includi: epist. 67, circa finem, καὶ ὡς ταχυγράφοις τὰ αἰνίγματα δοῦναι τῷ τῆς χαρίτων ἐπιτάξαι ἵνα εἰ μὴ τυγχάνεις δεξάμενος τὴν ἐπιστολήν, ἔχεις παραγνοὺς αἰτῆσαι τι καὶ πρός με διαπέμψασθαι τὰ ἀμοιβαῖα. Sed existimo παραγινώσκειν hic habere potius intelligendi significationem: vt sit, Re vtcunque intellecta, quasi videlicet res ea non plenè ex illis quæ αἰνίγματα vocat, intelligi posset, sicut ex ea quam miserat epistola. Quæ tamen à me obiter & ex tempore dicuntur, donec quis aliquam certiorem interpretationem afferat.

C. ΠΡΟγιγνώσκω, Prænosco, Præcognosco. Vel Præscio, Præscisco. Itē, Præsentio, Præsentisco. Hippocr. initio opusculi quod προγνωστικὸν appellatur, προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Thuc. lib. 2, ἐπειδή τε ὁ πόλεμος κατέστη, ὁ δὲ φαίνεται καὶ ἐν τούτῳ προγνοὺς τὴν δύναμιν. Gal. comm. 1, in προγνωστ. Hippocratis, ὡς τῶν δυναμένων πρὸς προειπεῖν αὐτὸ τὸ προγνῶναι. A Petro apostolo dicitur προγινώσκειν qui de re quapiam præmonitus est: epist. 2, cap. 3, ὑμεῖς οὖν ἀγαπητοὶ προγινώσκοντες, φυλάσσεσθε ἵνα μὴ &c. (nisi quis malit post φυλάσσεσθε distinguere) A Paulo autem tribuitur Deo verbum hoc aliquoties, & quidem cum accus. personæ, vt epist. ad Rom. cap. 11, οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω. Vbi vet. interpr. vertit Præsciuit: Erasmus, Antè agnouerat: nouissimus interpres, Præcognouit. Crediderim posse etiam exponi, Præscientia sua sibi delegit. Legitur idem verbum eiusdem epistolæ cap. 8, ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Secus verò homo hominem προγινώσκειν dicitur ab eodem Apostolo apud Lucam, Act. cap. 26, pro Iam antè cognoscere, siue notitiam eius habere: vbi dicit, προγινώσκοντές με ἄνωθεν (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι &c.

PASS. Προγινώσκομαι, Prænoscor, Præcognoscor. Vnde προγνωσθὲν apud Herodianum, Præcognitum: ὅπως τὸ πραττόμενον μὴ προγνωσθὲν ἀνατραπῇ, ne præcognita res omne consilium subuertat, vt reddit Polit. Apud Petrum apostolum, epist. 1, cap. 1, de Christo, προεγνωσμένου μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, φανερωθέντος δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων δι' ὑμᾶς: vet. quidem interpr. reddit Præcogniti, sed Erasmus & alter interpr. nō itidem ad verbum, sed rectius tamen, Præordinati.

Πρόγνωσις, εως, ἡ, Prænotio, Præcognitio, Præscientia, Præsagium. De huius vocabuli in arte medica vsu lege Galenum. (qui & πρόγνοιαν pro eo vsurpasse Hippocratem testatur.) Sic de medico dixit Agathias in epigr. Πᾶσαν ἔχων πρόγνωσιν ἐν ἀρχῇ. Hinc etiam medicinalia προγνωστικά, de quibus infrà. Sicut autem verbum προγινώσκειν tribui Deo vidimus, sic quoque πρόγνωσιν ei tribui sciendum est in iisdem Testamenti noui scriptis, & reddi præcognitionem, item præscientiam, necnon prouidentiam.

Προγνώστης, ου, ὁ, Præscius futurorum, Cui est facultas præsciendi futura.

Προγνωστικός, ή, όν, adiect. vt προγνωστικὴ δύναμις q.d. Præsagitiua virtus, seu facultas. id est, Præsagiendi virtus, seu vis, vel præsciendi. Nisi quis præsagitricē vim dicendā potius existimet. Philo De vita Mos. lib. 3, μεταδόντος αὐτῷ τοῦ Θεοῦ τῆς προγνωστικῆς δυνάμεως. Interdū verò προγνωστικὸς, Qui valet facultate præsagiendi, seu præsciendi: vt quum Galenus in hæc verba Hippocratis, δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκοπούμενον, ὡς οὕτως προσφέρειν, annotat, προγνωστικὸν εἶναι βούλεται τῆς κινήσεως τῶν νοσημάτων, ὅπως ἁρμόζουσαν αὐτοῖς τὴν δίαιταν προσφέρῃς.

Substantiuè autem προγνωστικὸν, Præscitum, vt Plin. loquitur. Extat & opusculum Hippocratis dictum προγνωστικόν. quidam interpr. prænotionum librum.

C. ΣΥΓγιγνώσκω, quasi quis dicat, Simul sentio. Id est, Eadem sentio quæ & alius, Eiusdem sum sententiæ. Thucyd. lib. 7, pag. 58, meæ edit. οἱ δὲ ξυνεγίγνωσκον μὲν καὶ αὐτοὶ οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, καὶ ἐδόκει ποιητέα εἶναι. vbi schol. exp. τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον, ὅ ἐστιν, ὁμογνώμονες ἦσαν αὐτῷ. Sed quū addatur accus. ab ipso Thucydide, aptari nō potest ista expositio huic eius loco. neque enim dicere possis, τὰ αὐτὰ ἐγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου. Ferri igitur nō possit hæc expositio, sicut nec sequēs, nisi illum dicamus sensum omnium illorum verborum Thucyd. simul declarare voluisse. Verùm quum nō dicat simpliciter Thucydides, ξυνεγίγνωσκον ταῦτα, sed ξυνεγίγνωσκον οὐχ ἧσσον ταῦτα ἐκείνου, otiosa præpositio videri possit. nihil enim obstabat quominus simplici verbo ἐγίγνωσκον vti posset. At in hoc Plut. loco in Coriolano, pag. 415, meæ editionis, συνεγνωσαν οἱ θεοὶ τῷ δήμῳ ἐπὶ τῆς διαλλαγῆς τοῦ Μαρκίου στρατιᾶς, rectè συνέγνωσαν interpreteris Consenserunt, vel Assensi sunt: aut etiam Consentientes dixerunt. quod accedit ad Bud. interpretationem. is enim in simili eiusdem scriptoris loco vertit Fateri: αἱ δὲ ἀκούσασαι συνέγνωσαν βέλτιον αὐτῶν τὸν Κάτωνα λογίζεσθαι περὶ τοῦ συμφέροντος. Sed illi fateri addit Agnoscere.

Συγγινώσκω alium quoque vsum habet, cui fortasse primum locum aliquis dari maluisset. In eo certè vsu itidē præpositio Latina Græcæ respōdet. veluti quum ita loquor, συγγινώσκω ἐμαυτῷ οὐ ποιήσαντι ὀρθῶς, Conscius sum mihi me non rectè egisse. Sic autem vtitur Herodotus isto verbo, pagina 202, meæ editionis, συγγινώσκομεν αὐτοῖσιν ἡμῖν οὐ ποιήσασι ὀρθῶς. Itidémque Gregorius vsus est verbo συγγινώσκειν, sed addito etiam accusatiuo: scribens, ταῦτα γάρ οἱ συνεγνωκέναι κατὰ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἀνάξια. At vero apud Appianum

lllllll. iii.

PARTIC. Συγγνωσθείς præfixo articulo, absque vlla adiectione, pro conscio itidem. sed in plurali potius: vt, ληφθέντων τῶν συγγνωσθέντων. Item, βασανιζόμενος εἰς ζοὺς συγγνωσθέντας. (In huiusmodi autem locis possit, vt opinor, οἱ συγγνωσθέντες reddi etiam Coniurationis participes, Sceleris participes) Iam verò vt dicitur non solùm, Conscius sum mihi huius rei, sed etiam Conscius sum tibi: (quo in vsu, licet minus frequenti, & poetico potius quàm oratorio, præpositio vim suam magis retinet. Quum enim dico, Conscius sum tibi huius facti, perinde est acsi ita loquerer, Vnà tecum hoc scio) ita etiam dixit idē scriptor, pag. 148, Ξέρξης δὲ οἱ οὐ συγγνώσεσθαι λέγλν ἀληθέα, quasi quis dicat, Nō cōscius illi veritatis, quod nihil aliud est quàm Conscius illi mēdacii. (Sic tamen vt aliter etiā interpretari quis possit, infinitiuū infinitiuo reddens: videlicet, Nō assentiens ipsi vera dicere, ipsum videlicet) Possumus verò & in vocis PASS. Συγγνώσκομαι interpretatione apud eū vti itidem nomine Conscius: sed in illo priore vsu quo videlicet dicitur Cōscius mihi sum: vbi scribit, ἑαυτῆς συνειδυίμενοι ζῦ), καὶ ζοῦτο ἔχειν, Sibi conscii se inferiores esse. Sic in Thalia, in fine pag. 115, & princ. pag. 116, meæ editionis, ἐπ. δὲ τῷ χρόνῳ σφεδαίνοντος ὁ, τε Πελοπίδης παρῆκε, καὶ συνειδὼς ἑωυτῷ οὐκέτι ζῦ) δυνατὸς ἦν σημήνατε ἐπιβῆναι καὶ διώκειν. Nam hic quoque non video quam vocem inuenire aptiorem possimus quàm illam Conscius: non ignorans alioqui vocem istam de re graviori potius vsurpari, ita vt & magis in malam partem accipiatur: quinetiam genitiuū illi aptiorē esse quàm infinitiuum: veluti si dicas, Imbecillitatis suæ sibi conscius, propter quam obeundis muniis par esse non poterat. Gallicè autem diceremus, *Il se sentoit n'estre plus suffisant pour exercer sa charge.* Et quoniā ab istis Herodoti locis initium sumpsi, alios eiuldem subiungā, in quibus eadem voce sed aliter vtitur. Sciendum est igitur apud eum pag. 147, legi, νῦν μάλιστα συγγνοὺς, χρήσομαι τῇ ἐκείνου γνώμῃ. vbi συγγνοὺς existimo sonare, Postquā mecum reputaui hanc rem, vel considerauī, vel perpendi, seu expendi. (Licet ibi interpres vertat, Agnoscens erratum meum) Sic & pag. 140, in fine, μαθόντες ὡς οἱ ἐν ἡμέτεροι δοῦλοι, καὶ συγγόντες ζοῦτο. Hoc autem in loco, συγγόντες ἀδικήσαι, ὡμολόγησαν, vel significationē istam habere potest, vel certè sumi pro Conscii sibi. in qua significatione habuisti suprà cum participio. Bud. vult συγγινώσκω accipi pro Agnosco culpam & deprecor: sed exemplum nullum affert. Passiuæ quidem voci conuenire videtur ista interpretatio in hoc loco, οὔτε συνειδώσεται, ἥσσόν τι αὐθαδίζοιτο. Ex eodem scriptore affertur, συγγινώσκομαί ζούτου ζῦ) αἴτιος pro In me culpam huius rei esse agnosco. Hesych. συγγινωσκόμενοι exponit αἰσθόμενοι.

Συγγινώσκω in significatione cui malè primus tribuitur locus, (licet vulgo sit vsitata, & apud quoslibet scriptores, excepto tamen fortassis Herodoto, occurrat) est Ignosco, Veniam do, vel tribuo, seu habeo. Tribus autem modis construitur. Nam interdum dicitur συγγινώσκω σοι, sine adiectione: interdum συγγινώσκω σοι ζοῦτο, vel συγγινώσκω σοι ζούτου. Exempla singularum constructionum hæc sunt. σύγγνωθί μοι, Aristoph. Ignosce mihi, Da mihi veniam. συγγνώσῃ μοι, Ignosces mihi, Chrys. De sacerd. Adiecto autem accus. apud Euripidem, συγγνώσεταί σοι τλὼ ἁμαρτίαν. (Sed apud Thucydidem longè alium vsum habet τλὼ ἁμαρτίαν ξυγγνώσαι: pag. 271, εἰ δέ τι ἐν ζοῖς ἀνθρωπίνοις τῷ βίου σφαλοῖεν ἐσφάλησαν, μετὰ πολλῶν, οἷς ἐκ αὐτὰ ἔδοξε, ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἰσχὺς ξυναμαθήσεσθαι, τλὼ ἁμαρτίαν ξυγγνῶναι. Vbi schol. exponit, εἴπερ σφᾶς λόγον ἐσφάλησαι, μετὰ πολλῶν συγχήματος. additque, ζοῦτο γὰρ ἔλεγε τὸ, ἁμαρτίαν συγγνῶναι. Quam expositionem sequutus interpres, ita reddidit, Et siquid opinione lapsi sunt, prout in hominum vita contingere solet, tamē cum multis lapsi sunt, quibus fore videbatur vt status Athenien sium propediem everteretur. Sed neque illa expositio, neque hæc interpretatio quæ ex illa profecta est, quid hoc loco significet verbum συγγνῶναι nobis indicant. Qua in significatione quærenda multum me quoque laborare fateor: nihilque aptius mihi in mentem nunc venit quàm vt τλὼ ἁμαρτίαν ξυγγνῶναι dicamus sonare, De peccato consenserunt: vt συγχωρέω σοι ζοῦτο, est De hoc tecum consentio: sequendo significationem quæ antea verbo isti data fuit, allato etiam ex hoc ipso scriptore exemplo. Commodius tamen diceretur, Affines huic peccato seu huic culpæ fuerunt, quàm De peccato consenserunt. Et hæc quidem de isto loquēdi genere haud scio an aliis satisfactura sint, mihi certè parum satisfaciūt) Tertia constructio est cum genitiuo. vt enim dicitur συγγινώσκω σοι τλὼ ἁμαρτίαν, ita etiam συγγινώσκω σοι τῆς ἁμαρτίας. Talē est, συγγινώσκω σοι τῆς ἀναισθησίας. Item, συγγινώσκω σοι τῆς ἀπάτης, quod ex Philostrato affertur pro Ignosco quòd deceptus sis.

PASS. Συγγινώσκομαι, sequendo significationem proximè præcedentem actiuæ vocis Συγγινώσκω, sonat q.d. Ignoscor: pro, Mihi ignoscitur, Mihi venia datur. Aut (si impersonali verbo vti nolis) Veniam consequor. Synes. καὶ οὐκ ἀξιῶ συγγινώσκεσθαι, Nec volo mihi ignosci: seu, veniam mihi tribui, Nec dignum me venia existimo. Sic in Pand. τῶν φονέων τινὲς πεφρενῶνται, καί τινες συγγινώσκονται. Dicitur alioqui & συγγινώσκεταί μοι, Mihi ignoscitur. Videndum autem an huius vsus exemplum sit in isto Xenophōtis loco, lib. 7, pag. 106, meæ editionis, ζούτῳ γὰ μόνῳ συγγινώσκεσθαι ἔφασαν. Philelphium certè verisimile est aliud sequutum esse: quippe qui verterit, Hanc vnam veniam sibi dari postularunt. Nec fortassis improbanda nobis hæc interpretatio fuerit: vt videlicet ζούτῳ non personæ sed rei sit datiuus. & tunc συγγινώσκεσθαι non impersonale fuerit, sed personale, sicut & in præcedentibus locis: vt ita interpretemur magis ad verbum, In hoc enim solo sibi veniam dari dixerunt. id est, in hac vna re.

Passiuum autem PARTIC. Συγγνωσθείς affertur à Bud. in significatione cuius exemplum in ipso verbo non suppetit: videlicet pro Comprobatus, Approbatus, ex Dion. Areop. Item Deprehensus. Ex eodē affert συγγνωσθέντα pro Cognitum.

At Συγχωρέω in signif. actiua potius quàm passiua, vide inter exempla actiui Συγχωρέω, ex Herodoto perita.

Συγγνωστός, ή, όν, Ignoscibilis, (quo vtitur Gellius, Græcam vocem, vt arbitror, assequi volens) Dignus cui ignoscatur, Venia dignus. Plut. in Coriol. pag. 421, meæ editionis, τὸν Μάρκιον ὅμως οὐ πατρὸς ἠξίωσεν, ἀλλὰ συγγνωστὸν, ὅπλα λαβόντα πολίτας αἰχμάσαι. Idem in Marc. pag. 578, οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν Πελοπίδαν ποιεῖ συγγνωστὸν ἅμα τῇ τῆς μάχης καιρῷ ζοῦ ζέρμου ὄντα καὶ φοβὸς τλὼ ἄμυναν οὐκ ἀγνῶτας ἀφέρων ὁ θυμός. Vbi perperam superiores editiones habent σύγγνωστον, cum accentu in prima, pro συγγνωστὸν, vt habent in illo priore loco. (Ex Sapient. cap. 6, affertur cum genitiuo, συγγνωστὸς ἔστιν ἐλέους ὁ ἐλάχιστος, pro Conceditur minimo misericordia. Qui vsus à Græci sermonis consuetudine discedit) Itidem aliquid dicitur συγγνωστὸν, Venia dignum. Potiúsque, vt opinor, Gellius aliquid ignoscibile, quàm aliquem ignoscibilem dici voluit. Plut. aduersus Coloten, συγγνωστὰ τὰ Δίᾳ τοῖς λέγουσιν. Item, συγγνωστὰ Atticè pro συγγνωστὰ (vt dicitur ἀδύνατα pro ἀδύνατον, atque alia) Venia dignū est, Veniam meretur, Ignoscendum est: aut etiam Ignoscibile est, sequendo Gellium. Eurip. in Medea, Συγγνωστὰ μὲν ζοῖς σε λυπεῖσθαι χρεών. Ibidem, — εἰ γὰ πᾶσι ἄσπις ἔτι, Σύγγνωσ' αὐτοῖς σοὶ ζοῦτ' ἐφαδεῖν λέγειν, Venia tibi danda est: vel, Venia tibi tribui potest: vel, Dignus venia esse potes.

Huic signif. contrariam habet DICOMP. Ἀσύγγνωστος, Non ignoscibilis, Indignus cui ignoscatur, Indignus venia. Hesychius tamē significationem actiuam dare huic nomini videri posset, (vt idem esset quod ἀσυγγνώμων) quippe qui exponat οὐκ ἔχων συγγνώμην: sed συγγνώμην ἔχειν duobus modis vsurpari videbis. Hinc ADVERB. Ἀσυγγνώστως, Ita vt ignosci nō possit, vel nō debeat, Ita vt venia dari nō possit: vel, danda nō sit.

Συγγνώμη, ης, ἡ, Ignoscentia, vt συγγινώσκω est Ignosco, Sed Latinius Venia. nam Ignoscentia ex Gellio duntaxat affertur. Redditur alicubi & Indulgētia. Variis au-

tem modis vtuntur hoc vocabulo. ex quibus frequentissimi sunt cum verbo ἔχειν, & cum verbo τυγχάνειν: quæ sibi mutuò respondent. Vt enim dicitur συγγνώμην ἔχειν qui veniam habet, id est veniam dat, seu tribuit: ita συγγνώμης τυγχάνειν, (ad verbum, Veniam consequi) cui venia datur. Aristot. Rhet. lib. 2, ὅτι τοῖς μαθοῦσι δεῖ συγγνώμην ἔχειν. ἀγνοοῦντες γὰρ ἁμαρτάνουσιν. Isocr. ad Phil. ἀποβλέποντι εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν δεῖ, ἣ δικαίως ἂν ἅπαντες συγγνώμην ἔχοιεν. In eiusdem Panath. συγγνώμην ἔχειν & ἐπιτιμᾶν inter se opponuntur. Legitur itidem apud Demosth. in Midiam συγγνώμην ἔχειν, necnō apud Thucyd. & Platonem, atque alios. Sed apud hunc dicitur aliquis sibi etiam ipsi συγγνώμην ἔχειν, in lib. De rep. πᾶς γὰρ ἑαυτῷ συγγνώμην ἕξει κακῷ ὄντι, πεισθεὶς ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσιν οἱ θεοί. Quod autem ad interpretationem Latinam attinet τοῦ συγγνώμην ἔχειν, est quidem ad verbum Veniam habere: sed frequentius occurrit Veniam dare, seu Veniam tribuere. nam illud Veniam habere, ex Fabio duntaxat affertur. Æmulari certè videtur hoc Latinum loquendi genus illud Græcum, & nouitatem aliquam redolet. Cæterùm dicitur etiam πολλὴν συγγνώμην ἔχειν. Plato De rep. lib. 2, πολλήν που συγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις. Sic Isocr. in Euagora, καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην. Idem in Areopag. οὓς ἄξιόν ἐστι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσιν. Vbi obserua etiam, subiungi particulam εἰ. (Apud eundem, infinitiuo sequente, in Helena, τοῖς μὲν οὖν ποιηταῖς πολλὴ συγγνώμη τοιαύτην ἔχειν τὴν διάνοιαν. Sic apud Plinium, Venia sit, cum infinitiuo: Hæc bello quæsisse venia sit) Hoc quoque sciendum est, addi nonnunquā genitiuum huic loquendi generi συγγνώμην ἔχειν. vt apud Aristoph. in Vespis, διαβαλεῖν ἐθέλω κρατιστόν ἐστι μοι τὸ δίκτυον· Ἡ δέ μοι Δίκτυννα συγγνώμην ἔχοι τοῦ δικτύου. Sic apud Sophocl. πατὴρ τούτων συγγνώμην ἔχει. Paulo pòst autē habebis ex Herodiano, συγγνώμην τῶν ἁμαρτηθέντων. Habet porro verbum ἔχειν, cum hoc accusatiuo συγγνώμην, alium quoque vsum, quo quis passiuè dicitur συγγνώμην ἔχειν, vt contrà actiuè in locis præcedentibus. Sed antequàm de hoc agere incipiam, addam duo loquendi genera quæ itidem Veniam dare, seu tribuere, significant: sed minus frequētia. Ea sunt, συγγνώμην διδόναι & συγγνώμην νέμειν. Hoc συγγνώμην διδόναι cum apud alios, tum apud Polyb. legitur, & apud Herodianum lib. 8, διδόντος αὐτοῖς χρηστοῦ βασιλέως ἀμνηστίαν συγγνώμην τε τῶν ἁμαρτηθέντων. At συγγνώμην νέμειν ex Heliodoro affertur, quod ad verbum respondet Latinis verbis, Veniam tribuere. Non dubito autem quin & aliis minus recētibus scriptoribus in vsu fuerit hoc συγγνώμην νέμειν, (quanuis exemplum in præsentia nullū suppetat) quum συγγνώμην ἀπονέμειν apud Lucianum legatur in Nigrino, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτοῖς τοιαῦτά γε ἁμαρτάνουσιν. μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἐτέρα. Vbi animaduertendum est subiungi participium, sicut suprà infinitiuum vno in loco, in altero autem particulam εἰ, sequente verbo indicatiui modi, præsentis temporis. Potest certè illud participiū in hanc particulam εἰ resolui, sequēte verbo eiusdem & temporis & modi: vt συγγνώμην ἔχειν τοιαῦτα ἁμαρτάνουσιν, perinde sit acsi dixisset, συγγνώμην ἔχειν εἰ τοιαῦτα ἁμαρτάνουσι. Venio ad alterum illum vsum huius loquendi generis συγγνώμην ἔχειν. Vt igitur συγγνώμην ἔχειν dicitur actiua significatione qui veniam dat: (quod Fabius vocat itidem Veniam habere, vt suprà docui) sic passiuè interdum συγγνώμην ἔχει is cui venia datur, qui veniam impetrat: aut certè qui veniam meretur, qui venia dignus est. Plut. aduersus Coloten, ἐχέτω δὲ καὶ τοῦτο συγγνώμην, ὡς λέγουσι, Veniam impetret, Venia donetur. Apud Hermog. autem συγγνώμην ἔχει significat potius, Veniam meretur, Venia dignus est: vbi scribit, χαλεπώτερος ἐστιν ὁ πολίτης ἀδικῶν τοῦ πολεμίου. ὅτι ὁ μὲν διὰ τὸ γένος συγγνώμην ἔχει, ὁ δὲ ἐπιτιμᾶται, διὰ τὸ πολίτης εἶναι, τιμωρεῖσθαι. Hunc certè vsum apud Thucydidem quoque habet verbum ἔχειν cum isto accusatiuo: lib. 3, pag. 98, ἤν τι καὶ ἔχωσί τι ξυγγνώμης ἄξιον, Siqua venia digni sint. Ita enim malo quàm, Siquid venia dignum sit in eis. Quinetiam Euripides ita vsus est in Phœnissis, — καὶ συγγνωστὰ μὲν Γέροντι, τοῦμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει, Προδοῦναι πατρίδα παισὶ δὲ, ὥς μ' ἐγείνατο. Vbi συγγνώμην ἔχει nihil aliud est quam συγγνωστόν ἐστι, sequendo præcedens illud loquendi genus. Ex his porro Euripidis & Thucydidis locis vetus esse istud loquendi genus cognoscimus. Nunc de genitiuo συγγνώμης iuncto cum verbo τυγχάνειν: quæ verba respondent illis συγγνώμην ἔχειν, sed habentibus significationem illam de qua priore loco egi: qua videlicet ponuntur pro Veniā dare, seu tribuere. Sonat enim συγγνώμης τυγχάνειν, siue τυχεῖν, Veniam consequi, Veniam impetrare: vel Venia donari, minus ad verbum, sed eodē sensu. Isocr. Areopag. μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν, ἀλλὰ ταῖς μεγίσταις ζημίαις περιπίπτειν. Idem in Panath. οὐ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶν ὑπὸ τῶν εἰρημένων. (vbi obserua non genitiuum solum, sed præfixa præpositione ὑπὸ) Apud Thucydidē cum hoc genitiuo συγγνώμης, sequente genitiuo personæ. Affertur enim ex eo, συγγνώμης ὑμῶν τυγχάνειν ἀξιοῦ. Alioqui dici etiam posset, συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνειν. Dicitur quoque συγγνώμην λαμβάνειν à Demosthene, is cui ignoscitur: id est, Veniam accipere: vt vicissim συγγνώμην διδόναι dicitur qui ignoscit: id est, Veniā dare, seu tribuere. His opponitur συγγνώμης διαμαρτάνειν, q. d. A venia aberrare: pro Venia excidere, seu Spe veniæ excidere. Aut simplicius, Veniam non consequi, Veniam non impetrare. At συγγνώμης δεῖσθαι & συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι priora sunt quàm hæc συγγνώμης τυγχάνειν vel διαμαρτάνειν. Illud συγγνώμης δεῖσθαι apud Herodianum legitur, lib. 2, ὁ δὲ τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο τῆς ἀρχῆς τὸ ἐπίφθονον, γῆράς τε προϊσχόμενος, συγγνώμης ἐδεῖτο, At ille recusare institit, tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniámque orare. vt Polit. vertit. Illud autē συγγνώμην ἀπεργάζεσθαι ex Polybio affertur pro Facere vt quis ignoscat.

Frequens etiam est συγγνώμη ἐστι, interdum & συγγνώμη, pro Venia dignus est, vel dignū est, (prout postulat locus) Veniam meretur, Venia tribuēda est. Demosth. Pro corona, ἀδικεῖ τις ἑκών; ὀργὴ καὶ τιμωρία κατὰ τούτου. ἐξήμαρτέ τις ἄκων; συγγνώμη ἀντὶ τῆς τιμωρίας τούτῳ. (Qui locus cum isto Thucydidis pulchrè conuenit, libro 3, pag. 96, οὔκουν δεῖ πιστεῦσαι ἐλπίδι οὔτε λόγου πίστει, οὔτε χρήμασιν ὠνητὴν, ὡς ξυγγνώμην ἁμαρτεῖν ἀνθρωπίνως λήψονται. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν. ξύγγνωμον δ' ἐστι τὸ ἀκούσιον. Vbi ξύγγνωμον ἐστι τὸ ἀκούσιον idem valet quod ξυγγνώμη ἐστι τοῦ ἀκουσίου) Idem orator in Mediā, οὐδ' ὁμοίως οὔτε τοῦτο κἀκείνοις συγγνώμην εἶναι φήσουσιν, hunc non eadem qua illos venia dignum esse. Thucyd. lib. 4, pag. 158, ἢ ξυγγνώμην εἶναι εἴ τι ἐναντιοῦνται. Apud eundem cum infinitiuo, libro 8, pag. 279, ξυγγνώμην δὲ εἶναι ἑαυτοῖς περὶ ἀνδρὸς πολεμίου καὶ μετὰ τοῦ τῆς πόλεως ἀξυμφόρου κακόν τι βουλεύειν. Sic lib. 5, pag. 193, εἰκὸς καὶ συγγνώμην dicit, sequente infinitiuo. At Lucillius participium subiunxit, quod eundem quem infinitiuus vsum præstat: Epigr. lib. 2, titulo in auaros: Εἰ μὲν ζῇς ἐλάφου ταναὸν χρόνον ἢ κορώνης, Συγγνώμη πλεῖστον πλοῦτον ἀγειρομένῳ. Atque vt suprà ostendi dici interdum πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, ita etiam πολλὴ συγγνώμη dici sciendum est: atque vnum ex Isocrate huius loquendi generis exemplum attuli quum agerem de illo πολλὴν συγγνώμην ἔχω. Cui addi potest ex Demosth. in Mediam, καὶ νὴ Δία αὐτοῖς πολλὴ συγγνώμη, εἰ τοῦτο ἐστι φοβερὸς ἄνθρωπος.

Συγγνώμη (inquit Aristot. Ethic. lib. 6, cap. 11) est γνώμη κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή. vbi quidam συγγνώμη non interpretantur nomine illo Venia, sed Moderatio animi & æquitas. Verùm non dubium est quin ibi quoq; nomini συγγνώμη solita interpretatio conueniat. Perinde est enim ac si diceret Aristoteles, quòd nos alicui συγγνώμην ἔχομεν, id prouenire ἀπὸ τῆς γνώμης κριτικῆς τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθῆς, id est, à recta sententia diiudicatrice eius quod æquum est & bonum. Totus autē Aristotelis locus est hic, ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. σημεῖον δέ· τὸν γὰρ ἐπιεικῆ φαμὲν εἶναι συγγνωμονικὸν, καὶ ἐπιεικὲς τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. ἡ δὲ συγγνώμη &c. Quoniam tamen Aristot. ita συγγνώμην in illa sua significatione vsurpat vt interim ad eius originem respicere videatur, & eam ducere à γνώμη: quidam vt hoc sua etiam interpreta-

re. Sed idem alibi nominis ἀπάη & verbi ἀπατᾶν etymologiam simul ponit. Verùm vt ἀπάη verbale esse censerem, impulit me quædam non parui ponderis ratio, atque adeo plus apud me quàm illi grammatici autoritatis habens. Ea autem est, quòd inueniatur ἐξαπάη: cui præfixam præpositionē quum ex verbo ἐξαπατῶ manasse, ita manifestum sit vt controuersum esse nequeat: quis ἀπάη ex ἀπατῶ itidem factum, atque adeo formandi illius verbalis ἐξαπάη exemplum præbuisse non fateatur? Vtrunque autem tam ipsam decipiendi seu fallendi actionem, quàm technam qua vtimur ad decipiendum, seu technam deceptoriam sonat. quod itidem sonat Latinis Fallacia. Nunc de deriuatione. Ἀπατᾶν (inquit ille scholiastes) παρὰ τὸ πάπου. quum antea dixisset, inde (videlicet à nomine πάπης) esse & ἀπάη & ἀπατᾶν, quasi μὴ ἀληθείας ὁδοῦ ἔχεσθαι καὶ ὡς ὅτι ἀτραποῦ βαδίζειν, ἀλλὰ καμπὰς ἐλίπειν, καὶ παραγάγειν ὧδε κἀκεῖ. Idem comment. in Iliad. librum 2, Ἀπάη & ἀπατῶ ex α priuatiuo fiunt (inquit) & nomine πάπος, quo significatur ἡ πεπλανημένη ὁδός. Nam ἀπάη est ἡ τῆ ὀρθοῦ ἔκβασις εἰς τὸ πλάγιον καὶ δόλιον. Sequendo autem hoc etymum, oprimè conuenier metaphora, id est metaphorica significatio, verbi ἀπατῶ cum ea quā Latini dederunt verbo Seduco. Satis enim constat Seduco sonare quasi quis dicat Seorsum duco; atque hinc tamen ad decipiendi significationē transferri apud classicos etiam autores videmus. Equidem tam bellè hoc Latinum cum Græco illo in ista traslatione conuenit, vt huius exemplo significatio ista illi data esse videri possit. Cæterùm quod dixi metaphoricam esse verbi ἀπατῶ significationem pro Decipio, nō ita accipiendum est quasi extra metaphoram quoque vsurpetur, sicut Seduco: sed ita loquens, respexi ad significatum illud quod ei conuenit illam ἀπὸ τῆ πάπου deriuationem sequendo. Sed venio ad alteram illam deriuationem, siue etymologiam: quanùis multo minus mihi probetur, ac verisimilis videatur. Ἀάπη, (inquit Etymologus) & per pleonasmum literæ π, ἀπάπη. Ac ne ipse quidem Eustath. hoc etymum ignorauit. In illo enim quem ex comment. in librum secundum protuli loco, Fortassis (inquit) ἀπὸ τῆ Ἀᾶσθαι quod est βλάπτω, & ἀπὸ τῆς ἄτης, fit ἀπάη & ἀπατᾶν: sicut ἀπιδεῖν fit ex ἰδεῖν. Sed ἀπάη deducendo ex ἄτη, esset non tantùm literæ π, sed syllabæ πα pleonasmus. Omisi autem verba quæ apud Etymologum præcedunt, tanquam nihil fide dignum habentia. Legitur enim apud eum, ὁ δὲ τῆ ἀπαφῶ, ἀπάη καὶ ἀπατῶ. quibus subiunguntur illa, ἢ ἀάπη &c. Cæterùm vt ad exemplа vsus illorum veniam, sciendum est eum prosæ scriptoribus cum poetis communē esse. Homerus Iliad. λ, de Ioue, Τῆσι δ' ἀπάπης κτεῖον. vbi scholiastes exponit, ὑπὸ ζώπης τῆς πλαίης. Idem Odyssex ν, genitiuum pluralem ἀπατέων copulat cum μύθων κλοπίων: vbi canit, — δόλων ἆτ', οὐκ ἄρ ἔμελλες Οὐδ' ὁπότ' ἐπποτάων γαίη λήξειν ἀπατέων, Μύθων τε κλοπίων, οἵ τε πρόσθεν φίλοι ἦσαν; Apud eundem legimus ἀπάπτω cum καπνῶ: Iliad. β, Νῶϊ δὲ καπνῶ ἀπάπτω βουλεύσατον. Vbi Eustathius existimat ἀπάπτω dictam esse καπνῶ ad differentiam τῆς ἀγαθῆς. vt apud Æschylum est ἀπάπη quædam δικαία, hoc in versu, Ἀπάπης δικαίας οὐκ ἀπεστατῆς ἐγώ. Fuerit autem ἀπάπη ἀγαθὴ (inquit) ἢ ὠφελιμή, καὶ οὐδὲ ὀπτβλαβής. Additque huc pertinere quod apud Herodotum legitur, ἵνα χρὴ τὸ ψεῦδος λέγεσθαι, λεχέσθω. Hinc & Vlyssem ita δόλιον appellari, in laudem, quinetiam quemlibet belli ducem. Atque hoc quod de imperatore dicit, cum illo Virgilii dicto cōuenit, — dolus an virtus, quis in hoste requirat? Quinetiam in istum locum Iliadis ι, Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάπησι, καὶ οὐκ ἐθέλοντα πιθέσθαι, annotat, optimè adiici ἐθέλοντα post ἀπάπησι. sicut enim non omnis dolus, ita nec omnis ἀπάη vituperanda est: sed ea duntaxat quæ proficiscitur ab iis qui sunt ἀλιτροί. Quibus subiungit eundem illum Æschyli senariū, perperam tamen scribens, ἀγαθῆς ἀπάπης pro ἀπάπης δικαίας. Hæc Eustathius: cui de expositione adiectiui illius καπνῶ minimè assentior: potiùsque καπνῶ ἀπάτῳ ita vocari, vt καπνῶ νόσον ab eodem poeta, initio Iliad. existimo. Neque enim appellari καπνῶ νόσον ad discrimen τῆς ἀγαθῆς, quisquam dicturus sit. (Quomodo autem ibi interpretandum sit καπνῶ, suo loco docui. Exemplis tamen ibi allatis huius significationis quam habet interdū NOMEN Καπνός, hoc quoque diligens lector addere meminerit) At verò ὠφελεῖ τῆς ἐν καιρῷ ἀπάπης, cuius ab Eustathio fit mentio, aliquid præterea mox dicam. Nunc exempla ex solutæ orationis scriptoribus proferam: primùm à Platone incipiens, apud quem legimus, libro 11, Legum, ψεῦδος μηδεὶς μηδέν, μηδ' ἀπάτῳ, μηδὲ τῳ κιβδήλῳ, ᾧμος ὀπτκαλούμενος ἦθος, μήτε λόγῳ μήτε ἔργῳ προσέχειν, ὁ μὴ δικαιοσύνης ἐστὶν ἄσκημα μέγιστον. Dixerat autem paulo antè, κιβδηλεύειν δὲ χρὴ πάντα αὐτὰ διχοῦ διαιροῦντα καὶ ψεῦδος καὶ ἀπάτῳ, ὡς ἔν τῳ ᾧμῳ ὄν τοῦτ' ᾧ τῳ φήμῳ ὀπτφέρειν εἰώθασιν οἱ πολλοί, κακῶς λέγοντες, ὡς ἐν καιρῷ γιγνόμενον ἑκάστου τὸ ὠφελοῦν, πολλάκις αὐτοῦ ἐρρέθη ἔχει. Libuit autem totum hunc locum afferre, vt cum eo possent conferri illa Eustathii verba, ἡ ἐν καιρῷ ἀπάπη. Itidem enim hic constituit Plato τῳ ἐν καιρῷ ἀπάτῳ, sicut τῳ ἐν καιρῷ κιβδηλείᾳ, & τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος: quū tria hæc sub illo quod ᾧμος vocat comprehendantur: cuius meminit & quum dicit, ἐν καιρῷ γιγνόμενον τὸ ὠφελοῦν. Ad tertium autem istud, τὸ ἐν καιρῷ ψεῦδος pertinet ille Herodoti locus, ἵνα χρὴ τὸ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. Sed de his alius fuerit philosophandi locus. Venio ad Xenophontis locum, Pædix lib. 1, ὅτι ζῶντα ταῦτα κακουργίαι πᾶσι καὶ ἀπάται, καὶ δολώσεις καὶ πλεονεξίαι. Sæpe etiam in re militari vsurpatur ἀπάπη. vt apud Plutarchum in Fabio, Φαβίῳ δὲ πᾶσαι ἀπατῶν καὶ διαπειρᾶν ἐπάγων πολλάκις. Apud eundem legimus in libello illo De superstitione, ἀπάπη φλυαρήσασα. Et in Apophthegm. δι' ἀπάτης τὰ πολλὰ φράσαντι. Item ἀπατῶ & ἀπάπτω ex eodem dicere possumus. apud eum enim in libro qui πῶς δεῖ ποιημάτων ἀκούειν inscribitur, Gorgias tradit tragœdiam esse ἀπάπτω, quam ὅτι ἀπατήσας, δικαιότερος τῷ μὴ ἀπατήσαντος καὶ ὁ ἀπατηθεὶς, σοφώτερος τοῦ μὴ ἀπατηθέντος. Apud Alexandrum Aphrodis. ἀπάπη τῆς ὄψεως redditur Hallucinatio visus.

Ἀπατεὼν ωνος, ὁ, Deceptor, Impostor. Xenoph. Pædix 1, δεῖ τὸν μέλλοντα τῶν πολεμίων, καὶ ὀπτβουλον εἶναι, καὶ κρυφίνουν, καὶ δολερὸν, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ κλέπτην, καὶ ἅρπαγα. Herodian. libro 3, αἴσχρα ἀπατεῶνα, σοφὸν τὰ πρὸς ὀπτβουλίαν. Plutarchus De Pyth. oraculo, ἀπατεῶσι καὶ γόησι ἀνθρώποις.

C. Ἀπατήτωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, Virum fallens seu decipiens, Hominem decipiens, vel Hominis deceptor. Vtitur Nonnus. Item Iouis epithetum, de quo lege Etymologū, in Ἀπατούρια.

C. Διαπαπάω, ῶ, Fallo, Decipio. pro simplici ἀπατῶ. Affertur ex Platone De legibus. Ab eius passiuo Διαπατῶμαι est præt. δεδιαπάπημαι, cuius plur. persona tertia est δεδιαπατήτωται, Decepti sunt.

C. Ἐξαπαπάω, ῶ, Fallo, Decipio. Et ipsum significationem simplicis habet: potius enim ornatum simplici, (vt fit & in aliis plerisque) quàm vim eius significationi addere videtur. Est porro in frequentiore vsu compositum hoc ἐξαπατῶ quàm illud ἐξαπατῶ. Homerus Iliad. ι, Ἐκ γὰρ δή μ' ἀπάπησι καὶ οὐκ ἐθέλοντα. οὐκ αὖ ἔτ' αὖτις Ἐξαπάφοιτ' ἐπέεσσιν, ἀλλὰ δέοι. Est enim iungenda præpositio cum ἀπάπησι. Xenoph. Pædix 3, εἰ δὲ εἶδεν, ἃ μὴ ἐβουλήθης ἐξαπατῆσαι αὐτὸν, οὕτως ἐξαπατήσασα ὡς ὥστε αὖ τις τυφλοὺς ἡνωφελεῖς καὶ μανεὶς ἐπεισῶ φρονεῖν ἐξαπατήσειν. Vbi obserua constructionem cum duplici accusatiuo: ita vt liceat dicere, ἐξαπατῶ σε τοῦτο: subaudiendo videlicet præpositionem κατά. Apud eundem legimus ἐμαυτὸν ἐξαπατῶ, Meipsum decipio, Meipsum fallo. (Cui simile est apud Demosthenem, αὐτὸν ἐξαπατῶσιν, Olynth. 3) Idem Xen. de canibus vaniloquis sæpe dixit, vt annot. Budæus. Item de mulierib⁹ fucatis, & viris purpurissatis, in Œ-

conom.pag.493,mex editionis in fine,εἴ σοι μέλλω ἀμφόδως, καὶ οὐς ἐξαλμοὺς ὑπαλεκτρόδως αὐδρεπέλω, ὅπως δὶ πνοιαμὶ πὶ ἐμαυτὸν, καὶ σωείλω ἐξαπατῶν σε. Demosth. ἐξηπατηκότα & συζακεκρουκόφον copulauit: Plato autem ὀξαπατῶντας & χαυνύοντας: sicut antea ἀπατῶσι cum χάσκει copulatum ex Plutarcho attuli. Demosthenis locus est Philipp.2 ὑμεῖς δὲ, ὁρῶν ἐγὼ, διδόντα μὲν καὶ ὑπισχνούμενον ἡγεῖσθε Φίλιππον ἐξηπατηκότα ἤδη καὶ συζακεκρουκόφον ἀπύχεσθε, καὶ σωφρονεῖτ', ἰδεῖν. Platonis autem locus extat Politic.libro 2, non procul à fine, ἀλλ' ἄλλως ἴσως, αὐτοῖς μόνοις εἰ ἦν εἶναι οἷοί τε μὴ μεταβάλλειν, ἡμῖν δὲ πολλὰ δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ὀξαπατῶντας καὶ χαυνύοντες; Et statim post dicitur ψεύδεσθαι, φάσμα σοφὸν ποιῶν, qui hic ὀξαπατᾶν & χαυνύειν. Pass. Ἐξαπατῶμαι, Fallor, Decipior. Xenoph. Prædix 8. ἄλλοι ἄλλως πίστιν ἐξαπατηθέντες ἀπώλεσαν. Plutarchus in libro De audiendis poem. τί δὴ μείους οἱ ἐξαπατᾶσθαι θέλοντες; ἀμαθίαν γὰρ εἶναι ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. Sed actiuè etiam vsurpari fatendum est ab Aristotele Problematũ sect.18 δι' ἣ καὶ ῥᾳδίως ἀπατῶσιν αἰσχίαν ὑποτιθῆσαι μικρὰν, ἢ πολὺ δὲ μᾶλλον ἡδονὴν ἢ ὡς ὑπὸ ῥᾳδίως ἀπατωμένων ὑποτιθῆσι, τὴν ὑπὸ λαβοῦσαν εἶδος πρὸς ὃ ἐξαπατᾶται.

Ἐξαπατᾶν τὸν νοσον dixit Lucianus pro ῥᾳδιουργεῖν, & auertere sensum doloris & morbi. Ita Budæus. At ego & hic verbo Fallere vti nos posse existimo, quemadmodum dicitur aliquis fallere laborem, seu curas: sicut & fallere tempus.

Ἐξαπάτη Fallacia, Deceptio, Impostura. Hesiod.in Theogon. μειλιχιαπάτ' ἐξαπάτησι. Gregor. Nazian ἐπὶ ἐξαπάτῃ τῇ ἀπλουστέρων, Ad deceptionem simpliciorum, Ad decipiendos eos qui sunt simpliciores. Sicut enim ἀπάτη, ita & hoc ἐξαπάτη interdum est ipsa decipiendi actio, interdum verò ipsa techna qua vtimur ad decipiendum seu fallendum, quod itidem sonat Latinis Fallacia: vt dictum est & in Ἀπάτη.

C. Ἀνεξαπάτητος, ΕΤ Ἀνεξαπάτητος, οὐδὲ καθ', idem quod δυσαπάτητος & ἀναπάτητος, paulo aptè. Sed inuenitur ETIAM Ἀνεξαπάτητος, Qui falli non potest, seu decipi. Ex Aristot. Pol. 8, pro eo qui non decipitur.

Pro Ἐξαπατῶ dicitur ETIAM Ἐξαπατάσκω, sed poeticè. Hes. Theog. Ζηνὸς νόον ἐξαπατάσκων, Iouis mentem decipiens, seu fallens. Sed ibi est & alia lectio, videlicet ἐξαπαφίσκων. quam magis receptam magisque fide dignam esse puto.

¶ Ἀπατούρια, τὰ, Festum quoddam Athenienſium, dierum quatuor. quarum prima est DICTA Δόπτια, sicut SECVNDA, Ἀναῤῥύσις, TERTIA Κουρεῶτις, QVARTA Ἔπιβλα. Dictum autem esse ῥᾳδίως τὸν ἀπατῶν, seu ἀπατᾶν creditur. Ἀπατούρια. Fallaciarum solennitas Athenis, inquit Budæus ex Euseb.chronic. Vide Suidam & Aristoph.scholiastem, duobus in locis: in quorum altero tradit placuisse quibusdam dici ἀπατούρια quasi ὁμοπατόρια. Vide & Etymologici autorem. Hesychius autem nullam derivationis mentionem facit: sed quatuor eius festi dies enumerat, quum Suidas & scholiast. Aristoph. tres duntaxat recenseant.

Ἀ Π Ά Φ Ω, ΕΤ Ἄπαφω, idem quod ἀπατῶ, Decipio, Fallo. Sed ἀπατῶ ab vtroq; scriptorũ genere vsurpatur, ἀπάφω à poetis duntaxat: habens etiam quædam composita, vt paulo pòst videbis. Ab hoc ἀπάφω est ἤπαφον, quod Hesychius exponit ἠπάτησαν, & ἐχλεύασαν, & ἔπλωσαν. Quum autem apud Homerum legimus, ῥᾳδίως μ' ἤπαφε θυμῶν, ibi non est ἤπαφε accipiendum seorsim, sed vnà cum præpositione ῥᾳδίως: vtpote à themate ῥᾳδιάπαφω, de quo infrà. Habet et & vocẽ PASS. Ἀπάφομαι. vnde ἀπάφοιτο, item ἐξαπάφοιτο apud Homerum, significationẽ actiuam seruans. Sed quod ad derivationem huius verbi attinet, ego ab Eustathio & Etymologo dissentio. Subiũgo enim ipsum verbo Ἀπατῶ, tanquam inde derivatum: at Eustathius vult Ἀπάφειν esse propriè δι' ἀφῆς ἀπατᾶν. scribit enim, κυρίως, τὸ δι' ἀφῆς ἀπατᾶσθαι. quod κυρίως quum dicit, intelligit, sequendo etymologiam. Paucis enim interiectis subiungit, ἀπάφειν, esse Æolicum verbum, itidémque ἅπαξ κατ' αὐτὸν: idque patere ex tenuatione literæ α. Nam πάκαιρον (inquit) esset ἀπάφειρον & ἀπαφᾶσθαι. (hoc enim repono apud eum pro ἐξαπαφᾶσθαι) Vbi τὸ κοινὸν significat Communi linguæ conueniens. Quin etiam ΔΕΑ Παφία, si ei credimus, hinc deductum nomen habet, per ἐπενθετικὸν literam à qua præpositio incipit. (Sed dicit, κατ' ἐπενθετικὸν τοῦ πρὸς θεότητος τ. affértque nomina in quibus omissa est itidem hæc littera: quum tamen non sit α ἐπενθετικὸν in Παφία, deducendo ab ἀπάφω, dicere necesse sit. Fortassis autẽ aliquis perperam pro α reposuit ε, sequentium potius habens rationem, in quibus deest illa littera, quàm præcedentium: quum Eustathius contrà censeret in Παφία sic omissum esse α, vt in illis ε) Et hæc quidem Eustath. Iam verò Etymolog tantum abest vt Ἀπάω seu ἀπάφω, mecum deducat ab Ἀπατῶ, vt contrà in Ἀπατᾶν hoc nomen inde deriuet, sicut & ipsum verbũ Ἀπατῶ. nã ἐκ τοῦ Ἀπαφῶ, inquit, Ἀπάτη καὶ Ἀπατῶ. Apud eundem hæc leginus, Ἀπαφῶ. τὸ Ἀπατῶ. ἀφῶ, τὸ καλῶς λέγω. ὡς ἀμείφω λέγω ἀμείβω γυναῖκα. & per compositionem ἀπαφῶ: vnde ἀπαφίσκω. Sed hæc mendosa esse, cuius manifestum esse potest: in quibus tamẽ nihil mutare ausus sum, nisi φ ex λ fecerit λέγω. Magnũ certè huic loco auxilium vetus meum lexicum afferre poterit: cuius hæc sunt verba, Ἀπάτη, ἐκ τοῦ Ἀπαφῶ. τοῦτο ῥᾳδίως τὸ λέγω. καὶ μετὰ τοῦ α τὸ σημαίνοντος τὸ καλῶς, ἴσως, καὶ Ἀπαφὲ ὅτι καὶ ὅμηρος παρήπαφε, ἀντὶ τοῦ ἠπάτησεν. Hinc certè perspicere potuimus vnde natus sit error qui huic loco subest, τὸ καλῶς λέγω: & quorsum afferat nomen ἄμειφον. Aut enim valde fallor, aut κακῶς λέγω scriptum reliquerat etymologici autor. quum antea dixisset itidem ἀπαφῶ esse ex Φῶ significante λέγω. ex quo Φῶ, accedente α, quo declaratur τὸ κακῶς, fieri ἀφῶ. His enim aptè subiungi potuit, Ἀφῶ sonare κακῶς λέγω. At ea quæ proxima sequuntur verba, ὡς ἄμειφον λέγω ἀμείβω γυναῖκα. ita intelligo, Quemadmodum dicimus mulierem ἄμειφον, littera α significante τὸ κακὸν, perinde ac si dixisset, ὡς ἄμειφον λέγω ψυχὴν τὴν τὸ κακὸν μορφὴν. quæ posteriora verba aut eum addidisse, aut certe subaudienda reliquisse verisimile est. Ex his autem quid Etymologus quoque de huius verbi derivatione censuerit, liquere potest. Sciendum est tamen adiici & aliam derivationem. ἢ ἄπη (inquit) significat ἀπάθειαν. καὶ ἴσχεται παρὰ τὸ φάω: VNDE Φιάκη & Φιάκη. Sed mea deductio omniũ simplicissima & maximè verisimilis mihi videtur: qua mecum fruatur is cui magis quàm aliæ placebit.

CIRCVNFL. Ἀπαφῶ, quod apud Etymologum scribi vides, in eo loco quem protuli, apud Eustathium quoque legitur. Verbo Ἀπάφοιτο (inquit) cuius aorist. 2 act. est ἤπαφον, prius est Ἀπαφῶ. vnde derivatum Ἀπαφίσκω.

C. Ἐξαπάφω, SIVE Ἐξαπαφῶ, idem quod ἀπάφω, Decipio, Fallo, (sicut ἐξαπατῶ pro ἀπατῶ ponitur) Apoll. l.2, Τρίλω ἐξαπάφων παρελίξατο.

C. ΓΑΡ Παράπάφω, SIVE Παραπαφῶ, idem quod præcedẽs. Apoll. Arg.l 2, Ἀπέλωρα παρήπαφε. Apud Homerũ per dialysin, ῥᾳδίως μ' ἤπαφε θυμῶν.

¶ Ἀπαφίσκω, itidẽ poeticũ, idẽ significans quod Ἀπάφω. A quo est etiã VERB. Ἐξαπαφίσκω, per cõpositionem. Hes. in Theog. Ζηνὸς νόον ἐξαπαφίσκων. (Sed inuenitur & alia lectio, videlicet ἐξαπατάσκων: quã antea habuisti) Annotaui paulo antè ex Eustath. verbo Ἀπάφειν, prius esse Ἀπαφῶ. vnde esse derivatum Ἀπαφίσκω. Cur autem Ἀπαφίσκω ex Ἀπατῶ potius quàm ex Ἀπάω originem habere censeat, aliis iudicandum vel potius diuinandum relinquo.

Ἀτρεκὴς, de quo nunc agam, vix certò statui potest vbi collocandum fuerit, quum de eius etymologia vix quicquam satis probabile afferatur. Est autem apud solos poetas, & quidē tragicos præsertim, vsitatum. In hexametro autem & pentametro carmine ἀτρεκὴς & aduerbiū ἀτρεκέως cōmodā sedem habent. A

– Ἀ Τ Ρ Ε Κ Η Σ, ές, ὁ καὶ ἡ, Verus. Certus. Hesychius ἀτρεκῆ exponit ἀληθῆ & ἀκριβῆ: itidémque ἀτρεκὶς, ἀληθὶς. Eustathius ἀτρεκὶς αἶμα exponit τὸ ἀληθὲς, καὶ μὴ ψεῦδος πλὴν ἔψιν, in ictu Homeri loco, Iliad. β, – ἐκ δ' ἀμφοτέρωθεν Ἀτρεκὶς αἷμ' ἔσσυτο βαλών. Ex Euripide affertur ἀτρεκὴς δοξα, Fama tam certa vt negari non possit. Interdum ἀτρεκὶς aduerbialiter ponitur pro ἀτρεκέως. Sic apud Theocritum, εἰδῆται ἀτρεκὶς scholiastes exponit ἀτρεκέως: addens ἤγουν φανερῶς. Extat autem illius poetæ locus, Idyll. 2, quod Pharmaceutria inscribitur, Κὤτι μὲν αὖτε γυναικὸς ἔχει τόδος, εἴτε καὶ ἀνδρὸς, Οὐκ ἴσαμ' ἀτρεκὶς ἴδμεν. Sic ἀτρεκὶς ἀκοῦσαι in v. lex. aduerbialiter, pro Certò audire. sed autoris nomen tacetur. B C

Ἀτρεκὴς valde dubiam etymologiam habet, vti dixi. Etymologici autor non vnam affert. A δέρκω, (inquit) significante βλέπω est nomen δικὴς, & cum α epitatico, ἀδικὴς. id est, ὁ λίαν ὑποβολιμαίως. Deinde per traiectionem literæ ρ, & mutationem literæ δ in τ, fit ἀτρεκὴς. quoniam ὑπὸ πολλῆς ἀγωνίας τὰ ἀληθῆ θηρᾶται. Secunda etymologia est hæc apud eundem: A τρέχω fit τρεχὴς, & ἀτρεχὴς, id est, ὁ μὴ ῥᾳδίως τρέχων τὸ ἀληθὲς. vel, ὃν οὐδεὶς δύναται ῥᾳδίως ἀναδραμεῖν δι' ὑποψίαν. Tertia est ista: A τρέω significante δέδοικα, fit τρεὴς & ἀτρεὴς: & per pleonasmum literæ κ, ἀτρεκὴς. quoniam ὁ δέδοικὼς καὶ δύσκολος πρὸς ἀλήθειαν λέγει. Additur & quarta, à βέπω, vt sit ὁ μὴ πρόπτωμος. Hæc sunt quæ illic leguntur. Quod autem ad quartā etymologiam attinet, eam sequendo, ἀτρεκὴς existimandum esset dici quasi ἀτρεπὴς. At in meo veteri lexico vnica affertur, ea nimirum cui secundus apud Etymologum datus est locus, paucis mutatis. Ego in aduerbio Νητρεκῶς, (quod paulo pòst sequetur) quod etymum præ cæteris arrideat, docebo. D E

Ἀτρεκῶς, aduerbium, Verè, Certò. In hexametro autem & pentametro versu DICITVR Ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ἀχορεύειν, apud Homerum non semel. Odyssea α, Τοιχὰρ ἐγὼ τί τοῦτο μᾶλ' ἀτρεκέως ἀγορεύω. Iliad. ο, ἐπὸν & ἀτρεκέως coniunxit, hoc in versu, Ἀλλ' ἢ δὴ μ' ἐπόρε καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύειν. Inuenitur & apud Herodotū hoc aduerbium ἀτρεκέως. vt ἀτρεκέως ὀπτασμαι, Compertum habeo. Vel potius, Certò compertum habeo, Certò scio. Hesychius ἀτρεκέως exponit ἀληθῶς & ἀκριβῶς. F

Ἀτρέκεια, ας, ἡ, Veritas. Inuenitur & scriptura IONICA Ἀτρεκίη, tum apud poetas, (vt apud Nonnum & Epigr lib. 1) tum apud Herodotum.

Ἀτρεκέω, ῶ, Verè dico. Ita vulg. l. sed absque vllo testimonio. Ab Hesychio autem ἀτρεκήσασα exponitur ἀκριβωσαμένη.

C. Παναληθὴς, Omnino verus, Verissimus, Certissimus, in Epigr. eadem omnino forma & signif. qua dicitur παναληθὲς. Hinc ADVERB. Παντρεκῶς, VEL Παντρεκέως, Omnino verè, Verissimè, Certissimè. G

¶ COMP. Νητρεκὴς, ἐς, ὁ καὶ ἡ, idem quod ἀτρεκὴς, Verus. Videndum est autem an dici possit νητρεκὴς sonare quasi νηατρεκὴς, particula νη augendi vim habente, sicut & in aliis quibusdam compositis: ex quibus est νήχυτος. Hoc enim NOMINE Νήχυτος declaratur δαψίλεια κύματος, à Dionysio De situ orbis, vbi κόλπος νήχυτος ab eo vocatur. (Estque obiter animaduertendus hic VOCVLAE Nη vsus. Alioqui enim plerunque non intendendi sed priuandi vim habet. vt videmus in Νηλεὴς, in Νηκερδὴς, in Νήκουστος, in Νήεμβολος, aliisque quamplurimis) Videndum est inquam an νητρεκὴς dicendum sit sonare quasi νηαρεκὴς, an potius eadem illi quæ & præcedenti ἀτρεκὴς etymologia tribuenda sit: de qua differam in proximè sequente aduerbio Νητρεκῶς. H

Νητρεκῶς, Verè, Certò. Lycophron initio suæ Alexādræ, Λέξω τὰ πάντα νητρεκῶς ἅμ' ἐκφάτις. Vbi Tzetzes, postquam νητρεκῶς exposuit ἀληθῶς, subiungit, deriuari à νη priuatiua particula, & τρέω quod significat φοβοῦμαι. quoniam qui vera loquuntur, non verentur reprehensionem, sicut ii qui mentiuntur. Hoc autem etymum non dubium est quin itidem præcedenti Ἀτρεκὴς cōuenire possit, quantum ad deriuationem à verbo τρέω attinet: vt videlicet Ἀτρεκὴς sit ex α priuatiuo & verbo τρέω: sicut νητρεκὴς est ex particula νη, priuandi vim habente, & verbo τρέω. Quod etymum lubentius dederim nomini ἀτρεκὴς, quàm reliqua quæ allata antè fuerunt. sed ratio etymi quæ hic affertur magis mihi placet quàm quæ allata fuit. Addendum autem hoc esset, vt ἀτρεκὴς, sequendo illud etymum, dicitur quasi ἀτρεπὴς: sic νητρεκὴς quasi νητρεπὴς. Ac profectò inueniuntur & alia composita idem significantia, quorum vnum α priuatiuum, alterum particulam νη habet. At νητρεκὴς dici quasi νηατρεκὴς, parum verisimile est.

Quod subiungitur compositum Ἄσωτος, locū habere potuit, atque adeo debuit, post deriuata ex verbo Σώζω, tam ea quæ deriuationem simplicem habent, quàm ea quæ sunt composita.

– Ἄ Σ Ω Τ Ο Σ, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. Qui seruari nequit. (vtendo hoc verbo in ea significatione qua dicitur à Terentio, – ipsa, si cupiat, Salus, Seruare prorsus non potest hanc familiam) Non malè fortassis eius vis exprimatur, reddendo Luxu perditus. Alioqui inuenitur etiā Perditus, sine adiectione, ad eandem significationem pertinens: vt quū dicitur Perditus ac dissolutus adolescens, à Cicerone. Dicitur enim ἄσωτος pro ἄσωτος, à σέσωσμαι tertia persona præteriti verbi σώζομαι. Perperam autem quidā ex α priuatiuo & voce actiua σώζειν factum esse putāt: vt eum significet qui nihil sibi seruat. Aristot. Ethic. 4, cap. 1, de eo qui ἄσωτος appellatur, cum alia pleraque dicit, tum verò hoc nomine vocari τὸν δι' αὑτὸν ἀπολλύμενον, id est, qui per se suáque opera perit, vt quidam interpr. Quidam verò sic, paulo liberius, Qui salutē suam negligens, per se ipse perit. Subiungit Aristoteles, δοκεῖ δὲ ἀπώλειά τις αὐτῶ εἶναι καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορὰ διὰ τὸν ἐν δεῖ τοῦτον ὄντες. id est, Videtur autem sepsum quodammodo perdere qui facultates profligat, quòd harū adminiculo viuatur. Vulgò tamen ἀπώλεια hic redditur Interitus: sed durè hoc dicitur Interitus sui ipsius. Quidam verò, vt hoc vitent, ita interpr. quasi non αὐτῶ sed αὐτοῦ legeretur, Ipsius interitus. Ego αὐτῶ retinens, malim accipere actiuè vocem ἀπώλεια. q. d. Perditio sui ipsius. Ibidem legimus, τοῖς γὲ ἀκρατέσι καὶ εἰς ἀκολασίαν δαπανηροῖς, ἀσώτοις καλοῦμεν. Eodem capite scribit τοῖς πολλοῖς αὐτῶν esse ἀκολάστοις: subiungens, ἀχρεῖος γὲ ἀναλίσκοντος, καὶ εἰς τὰς ἀκολασίας δαπανηροί εἰσι. Cæterùm ex his Aristotelis verbis, quis ἄσωτος vocetur, cognoscere possumus: sed quomodo Latinè reddi aptè verbo vno queat, ambigitur. A Cicerone vertitur Luxuriosus: qui hæc Epicuri verba, εἰ τὰ ποιητὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τοὺς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, &c. sic interpretatur, Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu. Cætera vide in lexico meo Ciceroniano, pag. 55. Vide & 163 eiusdem pagina alium eiusdem Ciceronis locum, in quo ἄσωτος ita interpretatur. Gellius libro 7, cap. 11, Et nequam hominem, nihili, neque rei neque frugis bonæ: quod genus Græci ferè, ἄσωτον, ἢ ἀκόλαστον, ἢ ἐχθρὸν, ἢ ἀχρεῖον, ἢ κακόπρακτον, ἢ μιαρὸν dicunt. Hæc ille. Placet autem mihi ex his interpret. illa maximè qua redditur Nequā: quòd à Cicerone hominē nequa homini frugi non vno in loco opponi videam. A quibusdā redditur etiā Prodigus, itē Decoctor. sed prius illud malim. Nec dubitarim ex

Tacito vertere etiam Ganeo & profligator. ab eo enim hæc duo copulantur. Atque adeo ad hæc eius verba respiciens, in Aristot. loco qui modò allatus fuit, vbi φθορὰν τῆς οὐσίας dicit, verti Facultates suas profligare: quum alioqui possem vti verbo Dissipare, seu Dilapidare. Illud autem vocabulum Ganeo vel eā ob causam conuenit, quòd itidem Ganeum sit Latinis seu Ganea quod Græcis ἀσωτεῖον. Budæus ad ipsum nominis huius etymum respiciēs, & id exprimere conans, vertit ἀσώτους, luxu & ganeæ studio perditos. Cicero De fin. lib 2, vocem Græcam retinuit, ita scribens, Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderint, nec orientem: qui consumptis patrimoniis egeant. Nemo nostrûm istius generis asotos iucundè putat viuere. Sed venio tandem ad exēpla vsus nominis istius: cui quanuis Gellius aliquot alia tāquam synonyma adiungat, (vt vidisti in loco quem ex eo paulo ante protuli) aliquam tamen vim sibi peculiarem habere existimo. Illa quidem certè synonyma quæ Pollux affert, aut saltem eorum aliqua, magis mihi conuenire videntur: sunt autem hæc, Ἀφειδὴς, Ἀπαμβυτὸς, Ἐκκεχυμένος, Ἀδηπάνητος, Ῥᾳθύμως τὰ χρήματα, Καταδηδοκὼς τὰ πατρῷα, καταναλίσκων, ἐκχέων ἀπολλύς, &c. Sed excusari potest Gellius, si dicamus, quanuis vtatur particula ἤ, non tamen eòdem illas omnes voces Græcas, sed primam ἄσωτον, forasse & secundam, ad Latinam vocem Nequam, cæteras autem ad sequentes voces Latinas potius retulisse. Certè ἀκόλαστον quoque ἀπὸ τῆ ἀσώτου differre, ita vt quicunque sit ἄσωτος, non protinus etiā ἀκόλαστος, vel ex iis Aristot. verbis discimus, in quibus nō πάντας τοὺς ἀσώτους, sed τοὺς πλεῖστους τῶν ἀσώτων ait esse ἀκολάστους. Apud Ath. l. 4. Alexis hisce duob⁹ versibus ἄσωτον quendam, siue ἀσωτίαν cuiusdam ita describit, Διόδωρος οὐτοσὶ πεντήκοντ' ἐτῶν ἔστιν δύ' ἔχων ἀπόδειξιν τοῦ πατρῴου οὐσίαν. Οὕτως ἅπαντα κατημάσησεν. Dictum enim erat, antequam afferrentur hi versus, ἀσώτους ὦ γῆ εἶδε δίχ' ὀπτοὺς· ἵνα ὦ, τὸ μνημονεύειν ἀλλ. ἐξ ἀ Κριθίας. Quæ autem de aliis ἀσωτοις subiunguntur, illic videnda tibi relinquo. Ibidem legimus Areopagitas solitos ad se vocare & punire τοὺς ἀσώτους καὶ μὴ ἔχ τινας πατρικὰς οὐσίας ἔχοντας. Plutarch. in libro De discernendo amico ab adul. τοὺς ἀσώτους & πολυτελεῖς copulant: scribens, ἢ τοὺς ἀσώτους αὖ πάλιν καὶ πολυτελεῖς εἰς μικρολογίαν καὶ φυπαρίαν ἐνεδίζωσιν. Ibidem legimus ἄσωτον καὶ ἄπακτον. Inuenitur & superlatiuus gradus Ἀσωτότατος, apud Athenæum libro 4, ex Axionico comico, ὁπὶ καλούμενος ἀσωτότατος.

Ἄσωτος in propria significatione, (sic appellando eā quæ derivationi omnino conuenit) pro eo qui seruari non potest: id est, de cuius salute nulla est spes, vide post deriuata ab eo Ἄσωτος de quo nunc agitur. Illud enim alterum cum Ἄσωτος coniungam.

C. Ἀσωτοδιδάσκαλος, ου, ὁ, Luxuriosorum magister. Luxuriosorum præceptor. Titulus est vnius ex comœdiis Alexidis, apud Athen. lib. 8.

C. Ἀσωτοποσία, ας, ἡ, Luxuriosorum potatio, vel Luxuriosa potatio: seu, qualis est luxuriosorum. In v. l. redditur simpliciter Crapula.

Ἀσώτως, Luxuriosè, Luxuriosorum more. Athen. libro 4, ζῆν μὴ κοσμίως, ἀλλ' ἀσώτως. Cum eodem verbo, saltem cum eius participio, iunctum habemus apud Lucam, cap. 15, v. 13, καὶ ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώτως. Quidam interpr. Profusè viuendo. non malè: sic tamen vt Luxuriosè magis mihi placeat. In vulg. lex. ἀσώτως redditur Turpiter, Immodicè, Prodigè, Perditè: quarum interpretationum vnicam tantùm admittendam censuerim, videlicet Prodigè: sed ei vnā ex illis duabus proximè præcedentibus præferens, ac præsertim Luxuriosè. (Possit verò & Nequiter addi, quatenus ei Cicero opponit Frugaliter: sicut homo nequam opponitur homini frugi) Ibidem subiungūtur illis interpretationib⁹ hæc Isocratis, ἀσώτως ἐκεῖς τὰ χρήματα διῳκίμενος. quarū tamē nulla istis verbis aptari posse videtur. Ego vel hoc vel simili modo vertenda censuerim, Qui luxuriosè prodigit pecunias, vel dissipat facultates: aut, Luxuriosorum more. Nisi fortè interpretandum sit simplicius (locum enim non adii, vtpote non indicatum) de affectu, Qui ita est erga pecunias affectus vt esse solent luxuriosi.

Ἀσωτία, ας, ἡ, Luxuria, Prodigalitas, Profusio. Aptè redditur & nomine Nequitia, (sicut ἄσωτος, Nequam: ἀσώτως, Nequiter) id est, Luxus vitæ prodigus effususque: vt Gellius apud Q. Claudium exponit, luxuriam cum nequitia copulantem. ita enim scribit, Sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumpserat. Bud. ἀσωτίᾳ à Gellio reddi Luxum & popinationem scribit: sed locum eum apud Gellium nondum inueni. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 1, ἡ μὲν οὖν ἀσωτία τῆς διδόναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβάλλει, τῆς δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει· ἡ δ' ἀπλευθερία τῆς διδόναι μὲν ἐλλείπει, τῆς λαμβάνειν δ' ὑπερβάλλει, πλὴν ὅτι μικρῷ. Sic verò & in aliis locis ἀσωτίαν ἀπλευθερίᾳ opponit, vt vitium vitio. at μεσότητα esse dicit πλὴν ἐλευθεριότητα. vt Ethic. libro 2, cap. 7, περὶ δὲ δόσεις χρημάτων καὶ λήψεις, μεσότης μὲν, ἐλευθεριότης· ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις, ἀσωτία καὶ ἀπελευθερία. Sic Plutarch. quoque hanc μεσότητα constituit: sed τῇ ἀσωτίᾳ opponens μικρολογίᾳ, non ἀπελευθερίᾳ, in libello quem περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς inscripsit. (Obiter autem annotentur & hæc de NOMINE Ἐλευθεριότης) Athenæus libro 4, πάντα γὰρ ἀπώλεσαν τὰ πατρῷα εἰς ἀσωτίαν. Apud eundem legimus de Apicio, ibidem, ἢ ἀπὸ δέκα ἀσωτίαν ἐβάδισεν. Idem vsurpat ἀσωτίαν cum genitiuo τοῦ βίου. Polit. apud Herodianum ἀσωτίαν vertit Sumptus insanos: lx, οὐκ οἶδ' ὅπως δημόσιοι δαπανοῦσι τὸν χρόνον· ἀλλὰ πάντα ἀσωτικώτερον τῆ Κομμόδου ἀσωτίᾳ. Ita enim hæc reddit, Et ærarium publicum sumptibus illis insanis iampridem à Commodo exhaustum. Quæ interpretatio minimè mihi probatur: quod immanes sumptus fieri possint ab iis etiam qui non sint ἄσωτοι, nec luxuriosè viuant. Apud eundem scriptorem habemus pluralem numerum ἀσωτίας, vbi Politianus, ἢ πᾶν ἀσωτίας καὶ κραιπάλας vertit Inter vina & epulas, paulo liberius, nec satis expressa vi Græci vocabuli. Ego in huiusmodi quidem loco ἀσωτίας exponendum censerem potius Luxuriosa conuiuia, vel Luxuriosas comessationes: vel Helluationes. Quæ autē interpretatio huic loco conuenit, eadem & isti Athenæi conuenire existimanda est, in quo itidem ἀσωτίας & μέθας copulat: lib. 11, vbi loquitur de poculo quod λεπαστὴ vocabatur: ἔστι δ' τὸ ποτήριον ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς μέθας ἢ τὰς ἀσωτίας πολλὰ ἀναλισκόντων εἰς λαγύνας καλούμενον.

Inuenitur etiā SCRIPTVM Ἀσωτία, cū ει: cum alibi, tū in illo Herodiani loco quem protuli priorem. sed multo magis recepta est scriptura cum ι solo. Alioqui ἀσωτία per ει, esset tanquam à verbo Ἀσωτεύομαι.

Ἀσωτεῖον, ου, τὸ, (inuenitur etiam SCRIPTVM Ἀσώτιον, sed minus mihi scriptura hæc probatur) Locus in quo luxuriosi & prodigi epulantur & comessantur: aut etiā suas libidines exercent. Aptè redditur Ganeum, siue Ganea: sicut ἄσωτος, Ganeo. Redditur & Popina. Pollux l. 6, 9, inter partes vrbis, sed minus honestas, enumerat ἀσωτεῖα, & πτηνεῖα, & κυβευτήρια, atque alia. Altera autem scriptura quæ habet ι solum, apud Athenæum extat, in isto Stratidis comici loco, Εἰ μηδὲ χέσαι γ' ἔστιν ἡμῖν ἡσυχῇ, Μηδ' εἰς ἀσώτιον πρᾶτε. Extat & in alio eiusdem libri loco, τί ὠφελῶμαι δαρεικὸν μηδὲ κλάσας; ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον. μαγείρια σκεύη καταλήψομαι; Sed non dubito quin mendosa hæc scriptura sit pro ἀσωτεῖον: præsertim quum hoc admittat versus, & nomina huiusmodi significationem habentia (id est, quibus significantur loca in quæ aliqui congregantur) itidem per ει scribi soleant.

Ἀσωτεύομαι, idem quod ἀσώτως ζῶ, (quæ verba habuisti sparsim ex duobus locis) Luxuriosè viuo, Omnia per luxum profundo, seu in luxum, Prodigè viuo. Aristot. Polit. lib. 5, in fine, ὅτι ἀσωτευόμενοι, καταπίπτουσιν εἰς τοὺς τόκους. Apud Athenæum l. 8, ἀσωτευόμενος παῖς ἐστιν, Adolescēs luxuriosè viuēs, vel Luxuriosus, Nequā, &c.

sequendo interpretationes quæ nomini ἄσπας da- A tæ fuerunt. Libet verò hic lectorem risus mei participē facere. id est, eius quod me, licet occupatissimum, ridendi otium suffurari coegit. Ἀσωτεύομαι, (inquiunt vulgaria lexica) Luxu diffluo: sumptum à populo Asotorum, quòd essent luxu perditi, perpetuóque in comessationibus versarentur. Meminit Cicero De fin. l. 2, Nolim enim mihi fingere asotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur: crudique postridie se rursus ingurgitent. Hoc illud est, lector, quod tu, intellectis iis quæ ià de hac voce ἄσπας eiusq; origine dicta sunt, si absque risu legere poteris, alterum Heraclitum esse putabo. Hic autem considera quàm callidi fuerint vulgarium lexicorum consarcinatores, qui, quum vocis huius etymologiam nullam inuenirent, populum à quo deriuaretur, commenti sunt. In qua igitur orbis parte constituendus hic Asotorum populus erit in eadem in qua populi Hessones & Hœtines, necnon Halees, vrbs Machus, mons Hirus, à Valla constituuntur. De quibus si consulere non pigeat epistolā quam editioni Latinæ Herodoti præfixi, omnino eandem risus materiam inuenies, eumque hic inceptum, illic persequi poteris. c

C. ΚΑΤασπανίω, in v. l. & quidem iis etiam quæ primæ omnium in lucem edita fuerunt, exponitur Consumo, Dilapido: sine vllo autore. Ego (vndecunque sumptū sit) non dubito quin significet, nō simpliciter Dilapido, sed Dilapido luxuriosorum more, vel Dilapido seu profundo per luxum, seu in luxum. Eademque forma dictum videtur qua κεφηδυπαθῶ. eundem certè vsum præpositio κατ' habere dici potest. D

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φαῶς, vel in Καίνω collocari potest, sequendo eam quæ illi à plerisque tribuitur, etymologiam. quæ nā autem ea sit, mox docebo.

ΒΑΣΚΑΙΝΩ, Fascino. primum enim huic significationi locū esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo conuenire E videtur. Volunt enim plerique grammatici βασκαίνω dici quasi φασκαίνω, id est φάσμα καίνω, oculis occido: id est aspectu. Quò pertinet hic Virgilii locus, Ecloga 3, His certè neque amor causa est, vix ossibus hærent. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic & ὀφθαλμὸς βάσκανος, oculus fascinator, apud Plutarchum, vt paulo pòst docebo. Quinetiam & apud Horatium, epist. 14, lib. 1, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam limat, quidā obliquo oculo interpr. inuido. Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus F ineſſe, discimus ex Plinio, scribente libro 7, cap. 2, Esse eiusdem generis in Triballis & Illyriis, adiicit Iligonus, qui visu quoque effascient, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis. quod eorum malum facilius sentire puberes. Proximè autem præcedentia verba sunt hæc, In eadē Africa familias quasdam effascinantium, Iligonus & Nymphodorus tradunt: quarum laudatione intereant probata, arescāt arbores, emoriātur infantes. De quo loco differam mox quum agam de passiuo Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βάσκανος (inquit schol. Theocriti) propriè ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς βλάπτων, καὶ φθείρων τὸ ἐφ' ἑαυτῷ ὑπ' αὐτῶν. Sic & apud Etymol. ὁ τοῖς φάσμασι καίων, quasi φάσκανος. Et à βάσκανος vult esse verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω præcedere, præsertim quum in eo verbum καίνω incorruptum extet, & quædam à similibus verbis similem formam habentia nomina inueniantur. Parui alioqui refert vtri priorem locum demus. Quæcunque autem sit huius verbi etymologia, accipi pro Fascinare, constat, cum alibi, tum apud Aristotelem. vt sect. 10, probl. H 34, ὅτι λέγουσι γενῶ, ὅταν τῆς αὐτῆς πράξεως ἰδίᾳ τι φθείρωνται, μετὰ δὲ ὄντος ἄλλου βασκαίνωσι. Sic & apud Alex. Aphrod. lib. 2, problemate 53, διὰ τί ἔνιοι βασκαίνουσι, καὶ μάλιστα παῖδας. Quod autem addit καὶ μάλιστα παῖδας, pertinet ad hæc quæ ex Plinio attuli de fascinatoribus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. Apud Plutarchum quoque Sympos. lib. 5, problem. 7, habes quæ huc pertinent. vbi extat & compositum καταβασκαίνω in eadem significatione. Sic PASS. Βασκαίνομαι, Fascinor. Theocr. Idyllio 6, Ὡς μὴ βασκαίνῃ τις, ἐπεὶς εἰς ἐμὲ τήνα πόλλα. vbi scholiastes annotat, suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, nimirū sinui suo inspuere, τὸ γεμισθὲν ἀκαθαρσίας. Atque huc certè pertinet quod ī Plinii loco paulo antè habuimus, de illa laudatione familiarū quæ effascinant. Itidem enim hìc pastor dicit, postquam sibi tam pulcher visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne fascinari posset: quasi laudatione illam de sua forma opinionem consequente, à qua laudatione periculum impenderet. Ita enim existimo intelligendum esse hūc locum: eius tamen expositionem aliorum iudicio relinquens, quibus attentius eum expendere vacabit. Vtitur porro passiua illa voce & Aristot. Probl. 34, sect. 10.

Βασκαίνω, Inuideo. quoniam videlicet qui fascinant, id faciunt quòd inuideant. vt discimus ex iis etiā quæ leguntur apud Alex. Aphrodis. libro 2, problemate 53. Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοι τοῦτο, aut οὕτω. Item, βασκαίνω ὅτι οὕτω. Demosth. εἰ μὲν γάρ τις ἐμὲ πολλά, μικδίν' ὑμᾶς αἰδικῶν, εὖχ' ἅν ὅτι οὕτω βασκαίνειν. Apud Philostratum epist. 12, duplicem constructionē habet hoc verbum, diuersis in locis: in priore, cum dativo personæ: in posteriore, cum accusativo rei. Ita enim orditur illam suam epistolā, Οὐδὲ ὁ Θετταλὸς Γλάτων οἷς σοφοῖς ἐβάσκηνε. καὶ σοφὸν εἶναι δοκεῖ τοῦτο. (sed repono hic, εἰ μὴ σοφόν, &c.) Aliquanto pòst, ἢ βασκαίνει μέν τις τὰ μὲν ἑαυτοῦ φρικτά· ἃ δὲ ἄμεινον ἦν μὴ χεῖρον δέδοκται, ζηλοπαθεῖται ὡσαύτως. (Vbi obiter obserua etiam quod sit discrimen inter V E R B. Φιλοπαθεῖσθαι & verbum Βασκαίνειν. itidem certè ζηλοπαθία distinguitur ἀπὸ τοῦ φθόνου, vt ibi videbis) Sic apud Herodianum βασκαίνειν cum accusativo rei: ἐβάσκηνε πάντα, καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. Sed & cū dativo personæ & accus. rei simul iunctum reperitur: interdum cum dativo pers. & genitiuo rei. Quinetiam cum genitiuo solo. Lucian. in Philopseude, τῶν ἐμῶν παίδων ἐπιμελῶς, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐνμαθοῦσι παρ' αὐτοῦ. ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίπερ πρὸς τἄλλα φιλόπαππος ὤν. Sic autem vtūtur & verbo φθονεῖν, & quidem frequentius quàm hoc. Eodémque modo Latini verbum Inuideo vsurpant, sed tū accusativo. Quanuis autem in isto Luciani loco non additus sit ille dativus personæ, ex eo tamen probari illa constructio potest: quòd relinqui subaudiendum, longè manifestissimum sit. Apud eundem Luc. extat cum præpositione ὅτι, vbi scribit, βασκαίνειν ὅτι ταῖς ἀτυχίαις. Libanius iunxit etiam accus. personæ hoc verbum, vt testatur Suid. qui hanc constructionem improbare videtur. scribit enim, βασκαίνω σοι αἰεί· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰσπατικῶς, Τὸν πρεσβύτην τὰ βασκαίνειν.

Βασκαίνω, Criminor, Reprehendo, apud Demosth. & Plutarch. vt testatur Budæus, qui ex illo affert, ὁ δ', σκήψας ὡς ἐδεῖ λέγειν, εἴ τι δύσκολον συμβαίη, τοῦτο βασκαίνει, hoc criminatur, seu reprehendit. Sic autem Harpocr. à Demosthene poni testatur βασκαίνειν pro αἰτιᾶται & μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hesych. βασκαίνειν exp. λυπεῖ, ζημιοῖ, μέμφεται. G

Βάσκανος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fascinator, Fascinatrix. vt βάσκανος ὀφθαλμός, Plut. Sympos. lib. 5, Probl. 7, Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπόντας λόγου πολλοὺς δέομαι. Sic à Virgilio dicitur oculus fascinare, vt antea docui. Apud Plutarch. in libro De virt. mulierum, βασκάνου τάφος redditur Fascinationis sepulcrum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit, αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις ἡμιθύρους ἐπὶ πολίτου, ἀπὸ τῶν πόντου αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζουσα τὴν εὐμένειαν τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, οὐκ ἀπέθανεν αὐτὸ πεισθεῖσα πρὸς τοῦ πυλῶνος ὅπου πάλαι καὶ καλεῖται βασκάνου τάφος, ὡς βασκαίνῳ τινὶ τύχῃ τῶν Πολυκρίτων φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν ἡμῶν. Ibi enim quidam interpretatus est Fascinationis sepulcrum, (quam interpretationem & vulgex. seruarunt) itidemque βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Inuidiosæ fascinationi. Alii βασκάνου τάφου reddere maluerunt: In-

uidiæ ſepulcrum,ſeu luoris: ſic tamen vt in βασκάνω, quod ſequitur,faſcinationis & ipſi ſignificationem ineſſe voluerint. At ego non video cur huic datiuo potius quàm illi genitiuo ſignificatio iſta tribuenda ſit. qua de re dicam & in proximè ſequente tmematio, vbi agam de Βάσκανος ſignificante inuidum. Sed & illud ſuſpectum eſſe poſſit,quòd adiectiuo βασκάνου tribuitur ſubſtantiui βασκανίας interpretatio. Quanuis enim dici poſſit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία,(vt paſſim adiectiuis hunc ſubſtantiuorum vſum dari vidimus) non fuerit tamen veriſimile βασκάνου itidem pro βασκανίας vſurpatum hic fuiſſe. A B

Βάσκανος,Inuid⁹,Plutarch.in eo loco qui paulo antè allatus fuit,βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Inuida quadam fortuna, vel Inuidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr. Inuidi cuiuſpiam faſcinatione:quidam Inuidia quadā fortunæ faſcinata. Sed non magis crediderim nomini βάσκανος vllam hic ſubeſſe faſcinationis ſignificationē, q̄ ineſt verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quē paulo antè attuli,τὸ βάσκανε παῖπα καὶ αὐτόπρεψε τοιχεᾶ τύχη. Redditur etiam Obtrectator,Maleuolus. Demoſthenes,πονηρὸν,ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν,ὁ συκοφάντης,ἢ παπαχρῆν βάσκανον,καὶ φιλαίτιον. Quo ex loco crediderim Harpocrationem ſumpſiſſe occaſionem exponendi apud eundem oratorem,βάσκανον πολίτευμα,φιλαίτιον ἢ συκοφαντικόν: vbi ille ſcribit, βάσκανον δὲ ἢ πονηρὸν ἢ κακόηθες οὐδὲν δεῖ πολίτευμα εἶναι. In genere fœminino apud Ariſtoph.in Pluto,ἡ ψυδεῖ ζοῦσαν γ' ἡδέως,καίτοι σφόδρα βάσκανος οὖσα. C

C. Ἀβάσκανος,& Ἀβασκάντης;vide in Indice.

Βασκαίως,Inuidè,Inuido animo.φθονερῶς.

Βασκανία, ας, ἡ, Faſcinatio.(ſicut βάσκανος,Faſcinator) Ariſtot.ſect.20,probl.34. διὰ τί τὸ πλῆθος βασκανίας φασὶ φαίνεσθαι δεῖσθαι; Sæpius autē Inuidia,ſeu Inuidentia. Philo De vita Moſ.lib.1,ἀλλ' ἐχρῆν τῷ ὄντι βασκανίαν ὑπερβαίνειν, τὰ πρὸς τὸν ἀνδρα ἀμείνονα. Chryſoſt.De ſacerdotio,βασκανίας ἔσχηκαί τὴν πλείστην ἀφορμήν. Interdum etiam eſt Obtrectatio. Bud.συκοφαντίαν exponit in hoc Demoſthenis loco Pro corona, πολλαχόθεν ὦν ἔνιοι καὶ πρός τινας ἴδοι τὴν ἀγωνοθεσίαν αὐτῷ καὶ τὴν βασκανίαν. ETIAM Βάσκα ponitur pro βασκανία,ſi Heſychii exemplaria nō mentiuntur.In iis enim ſcriptum eſt,βάσκα,μακάλη,βασκανία.Sed ſuſpicor βασκανία cum illis verbis iungi nō debere: ſeorſim enim ab Heſychio cum ſua expoſitione ſcriptum fuiſſe. Apud eundem LEGITVR Βάσκας,ſed pro quodam auis genere. D E

Βασκάσιον,ου,τὸ,Faſcinum.Βασκάσιον dicunt antiqui,(inquit Phrynichus)non ἄνευ,βάσκασιον,cum præpoſ.ἄνευ.Vbi ſimul obſerua iſtam VOCEM Ποσ,βασκάσιον, quam à nonnullis pro βασκάνιον vſurpatam fuiſſe,ex eius verbis colligimus. In vulg.lex.βασκάσιον redditur non ſolùm Faſcinum,ſed & Odium. In iiſdem annotatur ex Polluce,βασκανία vocata fuiſſe quædam ridicula,quæ apud veteres fabri ferrarii ante fornaculam appendere ſolebant,inuidiæ auertendæ gratia. Affertur autem à Polluce & in numero ſingulari,ex Ariſtophane, πάνυ εἶπε σφόδρα δεόμενος βασκασίου δεῖσθαι καινοῦ αἰδοῖς χαλκέως. Sed apud Pollucem pro βασκασίου legitur βασκείου & βασκεία pro βασκανία,non ſine manifeſta deprauatione vtrobique. P

Βασκοσύνη,Faſcinatio,Faſcinum.in v.l. Q

C.ΚΑΤΑβασκαίνω,idē quod Βασκαίνω, Faſcino. ſicut Effaſcino non plus eſt quàm Faſcino.Legimus apud Plut. Sympoſ.lib.5,problematis ſeptimi initio,Περὶ τοῦ καταβασκαίνειν λέγομεν καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λέγου τοῖς ἐδέσμασι δεῖπνον.

Γέφυρα.de qua nunc agetur,poſt alia à γῆ deriuata locum habere poſſet: ſiue id etymum quo dicitur eſſe quaſi γῆ ἐφ' ὑχρᾶς.ſiue id quod à γῆ & φορῶ deduxit,ſequamur.Sed quàm tutū ſit hæc ſequi, aliorum eſto iudicium.

– ΓΈΦΥΡΑ, ας, ἡ, Pons. Dicitur autē propriè γέφυρα,(ſi Herodiano grāmatico apud Euſtathium credimus) γῆ ἐφ' ὑχρᾶς, id eſt, terra ſuper aquam. Etymologus quoque huius deriuationis mentionem facit.ἡ γὰρ ὑχρὰ γῆ (inquit)quaſi γέφυρά τις οὖσα. Sed affertur & alia ab eodem, & quidem priorē locum apud eum habēs:videlicet à γῆ & φυέω. vt ſit quaſi γήφυρα,id eſt,ἡ τῇ γῇ συνεχθεῖσα. Quibus verbis ſubiungitur,καὶ ἐφ' ὑγρῷ πέφυκε μάλιστα. In meo autem ver.lexico additur,ἡ ἀπὸ τῆς,ἀπὸ γῆς εἰς γῆν μεταφέρει. Communis porro eſt huius nominis γέφυρα vſus proſæ ſcriptoribus cum poetis.Homer.Iliad.ε.Θωὴ γὰρ ἀμφὶς ἴδον,πύλας πολέμοιο ἐοικώς Χειμάρρῳ, ὅτε τ' ὦκα ῥέων ἐκὰς ἄκαμπτα γέφυρας. Τοὶ δ' οὔτ' ἄρ' π γέφυραι ἐεργμέναι ἰφθιμοῖσιν. Apud Plutar. in Quæſt.Rom.ἡ ξυλίνη γέφυρα. Legitur ſæpe ζεύγνυσθαι γέφυραν,eique oppoſitum λύειν,ſiue διαλύειν. Herodianus lib.7,τὴν ζεῦξιν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἵμαλλεν ὅτι Γερμανοὺς διαβήσεται. Apud eundem legimus,λυσάντας τὴν γέφυραν. Apud Thucyd.τὴν γεφυρὰν διαλῦσαι.

Γέφυραι apud Homerum ſunt etiam Interualla & ſemitæ inter binos aciei inſtructæ ordines, per quas vltrò citróque commeare licet. vt vulg. lex.annotant ex Euſtathio, in Iliad.δ.

Γέφυρα eſt item nomen vrbis Bœotiæ, quæ & Tanagra vocata fuit. Affert autem aliquam illius appellationis rationem Etymologus. Qui ex ea eſt, DICITVR Γεφυραῖος. Apud eundem LEGES Γεφυρεῖς eſſe δῆμον Ἀττικὸν, vnde Γεφυραία Δημήτηρ,de qua plura apud eum vide. Sed in meo ver.lex. Γεφυραία Δημήτηρ non ab illo nomine Γεφυρεῖς, ſed à Γέφυρα, quòd eſt vrbis nomē appellata eſſe traditur. ATVERO. Γέφυραι vnde ſint dicti quidam fratres, te docebit Euſtathius,pag.933. C

C.Γεφυροποιός,οῦ,ὁ, Pontifex, accipiendo in prima ſignificatione pro eo Qui pontē facit. ex Plutarch.in Numa. Vnde VERBVM Γεφυροποιῶ,Pontem facio,vel Pōte iungo.Polyb.lib.3,Πόντιος ὁ τὴν Τίβεριν κελεύων εἰς ζεύγματα διαβαίνειν,ὡς ὀπτανόμενος γεφυροποιεῖν παρήγγελε.Quem vſum frequentius habet verbum γεφυρόω. D

C.Καμπτόγεφυρος,ου,ὁ καὶ ἡ. vt πεζὸς καμπτόγεφυρος, Fluuius pulchrum pontem habens,Pulchro ponte iunctus. Affertur autem ex Eurip.hoc compoſitum.

Γεφυρίτης, Pontium fabricator, vt quidem legitur in v.l. illis etiam quæ prima omnium in lucem prodierunt. Sed mendoſum eſſe ſuſpicor, pro γεφυρωτής, verbali à γεφυρόω. E

Γεφυρόω,ῶ,Ponte ſeu pontibus iungo, Pontem impono. vt γεφυροῦν ποταμὸν, Ponte iungere fluuium, vt loquitur Curtius. Quidam interpr.Pontem imponere fluuio,& Pontem conſtruere ſupra fluuium. Herodianus lib.7, γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἵμαλλεν ὅτι Γερμανοὺς διαβήσεται. Quæ Polit.vertit, Pontem cōſtruxerat Maximinus ſupra flumen,quo aduerſus Germanos tranſiret.(Legitur tamen in vulg.edit.quā : ſed cū ſcripſiſſe puto quo) Paulo pòſt dicit Herodianus τὴν γέφυραν ζεύξας,eadem de re loquens. Apud eundem γεφυροῦν τὸν ποταμὸν idem Polit.vertit Ponte iungere fluuium.Ex Polybio affertur etiam γεφυροῦσθαι τὴν διάβασιν pro Firmare tranſitum. Inueniuntur autem illa verba & apud Plutarchum. Lucian.in Demonacte dixit etiam γεφυροῦν τὰ δύσπορα: ſcribens, ἢ ὁδοποιεῖν τὰ ἄβατα, ἢ γεφυροῦν τὰ δύσπορα. Apud eundem legimus etiam τοῖς ποταμοῖς γεφυροῦσι νεκροῖς, Cadaueribus tanquā ponte ſeu pontibus iungere fluuios, vel, Corporibus cæſorum conſternere fluuios, vt vertit Budæus: qui affert etiam γεφυροῦν κέλευθον ex Homero.pro, Obruto ſolo aggere munire viam. Heſychius exponit διαβατὴν ἐπίπεδον. F

Γεφυροῦσθαι dicitur itidē ποταμὸς, qui ponte iūgitur, ſeu cui pons imponitur. Herodian.τὸν τε ποταμὸν τινὰ διαλαμβάνων, ὡς ἐπὶ τῆς σωθείσης ὑπὸ τῶν γεφυρωθέντα,&c. Atque vt habuimus ex Luciano,ποταμοὶς γεφυρωθεῖσι νεκροῖς, ſic apud Plutarchum legi ſciendum eſt ποταμοὶς γεγεφυρωμένοις νεκροῖς,De Alex.fortuna,aut virtute,lib.2, αἵματι νεκραμβρόους ποταμοὺς ἔπιε, καὶ νεκροῖς γεγεφυρωμένους διέβη. id eſt, Amnes ſanguine mixtos bibebat, quos cæſorum corporibus iunctos traiiciebat: vt vertit Budæus. G

Γεφύρωμα,ατος,τὸ, Ipſum opus iungendi fluuium ponte. H

In vulg.lex.redditur Transitus. quum sit potius, Pons transitum præbens.nisi & ipse pons transitus appelletur. Atque vt hoc nomen Γεφύρωμα à prima præter. passiui persona γεγεφύωμαι formarum est, sic à tertia γεγεφύρω] est NOMEN Γεφυρωτής, Qui pontē seu pōtes construit. Pro qua significatione in vulg.lexicis legitur Γεφυστής: sed non sine mendi suspicione, vt suprà declarauī. A

Inuenitur etiā COMPOS. Ἀπογεφυρόω, quod sicut simplex Γεφυρόω, redditur Ponte iungo, seu pontibus.&c. B

Γεφυραῖς, Extranea, Peregrina. Vide Suidā: quem si sequaris, fuerit hoc nomen γεφυραῖς deductum à γέφυρα quod est vrbis nomen.Hesych.autem scribit, Γεφυραῖς, πόρνη τις ὅτι γεφύρας. Quod autem subiungit, videtur hoc γεφυραῖς cum nomine γεφυριστὴς confundere, vt docebo paulo pòst, quum de hoc agam.

AT VERO Γεφυρίζω est propriè Ex ponte scōmata in aliquē seu aliquos iacio, Sedēs in ponte, inde aliquē dicteriis peto, vel scommatis infector. De quo more dicam in verbali Γεφυριστής. Accipitur autem generaliter γεφυρίζω pro Scommata in aliquem iacio, seu probra, Derideo, Cauillor, Subsanno. Plutarch. ἐδόκει δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ὑφυπτιάζειν πραχύτερον, ὅτι τὸν Μίτυλον ἀπὸ τῆς πίτυος γεφυρίζοντες ἐλοιδόρησαν. Apud eundem legimus, ὅτι δημοσίᾳ τὰ σκώμματα φέρων καὶ τὰς βωμολοχίας, αἷς αὐτὸν καὶ τὸν Μίτυλον ἀπὸ τῆς πίτυος ἕκαστον γεφυρίζων ἐκαθαίρετο ὁ πάντας Ἀθηναίους. Affertur verò & ex Polybio exemplum vsus verbi huius, à Suida, quē consule. C

Γεφυρισμός, οῦ, ὁ, Actio illa ita iaciendi scommata, & deridē di. Sed affertur hoc nomen & cum ascriptvm, Γεφυρασμός, ex eo libro in quo Atticæ voces annotantur: dicitúrque significare σκῶμμα, & additur, ἀπὸ τοῦ δύο τὰς γεφύρας χάσαι ἅπαι ἑκάτερα ἢ δίχα μέτρων, διὰ συρμὸς πιών. Habes autem hæc ipsa & apud Ammonium in voce Σκῶμμα. D

Γεφυριστής, οῦ, ὁ, Qui scommata è ponte iacit in aliquem, &c. sequendo expositiones quæ verbo γεφυρίζω datæ fuerunt. Γεφυριστάς, (inquit Hesych.) οἱ σκώπτας. quoniam ὁ Ἑλλάνικος ὅτι τὰς γεφύρας τοῖς μισθαρίοις καθιζόμενοι ἐποιοῦντο τοὺς παριόντας. Sed his addi possunt & quæ apud eū proximè præcedunt, in voce Γεφυρίς. quæ enim ibi adduntur, ἄλλοι δὲ οὐ μισθάρια, ἀλλὰ αὐτὰ ἐκεῖ καθιζόμενοι, &c. perperam hìc collocata fuisse arbitror ab aliquo qui illud γεφυρὶς cū γεφυριστὴς cōfunderet. Interim verò & ex illis verbis possumus huius vocabuli significationem certius cognoscere. Generalius autem pro cauillatoribus, seu irrisoribus. Plutarch. in Sylla, circa principium, καὶ τὸν Ἀθηναῖον γεφυριστὴν ἐπιστομίσαι τινὰ οἷς ἔδει ποιήσας. E

Γόνυ, quod proximè sequitur, varias etymologias habet: ex quibus maximè probabilis est quæ à verbo κάμνω deducit: minus certè lōgè quàm cæteræ petita est. Siquis tamē γόνατος esse malit, non minus quàm illud ipsum verbum κάμνω, non valde repugnabo.

ΓΟΝΥ, genit. casum habet Γόνυος, pro quo per metathesin dicitur ε τ Γουνός. Sed in soluta oratione vsitatior genitiuus Γόνατος, tanquam à NOMINAT. Γόνας, quod alioqui in vsu minimè esse traditur. Est autem γόνυ Græcis quod Latinis Genu. Homer. Iliad. λ, Ἐν δὲ μελιχόμβους, ἐλέησε γόνυ γουνὸς ἀμοιβόν. Apud eundem frequens est γόνυ κάμπτειν, genu flectere, seu incuruare. ὅθεν τὸ καθιέναι, ad differentiam τοῦ ἵστασθαι, si Eustathio credimus. At Hesych. exp. ἀνακάμπτειν. Variis autem loquendi generibus adhibetur ab hoc poeta nomen istud, & quidem in plurali præsertim: vt ex eius locis quos afferam patebit. Afferam autem eos primùm in quibus vigorem corporis è genuū vigore seu robore æstimat. (vt Theocritus dixit, ὡς γόνυ χλωρόν: itidémque Horatius, dúmque virent genua. Quò pertinet & quod apud Plinium legimus, genibus inesse vitalitatē) Iliad. υ, — αὐτὰρ ἐμοὶ Ζεὺς Εἰρύσατ', ὅς μοι ἐπῶρσε μόθῳ λαυκηκέ' ἐν γούνατα. Sic omnino λαυκηκέα γούνατα & μόθος coniunguntur, & quidē verbo eidem affixa, cum alibi tum Iliad. χ, Ὡς οἱ ἐπῶρσε μόθος λαυκηκέ' ἐν γούνατα. Huc pertinent apud eundem, γούνατα δ' ἐρίσαντο, & ἴσχατ' ὀρώρει. ac quemadmodum μόθος & γούνατα illic copulat, sic alicubi ἀρείπτω dicit, subiungens γούνατα cum illo verbo ὀρώρει. Odyss. σ, Ὅφρ' ἀρείπτῳ παρὶ γούνατα θεοῖ, καὶ γούνατ' ὀρώρει. Inueniuntur coniūcta itidem γούνατα & βίη: vt Iliad. ο, Ὅς τε γούνατ' ἔπιτνε, βίη δέ τε ἔμπεδος εἶπε. Huc pertinet Il. ρ, Ἐν δὲ βίλν ὦμοιιν καὶ ἐν γούνασιν ἔπνει. Atque vt hic dicitur πλῆσαι μόθος ἐν γούνασιν, sic alibi βαλεῖν μόθος ἐν γούνασιν: sed additur πρὶ ἐοῖ θυμοῦ (vt in loco proximè præcedente βίη est in duob⁹, ἐν γούνασιν, & ἐν ὦμοισιν) Iliad. ρ, Σχεδὸν δ' ἐν γούνασιν βαλὼ μόθος πρὶ ἐοῖ θυμοῦ. Apud eundē legimus βλάπτειν γούνατα, item λύειν γούνατα, καὶ φίλον ἦτορ. Atque vt alicui λύειν γούνατα dicit, ita sæpenumero aliquē alicui λῦσαι γούνατα, vel ὑπολῦσαι, etiam pro Vitam eripere. Habet alioqui nonnullis in locis simpliciorem significationē istud γούνατα λῦσαι, & talem qualem γούνατα δαμῆναι, aliquot in locis. Frequens est, vel potius frequentissimum, apud eundem poetam hoc nomen, vbi de precā do vel potius supplicando agitur. (vnde Plinius, Hominis genibus quædam & religio inest, obseruatione gentium, hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorāt: fortassis quia inest iis vitalitas) Iliad. λ, Νῦν οἷόν σε θεὸν γούνατ' ἐμὰ στῆσαι Ἀχαιοὶ Λιταμένην. Sic Iliad. ο, Ἦμαρ τοῦτό γ' ἐμοῖς γε θεὸς θέτο κῆρα θύρῃσι, Λιταμένην πρῶτον Ἀχαιῶν πολεμιστήν. Apud eundem aliquis dicitur ἄφαρ δὲ γούνων, non λιταμένης, sed ἴσος λίσσεσθαι. vt Iliad. υ, — ὁ μὲν ἤριπε χείρεσι γούνων, Ἴσος λίσσεσθαι. In quibusdam autem aliis locis vtitur verbo λιταμένειν post γούνων ἀφαμένης seu ἀφαμένη. Sic Iliad. γ, Γούνων ἀφαμένη λιταμένησιν, αἴτ' ἐλεαίρῃ. Alicubi vtitur verbo λαβεῖν cum eodem genitiuo γούνων. vt Odyss. κ, Αὐτὰρ ἔγ' ἀμφοτέρων λαβὼν ἐλίσσετο γούνων Sic eiusdem operis libro ζ, Ἦ γούνων λίσσετο λαβὼν δώματα κούρης. Inuenitur apud eundem & participium ἰδὼν pro λαβών, vbi cætera aliqui sunt præcedentibus similia: Iliad. φ, Αὐτὰρ ὅτ' ἐς πύργον μολὼν ἰδὼν ἐλίσσετο γούνων. Cæterùm ex his locis implere alios possumus quibus aliquid deest: id est, in illis subaudire (vt grammaticorum verbo vtar) quod subaudiendum relinquitur. Interdum enim verbum λίσσεσθαι, aut λιταμένειν, vel siquod est apud hūc poetam synonymum, subaudiendum esse dico: nonnū quam contrà vnum aliquod ex illis participiis: ἀφάμενος videlicet, aut λαβών, aut ἰδών. Nam Odyss. ζ, circa finem, (haud enim se offert in præsentia commodius exemplum) — μοῦνός πού γούνατα κεῖος Βάλλειν ἱμείρει, ἵνα νόστιμον ἦμαρ ἴδηαι. Hic enim puto subaudiri debere λιταμένης, vel λιταμένειν, aut aliud simile: licet his vocib⁹ infinitiuum soleat subiungere, non particulā ἵνα, quod sciam. Vicissim autē ἀφάμενος, vel λαβών, vel ἰδών subaudiendum esse aio, cum alibi, tum hoc in loco, Odyss. κ, Αὐτὰρ ἐγὼ Κίρκης ὅτ' ἐς οἶκον ἐλεύσομαι ἱερὸν εἰνάς, Γούνων ἐλιτάνδνσα. Sic Odyss. χ, Ἦ γούνων λίσσετο θεσπεσίας Ὀδυσῆα. itidémque in hoc loco, Iliad. ι, fœm. participium ἀφαμένη, vel λαβοῦσα, siue ἰδοῦσα subauditur: — ἦ οὐκ αἶψ' ἐμὲ λισσομένου γούνων Παλλαιὰ θεομηλιῶα. Sed hoc in loco aptius poni potest participium quam in duobus præcedētibus, quòd in vtroque iam aliud præcedat. Nisi quis participio particulam ἢ præfigere velit: hoc modo, καὶ ἀφάμενος γούνων ἐλιτάνδνσα: vel, καὶ λαβὼν γούνων. Quod tamen de altero loco dici itidem non potest, vtpote in quo participium non itidem præcedat, sed sequatur. Sed participia bina interdum à Græcis, non interiecta copula, poni sciendum est. Omitto alia pleraque eiusdē poetæ loquendi genera, eodem pertinentia, quibus nomen istud adhibetur: & ad longè diuersum loquendi genus transeo: si prius ex poetis Latinis locos aliquot attulero cū Homericis illis conuenientes: in quibus nimirum itidem genua tangunt seu potius amplectuntur qui supplicant. Virgil. Æneid. 10, Et genua am-

plectens effatur talia ſupplex. Eiuſdem poematis lib.3, A Dixerat:& genua amplexus, genibuſque volutans Hærebat.Naſo Metam.9,— tremit ille, pauetque Pallidus: & timidè verba excuſantia dicit.Dicentem,genibuſq; manus adhibere parantem Corripit Alcides. Eiuſdē operis lib. 13, hæc canit,— ſed crine ſoluto,Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt Dedignata Iouis. Quinetiam dicunt aliquem ſupplicem genibus eius cui ſupplicat aduolui. In ſoluta etiam oratione multi loci morem hunc nobis oſtendunt: è quibus eſt ille Taciti in quo dicit,Prenſare circumſtantium genua. B Cicero in orat.poſt reditum,in Senatu,Tu meum generum, propinquum tuum, tu affinem tuam, meam filiam, ſuperbiſſimis & crudeliſſimis verbis à genibus tuis repulisti. Dicunt verò & Accidere ad genua,quod eſt ad verbum προσπίπτειν πρὸς γόνατα, vel εἰς γόναθ. Plutarchus in Quæſt.Rom. ὁ δὲ προσπεσὼν τοῖς γόνασι. Euripides autem vſus eſt & cum ſolo accuſatiuo, in Hecuba, Πρόσπτωτε δ' οἰκτρῶς τῶν Ὀδυσσέως γόνυ. At Homer. dicit ἱκάνειν γούνατα. vt Odyſſ.η,— σὺν τ' ἐπίαν σά τε γούνατ' ἱκὼ ὥ πολλὰ μογήσας. Sic Odyſſ.γ, Τὴν ἐκα νῦν τὰ σὰ C γούνατ' ἱκανομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα Κούρου λυκίοιο ὀλέσσον ὀιζυροῖο. Eiuſdem operis libro ι,— ἡμεῖς δ' αὖτε κιχανόμενοι τὰ σὰ γούνατα Ἰκόμεθ', εἴ τινά πού σε ξεινήιον. Sed hoc loquendi genus nihilo plus quàm præcedentia, quæ ex eo attuli, habet affinitatis cum illo προσπίπτειν πρὸς γόνατα, ſiue γόναθ. At verò ἅπτεσθαι πρὸς γονάτων, quod apud eundem tragicum legitur, ex Homero ſumptum videri poſſit,dicente Iliad.υ,— ὡς ὧδε ἄνοστος ἥλυθε γούνων, Εἴπας οὔ πρίδεσσι λαβών, ἠδ' ἴφθιμα δύνῃ. Euripidis autem locus eſt in Medea, Ἀλλ' ἅπτομαί σου πρὸς θεῶν πρὸς γηραιάδος, Γονάτων τε D σῶν· ἱκεσία δὴ γίγνομαι, Οἰκτρόν. Quanuis enim hic ἅπτομαι accipiatur non in propria ſignificatione, ſed pro Obteſtor: poſſit tamen ita loquens Euripides, ad illum Homeri locum videri reſpexiſſe. Cæterùm poteſt his Eurip.locis adiici & iſte ex Phœniſſis. ἕλιξας ἀμφὶ σὸν χέρεσι γόνυ, implicitis manibus circa tuum genu.

Venio nunc ad quodda genus loquendi quod Latinis haud itidem notum eſſe puto. id eſt, ἐν γούνασι κεῖσθαι. pro Situm eſt in poteſtate. (Cui rei alioqui ſignificandæ adhibetur & χειρὸς ſeu χερῶν appellatio à Græcis:eodémque modo dicunt Latini, In manu tua eſt, pro In poteſtate tua) Sic certè aliquoties dixit Homerus ἐπὶ ἐν γούνασι κεῖται. vt Od.ω, Ἀλλ' ἦτοι ὧδε ταῦτα θεὸν ἐν γούνασι κεῖται. Et Iliad.ρ, Ἀλλ' ἦτοι ὧδε ταῦτα θεὸν ἐν γούνασι κεῖται. Quem verſum conſequitur hic,aliquid habens eodem pertinēs, Ἦτοι γὰρ ἐγὼ τά γε καὶ Διὶ πάντα μελήσει. Alicubi verò cum adiectione partic. αἴσα, vel ἦεν. vt Iliad.υ, Ἀλλ' ἦτοι ὧδε ταῦτα θεὸν ἐν γούνασι κεῖται, Αἶσα σε χηρὸς πρὸν ἐὼν ὑπὸ δουρὶ δαμῆναι, Δουρὶ βαλών. Cum ἦεν autem Odyſſ.α, Ἀλλ' ἦτοι ὧδε ταῦτα θεὸν ἐν γούνασι κεῖται, Ἥ E κεν νοσφίσας ἀποπέπτηται, ἢ ἐν οἴκῳ. In eodem libro haberur ſequente εἴτε in altero verſu, cum futuro itidem: Τηλέμαχ', ἦτοι ταῦτα θεὸν ἐν γούνασι κεῖται, Εἴτε σε ἀμυνέμεν Ἰθάκῃ βασιλῆϊ Ἀχαιῶν. Exponitur autem ἐν τῇ τῶν θεῶν ἐξουσίᾳ καὶ τῇ δυνάμει, in deorum poteſtate. Affertur tamen ex Euſtathio, ἐν δυνάμει καὶ ἰσχύϊ. In qua expoſitione, θεὸν ἰσχὺν accipiendum eſſet paſſiuè, de ea qua ſupplicatur ipſis. Sed diuē hoc dici videtur, præſertim præcedente ſubſtantiuo δυνάμει. Potiúſque crediderim F hæc duo nomina ad diuerſas expoſitiones pertinere. ſed,niſi inſpecto Euſt. loco, plura de his verbis differere nolim. Hoc vnum addo, eleganter vſurpatum à Diogene fuiſſe hoc loquendi genus.Quum enim quēdam ἄσωτον poposciſſet minam, iſque rogaſſet cur à ſe minam, ab aliis obolum duntaxat peteret, Quia, inquit, ab aliis iterum me accepturum ſperō:at verò à te, θεὸν ἐν γούνασι κεῖται εἰ πάλιν λήψομαι. Sunt porro & in ſoluta oratione aliquæ ex hoc nomine ſumptæ phraſes:ex quibus ſunt hæ duæ, Εἰς γόνυ κλίνειν, & Εἰς γόνυ βάλλειν: de quibus dicam in compoſito nomine Γονυκλινὴς. At de εἰς γόνυ ποιῆν, verba faciam in compoſito Γονυπετῶ.

Γόνυ καλάμου, Herodot. Internodium arundinis, apud Plinium & Columellam. Sed & de vite dictum ex



Philoſtrato in Heroicis affertur. Γόνατα (inquit Cam.)ſunt Genicula,& de vitibus, & de ariſtis, & de arundinibus. Herodor. Thalia, καλάμου δ' ἐν γόνυ πλοῖον ἑκατὸν πήχεες. Vnde Plin.lib.16,cap.36, de arundine loquens, Nauigiorumque etiam vicem præſtant (ſi credimus)ſingula internodia. Idem paulo poſt, Alia ſpiſſior denſiorque geniculis,breuibus internodiis. Ex quibus manifeſtum fit, genicula Latinos appellaſſe ipſos nodos: internodia verò, inter hos excreſcentes culmos. Sed Græcum nomen eſt commune. A geniculo, Geniculatus.vt radix geniculata, Plinio: & Culmus geniculatus, Ciceroni, diſtinctus geniculis. Et panicum in culmum geniculatū, Plinio. Poſſumus autem his participiis vti in interpretatione quorūdam compoſitorum, quæ hanc nominis γόνυ ſignificationem, ſed nominatiui γόνας declinationem ſequuta ſunt: cuiuſmodi ſunt ἀγόνατος & πολυγόνατος.

Γόνυ genitiuum habet Γουνὸς, factum ex γόνυος, per metathеſin, vt dictū fuit. Sic verò & plur. N O [illegible]. Γόνα, pro Γόνατα: G E N I T. Γούνων, pro Γονάων: D A T. Γούνοις, (ſiue Γουνοῖσι, metri gratia) pro Γονάτοις dici exiſtimant quidam grammatici. Alii tamen malunt Γοῦνα pro Γόνατα dici per apocopen, itidemque Γούνων pro Γουνάτων per ſyncopen, & Γούνοις pro Γουνάτοις dici exiſtimandum erit. Affertur porro & tertius G E N I T. ſingul. Γουνὸς. At I L L V D Γούνατι, tanquam à nomin.ſingul.Γοῦνας, habuiſti in locis ſuprà citatis. Idem & de cæteris caſibus cenſendum eſt.

A Γόνυ deriuata, compoſitionem habentia.

C. Γονυκλινὴς, ἐος, ὁ ἢ ἡ. Genu flectens. In Eccleſ.hiſtoria. τῶν τὰ γόνατα ὀκνηκαλοῦμαι γονυκλινής. Γονυκλινὴς (inquit Cam.) Qui prouoluuntur genibus,& abiiciūt ſe, atque iacent ante pedes ſupplices. Hinc V E R B. Γονυκλινέω, ῶ, Genu flecto. κάμπτεται δὲ γόνυ (inquit Euſtath.) ἐπὶ ὅπη καὶ ἱκετικῶς. ὁ καὶ γονυπετῶν λέγεται, καὶ γόνυκλίνειν, καὶ σωζόντως γονυκλινῶν. Inuenitur & nomen S V B S T. Γονυκλισία, Genu flexio, Supplicatio quæ fit genibus flexis. Ex Baſilio. Affertur præterea ex Cyrillo, γονυκλισία αἰσυπήρωσις. Schol. Euripidis in hunc Phœniſſarum locum. Γουνητῶς ἱκέτις προσπίτνω Σ' ἄναξ, τὸ οἰκεῖον τοῦτο σίβυσα, annotat, ὡς πρὸ Φοινίκων δηλ. γονυκλισίας σπάνιον τοῖς Ἕλλησι. Vide aliquid de hac voce & in Γουνητῶ. Sciendum eſt porro, quanuis hæc iſtam ſignificationem habeant, tamen εἰς γόνυ κλίνειν aliud ſonare: nimirum Proſternere, aut etiam Subigere: vt Budæus vertit in iſto Appiani loco, Ciu.bell.lib. αὐτὸς δ' ἐπὶ πεδίου ὃν οὐκ ἀπέκτεινε τὸν Καίσαρα, καταστρεψάμενον τῷ Κελτικῷ δὴ εἰς γόνυ κλίνοντα. Idem, εἰς γόνυ τινὰ τῶν πόλιν βάλλειν, vertit, Affectam ad nodum reddidit:in iſto Herodoti loco, εἰς γόνυ τὴν πόλιν βάλλειν ἠναγκάζον. (Quidam autem interpr. Proſtrauit) Ex eodem ſcriptore affert etymologici autor εἰς γόνυ ποιῆν. quod illum metaphorice dixiſſe tradit, ſignificare volentem ὡς ἐς δουλείαν αὐτῷ ἀπάγειν. (Ita enim ſcribendum eſt, non ἀπαγεῖν) At compoſitum Γουνητῶν nihil cum hoc loquēdi genere commune habet.

C. Γούνατοι, ſunt οἱ βλαισοί: & apud Anacreontem, οἱ ἀσθενεῖς. Vide Euſtath. p. 932. Ariſtoteli in Phyſiognomonicis (inquit Cam.) γονόκροτοι ſunt impuri, quibus genua crepidant.

C. Γουνητὴς, ἐος, ὁ ἢ ἡ, Qui genu ſucciduo procumbit, (vt loquitur Naſo) In genua procidens. Vel, Accidens ad genua alicuius, ſeu procumbens. Syneſ.epiſt 57, ἐν τοιούτοις καὶ γουνητὴς ἱκέτης γεγόμενος. Euripid. Phœniſſis, γουνητὴς ἱκνοῦμαι προσπίτνων σ' ἄνακτα. Hinc V E R B. Γουνητέω, ῶ, Genu ſucciduo procumbo, In genua procido. Vel, Accido ad genua alicuius, ſeu procúbo. Redditur γουνητῶ vno etiam verbo Ingeniculo, de quo dicā in Γουνάζομαι. Euſtath.ſcribit ex Homeri verbo Γουνάζομαι poſteros eius excogitaſſe hoc Γουνητῶ, componentes ex γόνυ & πίπτω, à quo πίτνω deriuatur πίτνημι, ſicut ῥίπτω à ῥίπτημι. Quibus addit, ἀκουστέον δὲ τούτων καὶ τῶν γονυκλισία ὀνόματα. Conſtruitur porro cum dativo perſonæ hoc verbum Γουνητῶ: habétque hanc conſtructionem apud Matthæum: apud Marcum autem, cum accu-

ſatiuo, ſουπτήσας αὐτόν.

Γόνυχρος autem ſuſpectum eſſe poteſt: quod in vulgat. lex. redditur Sterilis, Aridus: quoniam Heſychius poſt γόνυχρον, addit, τὰ ἄκαρπα ἢ ξηρὰ πόδια. Quibus verbis hæc ſubiungit, ἢ ἡμιβρόχα ἀπὸ τῶν γονάτων, μηκέτι ὑγιῆ δύνασθαι μένειν ἐπὶ τοῖς γόνασιν. vnde videri poſſit in priore expoſitione aliam quàm in hac deriuationem ſequi. Affertur ETIAM Γουνχρώπους, ex Ariſtotele De animal. lib. 4, capite vltimo, pro eo cui ſunt genua planiora. Ariſtotelis locus eſt hic, καὶ ὑγροσαρκώτερα δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων, καὶ γουνχρώπερα, καὶ αἱ κῆμαι λεπτότεραι. Quæ Theodorus ita vertit, Caro quoque humidior eſt fœminæ quàm maris, & genua planiora, & crura tenuiora. Sed hanc quoque vocem non immeritò fortaſſe ſuſpectam quis habeat: poſſitque ſuſpicionem adiuuare litera ω: quippe quæ locum in hoc comparatiuo habere non videtur.

A γοῦν deriuata, & primùm ea quæ compoſitionem habent.

C. Γουστραχής, ής, ὁ καὶ ἡ, Genua craſſa habens, Qui craſſis eſt genibus. Item generaliter pro Craſſus. Ab Heſiodo ſic vocatur ἀχλύς, loquente de ea tanquam de fœmina.

C. Βαρύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Grauis genibus, Cui grauia ſunt genua, ideóque tarda. Redditur etiam, Cui genua ſunt infirma.

C. Καμπύγωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Incuruãs genua. Sic dicta fuit Erinnys, quòd genua peccantium incuruet.

C. Ταχύγουνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui velocia ſunt genua, Velox, Celer.

Ἐπιγουνίς, ίδος, ἡ. SIVE Ἐπιγωνὰς. Os toti genu ſuperiectum, ſeu Os quo tegitur genu q. d. Supergenuitas. Os eſt cartilaginoſum, latũ, rotundum, intus læue & cauum: quod contegit femoris tibiæque articulum, alioqui nimis patentem, prohibétque ne introrſum luxetur. Latinè Mola & Patella dicitur. nam & hoc vtitur Celſus.

Ἐπιγωνὰς, Muſculus ipſius genu. Sunt autem intelligendi illi tori qui circa genu in robuſtis corporibus apparent, bonæ conſtitutionis indices. Ita Camer. afferens ex Homeri Odyſſ. σ, Οἷόν σε μαλακὸν ἐπιγουνίδα φαίνει. In vulg. lex. hæc de iſta ſignificatione annotãtur, Etiam corpulentiam (vt loquitur Plinius) vel corporaturæ amplitudinem (vt Columel'a) indicare volẽs Homerus, inquit Odyſſeæ ρ, Καί κεν ὀφέλλειε πίων, μαλακὸν δ' ἐπιγουνίδα θείη, Serum lactis bibens, bonam firmámque corporis habitudinem aſſequeretur τῷ τὸ σῶμα πᾶσι λιπαρίαν, ſignificando à parte totum. Vel, In corpulentiã excreſceret, eſſétque robuſtus & validus. Roboris enim indicium, femorum genuque amplitudo. vt & Odyſſ. σ, Οἷόν σε μαλακὸν ἐπιγουνίδα φαίνει.

Ἐπιγωνὶς, Genu, vt quidem à Cicerone redditur apud Aratum, duobus in locis: quos in meo Cic. lexico videndos tibi relinquo, pag. 76, 77. & 102. 103. Sic & apud Apollonium Argon. 2, — αἱ δὲ χιτῶνας Ἀτθαλίας λευκῆς ὀπιγωνίδος ἄχρις ἔθειρον. Dicit enim famulas Medeæ ſuſtuliſſe veſtes vſque ad genua, affectantes eſſedum dominæ. Cam. Ego potius dicerem ὀπιγωνίδα in his quoque locis ſuam ſignificationem retinere, ſic tamen vt à parte totum ſignificari putandum ſit: ideóque non malè reddi Genu.

HINC Ἐπιγωνίδιος adiectiuè poſitum, & ſignificans Impoſitus genibus, (vt apud Pindarum Pyth. ode 9, ὀπιγωνίδιον βρέφος) eam ſignificationem illius nominis ὀπιγωνὶς ſequitur qua pro genu ponitur, vt quidẽ nonnulli putant. Alioqu, quoniam ὀπιγωνὶς videtur potius ſuam ſignificationem retinere, vt docui, videri queat ὀπιγωνίδιος minimè inde deriuari, ſed ex ὀπὶ & nomine γόνυ fieri, vtpote quorum ſimpliciter ſignificationem habeat: illam autem terminationem ex obliquis caſibus nominis ὀπιγωνὶς mutuari. Idem enim & aliis quibuſdam eiuſdem formæ deriuatis vſuuenire obſeruant.

Γουνόομαι οὦμαι, Genua amplectens oro, Genua amplector ſupplex. Cum accuſatiuo. Homer. Il. φ, Γουνοῦμαί σ' Ἀχιλῆ· σὺ δέ μ' αἰδέο καί μ' ἐλέησον. Tale eſt Od. χ, Γουνοῦμαί σ' Ὀδυσεῦ· σὺ δέ μ' αἰδέο, καί μ' ἐλέησον. Apud eundem legimus Odyſſeæ σ, — πολλὰ δὲ γουνοῦμαι. Inuenitur etiam habẽs adiunctum infinit. futuri temporis: Il. κ, Γοῦνα δὲ γουνεῦσθαι νεκύων ἀμφίπολόν τε κάρηνα, Ἑλθὼν εἰς Ἰθάκην, σὺν δ' ἔκλυον, ὄφρα θάνωσι, Ῥίζῃ ἐν μεγάροισι. id eſt, Supplicíter vouebam, inquit Bud. Ac videtur certè rationi cõſentanea eſſe hæc interpretatio: niſi dicamus ſubaudiri verbum quo ſignificetur Pollicens.

Γουνάζομαι, idem quod proximè præcedens, & in vſu apud eundem poetam. vt Odyſſ. ν, Νῦν δέ σε πρὸς πάντας γουνάζομαι. Et cum genitiuo γούνων, Iliad. χ, Μή με κύον γουνῶν γουνάζεο, μηδὲ τοκήων. Dixi autem antea, in Γόνυ videlicet, de hoc loquendi genere quid mihi videretur. Euſtathius autem vult phraſin eſſe ſimilem illi qua dicitur εἰσοικοδομῶν, & πόλεμον πολεμίζειν. Cæterùm (vt annot. vulg. lex.) Diomedes teſtatur à priſcis dictum Ingeniculare: quod & Congenulare dicitur. autore Nonio: legit tamen Egnatius Congenudare. hoc eſt, Ingeniculari, & Ad genua accidere, Flectere genua, inde orare ſuppliciter.

A genitiuo γόνατος, aut alio ex obliquis nominatiui γόνας, alioqui inuſitati, deriuata, quæ compoſitionem habent. Vel ita, Compoſita quæ nominis γόνας declinationem ſequuntur.

C. Ἀγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Genu carens, Cui non eſt genu. Ariſtot. in lib. περὶ ποριῶν ζώων hoc compoſito vtitur, ὅτι εἰσὶ ἀγόνατοι ἐπὶ τῶν βαδιζόντων. At verò ἀγόνατος ab illa altera nominis γόνας ſignificatione, reddendum potius Non geniculatus. de qua voce dictum fuit ſuprà.

C. Διαγόνατος, ου, ὁ καὶ ἡ, in vulg. lex. Duplici geniculorum nodo cinctus. tanquam ab illa nominis γόνας ſignificatione qua pro internodio ponitur, quale calamo tribuitur. Sed quicunque eſt illius interpretationis autor, videtur LEGISSE Δηγόνατος, aut certè illud pro hoc malè accepiſſe. Ab illa nominis γόνας ſignificatione ſũt & iſta COMPOS. Εὐγόνατος, Ὀλιγογόνατος, Πολυγόνατος. Nam Εὐγόνατος redditur Pulchra genicula ſeu internodia habens, Pulchrè ſeu bene geniculatus. Sic COMP. Ὀλιγογόνατος. vt ὀλιγογόνατος κάλαμος, ex Theophr. De hiſt. plant. lib. 12, Arundo paucioribus geniculis, & longioribus internodiis. Vide Plinium libro 16, cap. 36. CONTRA Πολυγόνατος, Multa genicula ſeu internodia habens, Multum geniculatus, Frequentib⁹ geniculis cinctus. Et SVBST. Πολυγόνατον, ου. τὸ, Polygonaton, herba, à geniculorum frequentia. Officinæ & herbarii ſigillum Salomonis appellant.

C. Μεσογονάτιον, ου, τὸ, SIVE Μεσογόνιον. q. d. Quod eſt inter genicula, (ab illa nominis γόνυ ſignificat. metaphorica) Internodium calami ſeu arundinis, Theophr. libro 4. Hiſt. plant. c. 12.

C. Γονατόπον, ου, τὸ, (q. d. Subgenuale) Quod genibus ſubiicitur. Ita v. l. ex libello Chryſoſtomi De re diuina.

C. Ἐπιγόνατος, vide in Ἐπιγουνίς.

Alia deriuata, compoſitione carentia.

Γονατώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Geniculatus, Geniculis cinctus, Nodis geniculatus. Sic redditur apud Theophr. Hiſt. plãt. l. 4, cap. 12, ex Plinio.

Γονατίζω, Ingeniculo, Genua flecto. Affertur autẽ ex Cratino comico à Poll. In v. l. exp. Geniculor, λιπαδίω, & γουνάζομαι.

Γονατόομαι, οὦμαι, Geniculor, In geniculum nodor. Camer. Affertur ex Theophr. Hiſt. plantarum lib. 8, cap. 2. Et PART IC. Γονατωμένος, Geniculatus, ex Dioſcor. lib. 3, cap. 58.

AT VERO Ἐνγόνατα, (quod ad verbum ſonat In genibus) videtur potius diſiunctim ſcribendum eſſe Ἐν γόνατα. Sic autem dicitur ſtella, (vt vulg. lex. ann.) quam Iulius Firmicus Ingeniculum vocat, Ouid. Metamor. 8, Nixum genu, Vitruuius Nixum in genibus, Cicero Nixum, Manilius Nixam genu ſpeciem. Sic dicitur ab Eratoſthene Hercules in cælo ſupra draconẽ collocatus. Alii Thamyrin eſſe aiunt, à Muſis excæcatum, vt ſupplicem ad genua iacentem: alii Ceteum ſeu Cetea

esse affirmant. Vide Aratum in Phænomenis. Apud Ciceronem in eorum interpretatione extat hic versus, (proximè præcedentes & proximè sequentes desiderantur) Ἐγόνασιν vocitant, genibus quòd nixa feratur. vel potius Ἐν γόνασιν, disiunctim. Apud Hyginum tamē legitur Engonasin, coniunctim, libro 2: vbi scribit, Nā qui dicitur in astris Engonasin, is Theseus esse existimatur. Et paulo pòst, caput cui titulus est Engonasin, ita orditur, Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra draconem collocatum, de quo antè diximus: eúmque paratum vt ad decertandum, siniſtra manu pellē leonis, dextra clauam tenentem. Paulo pòst, Habet enim draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus, siniſtro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur: dextra manu sublata, vt feriens, siniſtra proiecta cum pelle leonis, vt is quammaximè dimicans appareat. Alibi, Præterea Cetea ipsum Engonasin nominari. Sed non video quomodo hæc scriptura ferri possit ἐν γόνασιν coniunctim. præsertim quū nominatiuum non esse ἐν γόνασις (vt quidam existimarūt) ostendat superior ille locus, Nam qui dicitur in astris Engonasin.

Addendum his censui & ADVERB. Γνύξ. eo enim significatur ὅτι ἐν γόνυ, siue ὅτι τὰ γόνατα, (vt exponit Hesychius) id est In genu, siue In genua. vt πεσὼν γνύξ, vel ἑκατὸν γνύξ, Lapsus in genu, seu in genua, Qui ceciderit in genua. Adeo vt non dubitem quin γνύξ dictum fuerit quasi γονύξ. Extat autem apud Homerum istud aduerbium, cum alibi, tum Iliad. υ, Γνύξ ἑ ἔστ' οἰμώξας. quod exponitur ὅτι γόνυ ἔπεσε. Sic Iliad. ε, Ἔστι γνύξ ἑκατόν. Apud eundem poetam cum genitiuo, eodem libro, Η' δὲ, γνύξ ἑκατόσσα κατηγκίσατο φίλοιο. vbi genitiuus huic aduerbio additur, perinde acsi dictum esset ποδὸς γόνατα, vel ἐς γόνατα, aut etiam ἐν γόνασι: vt ipse poeta paulo pòst loquitur, hoc in versu, Η' δ' ἐν γούνασι πῆλε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Matri se iūxit. Redditur alioqui γνύξ & aliter: videlicet Genu flexo. Sed flexus in genua potius declaratur ADVERBIO Ὀκλάξ, at prolapsus isto Γνύξ. Cæterùm in vulg. lex. inuenitur NOMEN Γνύα, pro poplite: cui subiūgitur hoc aduerbium Γνύξ. Ac posset certè Γνύξ ab illo Γνύα deriuatum videri: sed alibi nusquam nomen istud inuenio: verùm Γγνύα tantùm, & Γγνίς. adeo vt per errorem hoc vocabulum, sicut alia quamplurima, in vulgaria lexica irrepsisse crediderim.

VERB. Γυπτάζω, quum ab Hesychio exponatur γονυπετέω, ab illo Γνύξ originem habere manifestum est. Affertur & VERB. Καπηγυπτῶσθαι, dictum pro παρειμένον τῷ καὶ μαλακόν. nimirum ἀπὸ τῶ εἰς γόνυ πεπωκέναι. Ita enim lego apud Varinum, Καπηγυπτῶσθαι, αἰπὶ τῶ παρειμένον τῷ καὶ μαλακόν. quum alioqui apud eum scriptū sit, αἰπὶ τῶ παρειμένος τῷ καὶ μαλακός. Vnde autem expositionem illam sumpserit, incertū mihi est: sed suspicor eum illam ex Hesychio excerpsisse, aliam quàm apud eum habetur lectionem sequendo. Siquidem in vulg. huius lexicographi editionibus est NOMEN Γυπτῶνες, expositum συγγοί, & καπηφεῖς, & ἄπαλμοι. Quibus additur παρειμένοι καὶ μαλακοί. ἀπὸ τῶ (ita enim scribendum, non ὅπὶ τῶ) εἰς γόνυ πεπωκέναι. Quinetiam NOMEN Γυπτοὶ, apud eum exponitur ἐκπαρειμένοι, & ἀτίλοι: item καπηφεῖς. Quibus additur verbum illud Καπηγυπτῶσθαι, sed expositū μαστιγωμάσθαι, haud certè sine mendi suspicione. Vt verò γυπτῶνες ei sunt μαλακοί, sic VERB. Γυπτεῖν est μαλακίζεσθαι, sicut & ἀσθενεῖν. Habet ETIAM Γύπτω, quod itidē exp. ἀσθενῶ. His addendū & NOMEN Γυπτὸς, pro ἀγκὼν, vel πλοῦς. Quinetiam videndū an PARTIC. Γνὼν huc pertineat, quod exponit καθεσθεὶς ὤν. ADVERB. Πρόχυ est itidē à nomine γόνυ deriuatum. Existimatur enim προχύ dictū quasi προγόνυ: ex quo προχόνυ, & per syncopen πρόχυ. Redditúrque In genua, sicut & γνύξ. Homer. Iliad. ι, de matre Meleagri, diras illi imprecante, Κλαίησιν' Ἀΐδην καὶ ἐπαμύνῃσι Περσεφόνεια, Πρόχυ καθιζομένην. vbi autor breuium schol. exponit εἰς γόνατα. Accipitur alioqui προχύ & pro Funditus, Radicitus: vt ὀλέσθαι προχύ, Interire funditus. Ο-

ὄγκ. ξ, ὡς ὦρτο· Ἐλείης ἀπὸ φόλιν ὀλέσθαι. Πρόχυ, ἐπὶ παλαιῶν αὐδρῶν ἀπὸ γούνατ' ἔλυσε. Vbi Eustathius exp. παλαιῶς: addens, Vel προγόνου, quod est προγενέστερον. Et aliquanto pòst scribit, hæc verba, ἐπὶ παλαιῶν ἀνδρῶν ἀπὸ γούνατ' ἔλυσε, videri posita ἀπτώτως ad illud προχύ. vt dicat, ὡς ὅτι γόνυ πᾶσι τοῖς Ἐλείης φόλον, ἐπὶ παλαιῶν ἀπὸ γούνατ' ἔλυσε. Hic autem obserua obiter quæ sit huius quoque significati ratio, aut saltem quam Eustath. esse puarierit. Inuenitur & Il. φ, — οὐδέ μεθ' ἡμῖν Περ, ἀλλ' ὡς καὶ Τρῶες ὑποφθίσαι ἀπόλωνται Πρόχυ κακῶς, σὺ δὲ παῖσι ἐμοῖς ἀρὴν ἀλέξαι; Ἔρανος, quod proximè sequitur, an ponēdum fuisset inter deriuata à verbo Ἐράω, sequendo etymum id quod ab Etymologo ei tribuitur, & Athenæi quoque testimonio comprobatur, incertū mihi est: iudicet ipse lector ex iis quæ de illo etymo differā.

– Ἔ P A N O Σ, ου, ὁ, Collatitia cœna, Conuiuiū ex collecta, Conuiuium quod instruitur à symbolarū collatoribus, vt loquitur Plaut. (ita enim apud eū legendum est, non symbolorum) Conuiuium in quod suam quisque symbolam confert, siue suam partem. (Nisi tamen illa significatio qua simpliciter pro ipsa symbola ponitur, prior est hac) Redditur à Bud. Collecta. Exponitur πὶ ἐκ συμβολῆς εἶπον, in illo Homeri loco, Odyss. α, Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅλ' ἐπάπτηνε; πόθι δὲ σὺ χρειὼ; Εἰλαπίνη, ἦ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἔσται. Apud eundem poetam, Odyss. λ, habemus tria hæc itidem coniuncta, Η' γάμου, ἢ ἐρανου, ἢ εἰλαπίνης πολυκλήρου. Eustath. in Iliad. π, Γέγονε δὲ ὅτι τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον, ἐκ κοινοῦ Ἡσιόδου εἰρη. ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἔρανος. Idē in illum locum qui ex Iliad. α sumptus est, annotat itidem ἔρανον esse πᾶν ἀπὸ κοινῆς συμβολῆς, ἤγουν καταβολῆς ἢ δαπάνης ἀωρίαι. Vbi annotat etiam, ἔρανον fuisse νόμισμα, ac minimè πλουτηλῆ. solitos enim fuisse ἐκ ἐρανικᾶς vt plurimū φειδωλῶς ἐσθίειν: quoniam vnusquisque τὸ ἴδιον τίθησι. Idem alibi ex Athenæo scribit, ἐράνους esse, ἢ τοὺς πολλοὺς, παὶ ἀπὸ τῆς συμβαλλομένων εἰσαγωγάς. additque, ἀπὸ τῶ σωιρᾶσθαι καὶ συμφέρειν ἕκαστον. Dicam autem infrà de hoc etymo plura. Vide Ἐρανιστής.

Ἔρανος, generali Collatio, Cōtributio, Quod quis pro virili parte cōfert. Redditur etiā Symbola. Apud Antiph. pro eo quod sodales seu amici cōferūt ad leuandā sodalis inopiā: κἂν ἔρανον ᾖ δέῃ τῶν φίλων συλλέξαι, ἵν' ἀφ' ἑνὸς τὰ ἔσχατα κακὰ ἦλθον. Sic Luc. vsus est in Tim. Πυθαγορίδης ὁ κάλαξ, ὁ προσέτι ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρίξας τὸν βρόχον. Optimè autem cum his locis conuenit (quod ad significationē attinet) iste ex Anthologia epigrammatum in quo ἔρανος ponitur cum genitiuo δυστυχίης: libro 3, Γῆραϊ καὶ πενίῃ πυρυμφόρῳ ὁρίζοντες Οὐδενὸς ἀνθρώπου δυστυχίης ἔρανον. Quæ ita verti, (in libro quem nuper edidi, cui titulus, Epigrammata Græca, selecta ex Anthologia, interpretata ad verbum & carmine) Quum me pauperies premeret, paritérque senectus, Nec qui porrigeret vel stipis æra foret. In interpretatione autem quæ est ad verbum, verti, Infelicitatis [sustentatricem] stipem. Demosth. πρὸς Νικόστρ. Χιλίας τε δραχμὰς ἔρανον αὐτοῦ εἰς τὰ λύτρα εἰσοίσω. id est, Collationem, donum munúsque conferam pro virili parte amici, ad λύτρα conficienda, vt vertit Bud. Apud eundem in orat. πρὸς Νεαίραν legitur, ἔρανον εἰς τὴν ἐπιδημίαν συλλέγουσα. Ab eodem redditur etiam Beneficium, Beneficentia, Munificentia. item Gratia. Demosth. in epist. ad Heracleodorum, καλὸς οὖν ἔρανος χάρις δικαία, ἣν καὶ σὺ πάσῃ φεύξῃ μᾶλλον ἐμοῦ, Honestum igitur est beneficiū gratia iure inita. Verba sunt Demosthenis pro homine reo deprecantis: acsi diceret, Honestius ab amico, id est à me, gratiā inire non potes, quàm si insonti reo mea causa negotium facessere desieris. Gregor. in orat. quæ περὶ τῆς φιλοπτωχίας inscripta est, καὶ φιλανθρωπίαν αὐθρώπους ἅπαντας ἀνθρώποις τὸν ἔρανον τῆς χρηστότητος, Benignitas humanitatis conferenda est & beneficentia. Isocr.

in Busiride, ἠγνόουν γὰρ τοὺς μὲν αἰσχίους δυστυχοῦντας, οὐ δ' ἐπὶ A λεοσφίσι χρημάτων ζημιωθῆναι, ἅπαντας τοὺς πλείω προσαμαρτάνοντας καὶ μᾶλλον ἀπορρώγως ἐσομένους ἐπὶ τοῦτο εἰσφέρειν τὸν ἔρανον. quæ idem ita reddit, Existimo enim bonis moribus conuenire, vt iis qui fortunæ iniuria facultatibus lapsi sunt, & vitæ subsidium ex literarum studio sibi comparare instituerũt, cuncti qui in literis amplius commentando profecerint, & exactius eruditi sint, hanc munificentiam conferant & gratiã. Apud eundem in Platæico, itidem pro gratia, ὁμοίως δ' ἅπαντες τοῦτον τὸν ἔρανον, αἰσχύνης ἡμῖν χαριζόμενοι εἰσφέρουσι, Huius gratiæ suppetias eundo hominibus ineundæ sedibus suis ejectis, solis nobis Græcorũ debitores estis. Apud Demosthenem in oratione aduersus Nexaram, τὸν αὐτὸν ἔρανον ἀποδοῦναι, Parem gratiam referre. Alicubi redditur etiam Præmium, Merces. (quæ interpretatio extat in lexicis quæ prima omniũ in lucem prodierunt, sed absque exemplo) vt in isto Isocratis loco, in Hel.enc. νομίζων ὀφείλειν τοῦτον τὸν ἔρανον αὐτὸν ὃν οἰκεῖος αὐτοῦ σωτὴρ ἀν.δοσι. Sed nihil obstat quominus vt in præcedente huius scriptoris loco, sic & in B isto, ὀφείλειν ἔρανον reddamus Debere gratiam. Potest alioqui hic reddi etiam Beneficium, vt in alijs qui paulo antè allati fuerunt locis.

Ἔρανος in quibusdam vulgat.lexicis redditur etiam Mandatum. quam interpretationem planè falsam esse existimo. Sumpta est tamen ex Etymologo, exponente, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον, ἢ ὠνὴν, ἢ συλλογὴν, ἢ εἰσφοράν. Sed non dubium est quin vox ista ὠνὴ, (quæ in illis lex. reddita fuit Mandatum) alienam sedem occupauerit: licet apud Suidam quoque legatur. Idem tradit Etym. C ἔρανος dici ἀπὸ τοῦ σωτηρᾶν καὶ ὀπτυμεῖν καὶ συνεισφέρειν τοῖς φίλοις, ἢ ἀωχεῖσθαι. Quibus subiungitur, ἀπὸ τοῦ ἐοῦ, τὸ ὀπτυμοῦ, ὃ μᾶλλον ἐρανᾶν ἐξ αὐτοῦ ἔρανος. Sed malim meum vetus lexicum sequi, in quo eadem quidem etymologia affertur, sed melius declaratur: vel potius, quæ ad eam pertinent, emendatius scribuntur: hoc videlicet modo, Ἔρανος, ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν ἢ ὀπτυμεῖν συνεισφέρειν τοῖς φίλοις καὶ δωρεῖσθαι. vt dicatur ἔρανος, quia est illorum qui ἐρῶσιν ἢ ὀπτυμοῦσι συνεισφέρειν τοῖς φίλοις. ideóque omnino tollenda sit particula copulatiua quæ D apud Etymologum habetur inter ὀπτυμεῖν & συνεισφέρειν. At verò Athenæus quum hanc vocem ἔρανος à σωτηρᾶν deducit, haud itidè addit ὀπτυμεῖν, sed ἢ συμφέρειν. Eius verba sunt Dipnosoph. libro 8. ἔρανοι δέ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσφοραί, ἀπὸ τοῦ σωτηρᾶν ἢ συμφέρειν ἴσασιν. At Eustathius hanc deductionem ex eo asserens, passiua voce σωτηρεῖσθαι vtitur. Non video autem quid potius, hoc quidem in loco, vel actiua voce, (quã malo) vel passiua intelligere possimus, (si verbi ἐρᾶν passim obuiã significatio nẽ sequamur) quàm inter se E colere amicitiam. Estque obiter hic VSVS Σωτηρᾶν vsus animaduertendus: si modò is est quem Athenæus ei dare voluit. De hoc enim pronuntiare non ausim: quum constet, in plerisque etymologiis non exactè seruari significationis vocabuli à quo deductio petitur. Longè aliam certè Budæus huic verbo subesse putauit: quippe qui σωτηρᾶν & συμφέρειν tanquam synonyma poni annotauerit. In qua significatione deducẽdum esse ab ἔρα dicerem, si admittendam esse censerẽ. F vnde fortasse sunt etiam ἐρέσθαι, ἐξερέσθαι, atque alia: in quorum classe videndum est an & hoc collocari posset.

Ἔρανα plur. numero tanquam ab Ἔρανον, ου, τὸ, vide in Ἐρανίστου.

C. Ἐρανάρχης, ου, ὁ, Qui stipibus erogandis præest. Ita v.l. At Budæus reddit, Qui est caput collectæ: affertque hunc Diog. Laert. locũ. ἔρανον αἰτήσασθαι τὸν ἐρανάρχην ἔφη, ὡς ἄλλους ἐρανίζει. Ab Artemidoro quoque vsurpari testatur. G

C. Ἐρανέμπολος, ου, ὁ, Qui circa ἐράνους mercaturam exercet, Qui ἐράνους quæstui habet. Ἐρανέμπολοι, οἱ ἐξ ἐράνων ἐμπολῶντες. Hesych. Videri autem posset scribendũ ἐρανέμπορος, ea forma qua dicitur ψυχέμπορος, item χρησίμπορος, atque alia. Sed apud Suid. eadem illa scriptura extat: qui etiam illis Hes. verbis addit ἀπὸ τοῦ ἐράνου. H

Ἐρανικὸς, Pertinens ad ἐράνους. Dicitur etiam aliquid ἐρανικὸν, Cuius nomine conferuntur & contribuuntur ἔρανοι, Siue quod fit ad corrogandos ἐράνους, vel ad corrogandam stipem. Apud Suidam, ἐρανικοὶ δίκαι, αἳ πρὸ ἐμποδὼν ἢ ἐρανικαί. Athen. libro 5, ἐπὶ Ἀλκιβιάδου ὁ πλοῦς ἢ τὰς ἐρανικὰς παντοπάλους ἀκροάσεις, δῆλον τὴν βασιλέα πολυπορδῶν δῆλον ὅτι χώρας ἢ πόλεως πομπεύει.

Ἐράνιον, ου, τὸ, diminutiua forma, q.d. Parua symbola, aut Exigua stips. Hesych. exponit, ὀλίγα συνεισφορᾶς δῶρα. itidémque Suidas. In vulg. lex. perperam in hac voce Ἐράνιον exempla vsus vocis Ἔρανος afferuntur. Sciendum est porro apud Suid. anueniri plur. N O M E N Ἐράνια, quod exponit δῶρα τὰ ἐκ συλλογῆς, vt Hesych. ἐράνιον, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον.

Ἐρανίζω, Fut. ίσω, Præt. ικα, Collationem obtineo, seu impetro, Facio vt amici aliquid in me conferant. Vel, Peto ab amicis vt aliquid in me conferant: sequendo eam expositionem qua dicitur esse ἔρανος αἰτῶ. Cuius exemplum manifestum habes in Ἐρανάρχης. sed videndũ est pro loco, quomodo interpretari debeamus ἐρανίσαι. Generalius, Corrogo, Emendico, Colligo: quæ interpretationes Budæi sunt, afferentis ex Æschine in Ctesiphõtem, ὅταν σοὶ τοῖς δημοσίᾳ συμφορουμένοις ἢ φυλετῶν αἰτήσαντι μικρὰ ὑπάρξαι τοῖς προαγωγοῖς ἵνα μισθὸς ἱερεῖον συμβάλλωσι ἢ κυνίσκια ἢ φιλοτιμίαν τινὰ, πάντα τὰ λεγόμενα ἐστί; In eo autem quem huic subiungit loco, habetur quidẽ accusatiuus itidem, sed diuersæ, vt ita dicam, naturæ. est enim personæ accusatiuus: ex Demosth. in epistola quæ πρὸς τὸν Λυκούργου παῖδων inscribitur, ἵνα οἷς τι ὠφείλομεν, τὰ τιμωλούμενα εἰσπραξάμενος ἢ τοῖς φίλοις ἐρανίσαιμι, τὰ ὑμᾶς διοικήσω, Vt potiùs, quum nomina mea exegero, & ab amicis collationem coegero, publico debito satisfacere. Id est, iudicatum facere. Est autem similis hic vsus ei quem apud Platonem habet, sed cum diuersa constructione: De legibus libro 11, ἐρανίζειν ἢ περὶ τὸν βυλόμενον ἐρανίζειν φίλον πρὸς φίλους. Nisi fortè legendum sit potius φίλου πρὸς φίλου. Inuenitur porro & PASS. Ἐρανίζεσθαι in hac significatione actiua interdum. Luc. πάντα χρὴν ἐρανίζεσθαι τὴν ἀλήθειαν, Vndique colligere, seu corrogare, Vndique emendicare. Themist. in 3 De anima, ἢ τὸ ἓν δὶ ἢ τὸ δυὸ ἢ τὸν ἀριθμὸν ὅλον τῇ αἰσθήσει ὁποῖς ἐρανίζεται. Idem in 1, αἱ ἢ αἰσθήσεις ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐρανίζεται. Sic & apud Laertium in Eudoxo, ἢ ὡς ἐκ τῶν φίλων ἐρανίσαντα εἰς Αἴγυπτον ἀπελθεῖν, putat Budæus ἐρανίσαντα accipi pro ἐρανίσαντα. (Sed fortassis ἐρανίζεσθαι dicitur etiã pro Donari aliquo munere quod ἐράνου nomine censeatur) Ex eodem affert ἐρανίζεσθαι pro Quæstum facere, Capturas facitare: in Protagora, ὡσὰν ἢ Πρόδικος λόγους ἀναγκάσωσιν ἐρανίζειν.

Ἐρανίζω, non solùm est ἔρανον αἰτῶ, sed etiam ἔρανον δίδωμι. Videturque hoc censuisse Harpocration. postquam enim dixit ἐρανίσαι significare ἔρανον αἰτῆσαι, in epistola πρὸς τῶν Λυκούργου παίδων: subiungit, ὃ ἢ τῶν πρὸς Ζηνόθεμιν φησί. Affert enim locum ex oratione quæ inscribitur ὁ πρὸς Βιωτὸν πρὸς Ζηνόθεμιν λόγος, in quo significatio hæc optimè verbo illi conuenit. videriq; possint deesse aliqua ad secundam hanc expositionem pertinentia verba. Meminit huius loci Demosth. & Budæus: cuius Comment. vide, pag. 354. Redditur etiam Confero symbolam, aut generalius, Confero, Contribuo.

Ἐρανιστὴς, οῦ, ὁ, Qui est ex eorũ numero qui ἔρανον in cœnã seu conuiuium dederunt, Vnus ex iis quibus structa est collatitia cœna. tanquam ab ἐρανίζω significante peculiariter, Confero ἔρανον in cœnam seu conuiuium: id est symbolam. Aristot. Ethic. libro 4, cap. 2, περὶ τοῦ βαναύσου loquens, ἢ λαμπρυνόμενος πρὸς μέλος· οἷς ἐρανισταὶ χαμικῶς ἐσθίουσιν. Ex eodem affert Bud. ἐρανιστὰς & θιασώτας pro iis qui sacrificiorum & cultus deorum obtentu, sodalitates temporarias quotannis coibant, in iisque vinu & epulis indulgebant. Athen. libro 8, postquam dixit ἔρανον & θίασον pro eodem poni, addit, ἢ συνιστῆς, ἐρανισταὶ ἢ συνθιασῶται. Apud eundem comicus quidam dicit, ὅταν ἐρανιστὰς καρύων δέηται.

C. ΑΝΤ ἐρανίζομαι,

C. ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΩ, Viciſſim ἔρανον cõfero, ſeu ſymbolam. Aut etiam, Beneficium in me collatum alio beneficio compenſo. Exponitur & vno verbo, Retribuo. Item participium ἀντεισφερόμενος paſſiuè, Repenſus, Relatus.

C. ΣΥΝΕΡΑΝΙΖΩ, ſicut & ſimplex ἐρανίζω, interdum eſt Colligo: item Cogo, Congero. Iſocrates ad Philippum, ἔρανος ἂν συνεραγάγοιμι τοὺς λόγους παντας. Idem putat Budæus ſignificare & in iſto Gregorii loco, vbi de auctoritatibus propheticis loquens, quibus in oratione ſua vtitur, hæc ſcribit, ὅπως ἐν ὑμῖν ὄντα τὰ μέρη τῆς συμπληρώσεως μοι τῶν ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ συνεραγάζηται τὸ χαρίεντιζόμενον λόγον. ſed non lubenter Budæo de illa ſignificatione iſti loco danda aſſentior. Ariſtoteles De generatione animalium, lib. 3, cap. 1, κἂν πολλὰ συνεράσωσιν εἰς ἑαυτὸν εἰς κύστιν, ἢ τι τοιοῦτον, ὑφ' ᾧ πυεὸς, Siquis ova multa in folliculum congeſſerit

Συνεραγίζω habet & alteram verbi ἐρανίζω ſignificationem, qua ponitur pro Confero ſymbolam: vel generalius, Confero, Contribuo. Affertur autem & ſine accuſatiui adiectione poſitum, ex Diogene Laertio in Arceſila, vbi de eius liberalitate loquitur, συνεχῶς τι φίλοις ἐπῆρεν, καὶ πολλοῖς συνεγίνετο. Vbi Budæus vertit, Pecuniam neceſſariam conficiebat. Idem interpr. Opitulor ad aliquid conficiendum: afferens ex Appiano, πρὸς ἕνωσιν αὐτοῖς συνεγίζειν, Inter ſe ita coniuncti erant vt quod vni opus eſſet, alii ad id perficiendum operas darent, & conficerent. In vulg. lex. Συνεραγίζω redditur etiam Mutua conuitia agito, & vno verbo Murito ex Gellio. Sed illa ſignificatio verbi συνεραγίζειν nullo nec exemplo nec teſte ibi probatur. Si cubi autem extat, dicendum erit ſequi eam nominis ἔρανος ſignificationem cui primus locus datus fuit, & qua Homerus vtitur.

PASS. Συνεραγίζομαι, Congeror, Colligor. Author dialogi qui Axiochus inſcribitur, ὡς ἂν συνεραγισμένου τοῦ ὄχλου. Dionyſius Halic. de Iſocrate, ὃν συῶσιν δὲ Λυσίου λαπτῆρα καὶ Θεόπομπον πλὴν ἀριστέων, ἔστιν ἃ δὲ φύσει καλῶν, συνεραγισμένων τὸ συμπεραγίσμα κάλλιστα ἡμῖν ὑπάρχειν. id eſt, Congeſſa, Adornata, Compoſita, quaſique coagmentata, inquit Budæus. Sed parum mihi iſtæ interpretationes placent: ac potius mutata orationis forma vertendum ita cenſuerim, Corpora in quæ corrogati fuerunt ornatus aſciti: Vel, Corpora corrogaris ornatibus & emendicatis prædita. Dicitur item aliquid συνεραγίζεσθαι pro Conferri, vt apud Philonem De mundo, πάντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν αὐτοῦ [videlicet τοῦ κόσμου] συνεραγισθέντων, quum omnia ad complementum eius collata fuerint. Bud. autem verbo neutro vtens, vertit, Quum omnia ad complemẽtum eius in vnũ coierunt.

Quod proximè ſequitur vocabulum, meam quidem etymum ſequendo, poſt Εἶρω ponendum fuiſſet, (de quo agitur priore loco, t. 1, c. 1142) at ſequendo id quod Etymologus affert, alius ei locus dandus fuiſſet.

ΕΙΡΟΣ, ου, ὁ, Lana. Hom. Odyſſ. λ, — αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῖς Ἠλακάτη τετύνθω, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα. Etymologus εἶρος fieri ex ἴρος tradit, per pleonaſmum literæ ε. vel ex ἴρρω ſignificante καίνω, fieri ἴρρος: deinde mutando ρ in ι, εἶρος. vt ſit ὁ μετὰ πολλῆς ἐργαζόμενος. Quæ poſtrema verba ſequendo, dicendum eſſet εἶρος maſculini eſſe generis. alioqui enim reſpiciẽdo ad neutrum genus nominis εἶρος, ſcribere debuiſſet, τὸ μετὰ πολλῆς ἐργαζόμενον. Verùm illa verba nequaquam hoc mihi perſuaſerint, nimirum εἶρος in maſculino etiam genere vſurpatum reperiri: ſiue librariorum incuriæ ſiue etiam ipſius Etymologi fallaci memoriæ error ille imputãdus ſit. Sed (quod maioris eſt momenti) etymum hoc, ſicut alia quamplurima, nimis longè petitum, & coactum, vt ita dicam, mihi videtur: de meo autem etymo, quod εἶρος à verbo εἴρω deducit, nihil tale dici poſſe exiſtimo: ſic tamen vt aliorum iudicio id relinquam. Vide Εἰροπόκος, quod eſt ſecundum compoſitum.

Εἶρος ab Heſychio exponitur non ſolùm ἔριον, ſed etiam πῶλος. quod corruptè ſcriptum eſſe pro πῶος annot. v. l. Sed contrà mendo carere hanc ſcripturam, & de eo mendico id intelligendum eſſe dico qui potius Ἶρος nominatur, cum ι, non cum ει. Fortaſſe etiam de quouis mendico vſurpari hanc vocem ſignificare voluit: vt Latinis quoque Irus interdum eſt quiuis mendicus: vt viciſſim Crœſus vocatur quilibet qui ſit prædiues.

C. Εἰροκόμος, ου, ὁ & ἡ, Lanam tractans, vel potius Lanam excolens. (vt Ouidius dixit Rudem lanam excolere) In v. l. redditur Lanarius, ex Plauto: item Cui lanificium curæ eſt. Hom. Iliad. γ, αἰσῶν εἵματα καλὰ tribuit ei quam εἰροκόμον appellat. vbi Euſtath. annotat, κομεῖν & αἰσῶν idem valere, & addi verba illa ab Homero nequis intelligat τὴν εἰροκόμον κόμας, ἤτοι πλέκουσαν. Heſych. εἰροκόμῳ (ſumptum, vt opinor, ex illo Homeri loco) exponit ἐριουργῷ.

C. Εἰροπόκος, ου, ὁ & ἡ, epithetum ouis, apud Homerum pariter & Heſiodum, ſicut à Latinis poetis dicitur lanigera. Hom. Iliad. ε, — ἐπ' εἰροπόκοις ὄεσσιν. Heſiod. in Theogonia, Πώεσιν τ' εἰροπόκων ἠδ' ἀγραύλων ἐλάων. Idem in Ergois, Εἰροπόκοις δ' ἐπὶ μᾶλλον ἐπαυλιζέσθω ἐρίφοις. Cæterùm huius compoſiti duæ ſunt expoſitiones. quidam enim putarunt ei ineſſe duo eiuſdem ſignificationis nomina, εἶρος & πόκος, idque ἐπεξηγηλῶς. alii autem ex εἶρος & πόκος factum eſſe dixerunt. Quinetiam tertia deductio afferri poſſit, ad quam reſpexerunt qui εἰροπόκος expoſuerũt, Habens vellera innexa. Si enim hanc expoſitionem ſequamur, ex πόκος & verbo εἴρω deductum dicemus illud vocabulum: conueniétque hîc verbi εἴρω ſignificatio cum illa quam habet quum εἶρος ex eo deducitur. Sed minimè dubium eſt quin optima omnium deductio ſit ea quæ ex εἶρος & verbo πέκω deducit. Pro qua voce actiua tamen, afferenda potius paſſiua fuerit: vt εἰροπόκος ſit ὁ πόκους εἰς εἶρος, ſiue ὁ πεκαμένην. Heſych. quoque paſſiuo verbo in hac expoſitione vtitur: quum εἰροπόκους exponit ἐρια κεκαρόμενα ἔχειν. At verò Heſiodi ſchol. Tzetzes εἰροπόκοις exponere maluit, πόκους ἐλέων τριχώσεις.

Εἰροπόκος eſt etiam ἐριουργὸς Heſychio. Apud eum enim legitur εἰροπόκῳ, ἐριουργῷ. pro quo ἐριουργεῖον ſcripſiſſe ἐριουργόν, aut illi nomini ſignificationem huius dare voluiſſe, perſuaſum habeo. Sed quid ſi aliquis hanc expoſitionem non dativo εἰροπόκῳ ſed dativo εἰροπόκου Heſychium dediſſe ſuſpicetur? Is certè facilè in ſuam ſententiam vel potius ſuſpicionem me pertrahet.

C. Εἰροπόνος, ου, ὁ, Cui labor eſt circa lanas, Qui lanis excolendis aut lanificio laborem impendit.

C. Εἰρόπους, in v. l. dicitur eſſe itidem ouis epitheton, & ſignificare Lanigera: ſed vereor ne hoc vocabulum multis ſuppoſititiis & ex errore ortis, quæ in illis leguntur, addi debeat.

Εἰρεών autem, quo ſignificatur Laneus, fortaſſis ab εἰρέα potius fuerit, quod lanam itidem declarat.

TRISYLL. Εἰρέα, idem quod εἶρος, Lana. Sed εἰρέα dicitur forma diminutiua, vt πιχέα à πῖχος. & quum vulgatæ editiones habeant ἔρια cum accentu in prima ſyllaba, Iliad. γ, Ἥστην (ſiue ἧσται) ἔρια καλά: in meo veteri codice ſcriptum eſt contrà εἰρέα. Quinetiam quanuis Euſtath. ſuis in eum locum commentariis vbique ἔρια ſcribat, (ſi tamen hanc eius ſcripturam eſſe putandum eſt) apud eundem tamen in expoſitione huius verſus Odyſſ. λ, Ἠλακάτη τετύνθω, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα, legimus, τὸ δὲ εἶρος, ἀφαιρετικῶς ἐκ τοῦ εἰρέα, οἷς πιχέα. οὕτω ἔριον, οἷς ἔριος. Legitur alioqui & apud Suid. ἔρια, aſſentiente vulgatis editionibus meo etiam exemplari manuſcripto.

HINC Εἰρεών, Laneus. nam hinc potius quàm ab εἶρος deducendum mihi videri, antea docui.

¶ Ἔριον, ου, τὸ, idem quod εἶρος, ſiue εἰρέα. ſed poetica ſunt iſta, at illud proſæ ſcriptoribus cum poetis eſt commune. Fieri autem εἰρέα quidem ex εἶρος, ſicut πιχέα

ex πῖχος: at ἴριον ex ἐιείον fieri, & sequi formam nominis ἴχειον, paulo antè docui. Fortasse tamen malit aliquis, sicut ἐιείον, ita etiam ἔειον ex εἶρος deducere. Cui deductioni non valde refragabor: præsertim quum vt πιχείον à πῖχος, ita etiam ἰχειον (quanuis accentu differens) ab ἴχνος deriuari constet. Homerus Odysseæ σ, Ἁλικέστη δὲ πάντα τὰ φῶτα μαλακοῦ ἐείου. Plato In Sympos. ὥςπερ τὸν τοῖς ἐιέλιξιν ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ ἐείου ῥέον ἐπὶ τὰς κληρίσιρας εἰς τὸν ληκυθίσκον. Plutarchus De audiendo, μηδὲ ἱμάτιον ἐκδαλέσθαι τὸν χιμῶνος, εἰ μὴ σφόδρα ἀπαλὸν ἀπὸ τοῦ ἐείου. Apud eundem legimus ἔειον esse φθαρτόν. Frequens est & pluralis numerus: vt apud eundem, τὰ ἐείοντοῖς πόκοις. Et alibi, τὰ βριμμάτων τοῖς Ἕρμασιν αὐτὰ τὰ ἐείοντὰ ἀμφιέννυται. Lucianus De sacrificiis, ὅτι πᾶσι δὲ σὺν αἰκαιόσας, ἐπήνεγκα φέρων αὐτῇ ἐερᾶ τὰ αἷμα, καὶ αὐτὰς ἐείους τὰ σφάγια. vbi obserua eum de vnica etiam loquentem, maluisse dicere τὰ ἔεια quàm τὰ ἔειον. Legimus hunc pluralem & apud Xenoph. ἰὼν ἐπὶ τὰ ἔρια.

Ἔριον, id est Lana, magni in medicina est vsus. Eius duæ differentiæ sunt: vna pura est, altera sordida. Pura, dicitur quæ lota est: sordida verò, illota. quam Græci ἔριον ῥυπαρὸν & οἰσυπηρὸν, Hippocrates verò πίνεον & πιτώδες appellat. Est autem πίνος idem quod ῥύπος. Gorr.

Ἔριον redditur & Lanugo à Plinio: vt quum pro his Theophrasti, ὅταν δὲ ὡραῖον ᾖ, ἀκτινοβολοῦσι καὶ ἐξαίρει τὸ ἔριον, ἐξ οὗ παίουσαι ὑφαίνουσι πολυτελεῖς, ista scribit, de laniferis arboribus loquens, Ferunt cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt.

C. Ἐριόξυλον, ου, τὸ, Lana siue lanugo xyli, id est gossipii fruticis: de quo Plinius lib. 19, cap. 1. sed & de gossapinis arboribus lanigerisque scribit, lib. 12, cap. 10, & 11. vt & Theophrastus περὶ ἐριοφόρων δένδρων, Histor. l. pl. 9, cap. 4. Vlpianus in Lege, Sicui lana legetur, ff. De legatis, 3, Lana legata, etiam leporinam lanam & anserinam & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est ligneam lanam appellant. Quod ἐριόξυλον huic iurisconsulto, DICITVR Βαμβάκινον Nicolao Myrepso, at SVIDAE Βάμβαξ ET Πάμβαξ, id est gossipium. Ita vulg. lex. Sciendum est autem apud Suidam extare & tertium NOMEN Παμβακίς: atque adeo & QVARTVM Βαμβάκιον. sed hoc tanquam ex vulgi sermone petitum affert. Scribit enim, Βάμβαξ, ἡ Πάμβαξ, καὶ Παμβακίς, ἡ ὥδε πολλοί· λεγόμενον Βαμβάκιον. Et alibi itidem, Πάμβαξ καὶ Παμβακίς, ἡ ὥδε πολλοῖς λεγόμενον Βαμβάκιον. Obserua autem Βαμβάκιον ibi scribi, quum ex Nicolao Myrepso afferatur Βομβάκιον, per ο in prima syllaba. Qua scriptura cum appellatione Italica conuenit, *Bombazo*. (at nobis *Bombazin* aliud est: vocantibus *Catonem* quod illi *Bombazo*) Quinetiam cum nomine Bombyx scriptura illa conuenit. Tribuit autē bombycē Plinius xylo siue gossipio, quod idem cum bōbace seu bābace esse existimatur. Ita enim scribit, lib. 19, c. 1, Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem quem aliqui gossipium vocant, plures xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Paruus est, similémque barbatæ nucis defert fructum: cuius ex interiore bombyce lanugo netur. nec vlla sunt eis in candore mollitiáve præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ. Sed quanuis bombycem tribuat Plinius huic xylo, aliud tamen ESSE Βόμβυξ constat. (Alioqui eum Propertius Arabium vocat, sicut Plinius xylon nasci tradit in superiore parte Ægypti quæ in Arabiam vergit) Vnde fit vt apud Dioscoridem, lib. 3, c. 18, pro βαμβακωνίτης reponendum esse putem βομβυκωνίτης. mitérque interpretes, lectionē illam sequendo, vertisse Vestes bombycinis similes. Nam Plinium quidem ita recidisse fateor, sed βομβυκωνίτης legisse persuasum habeo. (licet xylo quoque bombycem tribuat, vti dixi) Siquidem vt hoc ADIECT. Βαμβακωνίτης sonat Bōbyci similis, ita alterum ILLVD Βαμβακωνίτης sonare debere Bābaci similis, nemo negauerit. Adde quòd recentem esse hanc βάμβακος siue βαμβακώδης & παμβακὴς appellationem constat: quod de βόμβυκος appellatione minimè dici potest. Cæterùm obseruādum est Vlpianum VOCEM Ξύλον in hoc etiam compositō pro ligno accepisse, quippe qui ἐριόξυλον ligneam lanam reddiderit: quum alioqui Plinius vocem Græcam xylum retineat. Pollux pro ἐριόξυλον dixit, λεπτὸν ξύλου ἔριον: scribens l. 7, c. 17, ἔνθα δὲ καὶ περὶ Αἰγυπτίοις λεπτοῦ ξύλου τὶ ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν καλουμένην λινοῦν οὐ τῆς μᾶλλον φαίνεσθαι ἐκφερομένην τοῦ πίνους. (vbi suspectum est illud vocabulum λινοῦν.) Sic autem scribens, videtur & ipse vocem ξύλον suam illam generalem significationem dedisse. Ibidem autem qui sint βόμβυκες declarat.

C. Ἐριοπλύτης, Qui lanam seu lanas lauat, Fullo. vtitur Dioscor.

C. Ἐριοπώλης, ου, ὁ, Lanæ venditor, seu lanarum. VNDE Ἐριοπώλιον, ου, τὸ, Locus in quo lana venditur, Emporium lanæ. Item VERBVM Ἐριοπωλέω, ῶ, Lanam vendo, Sum lanæ venditor. Quinetiam ADVERB. Ἐριοπωλικῶς, More eorum qui lanam vendunt. Ex quo intelligitur Dolosè: quoniam illi eā humectant, vt pondus augeant. Vide quæ Suidas de hoc metaphorico istius aduerbii vsu tradit.

C. Ἐριουργός, ός, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium exercet. Vnde VERB. Ἐριουργέω, ῶ, Lanificium exerceo. Xen. in Laced. polit.

C. Ἐριοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Laniger, seu potius Lanifer. vt arbores dicuntur laniferæ, potius quàm lanigeræ. sic enim ἐριοφόρα δένδρα apud Theophr.

C. Ἐριώλη, ipsosè ab Aristophane vocatur ἐείων ἀπώλεια, in Vespis: vbi quum πρὸς καινόκης quidam dixisset, — αὔτη γάρ ἐστ' Ἐείων πάλαι πατταπίτουα ῥαδίως, respondet alter, Οὐκοῦν ἐριώλῳ δῆτ' ἐχεῖν αὐτὴν καλεῖν, Δικαιότερον ἢ καινόκην. Alioqui Ἐριώλη non ex ἔριον fit, sed ex particula ἐρί, (quæ vim augendæ significationis habet, vt antea dictum est) & verbo ὄω, si Etymologo credimus. Est autem ὄω idem quod πνέω. Significatur certè hoc nomine ἐριώλη impetuosus ventus & præceps, seu Turbo. qua in significe. vsus est hic ipse poeta in Equitibus, καὶ χθιζαίως ὡσεὶ τὸν τυφὼ χωρεῖ καὶ πνεῖ ἐριώλην. Hinc est DICTVS Ἐριώλης vnus ex equis Neptuni, vt annotat Eust. (secundum quem est etiam alius quidā equus habens NOMEN Σθενέλαος, in quo respicitur ad τὸ σθεναρὸν τῆ Ἐννοσιγαίῳ: QVIDAM Ἐχέλαος, propter pontum κλυδωνίτην) idque δίχα τοῦ χ ἀέντας αὐλμους. ὧν καὶ ἡ σφοδρὰ καὶ καταιγιδώδης ἐριώλη, ἧς μέμνηται καὶ ὁ κωμικός. Intelligit autem (vt opinor) illum ipsum Aristophanis locum, quem modò ex eius Equitibus protuli. Solet enim comici appellatione Aristophanem significare.

Ἐριωλὴς, ος, ὁ & ἡ, Cui lana mollit. Ex Plinio & Colum. Lanatus, ex Varrone Lanaris.

Ἐριωῖς, vide in Ἐριοῖς, post Ἐρίξ, quo itidem lana significatur.

Ἐριόω, ῶ, Laboro circa lanificium. Ita vulg. lex. nisi quòd addunt aduerbium Maximè post verbum Laboro: hoc modo, Laboro, maximè circa lanificium. Sed nullum affertur testimonium.

AT VERO Ἔριφος an ab ἔριον deriuatum sit, controuersum esse potest, quanuis eo significetur Qui vel quæ lanificium exercet, Lanificus. Si enim Hesychio credimus, ἔριφοι sunt οἱ γεωργοὶ (id est agricolæ) ὡσεὶ τὸ πρὸς ἔραν ἐργαζόμενοι, id est πρὸς γῆν: per catachresin autem, etiam οἱ ἐριουργοί, ἢ μισθωτοί. Sunt autem μισθωτοί, mercenarii. Alii volūt contrà propriam esse illam significationem qua ὡσεὶ τῷ ἐριουργῷ vtur patur. Quidam (ex quibus est Eustathius) quum ὡσεὶ τῷ ἐριουργῷ dicitur, ab ἔριον: quum ὡσεὶ τῷ γεωργῷ, ab ἔρα deriuari. Etymologistes tradit significare τὸν ἐργάτην, καὶ πρὸς ἐργαζομένους τὰ ἔρια, afferens & ipse duplex etymum. Homero Iliad. σ, ἔριφοι appellantur ii qui metunt: — ἔνθα δ' ἔριφοι Ἥμενοι, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Vbi Eustathius admonet ἐείδους esse non solùm τοὺς ἐριουργοὺς χωλῆτας, ab ἔριον: sed etiam ἐκ μισθοῦ ἐργαζομένους, vt messores eo in loco, à nomine ἔρα. Ex eo autem quod dicit hic scholiastes, non solùm significare τοὺς ἐριουργοὺς χωλῆτας, hanc significationem magis vsitatam ac receptam esse colligere possumus.

(Quò pertinentia quædam afferam ex eodem in compositio Σωιέριος) Apud Hesiodũ ἔριος pro famula, in Ergois, Θῆτα δ' οὔτινα πωλέεσθαι καὶ ἄπυιον ἔριον ἀζηθαι κέλομαι. χαλεπὴ δ' ὑπόπτερος ἔριος. Extat verò & χερνῆτις ἔριος in hoc Eratosthenis loco, quia à scholiaste Apollonii affertur, — ἡ χερνῆτις ἔριος ἐφ' ὑφηλοῦ τανυλεῴνος Δισσαλίδας πύχουσα, καλὰς περὶ κόλπον ἰούλους. Chrysost. ὑφαίτας καὶ ἔριοι. Affertur verò & ex Esaiæ capite 19, ἔριος de textrice, ἰσὸς ἐρίου ἐγγιζούσης ἀκμαίην, Tela à textrice proximè succidenda. Hoc certè obseruandum est, quum dicitur de exercente lanificium, potius fœminino genere vsurpari. Cæterùm aliâ præterea nominis huius ἔριος expositionem, ex tertia quadã etymologia profectam vide in Ἐερύομαι.

COMP. Σωιέριος, ου, ὁ & ἡ, Qui vel quæ lanificium simul exercet, Lanificii socius, seu In lanificio socius: vel potius socia, sequendo id quod modò dixi in ἔριος. Interdum verò generalius Socia alicuius operis, siue in aliquo opere, quodcunque sit. Ab Hesychio σωιέριοι exponitur συνυφαίνουσαι, id est Simul texentes: item σωιεργοί. (In qua expositione VOCAB. Σωιεργοὶ sonat Simul opus facientes) Homerus Odyss. ζ, non procul ab initio, Καί τι ἐγὼ σωιέριος ἁμὶ ἔοικα. vbi Eustathius annotat, σωιέριον propriè, sicut & ἔριον, esse τὸ σωιεργαζομένῳ ἔριον: sed καταχρηστικῶς ita vocari καὶ τὸ ἁπλῶς σωιεργαζομένῳ. Obiter autem obserua & quæ ad simplex ἔριος pertinentia hîc ab Eustathio dicuntur: nimirum ἔριον propriè esse τὸ ἐργαζομένῳ τὸ ἔριον. Quod enim scribit, σωιέριον propriè, sicut & ἔριον, esse τὸ σωιεργαζομένῳ ἔριον, ita intelligi debet.

COMP. Φιλιέριος, Lanificii studiosus, in vulg. lex. ex Epigramm. Propriè tamen φιλιέριος sonare deberet Studiosus eorum qui lanificium exercent, Studiosus lanificorum, seu lanificarum.

His addendum VERBVM Ἐεργάω, vel potius Ἐεργύομαι, ea præsertim significatione quam habet apud Græcos Bibliorum interpretes, in hoc loco qui ex Tobiæ libro affertur, ἠεργύατο ἐν τοῖς χωαπείοις: quum in Latino textu sit, Ibat ad opus textrinum. Apud Hesychium legimus hoc ἠεργύατο, (dubium vnde sumptũ) expositum εἰργάζετο. (quod conuenit cum ἔριος exposito ἐργάτης) quum alioqui scribat alibi, ἠεργύατο, οἰκῶν ἐργαζομένων. Vnde vulg. lex. ἠεργύω interpretantur Temere laboro & in vanum. Sed ibidem redditur & Seruio. Suidas ἠεργάσατο simile esse tradit τῷ δικαζέσθαι. Legitur apud Aristotelem hoc vocabulum, Polit. lib. 5, cap. 3, μεταβάλλουσι δ' αἱ πολιτεῖαι καὶ αὐξόμεναι καὶ φθίνουσαι. ἔστι δὲ τὰς ἐρίας, ὡς φησὶν ὁ Ἡραῖος. ἐξ αἰσχροῦ γὰρ ἔστι τὸ πρᾶγμα πλήρωμα γενέσθαι, ὅπερ ἠρώτατο τοὺς ἐρυθρυομένους. vbi quædã vetus interpr. participii ἐρυθρυομένους est Turpes & pudendos. cui interpretationi, (quanuis inepti ssimæ & à vocabuli ipsius origine alienissimæ) vulg. lexica tradunt sensum ipsum assentiri. Vulgò autem recepta est ea huius vocabuli expositio quæ ei contendendi significationem dat: (vt apud Paulum ἐρυθρία redditur Contentio) ego aliquid amplius significare putarem, quale est quod vulgò dicimus *Briguer*. Interim tamen fateor posse & aliam quampiam significationem huic verbo subesse. Budæus, allato illo Aristotelis loco, remittit ad quendam Suidæ qui extat in nomine Φιλοπάμων: quòd in eo legatur COMPOS. Ἐξηεργάσατο: tanquam videlicet huius significatione affinitatem aliquam cum significatione illius habente, aut etiam cum illa conueniente. interpretatur tamen ibi Redimere, Autorare: quidam verò Quasi mercede allicere. Pertinent autem hæ interpretationes ad illam Suidæ expositionem qua ἠεργάσθαι simile esse tradit τῷ δικαζέσθαι: & ἠεργάσθαι dictam esse ἀπὸ τῆς μισθοῦ δόσεως. Quinetiam ἠεργύατο postquam dixit esse τὸ δι' ἀργυρίου φιλοτεχνίαν, (vt ἠεργυόμην ab eo exponitur etiã δι' ἀργυρίου φιλοτεχνῶν) addit ita vocari καὶ τὸ μισθαπόρνας. Sciendum est porro has diuersas significationes ad diuersas deriuationes referri debere. eam videlicet qua pro Contendere ponitur, ad nomen ἔρις ἔριδος referendam esse: alteram autem, vel potius reliquas duas, ad ἔριος, vtpote quo inter alia μισθωτὸν declarari dictum sit. Ad illam autem priorem etymologiam pertinent hæc quæ ab Eustathio scribuntur in hunc locum Odyss. ζ, — καὶ ἡ ἀπὸ ἀπείρονος Εἴματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐσφορέον μάλα ὕδωρ· Σπεῦσον δ' ἐν βοθροισι, ποδὸς ἔριδα θερσίρουσαι. Hæc verba (inquit) ποδὸς ἔριδα θερσίρειν, videntur esse etymologia vocum ἔριος & σωιέριος. quamuis enim ab ἔρειν fieri dictum sit ἔριος, non abiimile vero est ἔριον dici etiam τὸ θερσίρουσαι ποδὸς ἔριδα.

HINC Ἐερθία, ας, ἡ, Contentio, vt quidem exponitur in Aristotelis loco quem proiuli in ipso verbo Ἐερύομαι: sed eadem expositio illi datur & apud Paulum aliquot locis. ego certè sonare existimo alicubi quod vulgò dicimus Brigue: sicut ἠερθίσθαι dixi suprà mihi videri significare Briguer. Inueniuntur etiam copulata ζῆλος & ἐερθία. vt epist. Iacobi, cap. 3, ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἐερθία, ἐκεῖ ἀκαταστασία καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. vbi quidam ἐερθία interpretatur Irritatio. Sic copulantur illa vocabula à Paulo, ad Corinth. cap. 12, in fine, μή πως ἔριδες, ζῆλοι, θυμοί, ἐερθίαι, καταλαλιαί, φιθυρισμοί, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι. Vbi obserua addi cæteris ἀκαταστασίαι, vt in illo Iacobi loco dicitur esse ἀκαταστασία vbi est ζῆλος καὶ ἐερθία. Alteram autem significationem huius nominis ἐερθία, quæ cum altera deriuatione conuenit, vide paulo antè in ipso verbo Ἐερθίσθαι. Cæterùm quod ad nominis huius accentum attinet, eum illi in penultima, potius quàm in antepenultima dandum esse censui, tanquam verbali.

C. Ἐξερύομαι vide suprà in Ἐερύομαι, in loco qui ex Suida allatus fuit.

¶ Ἐρία etiam dicitur in ea significatione qua ἔριον, & illa duo quæ hic ipsum præcedunt. Athenæus lib. 5, Ταύτας δ' ἀμφίπολοι ἀλουργεῖς ὑπεστρωτο τὰς θρόνους ἐρίας. In quo Athenæi loco (vt hoc obiter annotem) pro ἀλουργεῖς reponendum vel ἀλουργοὶ, vel ἀλωργεῖς.

Ἐρεὸς adiectiuum ex illo substantiuo ἐρία factum, significans Laneus. Factum est autem per contractionem ex ἐρέος, vt alia pleraque adiectiua. Apud Dioscoridem lib. 1, cap. 18, ἐρεοῦ ὕφους, Laneum textum, seu Lanea vestis. Sed ibi legitur etiam ἐριοῦ. quæ tamen lectio nullo modo mihi probatur: atque haud scio an vllo exemplo confirmari possit, quod quidem è loco mendi non suspecto petitum sit: alteram autem alii loci confirmant. Apud Suidam legimus ἐριοῦ, κλῶσμα τοῦ μαλλίου.

Quod sequitur verbum Ἐρωτῶ, sequendo Etymologum, inter deriuata à nomine ἔρως ponendum fuisset: inde enim deductum esse tradit: sed ab Ἔρομαι potius deriuari, & post ipsum collocandum fuisse existimo.

— ἘΡΩΤΆΩ, ω, Rogo, id est Interrogo, a Scisciter, Percontor. (Ab Homero autem & aliis poetis dicitur potius Εἰρωτῶ, assumpto ι, ad producendam primam syllabam) Cum accus. personæ cõstruitur, cui interdum & accusatiuus rei adiungitur. dicitur enim ἐρωτῶ τινα, vel ἐρωτῶ τινα τοῦτο. Thuc. lib. 8, ἐρώτα ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἐπὶ αἰτιολογίαν τοῦ πολέμου ἀλ- πίδα ἔχει σωτηρίας τῇ πόλει. Interdum autem accus. pers. subaudiendus relinquitur, vt & in aliis verbis frequenter fieri videmus. Xen. Pæd. 2, καὶ δ' ἐρωτᾷ ὅπου εἴη, λέγει πλησίον, ὅτι ὀπὶ τοὺς ἐχθρούς. καὶ δ' ἐρωτᾷ εἰ ἐγ αὐτὸς ἐν χωμαι, &c. Cum duplici autem accus. personæ videlicet & rei, vt in hoc Plut. loco De garrul. πῶς σοι δοκεῖ ἔχειν τὰ τῶν ἐρωτῶντα; ὅτι τοῦτ' ἐστὶ μὰ οὐκ ἐρώτησις. Sed frequẽtius cum solo rei accus.

relinquendo ſubaudiendum alterum, vti dixi. Lucianus, δυςαπόκριτον ἐρωτᾶς. Alibi, δυςαπόκριτον πάνυ ἐρωτᾶς. Apud eundem, ζωῦπα ἄπορα ἐρωτᾶν. Sic ἐρωτᾶν ἐρωτήματα, Plutarcho in Colotem. Vt autem Latinè Interrogare & Reſpondere ſunt relatiua, (ſi ita vocare licet) ſic apud Græcos ἐρωτᾶν & ἀποκρίνεσθαι. vt legimus apud eundem Lucianum, καὶ τὸν ἄπορα ἐρωτῶντα, τὸν δὲ οὐδὲν πρὸς λόγον ἀποκρινόμενον. Sic Plutarchus De garrulitate, τὸ δὲ ἀποκρινόμενον μάτην ἕως ἢ τοῦ ἐρωτῶντος βούλησις. Vt porro dicitur ἐρωτᾶν τινα, ſic ΕΤΙΑΜ Ἐρωτᾶσθαι cum accuſatiuo eodem. Xenophon Pæd. lib. 1, καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ' ἄλλων ἐρωτῶμαι, δέδοικα μὴ αἰσχύνωμαι, ταχὺ ἀποκρίνεται. Sic ἐρωτᾶσθαι λόγον, apud Platonem De legibus.

Ἐρωτᾶν cum illo accuſatiuo rei, interdum quidem commodè reddi poteſt verbo Interrogo habente eundem caſum, vt in ſuperioribus exemplis: nonnũquam verò potius reddendum eſt verbo Interrogo, aut alio eiuſmodi, cum præpoſitione de. vt apud Ariſtophanem, ἐρωτᾶν πάλιν, interrogare de ciuitate, ſeu percontari aut ſciſcitari. Apud Platonem autem De republ. lib. 6, eſt aliquantum etiam diuerſus accuſatiui vſus. ibi enim dicitur τὸν ἥλιον ἐρωτᾷς, pro Interrogas de ſole: ſignificando. Is de quo me interrogas, ſeu percontaris, eſt ſol. Vel, Is quem hac tua interrogatione ſignificas, ſiue innuis. Ad iſta enim, πῶς οὖν ἔχεις αἰτιάσασθαι τὸν ἐν ᾅδου θεὸν ὡς οὐ χρηστὸν ὄντα, οὗπερ ἡμῖν τὸ φῶς ὄψιν τε ποιεῖ ὁρᾶν ὅτι καλλίστην καὶ τἄλλα ὁρώμενα ἀναγκάζει; ita reſpondetur, ὅτι σοῦ καὶ σοῦ, ἔφη, καὶ οἱ ἄλλοι. τὸν ἥλιον γὰρ δηλονότι ἐρωτᾷς. Eſt autem diligenter obſeruandus hic accuſatiui vſus, vel potius hic vſus verbi ἐρωτᾶν cum ſuo accuſatiuo: quippe qui haud temerè apud alium (vt opinor) inueniatur.

Ἐρωτᾶν apud dialecticos peculiarem quendam vſum habet, (cuius à nemine factam mentionem inuenio) pro Argumentum proponere vel quæſtionem. Quinetiam interdum dicunt οὕτως ἠρώτα, pro Hoc argumento vtebatur, vel potius Hoc argumentum proponebat, ſeu hanc quæſtionem. Aut etiam, Ita ratiocinabatur. Memini certè hoc verbum multum negotii mihi faceſſere, quum Sexti philoſophi Pyrrhonia interpretarer, donec hunc eius vſum perſpexiſſem. Afferam autem aliquod ex illo exemplum in compoſ. Σωκράτην Cicero verbo Interrogare talem vſum tribuit, in libro De fato, quum ſcribit, Nec nos impediet illa ignaua ratio quæ dicitur. appellatur enim quidam à philoſophis ἀργὸς λόγος: cui ſi pareamus, nihil omnino agamus in vita. Sic enim interrogant, Si fatum tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non adhibueris, conualeſces. Item, Si fatum tibi eſt ex hoc morbo non conualeſcere, ſiue tu medicum adhibueris, ſiue non, non conualeſces. Et alterutrum fatum eſt. Medicum ergo adhibere nihil attinet. Rurſumque hunc λόγον interrogationem appellat Cicero, ita ſcribens, Recte genus hoc interrogationis ignauũ atque iners nominatum eſt, quòd eadem ratione omnis è vita tollatur actio. At quidam qui hunc Ciceronis librum commentario illuſtrauit, vir ali. qui & doctiſſimus & acutiſſimo iudicio præditus, quum non animaduerteret Ciceronem, dicentem, Sic interrogant, ſuam huic verbo ſignificationem non dediſſe, ſed eam potius quam apud Græcos dialecticos habet interdum verbum ἐρωτᾶν, & miraretur eum à Ciceronе dici interrogare, cuius oratio nullam interrogationis formam habet, atque adeo qui potius ratiocinatur ſeu argumentatur: annotauit illum dixiſſe Interrogant, quoniam interrogat is cui reſpondẽdum eſt, vt reſpondendum eſt iſta ratiocinanti. Equidè vt hoc vetũ eſſe detur, Ciceronem tamen non eò, ſed ad Græci verbi vſum reſpexiſſe conſtat. an autem ipſe eos illuc reſpexiſſe putauerit, quum illũ vſum ei tribuerent, incertum eſt. Sed & hoc obiter hic obſeruandum fuerit, ΝΟΜΕΝ Λόγου à Cicerone reddi Ratio: quum videamus verba illa quibus λόγου appellatio tribuitur, ſyllogiſmum potius & ratiocinationem efficere: & λόγον α-



libi quoq; hoc ſignificare ſciamus. Ad me quidẽ quod attinet, ita potius interpretandum cenſerem, nimirum ratiocinationem. Ciceronem autem ſi vocabulũ Græcum generalius, Latino, quod itidem generalius eſſet, reddere voluit, miror non potius vertiſſe Orationem: vel potius vereor ne illud vocabulum ſedem huius occupauerit: vt alibi apud hunc ſcriptorem vnum alterius loco poſitum fuiſſe ſatis notum eſt. Alioqui obſeruatione dignißimus fuerit hic nominis Ratio vſus, pro Ratiocinatione: & in pleriſque philoſophorum locis, eorum præſertim qui dialectica tractant, λόγον ita interpretari nobis quoque licebit. veluti quũ λόγου δεῖσθαι, & λόγου ἐπικαλυμμένου, aliorumque id genus mentionem faciunt. At de illa verbi ἐρωτῶ ſignificatione dicam aliquid & in compoſito σωκρατῶ, exemplum vtriuſque afferens.

Ἐρωτῶ, Rogo: ſed in ea ſignificatione qua ponitur pro Oro. Eſt autem frequens hic verbi ἐρωτῶ vſus apud Euangeliſtas: idque varia conſtructione. Interdum enim accuſatiuo ſubiungitur infinitiuus, nonnunquam ſubiunctiuus, interiecta particula ὅπως, vel ἵνα. Aliquando autem dicitur ἐρωτῶ σε, ſequente præpoſitione περί, cum ſuo genitiuo. Quinetiam inuenitur cum accuſatiuo perſonæ habens & accuſatiuum rei. Eſt denique & quintus huius verbi vſus, nimirum cum accuſatiuo perſonæ, ſequente imperatiuo: qui alioqui reſolui poſſet in ſubiunctiuum, cum ὅπως vel ἵνα, vt in aliis quibuſdam locis vſurpari dixi. Harum autem omnium conſtructionum exempla proferam, ſi prius lectorem monuero, idem ſentiendum de hoc verbi ἐρωτῶ quod de aliarum quarundam vocum apud Euangeliſtas & alios teſtamenti noui ſcriptores vſu: nimirum quanuis hic ex illis tantùm afferatur, fortaſſe autem & reperiatur duntaxat apud illos, non eſſe tamen exiſtimandum eos vel primos vel ſolos illis vocabulis vſos fuiſſe, ſed ea ſine delectu ex iis potius quorum minus purus ſermo eſſet, quàm ex aliis ſumpſiſſe. Exploratum erit verbum ἐρωτῶ de quo nunc agitur. id enim quanuis in illa rogandi, id eſt orandi ſeu precandi, ſignificatione, ex Teſtamenti noui ſcriptis duntaxat afferatur, ac fortaſſis vix in aliis vllis extet eorum quæ hodie in luce verſantur, (de multo recentioribus non loquor) alios tamen ita tuiſſe vſos, ex Hermogene colligere poſſumus, meo quidem iudicio. quippe qui in libro περὶ μεθόδου δεινότητος, non procul ab initio, loquens περὶ τῆς λέξεως ἁμαρτημάτων, duobus ea modis admitti ſcribit, nimirum κατ' ἀκυρείαν & περιφράσεις. Et eſſe ἀκυρείαν, veluti ſi quis vtatur verbis ἐρωτῶ & παρακαλῶ pro δέομαι. ſiquidem παρακαλεῖν eſſe καλεῖν, vel προτρέπειν: at ἐρωτᾶν, eſſe πυνθάνεσθαι. Hinc, inquam, colligere nos poſſe arbitror, fuiſſe & tunc temporis qui verbum ἐρωτῶ, ſicut & παρακαλῶ, ita vſurparent. Cur verò potius de illo quàm de hoc dubitemus? (Eſtque obiter annotandum quod de hoc VERBO Παρακαλῶ itidem dicitur) Hæc præfatus, ad exempla venio. Primæ igitur conſtructionis, (id eſt cui primum locum dedi) qua ſubiungitur accuſ. tiuo infinitiuus, hæc ſunt exempla. Ioan. cap. 4, ἠρώτων αὐτὸν μεῖναι παρ' αὐτοῖς. Lucæ cap. 8, ἠρώτησαν αὐτὸν ἀπελθεῖν ἀπ' αὐτῶν. Secunda autem, qua iungitur ſubiunctiuo, inſerta particula ὅπως, vel ἵνα, hæc exempla habeto. Lucæ cap. 7, ἐρωτᾷ αὐτὸν ὅπως φάγοι μετ' αὐτοῦ. Apud eundem Act. cap. 23, ἐρωτῶσί σε ὅπως καταγάγῃς. Rurſum in illo cap. 7, euangelii eius, ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ. Extat & apud Ioannẽ aliquot locis hæc conſtructio. At tertiæ conſtructionis teſtes ſunt hi loci. Ioannis cap. 16, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα περὶ ὑμῶν. Apud eundem, ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ. Item, οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ. Venio ad quartam, cámque ſequentibus locis probo. Ioannis cap. 16, ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν. Perperam enim omnes hiereddiderunt Interrogabitis: quum verbum ἐρωτᾶν ſit Rogare. i. Orare, vt in proximis præcedentibus locis. Quod vel ex iis quæ ſubiunguntur, ſatis liquet, ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν Πατέρα, &c. (Habet autẽ Rogare apud Latinos duplicem itidẽ accuſatiuũ nonnunquã, vnũ perſ. alterũ rei)

Apud Lucam cap.14, eadem constructione dictum est, πρεσβείαν ἀποστέλλας, ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην. id est, Legatione missa rogat [ vel petit ] ea quæ ad pacem pertinent. Breuius, Mittit legatos de conditionibus pacis, seu de pace. ( At longè aliter redduntur hæc, libro 1, Regum, cap.30, ἠρώτησεν αὐτὴν τὰ εἰς εἰρήνην : videlicet, Salutauit eos. Quæ expositio reuocat mihi in memoriam quoddam Anthologiæ epigrammatum distichum, lib.2, pag.130, meæ editionis : vbi NOMEN Εἰρήνη est itidem salutantis : Εἰρήνη παίπαστ, ὀθνείοπος εἰμί: ἐπιλεξών. Πῶς δύναται πᾶσιν, ἣν μόνος ἔνδον ἔχῃ; Sed qui epigramma scripsit, ludit in ambigua huius nominis εἰρήνη significatione : quum hæc quidem verba, εἰρήνη παίπαστ, salutationem Iudaicam complectantur, in posteriore autem versu Εἰρήνη nomẽ sit mulieris quam ille παίπαστ esse nolebat, sed sibi propriam habebat) Quinta autem illa & vltima constructio, earum quidem quæ à me propositæ fuerunt, (fieri enim potest vt aliquam prætermiserim) est ea qua subiunctum habet imperatiuum. Id autem fit duobus modis : interdum enim interiicitur participium verbi λέγω inter hoc verbum & imperatiuum, nonnunquam autem sequitur imperatiuus, nullo participio nec vllo alio verbo interiecto. Matthæi cap. 15, ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, ἀπόλυσον αὐτήν. Sic Ioannis cap. 12, καὶ ἠρώτων αὐτὸν, λέγοντες, Κύριε θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. At sine participio: vt Lucæ cap.14, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρητημένον. Sed in hac prima persona locum non habuisset participium: vt in tertia habere potuisset, hoc modo, ἠρώτα αὐτὸν, λέγων, ἔχε με παρητημένον.

Ἠρώτα αὐτὸν διὰ τοῦ Θεοῦ, in vulg.lex. affertur ex Reg. lib.1, cap.22, & redditur Consuluit Deum pro eo. Sed in Complur. editione legitur ἐπηρώτα : itidémque cap.30, eiusdem libri, καὶ ἐπηρώτησε Δαβὶδ διὰ τοῦ Κυρίου, pro Consuluit Dauid Dominum, siue interrogauit. Verùm aliena prorsus est à Græci sermonis consuetudine hæc constructio, ἐπηρώτα διὰ τοῦ Κυρίου, pro ἐπηρώτα τὸν Κύριον. adeo vt vel ipsos Bibliorum interpretes aliter scripsisse, vel nouam quampiam significationem isti verbo dare voluisse existimem.

Ἐρωτῶ ( de eius enim etymologia dicendum est antequam ad verbalia veniam ) deriuatum est à nomine ἔρως, nimirum ab eius genitiuo ἔρωτος, si Etymologo credimus. Cur verò inde originem habere putat? Quoniam οἱ ἐρωτῶντες ὁ εὔχονται μαθεῖν, οἷς ἐρῶσιν εἰκασι. hoc est, Quoniam qui ἐρωτῶσι, (id est interrogant) de eo quod scire optant, similes sunt ἐρῶσιν, id est amantibus, seu amatoribus. At ego etymologiam hanc ridiculam esse existimans, ex ἔρομαι ortum esse dico.

Ἐρώτημα, ατος, τὸ, Id de quo quis interrogat, seu interrogatur, Interrogatio, Quæstio. Æschines in Ctesiphontem, ἐρώτημά τι ἠρώτα, ὡς ἐστὶν μὲν ἀ εἰρήσεται. Apud Plutarchum in Lycurgo, ἐρώτημά τι τοῦ Δελφικοῦ προφητεύματος διὸ δόμενον ἀποκρίσεως. Apud eundem in Alexandro, λαβὼν δίκην δοκεῖ δοκεῖν ταῖς τοῦ ἀποκρίσεις καὶ βεβαχυλόγους, ἐρωτήματα περιέχαιν αἰτοῦς ἄπορα. Apud Lucianum autem legimus, περιπίπτειν ἐρώτημά τι σοφιστικόν.

HINC Ἐρωτηματικός, ὁ, ὁ, Interrogatorius seu Interrogatiuus. vt ἐρωτηματικὸς λόγος, Interrogatiua oratio, Oratio quæ per interrogationem effertur, seu enuntiatur, Oratio interrogationem habens. Aliqui ἐρωτηματικὸς reddi etiam potest alicubi Ad interrogationem pertinens. Est autem ab hoc nomine & ADVERB. Ἐρωτηματικῶς, Interrogatiuè, Per interrogationem.

Item VERBVM Ἐρωτηματίζω, pro Interrogo, in vulgaribus lexicis: sed tantùm ex Theodoro Gaza, lib.4, Gramm.

Necnon DIMINVT. Ἐρωτημάτιον, ου, τὸ, Interrogatiuncula: quo diminutiuo Cicero vtitur.

Ἔρώτησις, εως, ἡ, Interrogatio, id est Ipsa interrogandi actio. Sæpe verò est idem quod ἐρώτημα, Id de quo interrogamus. quam etiam significationem habet Latinum vocabulum Interrogatio. Redditur etiam Quæstio, item Propositio. Xenophon Pæd. lib. 8, πρὸς ψεύδεις καὶ συκοφαντικὰς ἐρωτήσεις δίκας. Atque vt habuisti ἐρωτήματα ἄπορα ex Plutarcho, sic ἐρωτήσεις ἀπόρους legimus apud eundem: itidémque apud Lucianum, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκαταλύτους, καὶ ἀπορίας πολυπλόκους. Ex Hermog. ἐρωτήσεις εἰδικαί.

C.ΑΝ Ἐρωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo, Percontor. Cum accusatiuo rei & personæ, sicut illud. Aristophanes, μηδὲν τοῦτόν γ' αἰτιῶ. Nihil hanc interroges, id est nullam rem: pro De nulla re. Alioqui μηδὲν accipiendum esset aduerbialiter. Apud Homer. ἀπερώτων ab ἀπερωτάω, vide in Ἐρωτάω. ῶ.

C.ΑΝΤ Ἀντερωτάω, ῶ, Vicissim interrogo, Vicissim percontor. VNDE Ἀντερώτησις, Interrogatio quæ fit vicissim, Mutua interrogatio. In v.l. Contraria interrogatio, seu repetita.

C.ΔΙ Διερωτάω, ῶ, pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Affertur ex Platone, διερωτῶντα αὐτὸς τὶ λέγειν.

C.ΕΠΙ Ἐπερωτάω, ῶ, itidem pro simplici ἐρωτῶ, Interrogo. Sed frequentior est huius compositi vsus quàm præcedentium ἀνερωτῶ & διερωτῶ. Apud Demosthenem oratione aduersus Androtionem, ambo de eadem re dicta, & in locis omnino vicinis extant. vbi scribit, πρῶτον μὲν οἱ πρυτάνεις τῆς βουλῆς καὶ ὁ ταύτ' ἐπιψηφίζων ἐπερωτᾶν ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐποίουν ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλεῦσθαι, καὶ οὕτω μέν. καίτοι γε μὴ αἰτοῦντας μηδ' ἀξιοῦντας λαβεῖν, τῶν δ' ἐμῶν αὖ ἐπερωτᾶν δέον σε. quæ Budæus ita vertit, Primùm huius autor suasórque ψηφίσματος princeps Senatus præsidésque populum in suffragium miserunt, atque vnumquenque suffragio suo censere permiserunt rectè nec-ne curia éque republica consuluisse ei videretur, cóque nomine coronam meruisse. Qui si nec petendum id à populo existimabant, nec dignam curiam quæ eo præmio donaretur, de eo vtique populum rogare omnino non oportebat. Apud Thucydidem ἐπερωτᾶν τὸν θεὸν, consulere deum: eo sensu quo dicitur consulere oraculum. At verò Græci Bibliorum interpretes, ἐπερωτᾶν διὰ θεοῦ pro Deum consulere, mira constructione dixerunt: de qua suprà in simplici Ἐρωτῶ.

Ἐπερώτημα, ατος, τὸ, ET Ἐπερώτησις, εως, ἡ, idem quod ἐρώτημα & ἐρώτησις, suprà. Apud Petrum, epist. 1, cap.3, συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. vbi Erasmus hoc verbale respondẽdi significationem habere existimauit: vertit enim, Quo fit vt bona conscientia bene respondeat apud Deum. At vltima interpretatio habet, Quo fit vt bona conscientia Deum interroget: annotatúrque, posse etiam reddi Deum interpellet, vel inquirat, aut consulat. Siquidem ἐπερώτημα vocari τὴν ἔντευξιν, siue αἴτησιν, postulationem & interpellationem: quæ ab Hebræis שאלה dicitur. Atque adeo addi εἰς Θεόν, ex ratione constructionis apud Hebræos vsitatæ. quippe qui dicant שאל באלהים id est Postulauit apud Deum, pro Postulauit à Deo, siue Quæsiuit ex Deo.

c.2. Περισσοεπερωτάω, ῶ, Insuper interrogo, Præterea interrogo.

C.ΠΡΟ Προερωτάω, ῶ, Prius interrogo, Antè interrogo.

C.ΣΥΝ Συνερωτάω, ῶ, q.d. Simul interrogo. Sed hoc compositum eam significationem verbi ἐρωτῶ habere comperi quam dialecticis peculiarem esse antea docui. Sextus philosophus Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων lib. 3, capite 13, quo disputat an sit ἀπόδειξις, hæc inter alia scribit, ὅτι καὶ ζητοῦσι συνερωτῶσι λόγον, Εἰ ἔστιν ἀπόδειξις, ὅτι ἀπόδειξις. εἰ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, ὅτι ἀπόδειξις. πάλιν δὲ ὅτι ἀπόδειξις, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Eundémque prorsus vsum dans simplici verbo ἐρωτᾶν, quem dedit illi composito συνερωτᾶν, subiungit, ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ ζητοῦσι ἐρωτῶσι τὸν λόγον, Τὸ ζῆν αἰσθανόμενον ἐστὶν, οὐ μέντοι ἀληθὲς ζῆν, ἀλλὰ καὶ ψευδόμενον. αἰσθάνεται δὲ ζῶντα ἀλλήλων, ἔστιν ἀπόδειξις, οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις. ὧν ἑκατέρου ἀκολουθεῖ τὸ εἶναι ἀπόδειξις. ἔστιν ἄρα ἀπόδειξις. Videmus autem his in lo-

cis ἐρωτᾶν & συνερωτᾶν de eo dici qui syllogismo seu ratiocinatione vtitur. Posse tamen ἐρωτᾶν ad verbum reddi Interrogare, patet ex loco Ciceronis quē attuli quū de illo ἐρωτᾶν agerē. Ibi enim, Sic interrogant, nō aliud est quàm ὧδε ἐρωτᾶσι πολλάκις, vel συνερωτῶσι. Cur autē hoc vocent ἐρωτᾶν, non liquet. suspicor quidem certè eò respici quòd is qui syllogismo vsus est, seu per syllogismū aliquid proposuit, solitus sit interrogare, id sibi tanquā verum cōcedatur, nécne. Fortassis etiam ἐρωτᾶν primò dici solebat tū demū quū oratio eius qui ratiocinatione vtebatur, ab interrogatione incipiebat. vt apud Diog. Laertium in Stilpone, p. 90, meæ editionis, ὥστε φασὶ τοὺς Ἀθηναίους τοὺς τῶ Φειδίου ζωὸν τὴν πικρὰν λόγον ἐρωτᾶσαι, λέγε μοι τῶ Διὸς Ἀθηνᾶ, θεός ἐστι; φησαντος δὲ, καὶ λίαν δέ γε (εἶπεν) οὐκ ἔστι Διὸς, ἀλλὰ Φειδίου. συγχωρουμένου δὲ, Οὐκ ὄρα (εἶπεν) αὐτὴ θεὸς ὄσα. Vbi ζωὸν τὴν πικρὰν λόγον ἐρωτᾶσαι interpres reddidit, Ita compellasse quendam: Erasmus, Ita percontatum esse: ego malim, Talem interrogationem proposuisse. Cæterùm quandoquidem & de verbo ἐρωτῶ hic ago, addendum est hoc quoque iis quæ de hac eius significatione dicta sunt, quam cū composito συνερωτῶ communem habet: eius etiam passiuum verbum hanc illius significationem sequi. Vnde est apud Sextum philosophum in illo eodem loco, οἱ κατὰ τὴν ἀποδείξεως ἠρωτημένοι λόγοι, Argumenta aduersus demonstrationem allata: seu Syllogismi allati, &c. Aut etiam, Quæ aduersus demonstrationem proposita fuerunt. Quanuis enim Cicero ἐρωτᾶν ad verbum vertit Interrogare, de ratiocinante loquens, seu vtente syllogismo: vereor tamen ve possint illa verba ἠρωτημένοι λόγοι κατὰ τὴν ἀποδείξεως, reddi itidem, Quæ aduersus demonstrationem interrogata fuerunt. Quod ego tamen aliorum iudicio relinquo. Interim autem obseruetur hic vsus PARTIC. Ἠρωτημένος.

A C. Ὑπερωτάω, ῶ, q.d. Subinterrogo. In v.l. redditur Clam interrogo, & adscribitur hic verbi istius vsus Demosthenis Olynthiaca 1. Sed vidēdum est ne falsò nominetur Demosthenes pro Libanio in argumento illius Olynthiacæ primæ. Is enim ibi hoc verbo vel potius huius verbi participio vsus est, circa finem: διὸ ὁ Δημοσθένης ἀλλαχοῦ φησὶ τὴν ἐκεῖ τούτου συμβουλὴν, καὶ ὑπερωτήσας ἑαυτὸν, ὅπου σὺ γράφεις τοῦτο τὸ ψήφισμα; ὀπτιφέρει, μὰ Δί' οὐκ ἐγωγε. Cui tamen loco interpretatio illa parum conuenire videtur.

B POETICE, aut etiam Ionicè, Εἰρωτάω ῶ, quo Homerus vti solet. vt Od. ο, Εἰρώτα δ' ὅππῃ πάτρης ἐπιβήσεται ἀνὴρ. Od. ι, Κύκλωψ εἰρωτᾷς μ' ὄνομα κλυτόν· αὐτὰρ ἐγώ τοι Ἐξερέω. Vbi obserua duplicem accusatiuum, sicut & in ἐρωτῶ huius constructionis exempla allata fuerunt. Apud eundem legitur Odyss. ω, & alibi, eadem constructione, Ταῦτά δ' ἀμφ' ἐρωτᾷς καὶ λίσσομαι. sed in plerisque exemplaribus mendosè legitur ἄμ', tanquam pro ἄμμε. Cæterùm inuenitur & apud Herodotum hoc verbum: quod pro iis faciet qui Ionicā esse hanc literæ ι epenthesin dixerint.

Εἰρώτων in v.l. dicitur esse imperf. ab εἰρωτάω, pro ἠρώτων. Hoc autem εἰρώτων illud ipsum esse puto cuius Eustath. Odyss. ρ mentionem facit. sed is contrà, vt à diphthongo incipit, ita esse à themate tradit quod diphthongum in principio habet, videlicet εἴρωτῶ. In eo tamen loco non est simplex εἰρώτων, sed compositum αἰνεἰρώτων: & quidem mutatum etiam in αἰνηρώτων, in plerisq; exēplaribus. Vide quæ proximè sequuntur.

C O M P. Αἰνειρωτάω, ῶ, idem quod εἴρωτῶ, Interrogo. Hom. Odyss. ρ, Καί μιν αἰνειρώτων. Sed pro αἰνειρώτων legitur in plerisque codicibus αἰνηρώτων, tanquam ab αἰνηρωτάω. agnosci tamen illam lectionem, non hanc, ab Eustathio, docui in proximè præcedente tmemate.

Ἔδω, de quo nunc agam, post verbum Ἔδω collocari potuisset, sequendo derivationem quæ ab Etymologo traditur, & Eustathii auctoritate comprobatur: sic tamen vt alias quoque afferat.

– Ἔ Σ Θ Ω, Edo, Comedo. apud poetas vsitatum: at in soluta oratione dicitur ἔσθω. Homer. Od. ι, – νύμφη δ' ἐπὶ πᾶσι μέγα πᾶσιν ἐδωδὴν, Ἔσθῃ καὶ πίνῃσιν. Ibidem legimus, Αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἤσθε δίοπτρος Ἀρηϊφόντης. Itidémque alibi hæc copulat. Infinitiuus ἔσθημεν extat eiusdē poematis libro κ, Ἐσθίεμέν τε καὶ ἤλδομεν ἠμὲν ἔπειτα οὐκ ἄνδρα δυμὸν ἔδοντες. At linguæ communis infinitiuus ἔσθειν, apud Heliodūm, ἔσθειν ἀλλήλους. Quod autem ad huius verbi derivationem attinet, eam esse ab ἔδω, non solùm Etymologus tradit, sed Eustathius quoque, vel potius Heraclides apud eum. Verùm de formatione inter eos non conuenit. Nam Etymologus ab ἔδω fieri scribit ἐδός: vnde fit ἰόω vt ex ἰάω fit ἰαμός: vnde ἰάομαι. (Quæ & in meo vet. lexico habētur, sed cum alio etiam exemplo: hoc modo, Ab ἔδω, ἐδός: vt βιβάζω, βιβασός: ἰάομαι, ἰαμός. Atque vt à βιβασὸς formatur βιβάσθω, ex ἰαμὸς item ἰάσθω, sic ἰόω ex ἐδός) At verò Heraclides grammaticus vult hoc ἔσθω esse ab ἔω. quod ἔω esse ex ἔδω, more Dorico: quo etiam dicitur μαδὸς pro μασθός. Atque in exemplum vsus huius VERBI Ἔω, affert Eustath. hunc versum, Οἱ πίνεσκον μόνον, βαρὰ χὼν ὕπνον, οὐδὲν ἔοντες. cuius autorem non nominat: sed eum esse puto Panyasin. Verùm apud Athen. affertur idē versus αἰωνύμως itidē, cum ἔδοντες, nō ἔοντες. Apud Homerum autem Il. ι, ἔοντ' Οἰνῆος ἀλωλώ, longè aliam signif. habet. (exponitur enim ἐξ ἔθους βλαπτῶν, aliisque modis) Existimatur porro analogiam nō seruasse hoc ἰόω, in derivatione ab ἔω. debuisse enim dici ἰόω: sicut ἴχω ab ἴχω, & ἰάπτω ab ἴπτω dicitur. Sed Eustath. nō satis est in hac derivatione constans: quin potius alicubi dubitare se dicit vtrum ex vtro ortum sit ἔδω ex ἔδω, an contrà ἔδω ex ἔθω. Quinetiam alicubi annotat, ex ἔσω futuro verbi ἔδω, factum esse ἔθω, adiectione literæ θ. Affertúrq; ibi ab ipso exemplum illud verbi βιβάσθω, quod & ex meo veteri lexico protuli. Loquens enim de participio ἄλοθων, quod exponit ἀποπτίων apud Homerum, – ὁ δ' ἔβεσχε θυμὸν ἄλοθων: scribit, verbi ἄλω futurum esse ἄλσω, inusitatum: vnde per pleonasmum literæ θ, esse PRAESENS Ἄλοθω: vt βιβάω, βιβάσω, βιβάσθω, (vnde μακρὰ βιβάσθων) itidémque ἰάω, ἰάσω, ἰάθω.

(AT VERBO Ἐσθῶ circumflexum minimè huc pertinet: vtpote ab alia origine profectum, & aliam significationem habens. de illo tamen hic monēdus est lector. In meo vet. lexico, vbi dictū fuit de verbi Ἔσθω derivatione, additur, Ἐσθῶ τὸ ἐσθίομαι, ὅτι τῷ ἐσθίομαι. Quibus subiungitur, ὡσεὶς αἰτιολογοῦσι τὸ Ἐσθῶ, τῷ σημαίνοντι τὸ ἐσθίω. Ad derivationem autem quod attinet, annotatur fieri ab ἔω quod est ἐσθίομαι. Esse porro hoc Ἐσθῶ primæ coniugationis circumflexorum, apparet ex passiuo PARTIC. Ἐσθημένος, quod apud Herodotum habetur pro Ἠσθημένος. Vtriusque exempla vide suprà, tomo 1, col. 1381)

C O M P. Κατέδω in v.l. vnà cum Κατεδίω, sed absque vllo exemplo, & sine vllo etiam testimonio.

¶ Ἐδίω, idem quod ἔσθω, Edo, Comedo. sed hoc quidem ἔσθω poetis solis (vt opinor) in vsu fuit: at ἐδίω poetis cum cæteris scriptoribus commune est. Hom. Odyss. κ, Ἀλλ' ἄγετ', ἐσθίετε βοῶμεν, καὶ πίνετε οἶνον. Apud eundem legimus Odyss. ξ, Ἔσθε νῦν ἄ ξεῖνε τά τε δμῳαὶ τε ἔασιν Χείρα τ' ἀπὸ σπείους γε σὺας μηκάδας ἐδέσθων. vbi vides ἐσθίειν & ἔδειν esse synonyma. Xenoph. Pæd. 8, πειρῶνται ἐν αὐτοῖς ὅπως ἔχουσι, τὸ μὲν ταχὺ παρὼν μόνον ἐσθίειν, μὴ πίνειν. Apud eundem legimus eodem libro, οὔτε ἐσθίειν πολὺν ἢ δύνανται φέρειν. διαρραγῆναι γὰρ ἄν. Vbi quemadmodum διάρραγῶσι dicitur ἐκ τοῦ ἐσθίειν, sed vltra modum: sic apud Lucianum, in lib. De hist. scrib. ἐκ μικρᾶς ἀφορμῆς ἔστιν ὅτε πρὸς ἓν μέγεθος, ἐκ τοῦ διαρραγῆναι ἐσθίειν. Apud Galen. legitur etiam ἐσθίειν τὸ φαρμακον. Quidam grammatici annotant dici ἐσθίειν τῷ ἄρτῳ potius quàm ἐσθίειν τὸν ἄρτον, itidémque cum aliis nominibus: sed in Test. noui

scriptis passim constructio hæc ,nō illa, reperitur. Vbi legitur & cum præpos. ὁπ prefixa genitiuo: vt apud Paulum,1.epist.ad Cor.cap.9,τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ὁπ τῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει;Ibidem legitur,καὶ ὁπ τῦ γάλακτος τῆς ποίμνης οὐκ ἐσθίει;Sed dubito an apud veteres scriptores huius constructionis exempla extent.

Ἐσθίειν de homine propriè dici annotant grammatici, vt πρώγειν de brutis.Inuenitur tamen ἐσθίειν & de brutis dictum:non solùm apud Lucam,sed & apud Plutarchum. Nec dubito quin & apud alios inueniatur : sed in præsentia aliorum exempla mihi non suppetunt. Quinetiam inuenitur ἔσθων apud Hesychium expositū πρώγων.Quòd si verbo ἔσθειν tribuitur ille vsus,etiam isti ἐσθίειν tribui posse constat.(Verùm & ipsum ἔσθιε idē lexicogr. exponit πρῶγε: præfigens huic expositioni aliam,videlicet αἰάλισκε. Fieri tamen potest vt ille non vsus sit verbo πρώγειν tanquam illam peculiarem significationem, sed potius tanquam generalem habente) Adde quòd Hom.compositum κατεσθίειν ita vsurparit.

Ἐσθίειν dicitur etiam ignis.Hom.Il.ψ, Τοὺς ἅμα σοὶ πάντας πῦρ ἐσθίει.Sic apud Latinos ignis seu flamma dicitur edere,& vorare:vnde ignis edax, seu vorax,itidémque flamma.

Ἐσθίειν curæ etiam & mœrori tribuitur.quod conuenit cum epitheto eo quod Latini poetæ tribuunt interdum curis,quum videlicet eas appellant edaces.Dicūtur verò & rodere cor: quo modo Græcè ἐσθίειν τὴν καρδίαν.Sed & aliquis suam ipsius καρδίαν , id est suū ipsius cor,dicitur rodere,quum se curis & mœroribus excruciat ac macerat. Sic in vno ex symbolis Pythagoricis iubemur μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν. quod vulgò redditur, Nō edere cor.Est certè ἐσθίειν τὴν καρδίαν,nō angi ad tempus,sed ita nos mœrori tradere,vt eo tandem,ceu lenta quadam tabe,cor nostrum absumatur. Apud Aristophanem legimus ἐσθίειν in hac significatione : in Vesp. ἀλλ' ὦ γάθ' αἴσχυνσο,μηδ' οὕτω σεαυτὸν ἔσθιε,μηδ' ἀγανάκτει, Neque te macerato dolore,ac conficito.

Ἐσθίειν, Absumere.αἰαλίσκειν.vt Hesych.ἔσθει exp.αἰάλισκει.Sic autem exponi potest quum de igni dicitur : licet alioqui & ad verbum reddi possit Edere , seu Vorare,vt docui in proximè præcedente tmematio. Vide Ἐσθίεσθαι,quod proximè sequitur.

PASS. Ἐσθίεσθαι, Edi. Huius particip. ἐσθόμενος ex Gal. affertur pro Idoneus cibo.Et quemadmodum ἐσθίειν vsurpatur etiam pro αἰαλίσκειν, Absumere, Consumere: sic pass.ἐσθίεσθαι pro Absumi.Hom.Odyss.λ,Ἐσθίεται μοι οἶκος,ὅλωλε δὲ πίονα ἔργα.

Quum autem dicitur ἐσθόμενος ἕρπης à medicis, participium ἐσθιόμενος actiuam significationem habet. Est enim vlcus quod ita vocatur à Græcis quoniam celeriter serpendo penetrandóque vsque ad ossa,corpus vorat,vt testatur etiam Celsus. Vide in Ἕρπης,t. 1,col.1258. Nostrates chirurgi vocem Græcam retinentes appellant itidem vn *eſtiomene*. licet potius ignis sacer, qui Græcis est ἱερὸς πέπλας, eo nomine intelligatur. Verùm & ignis sacer ἱερὸς appellatione comprehensus fuisse existimatur.

C. ΑΠΕΔΩ, Abedo,Exedo. A Theodoro Gaza redditur alicubi Erodo.Reddi etiam possit Abrodo,eodem modo quo Abedo. Vtuntur Græci verbo ἀπεδίειν pro κατά τινος ἐσθίειν,inquit Athen.lib.14. vt Hermippus ὁ γραπτὰς dixit,οἶμαι πάλαι,δάκνει,ἀπεδίειν μου τὴν ἀκολήν.

Ἀπεδίω τῦτο est etiam Esu huius rei abstineo. vt præpositio κατά priuandi vim hoc in verbo obtineat. Mira autem & vix fide digna videri posset hæc significatio, nisi apud Athenæum eius exemplum ex Theopompo comico depromptum extaret , in eodem illo libri 14 loco. Ibi enim quum Democritus Vlpiano hæc dixisset,ἀπόχρη ὦ καλέ μοι λεγειν· Οὐλπιανὲ τὴν κεφαλὴν· ἧς συμβουλεύω σοι ἀπεδίειν,hic nihilominus οὐδὲν μᾶλλον,ἀνελέυθερος ἦν. Quum autem omnes ridere cœpissent, dixit Democritus, ἀλλ' οὐκ ἐσθίειν σε συνεσήκει,καλὲ ὑπερμαθέστερε,ἀλλὰ μὴ ἐσθίειν. τὸ γὰρ ἀπεδίειν οὕτως εἴρηκεν ἐν Φοινὶ ὁ κωμῳδοποιὸς Θεόπομπος. Additurque hic ipsius Theopompi locus, in quo vsurpat ἀπεδίειν in illa significatione, Παῦσον [illegible]βίων μαγείρων,καὶ τοῖς βλίτοις διαχεῶ τὸ λοιπὸν καὶ λίαν ἀπεδοῦμαί σ' ἐγώ.Τὰ πτερὰ γὰρ τῶν ἰχθύδίων ἀπέδη. In v.Lannotatur hic poni pro Cibum ab ore depellere & regerere.at ego existimo esse simpliciter cōtrarium τῦ ἐσθίειν : Non comedere, Esū alicuius rei abstinere, vt modò exposui.

C. ΔΙΕΔΩ, Exedo,Erodo,Corrodo. Ita v.l. in quibus additur etiam, δ ιεδω σῶμα, Lacero dentibus.

C. ΕΠΕΔΩ, Superedo,(vt in hoc Plinii loco, Menander è Græcis autor est,allium edentibus , si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui) Post aliud edo. Aut etiam, Insuper edo: Xenoph. ἐπεδίειν μικρὸν σίτου πολὺ ὄψου, Post paulum panis multum obsonii edere.Apud Athenæum lib.4,leguntur ἐπεσθίειν & ὀπτοφαγεῖν coniuncta,sed absque exemplo,& ita vt aliquid ei loco deesse videatur. Pass. itidē dicitur aliquid ἐπεσθίεσθαι, Superedi, &c. Possunt etiam ὀπτοχρηστήματα vocari ( inquit Bud.) ea quæ postremo loco præbentur sodalibus: vt τὰ ἐπιδόρπια , quæ vltimo loco eduntur: & quæ ὀπιδορπίσματα, & ὀπιδείπνια , & ὀπτοφορήματα dicuntur,vt inquit Athen.

C. ΚΑΤΕΔΩ, Edo, vel Peredo, Prorsus edo, vt κατ hic ὀπτᾶν indicet.redditur etiam Voro, Deuoro. Hom. Il.φ, circa principium,de delphine,μάλα γάρ τε καπεσθίει ὅν κε λάβῃσι. Apud eundem Il.β, legimus de dracone, Ἐσθ' ὅτε καὶ τοὺς ἐλεεινὰ κατέδῡ πεπτηῶτας , Vorauit, Deglutiit. Fro eodem dicit statim pòst καπέφαγε. Plutarch.aduersus Colotem , πολλοῦ δεήσομεν ἀλλήλους καπεσθίειν , καὶ θηρίων βίον ζῆν.

C. ΠΡΟΕΔΩ, (q.d.Præedo) Ante edo, Ante comedo. Et πρόεδισμα, quæ ante alios cibos eduntur.

C. ΥΠΕΡΕΔΩ, Supra modum edo, Edo vltra modum, Nimium edo, Cibo nimio me onero.Redditur etiam Superedo,ex Plinio:sed illi aliud hanc vocem significare videmus,in loco qui in cōposito Ἐπεσθίω allatus fuit.

Quæ sequuntur nomina, Ζόφος & Δνόφος ac Γνόφος, eandem significationem habentia, ab eadem etiam origine esse videntur, nimirum à nomine Νὺφος. Sed quum incertum sit an ex vno horum reliqua facta sint: atque vt hoc detur, quódnam sit illud, ignoretur: maiorem tamen Δνόφος & Γνόφος affinitatem inter se habere constet quàm cum illo Ζόφος: de hoc Ζόφος primùm dicetur seorsim, deinde de illis Δνόφος & Γνόφος simul.

ΖΌΦΟΣ, ου, ὁ, Caligo, Tenebræ. Hesiodus Aspide, —νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα. Apud Homerum Il.ο, sicut Iupiter οὐρανὸν, Neptunus πολιὸν ἅλα ταμίηθεν , sic Pluto dicitur λαχεῖν ζόφον ἠερόεντα. Eodémque modo alibi has orci tenebras , seu tenebricosa hæc loca & caliginosa ( quæ Euripides νυκτῶν κευθμῶνα & σκότου πύλας appellat , initio Hecubæ ) vocat ζόφον ἠερόεντα. vt Odyss.λ, Τέκμωρ ἰμεῖν, πῆς ἤλυθες ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα Ζωὸς ἰών; Sic Il.φ, legimus, non procul à principio, Ἦ μάλα δὴ Τρῶας μεγαλήτορας αἰθὲρ ἔηφορον, Δῶρας αἰαστήσεται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος. Apud eundem ζόφος est occasus, seu pars occidentalis: vt ἠώς, oriens, seu pars orientalis. Odyss.κ, — οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅππῃ ζόφος, οὐδ' ὅππῃ ἠώς. Quinetiam in hoc eiusdem loco qui legitur eiusdem poematis libro γ, — κάπνισε μεδέοντα. Τῶν γὰρ ἔην. Ἠέλιος γὰρ ἔβη κατὰ ζόφον, videtur eodem modo posse exponi ζόφος: vt dicatur videlicet lux solis ad occasum abire, seu occasum subire: sicut ipse sol dicitur occasum petere, vel ad occasum vergere. Sic etiam præcipitantem in occasum diem dixit Tacitus. Legitur porro & δειελινὸς ζόφος apud Apoll.Rhodium pro vespertinus tenebris. Cæterùm est aliquis huius nominis ζόφος vsus & in soluta oratione pro tenebris seu caligine. Plutarchus in Alcibiade, πολλοῦ ἄμεινον ἐλείφθη σκότους καὶ ζόφου καὶ

βρον παὶ, καὶ ζόφον, σωτηρῆσαι καὶ σωτηκρύψαι πλὴν ἀδήλως. A
ἀκριβῶς. Vsus est & Lucianus.

Ζόφος à nomine νύφος deducit Etymologus: subiungitque, μετὰ τῦ ζᾶ, ζαύφος, & per syncopen ζόφος. Affert verò & aliâ deriuationem à nomine φάος: vt accessione literæ ε fiat ἔφαος: deinde per pleonasmum literæ ζ, ζόφος: abiecto videlicet α. Vel (inquit) à Γνόφος fit Δνόφος & Ζόφος, abiectione literæ ν. Sed mihi parum fit verisimile, ζόφος ex γνόφος vel δνόφος ortũ esse: potiúsque communem cum illis originem habere persuasum habeo. In meo veteri lexico legitur, Παρὰ τὸ νύφος, νόφος. καὶ μετὰ τῦ ζᾶ, ζαύφος. deinde ζόφος per syncopen, & abiectionem literæ ν. quoniã hæc litera duplici consonanti non subiungitur. Quinetiam quod ad tertiam etymologiã attinet, multo magis rationi consentanea sunt quæ ibi leguntur quàm quæ apud Etymologum. Quale enim hoc est quod ille tradit, ex Γνόφος, reliqua duo Δνόφος & Ζόφος esse deriuata? Cur, quæso, potius Δνοφος ex Γνόφος, quàm vice versa Γνόφος ex Δνόφος deduci dicendum esset, si vnum ex altero deriuandũ foret? (licet & Eustath. quodam in loco, quem afferam in adiectiuo Δνοφερός, dubitet nũ facta sit mutatio literæ γ, in ν. addátque, σωηθως) Idem verò & de Ζαφος obiici potest. cur enim minus ἀφοπτον esse quàm Γνοφος censebitur Rectius igitur in illo vet. lexico scriptum est, Α νύφος, Νόφος, & Γνόφος, & Δνόφος. interdum verò & Ζόφος, per ζ, abiecta litera ν. Sed fortasis mendosa ibi sunt Etymologi exemplaria, & apud ipsum quoque ita legendum est, ἀπὸ τῦ νύφος, Γνόφος, Δνοφος, καὶ Ζόφος.

C. Ζοφοδορπίας, Nocturna cœna: si quidem sequamur hanc Suidæ expositionem, ὁ σκοτινὸς δεῖπνος. vt intelligatur D de epulis quæ celebrantur ortis iam tenebris. Quidam interpr. ex Plauto, Vesperna: qua voce redditur & V O C A B. Εσπερεσια: vt Vesperna ut serotina cœna. A Festo tamẽ exponitur simpliciter nomine Cœna. Vesperna (inquit) apud Plautum cœna intelligitur. Idem alibi, Cœna apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium: Vesperna, quam nunc cœnam appellamus. Sed ἐσπερεσια (cuius etymologia optime respondet etymo nominis illius Vesperna) antecedit δεῖπνον apud Athenæum: in his quæ ex Philemone affert, Φιλήμων δέ φησιν ὅτι Θρᾷξ ἐχρῶ. το οἱ παλαιοὶ, ἐκραπόμαι, ἀεἰσω, τοπεἰσομαι, δεῖπνω. Sed ζοφοδορπίας contra videtur de epulis debuisse dici quæ sequerentur ipsum δεῖπνον, non præcederent. At si verum sit quod scribit Festus, vespernã fuisse antiquis quod eorum postea vocarint cœnam, quum ζοφοδορπίας interpretabimur Vespernam, perinde fuerit acsi interpretaremur Cœnam. A Suida tamen non simpliciter δεῖπνος exponitur, sed ὁ σκοτινὸς δεῖπνος. Quum autem ex Plutarcho constet, δεῖπνον esse quam Latini appellárint cœnam, sonabunt illa Suidæ verba, F Cœnaquæ celebratur in tenebris. q. d. Tenebrosa cœna. quo forsan pl⁹ aliquid indicetur quam si diceretur Nocturna: quòd & vespertinæ epulæ, nocturnæ dici possint, latius vocis huius significationem extendendo.

Sed alius hic oritur scrupulus quòd nimirum apud Hesychium sit S C R I P T V M Ζοφοδόρπιας: & expositũ σκοτεινὸς δεῖπνος, item λαθροφάγος. quinetiam (quod magis mirum est) in meo veteri exemplari Suidæ non scriptum est Ζοφοδορπίας, vt in vulg. editionibus, nec Ζοφοδορπία, (vt habent v. l.) sed eadem fere quæ apud Hesychium scriptura habetur, V I D E L I C E T Ζοφοδόρπιας, vnica litera ab illa differens: quum alioqui eadem detur huic nomini expositio quæ in vulgatis editionib⁹ datur voci Ζοφοδορπίας: nimirum ὁ σκοτινὸς δεῖπνος. Ego autem, vt vera lectio habeatur simulque expositio, alterum ex altero emendandum esse arbitror. vocem enim ipsam apud Suidam, & quidem in vulgatis editionibus, rectius scriptam esse puto quàm apud Hesychium: at expositionem eius ex Hesychio esse petendam. vt nimirum Ζοφοδορπίας retineatur apud Suidam, sed pro ὁ σκοτινὸς δεῖπνος (præsertim quũ vel hoc N O M E N Δεῖπνος male. gen. merito suspectum esse possit) reponatur σκοτινὸς ἔπνος. Hesychio autem relinquamus itidem suũ σκοτεινὸς, sed Ζοφοδορπίας mutemus in Ζοφοδορπίας, quod sit nomen pluralis numeri, accus. G



casus: vt apud Suidam sing. numeri, nominatiui casus. Non ignoro alioqui Ζοφοδορπίας posse compositum esse ex ζόφος & δόρπω: & Ζοφοδορπίας dici eadem forma qua Οξυδορκίας & Πολυδορκίας, à nominatiuis Οξυδορκὴς & Πολυδορκὴς: quinetiam illud Ζοφοδορπίας posse ab eadẽ origine duci. sed Ζοφοδορκὴς seu Ζοφοδορκίας significabit Qui in tenebris cernit: quæ significatio cur δῖς σκοτοδίνοις potius quàm aliis plerisque conuenire dicetur? Iam verò & quod in veteri illo Suidæ exemplari legitur Ζοφοδοκίας, medium quodammodo inter Ζοφοδορκίας & Ζοφοδορπίας, (vtpote ex quo literam ρ seruarit) ad tuendam illam sententiam audaciorẽ me reddit. Verùm quod ad Hesychii expositiones attinet, earum posterior aliam significationem huic nomini videri potest tribuere quàm prior. Alioqui si σκοτοδίνους & λαθροφάγους ad eandem significationem referenda existimẽtur, σκοτοδίνους erunt potius Qui in tenebris cœnant, id est in tenebroso loco, quàm Qui cœnant tenebris ortis.

Quum autem præcedentia in quibus de nomine ζοφοδορπίας differo, iam typographicæ compositioni tradita essent, (sic autem appellamus typorum elementariorum coagmentationem) venit in mentem Plutarchi Sympotiac. locus, vbi ζοφοδόρπιδας legitur. Is extat libri 8, quæstione 6, cuius hoc est initium: Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐν πάτρᾳ συνεδειπνεῖτο τοὺς ἀκριβεῖς, καὶ βέλτιον δοκοῦντας ἔχειν δεῖπνον ἑαυτοῖς, οἱ θεῖοι καὶ κωλυσδείπνους καὶ ζοφοδόρπιδας, καὶ ὕστατα μετὰ παῖδας ἐσκῶπτον. εἰ δὲ ἄμα ὄμβρος, πάλιν ἑτέρους πρόχειρότατους ἀπεκάλουν. Hic certe non dubium est quin Plutarchus voce vti voluerit illam ipsam significationem habente quam habet illud quod attuli ex Suida vocabulũ. Sed an Plutarchus ζοφοδόρπιδας scripserit, dubitari potest: ego vel ζοφοδορπίας, (quod cum illa quæ apud Suidam legitur scriptura cõueniret) aut certe ζοφοδορπίδας cũ accẽtu in penultima scripsisse arbitror: vt sit nominatiuus ζοφοδορπίδες, non ζοφοδόρπιδες. Verùm, vtrocunque modo scribendũ sit, habemus saltem quod illi lectioni quam defendebam patrocinetur: alteram contrà, quæ & apud Hesychium extat, magis etiam quàm antea suspectam reddat, vel reddere debeat.

Apud Erasmum autem in Chiliad. legitur Ζοφοροδόρπιδες. Plutarchus (inquit) in Sympotiacis ostendit olim cognomina quædam prouerbiali ioco iactata fuisse in eos qui serius ac cunctantius ad conuiuium accederẽt. Dictos enim tum κωλυσδείπνους, tum ζοφοροδόρπιδας, tum πρόχειρους. Quorum nominum rationem si coniectare licet, hanc esse puto, quòd qui cunctarentur adire, hi, quòd aliis essent in mora, impedimento esse videbantur quominus illis cœnare liceret: deinde quòd lentitudine sua efficerent vt conuiuium ad noctem vsque proferretur. Hæc Erasmus: qui in illa huius nominis scriptura minimè sequendus videtur: si tamen eius esse putanda est, ac non potius alicuius amanuensis incuriæ imputanda. Equidem si ex adiectiuo ζοφερὸς factum hoc compositum esset, saltem ζοφεροδόρπιδες scribendum foret, non ζοφοροδόρπιδες: sed videmus reliqua composita ex substantiuo ζόφος non ex illo adiectiuo esse facta: adeo vt minimè dubitandum esse videatur quin ζοφοδόρπιδες à Plutarcho scriptum sit, aut potius ζοφοδόρπιδας. (vt paulo post ζοφοδόρπιδαν apud eũ legimus, in loco quem mox afferam) seu ζοφοδορπίας, sequẽdo ea quæ paulo antè dixi. Iam verò quod ad expositionem illam attinet quam Erasmus huic vocabulo tribuit, ea minimè iis quæ à nobis de illius significatione dicta fuerunt, repugnat: sed malè & ipsa cum Hesychiana conuenit, ea quidem certè cui posteriorẽ locum tribuit, vtens vocabulo λαθροφάγος. At conuenire possit fortassis cum illa expositione quam Plutarch. huic ipsi voci tribuit: quum Pittacum ζοφοδόρπιδαν (obserua autẽ hunc accusà nominat ζοφοδόρπιδας: qua declinatione videtur legendũ itidẽ supràin accus. plur. ζοφοδόρπιδας) appellatum ait ab Alcæo, (perperam enim scriptum est apud eum Ἄλλιος pro Ἀλκαῖος) non quòd serotinæ essent eius cœnæ, sed quòd plerunque conuiuas haberet qui ignobiles & nihili homines erant. Cõ-

uenire inquam posse videtur illa Hesychii expositio A λαβροφάγοι, cum ista quæ hic à Plutarcho affertur: quòd verisimile sit Pittacum, quum principatu potiretur, minimè palàm tales conuiuas suis epulis adhibere solitum. Cæterùm quod tradit Erasmus ex Plutarcho, cognomina illa prouerbiali ioco iactata fuisse, id ex eius verbis elici posse non videtur.

C. Ζοφοειδήλος, ου, ὁ & ἡ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. Redditur & Ater, apud Nic. in Theriacis: vbi schol. exp. ζοφοειδὴς.

C. Ζοφοειδὴς, idem Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus. B sicut & ζοφώδης, quod vide.

C. Ζοφομηνία, ας, ἡ, Obscuritas lunæ. Vel, Defectus lunæ. ex Suida: apud quem legitur, ζοφομηνία, ἡ ἔκλειψις τῆς σελήνης. Ab Hesychio autem ζοφομηνία esse dicitur ὅταν κρυβῇ ἡ σελήνη, id est, quum absconsa fuerit luna.

Ζοφόνις, ιτος, ὁ, Tenebrosus, Caliginosus, Obscurus.

Ζοφερὸς, idem quod ζοφόεις proximè præcedens, & ζοφοειδὴς ac ζοφοείδηλος. Sed hæc sunt potius poetica, (præsertim ζοφόεις & ζοφοείδηλος) at ζοφερὸς in soluta etiam oratione vsurpatur: vt apud Lucianum legimus, in Nigrino, ἔχει C γοῦν ἡ αὐγὴ οὐκ ἄφαρ ὀξὺ ζοφερόν τινος αἴρος τοῦ βίου τοῦ ἐνθάδε, ἐς αἰθρίαν τε καὶ μάλα φαιδρὰν ἀναβλέπουσαν.

Ζόφιος etiam dicitur eadem significatione. Nam Hesych. ζόφιον exp. μέλαν & σκοτεινόν.

Ζοφώδης, ους, ὁ & ἡ, idem quod ζοφερὸς, & cætera quorum modò mentionē feci. Ζοφώδης, ὁ σκοτεινός. καὶ ζοφοειδὴς, inquit Suid. Apud Herodian. l. 1, ζοφώδης ὄψεσθε, obscura.

Ζοφόω, ῶ, Obtenebro, Tenebras offundo, Tenebrosum reddo. vel Obscuro. Damascen. 101, ἐπειδὴ δέξῃ τὰς θεοβασίους τὰς ὑπὸ λῦς τὰς θείας εἰκόνος χαραχτῆρας ἐζοφώσαμέν τε καὶ σκοτίσαμεν. Vulg. Ζοφοῦμαι. vnde PARTICIP. Ἐζοφωμένος apud Lucianū, de Æthiopibus, αἰθρίαν μελαντέρους καὶ πλὴν ὄψιν ἐζοφωμένους. Cui simile est apud Ouidium Metamorph. Obscura forma. adeo vt Obscuratis ibi reddi posse videatur. Nitli malis Fuscatis. nam Æthiopes sicut & Indi interdum fusci dicuntur ὀπτικῶς.

HINC Ζόφωσις, Obtenebratio, Obscuratio. Aut etiam Tenebræ, Obscuritas.

AT VERO Δνόφος, ET Γνόφος, de quibus hic me E dicturum promisi, magis poetica sunt: eandem alioqui quam ζόφος significationem habentia, tenebrarum & caliginis. De deriuatione autem vide quæ in Ζόφος à me allata fuerunt. Quibus tamen addendum est quod apud Eustathium legitur, nimirum γνόφος habere γ ex Æolica dialecto. Ἀπὸ τοῦ νίφος (inquit) νόφος, καὶ γνόφος Αἰολικῶς: ὁ ἄλλως δνόφος. Sed ν quod habetur in illo δνόφος, ex verbo δύνω manare existimauit, vt apparet ex ea expositione quam adiectiuo δνοφερὸς tribuit: de qua dicam paulo pòst, quum eius exempla proferam. Etymologus quoque huius deriuationis meminit. nam in γνόφος postquam exposuit, ἡ σωματεία, & ὁ ζοφώδης ἀὴρ: addit, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὑετὸς φαίνεται ἔχειν, νίφος καὶ γνόφος: vel à νίφω, νίφος, & γνόφος, per pleonasmum literæ γ. Adiicit verò & tertiam deriuationem, vtrique communem. A δύνειν (inquit) & νίφος fit δύνοφος, & per syncopen δνόφος, ac γνόφος. Sed perperam (vt de reliquis taceam) adiici videtur hic γνόφος: quum ex δύνοφος per syncopen fieri possit δνόφος, at non item γνόφος. Hoc quoque apud eum videri mirum queat, quòd de adiectiuo δνοφερὸς ita loquitur acsi nō extaret eius substantiuum δνόφος. Scribit enim à νίφος fieri νιφερὸν, deinde interuenire mutationem & pleonasmum. (Intellige autem, ad formandum hoc δνοφερὸν) Vel à γνόφος fieri γνοφερὸν & δνοφερόν. Quinetiam adiungit, vel κνίφος, κνοφερόν. Sed puto eum scripsisse ἢ ἀπὸ τοῦ κνίφος, κνοφερὸν καὶ γνοφερὸν καὶ δνοφερόν. Ego certè mutationem à κνίφος in γνόφος facilè fuisse non negauerim, quum & in aliarū quarundam vocū initiis hanc literarum κ & γ permutationem videamus: sed de mutatione in δ haud scio an idem dici possit: licet Eustath. scribat, βαπίζειν τοὺ γ εἰς δ, σωματικῶς. Adde quòd illius NOMINIS Κνόφος nullum exemplum affertur, ac tantùm formationis gratia poni videtur. Longius igitur petenda esset illa deriuatio: nimirū à NOMINE Κνόφος, (quod dici sicut & κνίφας, Etymol. testatur: quemadmodum οὖδας & οὖδος) ex quo fingendum esset illud Κνόφος. Quæ quū ita sint, ab illa deriuatione à νίφος nolim discedere, ac potius sicut γνόφος habet γ ex dialecto Æolica, ita δνόφος ex alia quapiam accepisse δ dixerim. Sed quid certi de his afferri potest? Eustath. enim γνόφος Æolicum esse tradit, at Hesychius δνόφος nō γνόφος Æolibus adscribit. Venio tandem ad exempla vsus horū nominum. Huius quidē δνόφος nullū in præsentia se offert: sed ex eo facti nominis ADIECT. Δνοφερὸς exemplum in promptu est: Iliad. υ. — ὥστε κρύσταλλος μελαίνυβος, ἣν κατ' ἀγκλίτης πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. Vbi Eustath. exp. τὸ μέλαν, ἐξ ὁμοιότητος γνόφου· πρακτέον τοῦ γ εἰς δ, σωματικῶς. Vel, inquit, ὡς ὀνόματα σωματικὰ, τὰ μετὰ δυσπίστως φερόμενα καὶ ψόφου πνός. Ab Hesychio autem δνοφερὸν exponitur σκοτεινόν, & μέλαν. additurque, ἀπὸ τοῦ δνόφου. quod substantiuum δνόφος vult esse Æolicum, ἀπὸ τοῦ δνοῦσθαι τὸ νέφος. Contrà autem non δνόφος sed γνόφος Eustath. Æolicum esse tradit, vt antea docui. Sed quæcunque sit illius δνόφος origo, huius adiectiui δνοφερὸς ex eo facti significatio minimè dubia est. Potestque reddi Tenebrosus, Caliginosus, vel Ater, non solùm Eustathii & Hesychii, sed & Suidæ testimonio: qui hūc locum affert, — ὀλοφύξατο χερσὶν ἀμύσσας Ἀνδροφόνους δνοφερὰς κρατὸς ὑπὲρ θυσάνους. Cæterùm vt nō ζοφερὸς solùm dicitur à ζόφος, sed ζόφεος etiam, sic à δνόφος nō tantùm δνοφερὸς, sed ETIAM Δνόφεος, eadem significatione. Nam Hesych. habet δνόφεα, quod exp. σκοτεινά.

Altero SUBST. Γνόφος vti sunt Græci Bibliorū interpretes, Exodi c. 10, καὶ ἐγένετο σκότος, γνόφος, καὶ θύελλα, ὅλῃ πάσῃ γῇ Αἰγύπτου. Quæ tria itidem coniunguntur ab autore epistolæ ad Hebræos, cap. 12, οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὄρει, καὶ κεκαυμένῳ πυρὶ, καὶ γνόφῳ, καὶ σκότῳ, καὶ θυέλλῃ. vbi γνόφος vetus interpres reddidit turbinem, quam interpretationem & alii retinuerunt. In eo tamē Exodi loco, qui historiam continet cuius ibi fit mentio, Græci illi Bibl. interpretes non habent tria illa vocabula, sed tantùm νεφέλαι γνοφώδεις, id est Nubes caliginosæ. Plur. γνόφοι apud Aristot. De mundo, πλῆσαι κεραυνῶν, μειζόνων τε γνόφων συμπληρώσεις, conflagrationes aeriæ caliginis vel opacitatis. Bud. ADIECT. Γνοφώδης est Caliginosus, Tenebrosus: vt vides in loco quē modò attuli. Affertúrque & pro Ater, ex Euripide. Ab eodem illo substantiuo γνόφος est etiam VERB. Γνοφόω, ῶ, Caligine tego, Obtenebro, Obscuro. Affertur & Γνοφίω in v. l. pro eadem signif. sed Γνοφόω magis placet, vt ζοφόω à ζόφος.

Ἰθὺς de quo nunc agendum est, post deriuata ab Εὐθὺς ponendum fuisset, sequendo eos qui inde deriuant: at qui Etymologum sequi volet, post Ἴσταμαι collocandum fuisse dicet. Eustath. autem ab Ἰθύσω futuro verbi Ἴθυω deducendum putauit Ἰθὺ aduerbium, pro quo scribitur & Ἰθύς.

ΙΘΥΣ, ΐος, ὁ, Rectus, (id est Non obliquus seu contortuosus) Directus, In rectū tendens. Ab Hesychio ἰθὺς exponitur εὐθὺς, & ὀρθός. Sic ἰθὺ χῶμα Hippocrati ὀρθόν. Superlat. ἰθύτατος ex Theophr. affertur, De causis plant. lib. 3, ὅλως δὲ κεῖται τοῦτο δεῖ λαμβάνειν ἐν ἰθύτατα, καὶ ὡς καλλιστα. Eodem libro legitur & NOMINE Ἴθια. Anthol. epigr. lib. 1, pag. 94, meæ editionis, Εἰς αἶδην ἰθεῖα κατήλυσις, ἔστ' ἂν Ἀθηναῖος Σπίγξ, ἔστε λίγυς ἦσιν ἀπὸ Μερόης. Μή σε γ' αἰνείτω, &c. quod distichū ita sum interpretatus, in libro quem edidi selectorum epigrammatum Græcorum: Rectus ad orci vmbras descensus: seu quis Athenis, Lumine callus vt est, seu venit à Meroe. Ex Herodoto, ἰθέαι, ἔπλεον, (rectus ἰθὺς Ionicè) Rectā nauigabant, Rectum cursum tenebant.

Vbi videtur subaudiri ὁδόν. Ex eodem, ἰθὺς πίχυ, recta disciplina: vbi metaphoricè ponitur. Sic per metaphoram ἰθεῖα δίκη, apud Homerum pariter & Hesiodum, Rectum iudicium, Recta sententia, quæ fertur ab eo qui iudicat. Homeri locus est Iliad. φ. Εἰ δ' ἄγ' ἐγὼν εὖ τοῦτο διακρίνω καὶ ἐρέω μῦθον φησὶ ἄλλον ὀτρυνέμεν Δαναῶν. ἰθεῖα γὰρ ἴσασι. Hic enim cum ἰθεῖα relinquitur λεῖπε κατὰ subaudiendum nomen δίκην, ex verbo διακρίνω, vt etiam Eust. annotat. Apud Hesiodum autem legimus in Ergois, libro 1, δίκας ἰθείας, & illis oppositas σκολιὰς δίκας. vbi canit, Οἱ δὲ δίκας ξείνους καὶ ἐπιδήμιους διδοῦσιν Ἰθείας, καὶ μήτ' παραιβασίηισι δικαίου: quæ posteriora verba veluti ad epexegesin addita sunt. Atque illos versus præcedunt isti, Αὐτίκα γὰρ τρίχα ὄρκος ἀμείνονα σκολιῆσιν δίκῃσιν. Τῆς δὲ δίκης ῥόθος ἐλκομένης ἢ κ' αὖδρες ἄγωσι Δωροφάγοι, σκολιῇς δὲ δίκῃς κρίνουσι θέμιστας. Quibus in locis ἰθείας δίκας, recta iudicia vel iusta iudicia, seu iusta iura: σκολιὰς δίκας contrà prava iudicia vel iniusta, aut iura iniusta, interpretari possis. Nam iniustum ius legimus apud Nasonem, Tristium lib. 5, Adde quòd iniustum rigido ius dicitur ense. Silius itidem improba iura dixit. Sed quod apud eundem poetam legitur in versibus qui illis interiecti sunt, καὶ οὐκ ἰθεῖ ἔπεμπεν, aliud interpretationis genus postulat: si ibi δίκην vertamus Iustitiam, vt certè debet verti. Eustath. exp. πλὴν ἀδύνατον δίκην: in qua expositione non fuisse præcedentium ibi verborum memóriem manifestum est. Quum enim dicatur δίκη exitium afferre hominibus qui ipsam expellunt, & ipsam οὐκ ἰθεῖαν ἔπεμπεν, non cohæret illa expositio, πλὴν ἀδυνάτου δίκην. hæc enim esset orationis structura, δίκη φέρουσα κακὸν ἀνθρώποισιν, οἱ πλὴν ἀδυνάτου δίκην οὐκ ἔπεμπεν. Ego autem nullam commodiorem expositionem animadverto quàm si ἰθεῖαν in aliquod aduerbium loco aptũ resoluamus, aut in substantiuum pariter & adiectiuum ablatiui casus.

Ἐκ τῆς ἰθείης apud Herodotum, (subaudiendo ὁδοῦ, vt opinor) Apertè, Aperto Marte: οὐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἰδόντα πέμπειν, Non videbatur aperte mittẽdus exercitus aduersus ipsum, Non videbatur aperto Marte oppugnandus misso exercitu. Suidas exponit οὐ τῷ φανερῷς, & παρρησίᾳ. Quidam interpretantur Ex professo. Vide Ἰθυμαχία. Apud eundem legimus, οὐκ ἐκ τῆς ἰθείης ἀπίσσειν. Denique οὐκ ἐκ τῆς ἰθείης aliquid facere, est absq; vlla dissimulatione, & apertè voluntatẽ suam profitendo. Quare οὐκ ἐκ ἰθείης ἀπίσσειν aliter potius reddendum videtur fuisse quàm Ingenuè dixerunt. Sed nec illa verba Aperto Marte, ei loco conueniunt: quibus tamen quidam ibi vsi sunt.

Quæ sequuntur composita, partim ex nomine præcedente ἰθύς, partim ex aduerbio ἰθύ sunt composita: plura tamen ex nomine esse videntur, ideóque hic, non post aduerbium ἰθύ, posita fuerunt.

C. Ἰθύδολος, ου, ὁ & ἡ, Rectus, Directus. in v.l. sine vllo testimonio. Videtur sonare propriè Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Sic Ὀρθόδολος in Ἰθυπλόου, aliquanto post.

C. Ἰθυδίκης, ου, ὁ, Cuius recta sunt iudicia & iusta. Qui rectè & iustè fert iudicium. Possit exponi ὁ ἰθείας δίκας διδούς, ex loco Hesiodi quem protuli in nomine Ἰθύς. Vtitur verò idem, eodémque loco, hoc composito, Οὐδέποτ' ἰθυδίκῃσιν μετ' ἀνδράσιν λιπὼς ὁπηδεῖ. His opponuntur apud eundem χλοδίκαι: quales sunt apud Nasonem ii à quibus rigidus ensis dicitur ense.

C. Ἰθυδρόμος, ου, ὁ & ἡ, Qui rectum cursum tenet, Qui rectam viam in currendo tenet, Rectè currens. Ex Anthol. Epigr.

C. Ἰθυδρόμη, vide in Θεῖξ.

C. Ἰθυκίλαθος, ου, ὁ & ἡ, Qui recta via incedit, Qui rectam viam tenet. Rectà ambulans.

C. Ἰθυμαχία, & ION. ΙΘΥΜΑΧΙΗ Ἰθυμαχίη, Recta pugna: id est ex aperto conserta, inquit Bud. Et ἰθυμαχέειν πολεμίους, Aperto Marte pugnare, & stataria pugna: in hoc loco quem ex Herodoto affert, ἰθυμαχέειν μὲν μυριάσιν πολεμίους ὑπερβάλλοντας δὲ καὶ ὑπερκαίοντας, &c. Vbi obserua ὑπερκαίοντας addi: quod confirmare videtur illam expositionem quam Suidas dat apud eundem illi loquendi generi, ἐκ τῆς ἰθείης.

C. Ἰθυπετῶ, Rectà volare, vt in v.l. redditur, nimirum tanquam ex ἰθὺ & verbo πέτομαι. At Hesych. exponit ἐπ' ἰθείας ὁρμῶσαι. Vide sequens compos. Ἰθυπέτιον.

C. Ἰθυπέτης & Ἰθύπτερος vide suprà, t. 3, c. 181, g.

C. Ἰθυπέτιον, ωνος, ὁ & ἡ, Rectà volans, Qui recto cursu fertur, eóque valde citato, vt volare videatur. Hom. Il. φ, Δόλοπος αὖτ' Ἀχιλῆϊ μαλὶ ἐθυπέτιον ἔγχος ἔπεμψε, κατὰ κτερόμοιο μεθαίρων. Vbi Eustath. exp. τὸν ἰθὺ πτερόεντα, id est κατευθὺ & εὐθαγεστάτως. vt alicubi ipse poeta ἰθυλελυμένως dixit ipsam ἰθὺ πτῆσιν. Vt autem dicitur Hasta πίπτειν, sic à Latinis poetis volare. vt apud Virgilium Æneid. lib. 9, — hasta volans noctis diuerberat vmbras. Et lib. 10, — illa volans clypei transuerberat æra Mæonis. aliisque in locis. Magis tamen propriè sagitta dicitur volare: vnde & volatile ferrum ab eodẽ poeta vocatur. Cæterùm Hesych. itidem exponit ἰθυπέτεα (pro quo perperam apud eum habes scriptum ἰθυπλύουα) πλὴ ἐπ' ἰθείας πτόμενα καὶ κατατυκρύ: item ὀρθόδολον, & κατευθὺ φερόμενον. Sed apud eum perperam legitur ὀρθόδολον, pro quo repono istud ὀρθόδολον. Signif. autem hoc COMP. Ὀρθόδολος idem quod ἰθύδολος, de quo paulo antè dictum est: Qui rectà iacitur, seu proiicitur. Fieri potest tamen vt ab ipso Hesychio fictum sit (vt alia multa fingere solet) expositionis causa. Cæterùm quanuis ἰθυπέτεα exponant ἰθὺ πτόμενα, magis tamen commoda esse videtur à verbo ἵπταμαι idem significante deductio, cuius participia sunt ἰπτάμενος & πτάμενος.

Sed pro ἰθυπέτεα fertur Aristarchus legisse ἰθυκτίονα. Significaret autem hoc COMPOS. Ἰθυκτίονα ἐπ' ἰθείας ἔχουσα τὰς κτένας. id est, τὰς ὀφθαλμοῖς ξύλους ἀφαυσίας, inquit Eustathius. Fortasse verò huic simile vocabulum apud Hesychium reponi debet, vbi legitur, ἰθὺ κτίμενον, πὶ ἰθὺ πτερυγὰς καὶ ὀρθὸν δίνθρον. At in v.l. ἰθυκτίονα redditur Rectè vel obuiam iens. quam interpretationem planè falsam esse arbitror.

C. Ἰθυντικός, ὸς, ὁ & ἡ, In rectum extensus, Rectus. vt ἰθυντικὸς ὁδός, cui opponitur λοξή. Ptolem. ἀφ' ὧν τὸ κανονίως τῆς ἰθυντικῆς ἐξεπίπλεον πορείας. Apud Hesychium, Ἰθυντής, ἐπ' ἰθείας πλαμμένον. In vulg. lex. Ἰθυντὴς, εἰς ἰθεῖαν πεπαμένος. Sed reponendum ibi est πεπαμένος, itidémque apud Hesych. πεπαμένον pro πεπραμμένον, ex Suida. Est autem ab Ἰθυντὴς & SUBSTANT. Ἰθυντικὴ, q.d. In rectum extensio, Via in rectum extensa, Via recta. Huic autem ἰθυντικὴ apud eundem Ptolemæum opponitur ὀκαμπή.

C. Ἰθυπομπος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. In rectum sectus) Rectus. vt ἰθύπομπος οἶμος, recta via, Dionys. Areop.

C. Ἰθυπτέχης, vide vnà cum nominatiuo singulari Ἰθύπτιξ, inter deriuata à nomine Θεῖξ, t. 1, c. 1586, c.

C. Ἰθυφαλὸς pertinet potius ad nomen Φαλός.

ΙΘΥΣ Ἰθύς, aduerb. Rectà, vel Rectà in, aut Rectà ad: aut etiam Rectà aduersus. Redditur etiam Obuiam & Ex aduerso. Hom. Odyss. ο, Ἦ ἰθὺς σὴν μητέρ' ἴων καὶ σὸν δόμον, rectà ad matrem tuam eam & domum tuam. Sic Iliad. ω, — γάμον ἠδ' ἰθὺς ἣν ἄκουσεν. Ex Herodoto, ἰθὺ τῆς Ἴστρου ἔπλεον, rectà ad Istrum nauigarũt. Ex eodẽ, ἰθὺς τῆς ἀρχῆς ἴθι, rectà pergas ad occupandũ regnum. At pro Rectà aduersus. vt Iliad. β, Βῆ ῥ' ἰθὺς Διομήδεος, iuit rectà aduersus Diomedem. Sic, θαὶ ἦ ἰθὺς Δαναῶν κελαινεφὲς, Il. π. Ibidem, Ὣς ἰθὺς Λυκίων Γλαῦκος ἰππιόχαρις Ἔσσυτο καὶ Τρώων. Ibidem, — οὐδ' ἄρ' ἔτλαν Ἀργεῖοι Λυκίων ἐξελάσσαι, μάχης ἰθὺς φέρον αὐτῶν. Vbi Eustath. annotat, ex hoc loco cognosci non esse intelligendum ἔστασαν ἰθὺς κελαινεφὲς τῶν Δαναῶν, in hemistichio quod allatum modò fuit: sed ἔστασαν ἰθὺς τῶν Δαναῶν id est αὐτικρὺς κελαινεφὲς, id est ὅπου συμπίπτουσι μάχαι. vel αὐτοῦ δι' αὐτῶν ἰθὺς Δαναῶν. Quibus adiungit, ἰθὺς βλῶσι πολὺ, & μάχης ἰθὺς φέρον, esse contraria τῷ ἔστασαν ἰθὺς, & τῷ οὐκ ἐχώρουν. Interdum verò ἰθὺ siue ἰθὺς absque casu. vt ἰθὺς μαχέσασθαι apud Homerum, vnde est ἰθυμαχία. Item ἰθὺς φέρον ὄχεα, quod exponitur αὐτομάτως ἐπὶ τοὺς πολεμίους τὰ ὄχεα. Item ἰθὺς πεφύκασι, quod apud Homerum dicitur αἰεὶ τῷ κατευθὺ μαχέσθαι. Ab Hesychio exponitur ἐπ' ἰθείας ὁρμῶν. Eidem poetæ in

vsu est ἰθὺς φρονῶν: quod exponitur εὐθυμούμενος καὶ εἰς τὸ A
αὐτίκα καὶ εὐθὺς ἀθὺ καὶ εὐθέως ἐρασσόμενος.

SVPERL. Ἰθυώτατα, Rectissimè. (vt à nomine ἰθὺς est ἰθυώτατος) Hom. Il. ε, Τρῶες δ' ἐμάρναντο μετὰ σφίσιν ἰθυώτατα εἶπεν.

Inuenitur & ADVERB. Ἰθύς expositum ἐφθῶς ab Hesychio & Suida: id est Rectè. Apud Herodotum autem pro ἄθλιος, Confestim, Statim.

Ἰθύω, (vt ab ἀθὺς fit ἀθύω) Dirigo, Rego: (ex propriè signif. qua dicitur regere nauim. Quem vsum habet interdùm & verbum Dirigo. vt apud Nasonem, initio B Fastorum, — & timidæ dirige nauis iter. Apud Lucanũ, Dirigit huc puppim. Habet alioqui & alteram regendi significationem interdum) Homerus Iliad. ϕ, Νῦν δὲ σὺ ἰθύων ἐρετμοῖσιν εὐπετέεσσιν. Sic Odyss. λ, — τὸν δ' αὖτμός τε κυβερνήτης τ' ἴθυνεν. Cui simile est Θ. ξ. — καὶ δ' αὖτμός τε κυβερνῆταί τ' ἴθυνεν. Itidem de nauigio vsus est Theodoritus, Eccles. hist. lib. 4, allegoricè loquẽs, Εὐδόξιος γὰρ τῆς Κωνσταντινουπόλεως καταῤῥᾷ τοῖς ἱστίοις, οὐκ ἰθύνων ἀλλὰ βαπτίζων τὸ σκάφος. Quemadmodum autem vsurpat de naui verbum ἰθύνειν Homerus, sic etiam de curru, atque adeo de mulis qui ipsum trahunt: Iliad. ε, — ὅτε κ' ἰθύνῃ Ἡμίονος καὶ ἅμαξαν ὑπηνεχέα. Apud eundem, ὅππῃ κέλευθον ἰθύνειν, quod vide in comp. Ἐξιθύω. Præterea βέλος ἰθύνειν apud eum legimus: qua etiã in re cõuenit verbũ Dirigere cum isto ἰθύνειν. nam & illud hunc vsum habet. Vtitúrque hac in signif. & passiua voce pro actiua. vt initio libri ζ Iliad. Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. pro ἰθυνόντων κατ' ἀλλήλων, seu ἐπ' ἀλλήλους. id est ἐπ' ἀλλήλοις βαλλόντων, vt in mei exemplaris vetusti margine annotatum est. Sed apud eundem dicitur deus aliquis D vel dea quæpiam ἰθύνειν telum eius qui ipsum iacit. vt Iliad. ρ. Τῶν ἀμφὶ γὰρ πάντων βέλε' ἄσπετα ἔγχεα ἴσχει, Ἦ καλὸς ἦ ἀγαθὸς Ζεὺς ἀμπνοιάων ἰθύνει. Ἡμῖν δ' αὖτως πᾶσιν ἐπαύρασθαι πεπίθοιεν. At cum duplici accusatiuo apud eundem, in eadem re significanda, Iliad. τ, Ὡς φάμενος ὤρεξε κατὰ βέλος ἦ ἴθυνεν Ἀχιλλῆα τινα παρ' ὀφθαλμόν. Sed ante posteriorem accusatiuum subaudiri præpositionem manifestum est. In meo vet. exemplari huius poematis Homerici, scholium hoc verbis illis superpositum est, (sunt enim ibi scholia superlinearia, vt ita loquar) τὸ δὲ E βέλος ἐφορμᾶν ἡμᾶς ἐποίησεν ἢ λέγειν ὅτι τὸν μύστην, πλησίον τῶν ὀφθαλμῶν. Pass. Ἰθύομαι itidem pro Dirigor, Regor. Sed Hesiodus actiuam significationem ei dedit in hoc versu, Δίφρου ἐπιμελέεσθαι, ἰθύνοντα καμπύλον ἅρμα. vt ἰθύνειν ἅμαξαν in Homeri loco quem protuli. Sic autem & Homerus verbo ἰθύνεσθαι actiuam signif. alicubi dedit. Sed actiuæ voci ἰθύνειν Hesych. neutralem etiam significationem tribuit, quum exponit εἰς ὀρθὸν ἑρμηνεύει.

Ἰθύνειν μύθους, apud Hesiodum existimo posse reddi F Ad rectam æquitatis normam dirigere, in Ergois. Τοῦτα φυλάσσοιμεν βασιλῆες ἰθύνειν μύθοις Δωροφάγοι, σκολιὸν δὲ δίκῃσιν ὅππῃ πάσχω κάθηται. Apud eundem initio illius operis habemus idem verbum in eadem significatione, sed cum datiuo δίκῃ: in isto hemistichio, — δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας.

Ἰθύνειν interdum est Corrigere, in significatione metaphorica, qua dicimur aliquem qui peccat corrigere. Quam metaphoram damus itidem verbo nostro Redresser: veluti quum dicimus, S'il fait du mauuais, on le redresse bien. Vel, S'il ne se gouuerne sagement, on le redresse bien. Hesiodus initio suorum Ergon, de Ioue, Ῥεῖα δὲ τ' ἰθύνειν σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει, Facilè corrigit tortuosum. Quidam tamen interpretantur, In rectam viam adducit: sed alteram interpretationem hunc præfero. Sic etiam Tzetzes, ἤτοι ἐγὼ (inquit) ἰθύνειν τὸν Δία. πάλιν εἰς τὸ ἀπλοῦν ἐπαναγόντα τὸν τρόπον, διὰ τὸ κολάζειν αὐτὸν ὅτι τῇ πανουργίᾳ. Conuenitque optimè hæc expositio cum ea significatione quam habet ἰθύνειν apud Herodotum pro Mulctare. Sic & pass. ἰθύνεσθαι apud eundem: vt ἰθύνεσθαι θανάτῳ, mulctari morte.

Ἰθύνειν interdum eandem significationem habet quam ἰθύειν. inuenitur enim loco huius scriptum, vt dicetur in Ἰθύειν. Inde est VERBALE Ἴθυνσις, εως, ἡ, Directio. At in v. lex. Ἴθυνσις, ΕΤ Ἰθυντή, Directio. Ἰθυντικὴ τέχνη, Ad amussim directio. Sed nullus autor nominatur.

ITEM Ἰθυντὴς, οῦ, ὁ, Director, Rector. Vtitur autem hoc composito Hesych. in expositione compositi Διϊθυντὴς. Dicitur ETIAM Ἰθυντήρ, ῆρος, ὁ, eadem significatione. Cuius FOEMIN. Ἰθυντῆρα, ας, ἡ, Rectrix. Sed ἰθυντὴρ est etiam Dux viæ. nec de gubernatore solùm, sed de gubernaculo quoque dicitur. Interdum & de fræno, quia videlicet eo ἰθύνεται equus, vt gubernaculo nauis. (vnde apud Homerum Od. ι, Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθυντηρι πιφαύσκων Ἤιθεος. vbi est ἰθυντηρι pro actiuo ἰθύοντι) Sic etiam vocatur quicquid est ἰθύνειν, κατευθύνον, καὶ ἰσότητα παρέχον, inquit Hesych. (Inuenitur verò & NOMEN Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, itidem pro rectore & moderatore) At VERBALE Ἰθυντήριον, ου, τὸ, significat. Sceptrum è lauro quòd vates gestabant, vt scribit Hesych.

COMP. Διϊθύω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Itidémque pass. Διϊθύομαι, Dirigor, Regor. Nam διϊθυόμενοι Hesych. exponit διευθυνόμενοι & κυβερνώμενοι. Est autem à διϊθύω & VERBALE Διϊθυντὴς, οῦ, ὁ, Rector, Gubernator. Διευθυντὴς, ἰθυντὴς, Hesych.

COMP. Ἐξιθύω, pro simplici ἰθύω, Dirigo, apud Apoll. Rhodium. Vsus est ante illum Homerus, Il. ε, de amussi, Ἀλλ' ὥς τε σκέλμα δίρυνιν ἐξιθύνει Τέκτων ὀφ παλάμῃσι δεδμημένος. Alibi autem dicit ipsum fabrum ἰθύνειν ὅππῃ σκέλμην: Odyss. ρ, — ὅν ποτε πάντων Ξείνων ὅππῃ σκέλμης, καὶ ὅππῃ σκέλμην ἰθύνοι. Sic & lib. α, eiusdem poematis.

COMP. Κατιθύω, itidem pro Dirigo, Rego, Moderor. Quinetiam pro Modulor v. l. asserũt ex Anthol. Epigramm.

Ἰθύω, (verbum poet.) Rectà feror, seu Rectà rendo, Rectà pergo. Item Impetu feror, Prorumpo. Homerus Il. μ, Ἴθυσαν δ' ὅππῃ πύλαι εἶσιν. Apud eundẽ Il. η, Ἴθυσαν δὲ πολὺ σφέτερον. Eiusdem poematis libro ο, Ὡς Ἕκτωρ ἴθυνε πρὸς νυκτομάχοιο Λητὼς εἴξας. Vbi Eustath. exponit ὥρμησε χωρήσας, item κατ' ἀθὺ ὥρμησε. Idem ait posse etiam intelligi, πρὸς αὐτὸς εἴξας. Idem poeta hoc verbum vsurpat de lebne, eiusdem operis libro ρ, — ὁ δὲ κρατὸς ἐρατίζων Ἴθυνε' ἀλλ' οὔπω φρήσας. Cum impetu fertur in lepta, aut etiam impetum facit. Sed videndum est ánnon reddi etiam possit Grassatur. (Neque hoc silentio prætereundum est, legi etiam ἰθυνε in hoc loco: atque adeò ab Eustathio hanc lectionem agnosci: scribente, τὸ δὲ ἴθυνεν, ὁμοῦ ὑμοῦ οὖσα λέξις, πλαχὸν ἰθύνειν λέγει δίχα τοῦ ν. Dixerat tamen antea, quum verba textus recitaret, ὁ δὲ κρατὸς ἐρατίζων ἰθυνε, ἤ μαλλον ἰθύνει. Atque adeo libro λ, eiusdem poematis, vbi vtitur eadem comparatione, hic scholiastes agnoscit ἰθύνει, nullam alterius lectionis mentionem faciens. Quinetiam in meo veteri exemplari vtrobique ἰθύνει legitur) Dicitur & μάχη ἰθύνειν ab hoc poeta, initio libri ζ, eiusdem poematis, Πομπὴ δ' ἀρ' ἦτοι καὶ ἦν δ' ἴθυνε μάχη πεδίοιο, Ἀλλήλων ἰθυνομένων χαλκήρεα δοῦρα. Vbi fortasse conuenire possit idem illud verbum Grassari: præsertim siquis carmine reddens μάχην interpretetur Martem. Aptè enim dici queat Mars grassari, ea in significatione. In v. l. ἴθυνε μάχη redditur Rectà ferebatur: sed hoc ineptè dici videtur de pugna. Quidam interpr. Progressum est prælium. Ego malim, Cum impetu commissum fuit prælium, vel Prælii impetus inualuit. Cæterùm quanuis verbum Ἰθύω verbo Ἰθαίω postponam, non ignoro Eustathium velle Ἰθύω prius esse: vt δύω prius est quàm δύνω, & χύω quàm χώω: item πλύω quàm πλώω: sed quoniam ἰθαίω ab ἰθὺς tale est quale ἀθαίω ab ἀθὺς, & in eo analogiam sequitur, præponendum esse putaui.

Ἰθύω iungitur etiam infinitiuo, vt ὁρμῶ: cuius aliquot significationem & in locis præcedentibus habet. Est autem ἰθύω πιεῖν πῶμ, Impetus me capit hoc faciendi: vel Impetum capio hoc faciendi. Et q.d. Impetu feror ad hoc faciẽdum, aut etiam Toto animi impetu feror. Interdum tamẽ potest & simplicius reddi Animatus sum ad hoc faciendùm, Animus est hoc facere, In animo habeo hoc facere. Redditur & Gestio: vt in isto Homeri loco, Odyss. χ, de Tantalo, Τὸν ἐπεὶ ἴδεν ἐγγὺς ἐόντα χερσὶ μενοινάοντα, Τοῖσι δ' αὖτμος ἵκανεν πανσυρίοισι πίνειν,

Quum prehendere geſtiret poma, Quum manibus appeteret poma, vt Budæus vertit. Idem alioqui in iſto Herodoti loco, ὅτε ἰθύοις γρα πάσθαι, (ne mireris autē Herodotum hoc verbo vti quod poeticum eſſe dixi. habet enim multa hic ſcriptor vel potius huius ſcriptoris dialectus e ὑποποetis cōmunia) reddit, Quum impetū caperet. Rurſum apud Homerū, Od. χ, ἰθύνεν μ' ἐλαύξαι, ἐπὶ μάχην ἄνδρας ἐγεῖραι. Vbi exiſtimo reddi poſſe, Incitata fuit ad vlulandum: Aut, Prorumpere voluit ad vlulatum. Non enim ſatis ſignificanter redderetur, Voluit vlulare. Neq; etiā probarim, In animo habuit vlulare: vel Parata fuit vlulare. Sed tolerabiles tamen hæ interpretationes ſunt præ illis quibus reddjtur Cœpit vlulare: itē Prorupit vlulādo. Hæ enim interpretationes planè diſcedunt à mente poetæ. nam eas ſequendo, factum id eſſet quod poeta factum eſſe negat, ac ne fieret ipſe Vlyſſem obſtitiſſe ſcribit: addens, Ἀλλ' Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἴσχεν ἰαύειν αὖθι. Vbi obſerua participium ἰαύειν de re eadem dici: ſic tamen vt verbo ἰθύειν aliquid maius exprimi putandum ſit. Inuenitur autem hoc verbum & cum accuſatiuo pro Deſiderio alicuius rei feror, ſeu agor, Incendor deliderio. Apollon. Argon. lib. 2, —πῦσε δ' ὅγ' αὐτῷ Δωτίδ' ἐπ' ἰθύνων ὅτι οἱ μετὰ φρένα θύνε. Neque enim placet quæ vulgo affertur interpretatio, Quicquid animo deſtinaret.

A

B

C

PASS. Ἰθύσματα ab Euſtathio affertur ex Herodoto, ἰθύσματα τοιαῦτα (eadem forma eadémque ſignificatione qua habuiſti ſuprà ex eodem ἰθύνειν τοιαῦτα) exponitúrque ὁρμαῖα.

HERMCBST Ἰθύς, ἰθύος, ἡ, Impetus eius qui rectà fertur ad aliquid, ſeu prorumpit. Hom. Od. η, — αὐτὰρ ἐπεὶ πόρες Τρηχεῖς ἄγον, εἶσα μάλιστα πεπύκασται πέτραι ἐν ἰθυΐ. vbi Euſtath. exp. πέτραι ἐν ἰθυΐ ἐπιτηδείῳ ἐπιρρύσει. quod poſſimus interpretari Quemuis conatum. Ipſi certè loco Homeri non malè conuenire hæc interpretatio videtur. Poſſet etiam fortaſſis reddi Quoduis inceptum: ſed maior vis ineſt alteri verbo, ideóque melius vim Græci vocabuli exprimit. Eſt etiam Impetus animi: ἰθὺς ψυχὴν ὁρμή, vt ab eodem ſcholiaſte exponitur in hoc verſu Od. ω, v. 304, Ἀλλ' εἶσι σὸν ἦτορ ἐμῇ κεκορυθμένον ἰθυΐ. Credideris autem hunc ipſum locum eſſe in quo ἰθυΐ Heſych. exponendum putauerit φρόνιμον, θυμῷ, ὁρμῇ, βούλεται, δαίεται. Sed ex his omnibus vnum tātùm deligo quod cōuenire videatur: videlicet δαίεται. Cæterùm quòd nomen hoc ἰθύς tanquam verbale ſubiunxi verbo Ἰθύειν, id Euſtathii etiam autoritate comprobatur: quippe qui hoc nomen ab illo verbo deriuet.

D

Nomen Ἴλως, quod proximè ſequitur, à verbo Ἴλλω deducendum alicui videri poſſit. Quum autem vnum ab altero deriuatum eſſe perſuaſum haberem, ſed vtrum ab vtro, ignorarem: mei veteris lexici autoritatem ſequutus ſum, in quó Ἴλλω dicitur ortum ex Ἴλως, quo ſignificatur ὀφθαλμός.

ΙΛΛΟΣ, ου, ὁ, Oculus. Pollux Ionicum eſſe tradit, ſcribens, lib. 2, οἱ δὲ καὶ ἴλως τὸν ὀφθαλμὸν Ἰωνικῶς ὠνόμασαν. ſed Euſtath. hac de re tacet, quum differentiam huius ἴλως ab ἰλὺς annotat. Cæterùm quum ex verbis hinc deriuatis nonnulla ſint quæ ab vtro deriuari debeant, dubium eſſe poſſit, antequam ad verba illa hinc deriuata veniam, etiam de altero illo nomine dicam. Vt igitur Ἴλως dicitur eſſe ὀφθαλμός, id eſt Oculus: ſic alterum ILLVD Ἰλὺς traditur ſignificare eum cui diſtorti & ſtrabi ſeu ſtrabones ſunt oculi: id eſt ſtrabonem, vno verbo. Euſtath. καὶ ἴλως, ᾧ, ὁ ὀφθαλμός· ἰλὺς δέ, ὁ στραβός. Idem in Iliad. 1, loquens de vocabulo Χωλὸς, tradit ἀφῃρῆσθαι τὸ φύσει χῶλον dici Κωλὸς & Χωλὸς, quo ſignificetur ὁ τὸ ποσὶν χῶλον πεπονθώς: ſicut ἀφῃρῆσθαι τὸν οὖ ἕνεκα ἴλλον vocatur ἰλὺς oxytonè ὁ τὸν ἴλλον διεστραμμένος. Itidémque in hunc locum Iliad. 1, Δαναΐδῃσιν ἐέσσιν, annotat δαναΐδῃσιν eſſe Ionicum, & eſſe δοτέον ἴλως ὦσι καὶ ἰλύς. Additq; ἐέσσιν (videlicet ἴλλοις) ſunt ἰλοὶ apud comicum οἱ στραβοί. Idem tamen alibi à ſe ſuo more diſſentiens, à verbo ἴλλω deductum eſſe ait hoc ἰλὺς, quo ſignificatur στραβός. Cæterùm habet hoc Ἴλως & COMPOS. Ἔπιλος, quo ſignificatur ὁ ἀφῃρημένος τὸν ὀφθαλμὸν στραβός, vt idem ſcribit. Eſt autem obiter notādum & hoc COMPOS. Παρίστραβος, quod minus eſſe videtur quàm στραβός. Apud Heſychium legitur etiam FORMIN. Ἰλὺς, expoſitum στρεβλὸς, & διεστραμμένη.

E

F

Ἴλλω quanuis ſimpliciorem (vt ita dicam) formam habeat quàm quæ ſequūtur, id eſt, minus ab Ἴλως immutatam, & illorum σημαντικὸν eſſe videri poſſit: quoniā tamen huius ſignificatione, ſicut illorum, vox illa Ἴλως non includitur, (quanuis quædam eius compoſita incluſam habeant) illa huic præponenda eſſe cenſui.

Ἰλωπίω, & COMPOS. Ἐπιλωπίω, Strabis oculis ſeu cōtortis intueor. Illud quidē certè ab Euſtathio, ex quorundam autoritate, redditur στραβίζω. (Sonat autem VERB. Στραβίζω, Sum ſtrabis oculis ſeu diſtortis, Sū ſtrabo, Oculis diſtortis intueor. Atq; hoc ipſo verbo στραβίζω Etymol. exp. verbum σκαίω, vt poſtea docebo) Apud quem tamen Ælius Dionyſius exponit, ὑγρῶς καὶ ὀπτικῶς καὶ περικλασμένως ὄμμασιν ἐμβλέπω. Itidémque Heſych. ἰλωπίσσειν eſſe ait περικλασμένῳ ὄμματι ἐμβλέπειν. Sed addit etiam κατακεκαῦσθαι: itidem participium ἰλωπίσας exponens κατακεκαυμένος. Itidémque COMP. Καπλώπιζον ibi à Pauſania exponitur καταμυκτηρίζειν: vt ſimplex Ἰλωπίζειν & Ἐπιλωπῶ, μυκτηρίζειν. Apud Suid. verò LEGITVR Ἐπιλωπῶ, ET Ἐπιμαίνω: (pro quo reponendum puto illud Ἐπιλοπίζω, quod ex aliis attuli) quæ exponit, δύω ὀφθαλμοὺς συστρέφω. id eſt, Oculos contorqueo, ſeu diſtorqueo. At v. l. interpretantur, Contortè & ſtrabonis more intueor.

Ἰλωπίω, ᾷς, apud ſchol. Ariſtophanis. (vt ἰλιγγιῶ attuli ex Suida) ET Ἰλωπίζω apud eundē legitur, ſed potius pro eo quod Latini Nictare vocant. At v. l. exp. etiā Conniuere & Hallucinari, ex Poll. qui tamen exponit καταβλέπειν: de cuius verbi ſignificatione ſuo loco dictum fuit. Cæterùm apud eum legitur Ἰλωπίειν non Ἰλωπῶν: át ego hoc reponendum in illius locum exiſtimo. Atque vt Ἰλωπῶν pro Ἰλωπίειν, ſic etiam COMPOS. Καπλωπῶν pro Καπλωπίειν reponendum apud eum cenſeo. quod ille exponit καταβλέπειν δὲ χαμαὶ ῥοπῇ: id eſt, (vt eadem lex. interpretātur) Deiectis oculis irridere. Sed malit quis fortaſſe, Deiectis oculis intuendo irridere. (Significat certè COMP. Καταβλέπειν, Deorſum aſpicere, & defixis in terram oculis. ἀναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανόν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν, vt inquit idem Pollux. Et ita reſpondebit τὸ καταβλέπειν verbo Deſpicere, ſicut ἀναβλέπειν verbo Suſpicere. Quæ obiter de verbo καταβλέπειν hic dixi, oblatā occaſione, quòd inter alia ex βλέπω compoſita collocatum non fuerit) Apud Heſychium legimus Καπλωπῶ expoſitum καχεμῶ: quod καχεμῶ in propria ſignificatione, ſi præpoſitionis ratio habeatur, cum καταβλέπω cōuenit. Sed vel Καπλωπῶ itidem, vel Καπλωπῶτω reponēdum apud eum fuerit. Cæterùm & COMP. Ἐπιλωπῶ habuiſti paulo antè ex Suida: ſed eum veriſimile eſt, vt compoſitum, ita & ipſum ſimplex verbum aliter quàm ſcholiaſtem Ariſtophanis expoſuiſſe.

G

Ἰλαίνω, eſt etiam Oculos contorqueo, ſeu diſtorqueo. διαστρέφω τοὺς ὀφθαλμούς, vt Gal. apud Hippocratē exp. At Pollux ſcribit ὀφθαλμὸν ab Hippocrate ἰλαίνειν dici τὸν διεστραμμένον ἡμῖν μόνον. quam expoſitionem ſequendo eſſet neutrum hoc verbum ἰλαίνειν. Ex eodē Hippocr. in lib. 3, De morbis, affertur PASS. Ἰλαίνεσθαι: vbi ſcribit, καὶ εἰ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι καὶ ἰλαίνονται. Legitur etiam COMP. Καπλαίνω in v. l. cui datur eadē illa ſignificatio quæ verbo καπλωπῶ data modò fuit: videlicet Deiectis oculis irrideo. Conuenit autem cum expoſitione quam habet apud Heſych. καπλαίνη. ait enim

enim esse καπμωκτίειν. quo verbo exponi etiam καπμώδειν à Pausania lexicographo, dictum paulo antè fuit.

ΑΤ VERO Σιλλαίνω, vt eiusdem formæ, ita eiusdē derivationis est: (ac, si Etymologo credimus, eandem etiam cum ἰλιγγιάω significationem habet. exponit enim σφαλίζω, id est Sum strabo, Oculos distortos habeo, seu Oculis distortis intueor) sed quum Ἴλλαίνω fiat ex solo nomine ἴλλος significante oculum, videtur Pollux existimasse Σιλλαίνω fieri ex σίω & nomine ἴλλος. Postquā enim scripsit, οἱ δὲ ἀπ' ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰωνικῶς ὠνόμασται. σιλλαίνειν δὲ, τὸ ὅτι χλευασμῷ σίειν τοὺς ὀφθαλμούς. vnde, inquit, τὸ χλευαστικὸν πεῖμα σίλλος. Quam Pollucis expositionem sequentes quidam interpretātur σιλλαίνω, Irridendo seu per ludibrium oculos agito, seu motito. Cæterùm quod Pollux scribit σιλλαίνειν esse σίειν τοὺς ὀφθαλμούς, facit vt minus dubitem reponere ἴλλους (id est ὀφθαλμούς) apud Suidam: vbi scribit σιλλαίνω esse τὸ πρὸς ἵππους κινεῖ. At Hesychius σιλλαίνειν & σιλλοῦν exponens διασύρειν & μωκᾶσθαι, ait dici ἀπὸ τῶν τοῖς ἴλλοις σίειν, id est τοῖς ὀφθαλμοῖς. Et paulo antè apud eundem, σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει. Hoc certè constat, generaliter accipi σιλλαίνω pro Dicteriis irrideo, Dicteriis & conuitiis aliquē proscindo, Dicteria & conuitia in aliquē iacio, Dicaciter alicui illudo, seu salsè. Diog. Laert. de Timone Phliasio, qui illud poematis genꝰ scripsit, ὧι ὄνομα ἐστὶ Σίλλοι (id est, in quibus σίλλων libris) ὡς αὐ σκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορῶν καὶ σιλλαίνων τοὺς δογματικοὺς ἐν παρῳδίαις εἶδεν. Eustathius de Homero, ὡς εἰς αὐτὸς τι τὸν Θερσίτην σιλλαίνειν καὶ ὁ Θερσίτης τοὺς βασιλεῖς. Ex Luciano affertur verbum hoc σιλλαίνειν copulatum cum βλασφημεῖν. Apud eundem extat & COMPOS. Διασιλλαίνω, quod eandem illam irridendi significationem habet: in fine Lexipha nis, καὶ τὸ διασιλλαίνειν τὰ πρὸς ἄλλων. Vt porro Σιλλαίνω, ac Διασιλλαίνω, ita ETIAM Σιμόω, ὦ, ET Διασιλλόω, ῶ, dici sciendum est. atque adeo idem Pollux alio in loco cum Κωμῳδεῖν, Διακωμῳδεῖν, Διασύρειν, Διασκώπτειν, Χλευάζειν, aliisque nonnullis huiusmodi ponit hæc tria, Σιμαίνειν, Σιμοῦν & Διασιμοῦν. Sed διηπιώτερον esse tradit Σιμαίνειν: addens, καὶ Σιμοῦν, Διασιμοῦν. Apud Hesychium legimus σιμοῦ expositum μωκᾶται, & ψέγει, necnon καυλοῦται. Etymum autem illud quod modò ex eo attuli, commune, vt opinor, esse voluit huic verbo σιμῶ cum illo σιμαίνω. Nam præterquam quòd rationi consentaneum est vt eandem vtriusque derivationem esse dicamus, ita scriptum est apud eum, σιλλαίνειν, σιλλοῦν, τὸ διασύρειν, &c. Si enim σιλλαίνειν per hoc σιμοῦν exponere voluisset, dixisset σιμαίνειν, τὸ σιμοῦν. Fortasse autem scripserat σιμαίνειν καὶ σιλλοῦν. Suidas habet Σιλαίνει, vnico λ scriptum, & exponit μωκᾶται, item διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει. Sed non dubito quin librarii incuria alterum λ eo in verbo prætermissum fuerit. Verùm dicam de hac scriptura & infrà, vbi agam de nomine Σιλλοῦς. (De σιμαίνω autē exposito τοῖς ἵπποις κινεῖ, dixi suprà) Affert alioqui & Ælius Dionysius apud Eustathium VERBVM Σιλοῦν scriptum vnico λ: quod exponit τοῖς ὀφθαλμοῖς ἱρίμα προσφέρειν ἐπὶ τῷ διαφαυλίζειν καὶ διασύρειν. Vbi forsitan aliquis reponendum existimet σιμοῦν cum μ. verùm sciendum est proximè præcedere apud Eustathium NOMEN Σιλλοῦ, quod itidem vnico λ ibi scribitur, (licet à σιμαίνω hoc quoque deriuet) sicut & ab aliis scribi consuevit. Sunt autem σίλλοι, vt ille ait, δαίμονές τινες κωμῳδοὶ τὰ εἰς ὄρχησιν καὶ εἰς Διονύσου πλάσματα. Ab Hesychio autem σίλλοι exponitur Satyri: licet apud Platonem tanquam diuersi ponantur. Scimus alioqui passim SCRIBI Σιληνούς, & hoc nomine illum bellum Bacchi nutricium seu pædagogum vocari. Itidémque σίλλοι plur. de illis dæmonibus saltatoribus, vt σίλλοι καὶ σατυροί, apud Platonē. Atque adeo altera etymologia quæ nomini illi tribuitur, postulat vt prima syllaba cum ι scribatur. dicitur enim ita vocatus ἀπὸ τοῦ σίτου ἐν τῷ λικμᾷ. Sed apud Suidam legimus, Σιληνὸς ὁ Διόνυσος, ἀπὸ τοῦ σίλλου ἐν τῷ λικμᾷ, ΑΤ VERO Σιληνὸς, ὁ γέρων, διὰ τοῦ ι, ἀπὸ τοῦ σιλλοῦ ἄλης. Extat & tertia

illa scriptura apud eundem, Σιλλιούς. verùm hoc exponit σιλὸς & φλύαρος: à verbo σιλαίνω, quod est φλυαρῶ. quæ etiam expositio verbi σιλαίνω superioribus addenda est. Verùm, vt ad verbum σιλαίνειν redeam, sciendum est, quum Pollux à σιλαίνω velit esse NOMEN Σίλος, contrà Eustathium existimare verbum illud ab hoc nomine originem ducere. Qui tamen non habet singul. Σίλος, sed PLVR. Σιλοί, cum accentu in posteriore. Σιλοί, inquit, sunt quoddam genus poesis comicæ: & qui hanc tractabant, σιλογράφοι vocabantur. Atque ita ludere, appellabatur σιλαίνειν. Equidem magis analogiam seruare videtur formatio verbi σιλαίνω à nomine σίλος seu σίλλου, quàm contrà formatio nominis σίλος à verbo σιλαίνειν: sed vicissim, siue etymum spectes quod à Polluce, siue id quod ab Hesychio affertur, minus verisimiliter nomini tribuetur. At verò etymologici autor huic nomini illud etymum tribuit quod Pollux ipsi verbo ἰλλαίνειν. Postquam enim scripsit σίλλοι de scommatibus dici, (nam apud eum reponendum est ὅτι σκωμμάτων, aut certè ὅτι σκώμματος) perinde ac si diceretur σίλλοι, (quòd VERBO Τίλλειν vsus sit Anacreon pro σκώπτειν) addit significare etiam irrisorium poema, ὥσπερ τὸ διασύρειν τοὺς ἴλλους, καὶ διασύρειν τὸ σχῆμα τῶν ὀφθαλμῶν. Cæteràm quum prius numerum pluralem σίλλοι afferat, postea singulari σίλος vtitur: scribens, ὁ γὰρ σίλλος λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς περιειλημένος αὐθρώποις ἔχει. μάλος δ' ὅτι. Habet & Suidas σίλλος singul. num. à quo exponitur μῶμος, & μῶβος, & κακολογία & χλευασμός. Quod autem ad deductionem attinet, magis mihi quoque placet, verbum illud ab hoc nomine deriuari, quamcunque originem habeat. quæ enim affertur, in dubium vocari posse videtur. Interim inter has diuersas de derivatione illa opiniones hoc saltem constat, à nomine Σίλοι esse factum illud COMP. Σιλογράφος, Sillorum scriptor: id est, carminum dicaciū seu mordacium, & dicteriis ac conuitiis atque adeo maledicentia refertorum. A quo erit NOMEN Σιλογραφία, Sillorum scriptio. Fuit autem inter σιλογράφους celeberrimus Timon Phliasius, philosophus scepticus seu Pyrrhonius, cuius poema vocabatur σίλλοι, vt apud Athenæum, Eusebium, Diogenem Laertium, videre est. ex quibus hic σίλλων tres libros commemorat, in quibus, vtpote scepticus, omnes dogmaticos philosophos λοιδορῶν καὶ σιλλαίνει, idque per parodiam.

Nunc de VERBO Διασίλλω agere non incommodum esse videtur, & interiecta de verbo σιλαίνειν disquisitione, aliam de verbo διασίλλειν interiicere: quòniam vt σιλαίνειν deduxerunt quidam ἀπὸ τοῦ σίειν τοὺς ἴλλους, ita διασίλλειν nonnulli deriuatum dixerunt ἀπὸ τοῦ διεῖν τοὺς ἴλλους. Pollux exponit τὸν ὀφθαλμὸν διαβάλλειν. (ita enim apud eum legendum est, non τὸν ὀφθαλμόν, vt habent typographicæ editiones, ἐστque commissus idem error & in vulg. lexicis, in verbo Παραβάλλω) Est autem τὸν ὀφθαλμὸν διαβάλλειν, (quod ex Aristophane puto sumpsisse Pollucem, sed mutantem τὸν ὀφθαλμὸν in τὸν ὀφθαλμόν, & vocem passiuam in actiuam: quum legatur apud eum, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν διαβάλλει, per ει Attice pro διαβάλλω) Limis oculis toruisque aspicere, Oculos intorquere, vt Bud. vertit. Quidam verò interpretātur etiam Conniuere oculis. quam interpretationem non ita facilè admittere possim. Sed vtramcunque demus illis verbis, nō videtur apta fore verbo διασίλλειν, quod per illa exponitur: quum διασίλλειν sit apud Homerum Circumspectare, & oculos huc illuc vertere: περιβλέπεσθαι καὶ διεῖν τοὺς ἴλλους (id est τοὺς ὀφθαλμούς) ἔνθα καὶ ἔνθα, vt inquit Eustathius in hunc locum Homeri, Iliados ι. Τῶν δὲ πολλὰ ἐπέπλαγχθε γεραιὸς ἱππότα Νέστωρ, Διασίλλων ἐς ἕκαστον, Oculos in vnumquemque vertens, seu flectens, per vices videlicet. At breuium scholiorum autor vult esse vel τοῖς ὄμμασιν διαβάλλειν, vel περιβλέπεσθαι. Additque, ἀπὸ τοῦ διεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. quod διεῖν mihi suspectum est. Sequendo autem illam priorem expositionem, tale esset quale Nitare Latinis. At ex Apollonio affert Cam. διασίλλειν pro Conniuere, vt sagittarii solent quò certius colliment: Arg. lib. 3, ἐξίει διασίλλων,

Ἰλιόω, ὦ, de re eadem dictum fuisse videtur de qua præcedentia, ἰλαίνω (cum suis compositis) & ἰλαπάω, necnō ἰλαίω. Inuenitur enim nomē verbale apud POLL. Ἀίλιγμα: & verbum comp. apud HVSV. Ἐπιλοιῶ. Exponit autem αἴλιγμα Poll. αἰάλυμμα: quo videtur voluisse significare intuitum eius qui oculos cælum versus attollit: quum ipsemet aliquanto antè dixisset καταλοίπειν (pro quo legendum puto καταλαίνειν) esse καταβλέπειν ὅπῃ χάσκουσιν. Et paucis verbis interiectis, ἐξαναβλέπειν μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν, καταβλέπειν δὲ εἰς τὴν γῆν. Fuerit igitur αἴλιγμα tāquam ab Ἀιλιόω, ὦ. At verò compositum illud Ἐπιλοιῶ dubitari possit an ab ἰλλὸς deduci debeat, (si tamen ab ἴλιος discedendum sit) an potius ab Ἔπιλος, quod Eustath. ἀθρόησαι significare tradit. illud autem ὀπιλοιῶ exp. μυκτηρίζειν.

Ἴλλω quoque, quum composita habeat ad eandem significationem pertinentia quam in præcedentibus verbis vidimus, atque adeo ipsum sonet interdum Vtulis cōuiuere, (vt quidē Cam. tradit, vbi compositū ὑπίλλειν exponit, nullo tamen testimonio eam exposit. confirmans) eōdem meritò referetur: licet alioqui ei insit alia significatio minimè huc pertinens, de qua dicendum postea erit. Sciendū est igitur extare apud Eustathium COMPOS. Ἐπίλλω, quod exponit, ὀφθαλμοῖς καταμωκᾶσθαι. id est, oculis irrideo. Hanc autem significationem cum multis præcedentibus communem habere videmus. Ab eodem COMPOS. Ἐπιλίζω, (quo vtitur Homerus, Odyss. ε, in principio, Οὐκ ἀίεις ὅτι δή μοι ὀπιλίζουσιν ἅπαντες;) exponitur ὀφθαλμοῖς ἐπεύω, id est Oculis innuo. Sic autem & breuium scholiorum auctor ὀπιλίζουσιν in illo Homeri loco exponit τοῖς ὄμμασιν διαβάλλουσιν. at Hesychius simpliciter διαβάλλουσιν: item ὑπαλβίσσεται. quod posterius verbum ei loco minimè conuenire potest: quum ipsemet poeta addat proximè sequente versu, Ἐλαφηβολέουσι δὲ κάλυπτα. Camerarius putat exponi posse Nutu instigant, aut etiam Sibilis instigant. Sed posterior hæc interpretatio etymologiæ huius verbi minimè quadraret. Cæterùm apud eundem lexicographum (Hesychium dico) legitur participium ὀπιλίζουσα expositum καταμωκωμένη. (vt paulo antè ἰλιάω exponebatur ὀφθαλμοῖς καταμωκῶμαι) Est autem illud ipsum participium, id est ex eodē loco sumptum, vnde & illud quod Suidas exponit ἐπιγελῶσα, & ὀπιμύουσα τοῖς ὀφθαλμοῖς. Additque, id proprium esse nocturnarum, quòd interdiu non cernant. Sed mendosè apud eum legitur ὀπιλύουσα per υ in tertia syllaba: quum tamen paulo antè habeatur ibi recta scriptura, vbi ὀπαλίζω exponit διαβάλλω. Esse autem ab ἴλλω verbum istud testatur etiam Eustathius. Idem tamen alibi, exponens verbum διαβλέπειν, & dicens esse διὰ ἴλλος: addit, ἐξ ὧν ἴλλοι, οἱ στραβοί. ἀφ' ὧν τὸ ἰλλίζειν καὶ τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ ὀπιλίζειν. At ego, si ὀπιλίζω non aliam haberet quàm eam quæ ex Homero allata fuit significationem, nimirum πρὸς διαβάλλειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, non video cur ab ἴλλοι potius quàm ab ἴλλοι deduci hoc verbum deberet. Ideóque non dubito quin Eustathius hoc scribens, ad illam πρὸς καταμωκᾶσθαι significationem respexerit, quæ tam apud Hesychium quàm Suidam extat: vt nimirum sit καταμωκᾶσθαι, id est deridere seu subsannare, oculos intorquendo, strabonum more: aut (si malis) Oculos in subsannando intorquere. Camer. interpretatur, Oculos in subsannando vel indignando comprimere, aut peruertere: afferτque ex Apollonii Arg. lib. 1, Καί μιν ὀπιλίζων ἠμείβετο κερτομίοισιν. Et libro 3, Ἀλλά καὶ ὡς φθιμένῳ μοι ὀπιλίζουσιν ὀπίσσω. Sed mihi illud comprimere minimè placet, vtpote cum deriuatione non conueniens. Sciendum est porro Eustathium annotare posteros Homeri verbo isto ὀπιλίζειν vsos esse ὀπὶ βασκανίας. quod si verum sit, dicendum erit, meo quidem iudicio, ὀπιλίζειν esse etiam intueri oculo obliquo, more eorum qui inuident: & inde accipi pro Inuidere. Quum autem dico Obliquo oculo, ad illum Horatii locum respicio, epistolarum lib. 1, Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat. Scio alioqui βασκανίαν & fascinationem posse significare: sed pro inuidia potius accepisse illum scholiastem existimo. Hoc etiam addo: Si tantùm ὀπιλίζω inueniretur, dici posset esse ab ὄπις quod ἀθρόησαι significat: sed quum & simplex VSVRP. Ἰλίζω apud Suidam extet, expositum διαβάλλω, & Eustathius quoque eius mentionem faciat, rectè ex ἰλὰς aut certè ἴλος, ἰλίζω, ex hoc autem ὀπιλίζω factum dicemus. Iam verò & id quod Eustath. dicit, ἴλλειν esse πρόσωπον verbi ὀπιλίζειν, excusari potest, & cum illis quæ alibi dicit, conciliari: si intelligamus ex ἰλὰς fieri ἴλλειν, vnde ἰλλίζειν, & per compositionem ὀπιλίζειν. Nam & hæc à nomine illo fieri dicentur: sed non immediatè, vt ita loquar.

meri loco dicitur Venus donare ἵμερον, quo non solùm A homines sed deos etiam domat, sic & apud Euripidem in Medea legimus hæc chori ad eandem deam verba, Μήποτ' ἐλθοῦσ' ἐν ἐμοὶ χρυσέων πέμψαι ἀφύσσων (sed repono ἀφύσσων) ἵμερόν μοι στάσιν ἄφυκτον οὐδέν. Quinetiam in alio Homeri loco eidem deæ vel potius eiusdem deæ cesto illa duo φιλότης & ἵμερος tribuuntur: Iliad. ξ, Ἦ, καὶ ἐς χεῖρα ἔμβαλε τὴν ἑτέρην καλὸν ἰμάσσα, Ποικίλον. ὄφρα δέ οἱ ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ἐπικρὶς, Γαρ φασὶν ἔμμεν ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων. Vbi Eustathius ex veterum quorundam auctoritate tradit, φιλότητα quidem, esse præsentium: at ἵμερον, absentium. Sed eos id non dixisse Homericè: id est, hoc non conuenire cum eo vsu quem apud Homerum habet nomen ἵμερος. Iouem enim dicere in sequentibus, καί μοι γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ: Iunonis videlicet ἵμερος, præsentis tamen. Potius igitur videri ΝΟΜΙΝΑ Φιλότης significari simpliciter φιλίαν: & interdum quidem Veneream, vt isto in loco: nonnũquam verò πλὴν ἐρωτικήν. vt in versu hoc, φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι βαλέσθαι. At verò ἵμερον dici κυρίως ὅτι ἐρωτικὴ ἐπιθυμία: ideóque videri inesse huic C nomini Æolicam vocem ἵρος: vt ἵμερος dictus sit quasi ἵρος ἐξ ἰμάσσης αἱρετὸς ἰσίου. Sed quod ad hanc deductionem nominis ἵμερος attinet, in ea ludere voluisse Eustathium suspicor: pro ludicra certè habendam censeo, etiamsi ab illo tanquam seriam allatam esse constaret. Sed in eo quoq; ab eo dissentio quòd ἵμερον vult proprièdeamatoria cupiditate vsurpari. quum enim exter & verbum ἱμείρειν, seu pass. ἱμείρεσθαι, quo generaliter significatur Cupere, Desiderare, vt ipsum etiam nomen generalem cupiditatis seu desiderii significationem habeat, deinde peculiariter de amatoria cupiditate dicatur (id est, qualis est eorum qui amore capti sunt seu earum quæ amore captæ sunt) rationi consentaneũ esse videtur. Cæterùm quod de deriuatione nominis ἵμερος tradit, ὁπὸ τῦ ἰμάσσω, idem & de verbo ἱμείρειν: quũ tamen vnum quidem inde deriuatum esse, (fingamus enim veram esse illam deriuationem) deinde alterum ex eo factum dicendum foret. Verùm vt ad alias nominis ἵμερος deriuationes seu etymologias veniam, in meo vet. lexico ab ἵημι deductum esse traditur: quoniã ὁ πόθος ἴσως διὰ τὸν ποθούμενον. Sed non satis inter se cõuenire videtur quæ ibi scripta sunt: quia primùm dicitur ἵμερος, quo significatur ἐπιθυμία, esseq; ΒΕΡΒΟ ἵημι, quod est ἐπιθυμῶ μαι; deinde in huius etymologiæ ratione quæ subiungitur, verbi illius ἵημι locum occupat verbum ἵεμαι, quod significationem illam nõ admittit quæ verbo ἵημι tribuitur. (cuius tamen exemplum desidero) Neque enim quum dicit ὁ πόθος ἴσως ὅτι τὸν ποθούμενον, possis ἴσως exponere itidem ἐπιθυμῶν. Ibidem dicitur ἱμείρω esse ab hoc ἵμερος, quum ego contrà hoc ab illo deductum esse & pro verbali haberi debere censeam. Quinetiam differentia nominis ἵμερος à nomine ἵρος ibidem hæc traditur: vt ἵρος quidem sit τὸ ἁβρὸν τῆς ὀφέσεως ἐρᾶν: at ἵμερος sit, τὸ μετὰ πλοῦ ὄρεξιν ἐπιθυμεῖν. Quid verò Plato in suo Cratylo de nominis huius etymologia? Ex eo dictus est (inquit) ὅτι ἰέμενος ῥεῖ, καὶ αφύσσει τὴν ὀρεκτικὴν, καὶ οὕτω δὴ ὀνομασθὲν αφύσσα πλοῦ ψυχῆς δι' πλοῦ ἴσιν τῆς ῥοῆς. Repono autem ibi ἴσιν spiritu aspero pro ἶσιν quod tenuatum est: vt conueniat hoc ΝΟΜΕΝ ἶσις (quod an vsitatum sit, dubium esse queat) cum præcedente participio ἰέμενος, & eo significetur Cupiditas seu Desiderium: sicut ἱέμενος aspiratum pro ἱσταμένος poni scimus. Atque adeo hoc ipsum ἱσταμένος legit Ficinus, non ἑστάμενος. cui libenter de hac lectione assentior, sed de præcedentis participii ἰέμενος interpretatione ab eo dissentio. Existimo enim illud simplex ἰέμενος non aliud esse quàm compositum ἐφιέμενος: & addi à Platone καὶ ἐφιέμενος tanquam per epexegesin. At ille ἰέμενος vertit Incitatus: itidémque verbale ἶσιν Incitamentum, seu impetũ: vel ἰέμενος legẽs spiritu tenui, vel certè differentiam quæ statuitur inter ΥΕΡΒ. ἵημι aspiratum, & inter ΥΕΡΒ. ἵημι tenuatũ, confundens. quum ἵεμαι potius scribendũ existimetur in cupiẽdi significatione, at ἵεμαι pro Incitatus feror, seu Impetu feror. Illud autem

verbale nomen ἶσις inuenitur & in alio eiusdem libri loco: vbi nimirũ dicitur νόησις esse τῦ νόου ἶσις. Ibique rectius quàm hic ab eodem interprete redditur, videlicet Desiderium. Verùm ibi quoque perperam scriptũ est ἶσις spiritu tenui. Cæterùm ab ipso Platone hæc vocis ἵμερος à ΥΟΟΕ Πόθος differentia statuitur, quòd qui ἵμερος vocabatur ὅταν παρῇ οὗ πις ἐφίεται, vocetur πόθος, διὰ τὴν ἀπουσίαν.

Ἵμερος, Cupido, deus. Apud Lucianum in dearum iudicio, Venus duos filios se habere dicit, Ἵμερον & Ἔρωτα. Eius hæc de re verba sunt hæc ad Paridem: παῖδε γάρ μοι εἰσὶν δύο καλὼ, Ἵμερος καὶ Ἔρως. Οὗτοι σοι συνεσόμενοι, ἡνίκα ἂν τῆς ὁδοῦ ἡμῖν ἐπιβῶμεν. Deinde vtriusque officium describens, simulque ad horum nominum originem respiciens, addit, καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ἅτε παιδικὸς ὢν καὶ πτηνὸς, αἰεὶ παίζει καὶ πτηνὸς ἐραστὴς ἀεί· Ἵμερος δὲ ἐπεὶ πρεσβύτερος, τῷ ὄντι ἵμερός τε ὢν καὶ ἱέμενος. Apud Pausaniã non solùm coniunguntur Ἔρως & Ἵμερος, sed illis additur Πόθος: in Atticis, pag. 32, Σκόπει δὲ Ἔρως καὶ Ἵμερος καὶ Πόθος, πόσῃ διαφορᾷ δείκνυσι τοὺς ἐπαινουμένους καὶ τὰ ἐρῶμενα ἑφίεται. Apud Platonem quoque in illo Cratyli loco horum item itidem mentiõ fit simul, verùm non itidem de personis sed de rebus dicuntur. Vbi tria illa nomina ἔρως, ἵμερος, πόθος, tribus Latinis cõmodè reddi possunt, amor, cupido, desiderium. At quum personarum (deorum videlicet) nomina sunt, tum ΝΟΜΙΝΑ Πόθος aliam interpretationem postulat, quam fortassis in illa lingua reperire haud possit. intelligitur enim (vt opinor) ille deus qui desiderium eius quæ amatur excitat, & dulci eius recordatione animum velut titillat. Quum autem idem cum ipsa actione desiderandi (vt ita loquar) nomẽ habeat, ne idem in Latina lingua fieri possit, obstat generis differentia: quum desiderium neutrius, non masculini, vt illud, generis esse sciamus: masculinum autem nomen eandem omnino vim habens nullum afferatur.

Ἵμερος est etiam id in oculis quo intuentium amor conciliatur. Pollux libro 2, de oculis loquens, postquã docuit oculos posse describi cum aliis appellationibus tũ his: πυρώδεις, μαλακαρνεῖς αἰφίπτας, seu αἴγλιν aut αἰγλήεντα αἰφίπτας, νδεῖς, ὑπογλαυκοὺς, ὑπόχυσιν: subiungit, καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀπορρέον, ἵμερος. id est, Et quod ab illis defluit, ἵμερος. Sed debuit fortassis alio potius vocabulo vti quàm isto ἀπορρέον: præsertim quum postea αὖ δακρύων loquens, dicat itidem τὸ καταῤῥέον ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. debuit inquã potius (meo quidem iudicio) illud ἀπορρέον expositioni vocis δάκρυον reseruare: nequis putaret intelligi illud ἀπορρέον, esse aliquid ὑγρόν: sicut de lacryma dicit τὸ καταῤῥέον ἀπὸ τῶν ὀμμάτων ὑγρὸν. Minimèque ad hoc ὑγρὸν pertinere existimandi sunt qui ΔΙΟΥΝΤΥΡ ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ, vel lubrici & mobiles, vt Cicero loquitur: vel quales sunt oculi hominum qui ὑγροὶ vocantur, id est διαπίπτοντες εἰς τὰς ἡδονὰς, sequendo Hesychii & Suidæ expositionem: (nisi quod ex Hesychio scribendum esset διαπίπτοντες) cum quà optimè cõuenit quod apud Pollucem legimus, de cinædo, ei cum alias multas appellationes tribui, (quas recenset) tum has, ὑγρὸς & ὑγροειδὴς. (Vbi obiter obseruandũ etiã est hoc COMPOS. ὑγρόειδες, vtpote in quo nomen ὑγρὸς ipsi etiam animo tribuitur, seu ipsi menti. est enim ὑγρόειδες cui est ὑγρὸς νοῦς, seu habens ὑγρὸν νοῦν. adeo vt non malè conueniat ὑγρόειδες cum θηλὺς πλοῦ ψυχῆς: quod ab eodem Polluce de cinædo itidem dicitur: sicut & γυναικίας ac γύνις) Oculus mollis non malè reddatur, meo quidem iudicio. licet aliam significationem habeant oculi molles in isto Nasonis loco, De remedio, lib. 1, Si malè dentata est, narra quod rideat illa: Mollibus est oculis: quod fleat illa, refer. Neque enim dubium est quin molles oculi hîc dicantur qui facilè ad lacrymas mouẽtur: siue oculis tribuatur mollitia quæ à corde proficiscitur, (vt apud eũdem poetam legimus molle cor) siue molles oculi eo dicantur modo quo à nostratibus teneri. vox enim nostra *tendre* est Latina Teneri, id est facta ex hac. Vocamus autem *des yeux tendres*, vel *tendres à pleurer*, qui facilè ad lacrymas mouentur seu impelluntur: quod scimus à natura muliebri sexui multo magis

magis quàm virili esse insitum. Legitur porro illud ὑγροὶ ὀφθαλμοί cum alibi tum apud Ælium Dionysium, vbi exponens ἰλαὸν εἶδον & ἱλαὸν εἶδον, dicit esse, ὑγροῖς καὶ ὑπημόοις καὶ παιπαλοεσσαις ὄμμασιν ἐμβλέπειν. Quocunque autem nomine Latino debeant exponi ὑγροὶ ὀφθαλμοί, videntur esse ii qui aliquid procacitatis seu petulantiæ habent: & quales appellamus nostrate lingua *Des yeux attrayans*, vel *Des yeux affetez*. Ac certè conuenit illa significatio verborum ἰλαὸν εἶδον & ἱλαὸν εἶδον (id est quam illis tribuit Ælius Dionysius) cum ea quã habet COMPOS. Καπλοὸν εἶδον, in isto epigrammat. B versu, Τῷ γλυκερὸν καὶ ἦλυ καπλοὸν εἶδον Ἔρωτος. neque enim hic καπλοὸν εἶδον de eo gestu oculorum dicitur quo vtuntur μυκτηρίζοντες seu καταμυκτῆρας, (de qua significatione dictum antea fuit) sed potius καπλοὸν εἶδον exponere hic debemus eodem modo quo Ælius Dionysius ἰλαὸν εἶδον & ἱλαὸν εἶδον exponit. Certè quòd addatur ἦλυ, eo magis impellor vt credam istud καπλοὸν εἶδον illis ὑγροῖς ὀφθαλμοῖς conuenire, sequendo ea quæ de nominis ὑγρὸς significatione differui. Iam verò & limi oculi videntur posse ὑγροὶ ap- C pellatione comprehendi: ita quidem accipiẽdo illam vocem vt ab Ouidio accipitur, vbi dicit, Limis subrisit ocellis. Ipsum certè etymum (si ab ἰμὰς verba illa deducamus) plane interpretationem huiusmodi requirere manifestum est. Et hæc quidem obiter de his dicta sint quibus quanuis non suus datus sit locus, id est is quem series alphabetica postulat, non minus tamen lectori quàm si ibi dicta essent, sunt profutura.

Ad ἵμερος autẽ vt reuertar, variis modis eũ poetæ describunt. neq; enim dubiũ est quin illi, quum canunt oculos esse in amore duces, (vt legimus apud Propertium, Si nescis, oculi sunt in amore duces) quum canunt oculos esse fores seu fenestras quibus intrat amor, quum sagittis quæ ex oculis puellarũ prodeunt, peti se conqueruntur, (quò pertinent illi Anacreontis versiculi, Στρατὸς δὲ καμὸς Ἀπ' ὀμμάτων βαλών με) quũ alicuius puellæ oculos vocant loquaces, vel dicunt eos non tacere, (vt Naso, Non oculi tacuere tui) quum dicũt oculos facere ignem, quũ dicunt puellam oculis aliquid promittere, (quorum vtrũque apud eũ- E dem poetam legimus) quum puellam quampiam suos oculos rapuisse queruntur, (vt Naso, Tu quoque quæ nostros rapuisti nuper ocellos) aut quum inducunt vicissim puellam raptos seu ablatos sibi oculos querentem, (vt Medea Iasoni apud eũdem, Abstulerant oculi lumina nostra tui) quum denique oculos alicuius puellæ vocant sua sidera, (quod argutis oculis præsertim conuenire, ostendit ille Nasonianus versus, Arguto habuit, radiant vt sidus ocelli) non dubium est, inquam, quin poetæ quum hæc aliáque id genus plurima de oculis dicũt, ἵμερον illum de quo nunc agitur, describant. Verùm ex huiusmodi locis potius quid valeat vox ἵμερος, quàm quo nomine eã debeamus interpretari discimus: ac profectò quum existimem frustrà quæsitum iri vocabulum Latinum quod vnum vni Græco respõdeat, si duobus aut etiã tribus vim eius expressero, lectori satisfecisse me putabo. Reddo igitur hîc ἵμερος Amoris illicium in oculis, Amoris illices oculi, (aut simpliciter Illices oculi) Oculorum philtrum, seu Philtrum ab oculis prodiens, Aspectus amoris conciliator.

Ἵμερος tanquam venenũ quoddam Veneris fingitur ab Euripide: vt inquit Eustathius, afferens hunc eius locum, μή ποτ' ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων πτέρυξιν ἵφῃς (nisi potius scribendum ἱφῇς) ἱμέρου χρίσασ' ἄφυκτον ἰόν. Qui locus ex Medea huius poetæ est sumptus. Inde enim & ipse eum antea protuli: scribens μή ποτ' ὦ δέσποινα, vt ibi legitur. Est porro hæc δέσποινα, Venus, ad quam sermo dirigitur. Non malè autem fortassis hunc etiam locum ad ea quæ περὶ ἱμέρου in proximo tmemate dicta fuerunt, referemus: vt intelligamus, ἵμερον, id est amoris illicium, quod ex oculis alicuius emanat, esse venenum quo Venus suas sagittas tingit. Alioqui potest etiam generalius accipi pro cupidine, (sicut antea hanc illi significationem dedi) eo sensu quo dicitur Captus vel capta cupidine, Tactus vel tacta cupidine: aut etiam cum aliis verbis, vt in præcedentibus docui.

Ἵμερος, est etiam certa quædam ᾠδή, id est cantilena, seu canticum: siue certæ cuiusdam cantilenæ nomen, aut cantici. Vide Pollucem lib. 4, cap. 7.

ADIECT. Ἵμερος est Desiderabilis, Desiderium excitans, Dignus qui desideretur. Sed reddi etiam potest Amabilis, Suauis. Affertur ex Anthol. epigrammatum, & in superlatiuo gradu, ἱμερόεντα κάλλη. Ab Hesychio ἱμέρων exponitur ἐρασμίων, πόθου. ἵμερος autem, πόθος & ὀπτασία: necnon ἄγαλμα, ἔρασις, ἀγαπητὸν, ἀγαστόν. Rarum tamen esse puto vocis huius vsum pro adiectiuo nomine: licet inueniatur & COMPOS. Ἱμερόφωνος, in eodem libro, pro Dulciloquus.

Est denique & proprium NOMEN Ἵμερος, vnius ex tyrannis Seleuciæ. Inuenitur alioqui & VOCAB. Ἱμέριος proprium itidem nomen. Apud Plutarchum De discern. adul. ab amico, est cuiusdam κίναιδος nomen. Sic vocatus fuit & quidam rhetor aut sophista, cuius declamationes à me editæ fuerunt cũ Polemonis & aliorum quorundam declamationibus. Meminit Suidas: apud quem legitur ETIAM Ἱμερία, & dicitur esse fluuius. (Sed perperã in Germanica editione pro Ἱμερία scriptum est Ἱμιτία)

Ἱμερόεις, εντος, ὁ, Desiderabilis, Optabilis. Item Amabilis, Suauis, Gratus. In Anthol. epigrammat. ἱμερόεις dicitur cestus Veneris, (cui Homerus ἵμερον inesse perhibet) Λιλ' ἔσο Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαζῶν Κεῦθε θοὸν νόον ἐχθρ. Homerus Iliados ε, valde apto epitheto, ἠϊθέῳ χαρίεντι appellauit ἱμερόεντα, hoc in versu, Ἀλλά σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. Apud eundem legimus ἱμερόεν κιθαρίζειν, Iliad. σ, vbi ἱμερόεν aduerbialiter ponitur, Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ Ἱμερόεν κιθάριζε. Quod verò apud eundem legitur Odyss. χ, Πᾶσιν δ' ἱμερόεις ἐπέδν χόος, mirum videri possit, propter hoc adiectiuum ἱμερόεις. quomodo enim χόος potest ἱμερόεις appellari? Sed ego existimo Homerum, cui frequens est ἵμερος εἶναι χόροιο, hoc loquendi genus voluisse in illud resoluere.

Ἱμερόεις est etiam ὀπτασμικὸς, si Suidæ, vel potius si vulgatis exemplaribus operis illius credimus. Eum enim ὀπτασμικὸς scripsisse (quo & ἱμερτὸς ab Hesychio exponitur) magis verisimile est. Alioqui retinendo ὀπτασμικὸς, actiuam etiam significationem habere nomen illud ἱμερόεις dicendum erit.

Ἱμερτὸς, οῦ, ὁ, idem quod ἱμερόεις. Sed hoc ἱμερτὸς habet potius formam nominis verbalis ab ἱμείρομαι. Eustathius illud ἱμειρόεντα quod paulo antè ex Homero attuli, exponit ἱμερτά. Hesychio ἱμερτὸν est ἐπιθυμητὸν, & καλὸν, πόθιτον, ὀπτασμικὸν, ἐράσμιον. Itidémque Suidæ ἱμερτὸς est καλὸς, ἐπιθυμητὸς, πόθιτος. Quas expositiones sequẽdo, ἱμερτὸς erit (sicut & ἱμερόεις) Desiderabilis, Optabilis: item Amabilis, Suauis, Gratus: necnon Pulcher, seu Venustus. At vulg. lex. ἱμερτὸν ὕδατος interpretãtur liquidis aquis, in isto Apollonii loco, Ὅν ῥά μιν ἱμερτὸν ἀϊάψυχεν ὕδατος. Sed fidem huic interpretationi non adhibeo. In iisdem est SVBST. Ἱμερτὸς, redditum Desideratus; subiungiturque Suidæ expositio ὁ ὀπτασμικὸς: quum tamen hoc vocabulum ὀπτασμικὸς minimè sonet Desideratus, sed potius Desiderator, Concupitor, si his vti liceat. Sed ἱμάρτης scribendum potius esset, meo quidem iudicio, in hac nominis ὀπτασμικὸς significatione: at ἱμερτὸς sonaret ὀπτασμικὸς: atque vt ἱμάρτης, ἱμάρτου, ita ἱμερτὸς, ἱμερτέος, declinandum esset. ATVERSO Ἱμερτὶ nomen Lesbi insulæ, est fœmin. illius Ἱμερτὸς: sed ex appellatiuo nomine in proprium quodammodo transibat quum ita vocaretur Lesbus. Huius autem appellationis meminerunt Hesychius & Eustathius. In iisdem illis vulg. lex. est NOMEN Ἱμεραῖος expositum Desiderabilis & Optabilis: quum tamen reperiam duntaxat hoc Ἱμεραῖος pro eo qui est ex Siciliæ vrbe cui NOMEN Ἱμέρα. Redditurque Himeræus, & Himerensis. Est verò & heroinæ cuiusdam nomen Ἱμέρα.

Sed à Suida affertur ΕΤΙΑΜ Ἰμερώνη tanquam nomen cuiusdam anus, necnon ciuitatis.

Ab Ἵμερος est etiam VERBVM Ἱμείρω, idem significans quod ἱμείρω. (ex quo factum esse nomen illud ἱμερόεις antea docui) Legitur enim apud Hesychium & alium quempiam, ἱμείρει, ἐπιθυμεῖ, λίαν. Suspecta tamē esse potest vtrobique exemplaris fides. Nam ad Hesych. quod attinet, Germanica editio ex Aldina emendari potest. (Alioqui nō minus nouum videri queat ἱμείρος quod apud eum legimus, idem valens quod ἱμέρος, quàm ἱμέρη, idem valens quod ἱμείρη. Estque notandus ibidem ille accusatiuus ἱμείρους: habens NOMINAT. Ἵμερος, significans ἔρωτας & πόθος: sicut ille ἱμείρους exponit ἔρωτας & πόθους) AT VERO Ἱμερόεσσα peculiarem quandam significationem habet, de puella dictum pro Rem habere cū viro, Coire cū viro: quòd videlicet coitus seu concubitus ab amore proficisci soleat: vnde etiam amoris opus interdum à poetis appellatur. Sic apud Hippocrat. ἱμερτὴν Galenus exponit αἰδῶ μεγίστην. Sed in vulgaribus lexicis affertur VERBVM Ἱμείρομαι, tanquam thema illius ἱμερτιάω: dicitúrque esse, prima significatione, Induco ad desiderium. Cui interpretationi fidem derogandam esse censeo.

Ἵμερος aurem in hūc locum reseruaui quòd dubium cuipiam esse possit verum in numero derivatorum ex nomine ἵμας censeri debeat. Significantur enim hac voce Ἵμερος flores & coronamēta quæ ad expiationes lustrationésque adhibebantur. Quæ expositiō petita est ex Hesychio.

---

Nomen ἰξὸς, de quo nunc agere oportet, valde dubium est vbi poni debuerit: quum tres eius afferantur derivationes seu etymologiæ, sed tales vt nulla earum fide digna esse videatur. Verùm qualescunque illæ sint, (quarum alioquī duæ Etymologi simul & mei veteris lexici auctoritate nituntur: tertia autem solo lexici illius testimonio confirmatur, quod sciam) post tria hæc verba, vel potius post vnum ex his tribus, ponendum fuisset, Ἄγω, Ἴκω, Ἔχω.

—Ι' Ξ. Ὁ Σ, οῦ, ὁ, Viscum. Plutarchus in Coriolano, τὰς ἀρίστας φέρουσι τὸν ἰξόν. Hesychio ἄσυλις est φυτὸν ὅθεν ὁ ἰξός, id est, Planta è qua provenit viscum. A Luciano metaphorice vsurpatur in libro De scribenda historia. quum enim dixisset, μάλιστα δὲ σκοπεῖν ὁ τοῖς τῆδε ἐρεῖ ἢ τι χρὴ ἢ τοῦτο μᾶλλον ἁρμόττειν, οἷς μὲν δύναμιν λόγων ἀπεριόπτως παρεσκεύασεν ἡδονῆς, καὶ τὸ σαυτοῦ δρᾶν, παρεὶς τὸ ἁρμόττειν: subiunxit, ἀλλ' ὁλίγον ἀποστραφόμενος, τῷ χρήσιμον καὶ σπουδῇ ἴσον, μᾶλλον, ἀφυγὼν τὸν ἰξὸν τὸν ὁ τῆς ἀφελείας καὶ τοῦ ἑαυτοῦ ἅπαντα λυμαίνεται. Vbi Micyllus interpres metaphoram retinuit, interpretans ἰξὸν non solùm viscum sed & glutinum. ita enim locum hunc reddidit, Maximè autem temperantia quædam adhibenda est in descriptionibus montium, aut murorum, aut funiorum: vt nē vim ac potestatem verborum ineptè ac præter rem ostentare velle videaris, tuúmque ipsius negotium agere, historia omissa, sed modicè adhibitis illis, vtilitatis & perspicuitatis tantùm gratia, mox inde digrediaris, viscō seu glutino quod in hac re est, atque vniuersa tali gulositate euitata. Ego autem existimo ἰξὸν, id est viscum, vocari à Luciano materiam quam res ipsa præbet ostentādæ facultatis dicendi: quæ materia talis est vt quū quis in eius tractationem se immiserit, inde orationē suam expedire seu extricare nō possit, sed ita hæc illi tenaciter adhæreat vt visco aues adhærere solent. Et quoniam in huiusmodi descriptionibus sibi placere & indulgere plerique historici solebāt, atqui auidè hanc ostentandæ λόγων δυνάμεως, id est, facultatis dicendi, siue eloquentiæ, (nō potestatis verborum, vt interpres reddit) occasionem arripiebant, ideo λιχνείαν quoque vocat. Hæc mea est de isto loco sententia, dum aliquis meliorem quampiam proferre visus fuerit. Est autem obiter notandus & NOMINIS Λιχνεία metaphoricus iste vsus.

Ἰξὸς est etiam planta quædam, teste Hesychio. Itidem certè à Latinis frutex quidam appellatur viscum.

Ἰξὸς redditur etiam Arundo aucupatoria: quòd ab Hesychio exponatur κάλαμος ἰξευτικός Vide Ἰξευτής.

Ἰξὸς, sicut & ἰξία, pro varice. vide Ἰξία.

Ἰξὸς tres habet etymologias, sed tales vt nulli earū multum fidei adhibeam. Ἰξὸς (inquit Etymologus) est ἡ παγὶς τῶν στρουθίων, id est, pedica passerum. (sic autem appellat, quòd viscō veluti pedica seu compedibus irretiti teneantur. Et quòd peculiariter mentionem facit στρουθίων, conuenit cum ea expositione quam Hesychius nomini ἰξευτὴς tribuit, exponens στρουθοπιάστης) Quibus adiungit, quasi ἄξος τις ὤν. nimirum ἄγω τὸ ἄγειν τὸ ἕρπειν. Vel (inquit) ab Ἴκω, ἰξῶ, ἰξός: videlicet ὁ φθάνων μάλιστα αὐτὸ ἰσχναίνοντα τὸ ἕρπειν· μάλιστα ὢν αὐτὸ φθάνων τὸ πλεῖστα πτηνὰ. αὐτὸ τὸ ἴσχνα ἐκτελοῦντα καὶ κατεσχηκότα. Hactenus Etymologus. At in meo veteri lexico additur tertia derivatio, à verbo ἔχω, significante κρατῶ. vt ab eius futuro ἕξω fiat ἕξις, quod mutetur in ἰξός.

VERVM Ἰξὸς Hesychio sunt etiam οἱ γλίσχροι καὶ φειδωλοί, id est tenaces & parci. In qua significatione minimè necesse puto aliam nominis illius derivationem quærere. existimo enim esse metaphoricam, & vocari hominem parcum ἰξὸν, id est viscum, quòd manus tenaces habeat tāquam viscum, siue quòd omnia eius manibus, tanquam visco, inhæreſcant. Tale est quod nostrate lingua de quibusdam dicimus, *Ils ont les mains gluantes*: id est, Habent manus viscatas: de iis quorum manus quicquid attingunt, ad se attrahunt tanquam viscatæ. Atque adeo optimè conuenit & Græci vocabuli γλίσχρος & Latini Tenaces metaphora cum ea de qua nunc agitur: quum ipsum quoque viscum γλίσχρον & tenax appellari possit. Quæ quum ita sint, non video cur aliam hæc significatio derivationem sibi postulet. quanuis enim non dicatur pluraliter ἰξοί, vt hæc viſca Latinè, à ratione tamen non abhorret vt si ἰξὸς vocetur aliquis qui tenax sit & parcus, perinde acti nominaretur viscum: itidem plurali numero ἰξοὶ nuncupētur qui tenaces sunt & parci. Siquis tamen aliquid melius hac de significatione attulerit, id lubenter amplectar.

C. Ἰξοβόρος, ου, ὁ & ἡ, VEL Ἰξιβόρος (q.d. Viscivorus) Visco vescens. Valétque idem & ἰξοφάγος, seu ἰξιφάγος, de quibus mox dicetur.

C. Ἰξοφάγος, ου, ὁ & ἡ, SIVE Ἰξιφάγος, idem quod ἰξοβόρος seu ἰξιβόρος, quæ proximè præcedunt. Sed quum generalem significationem hæc habeant, & de omnibus auibus dicantur quæ visco vescuntur, (quæcunque illæ sint) peculiariter de quibusdam turdis dicuntur. Nam ex tribus κιχλῶν (id est turdorum) generibus, vnū esse earum quæ ἰξοφάγοι appellantur, dictum antea fuit: ab Aristotele autem ἰξιβόροι, nomine idem significante, nuncupantur. Κιχλῶν δ' αἱ μὲν ἡδυεπεῖς (inquit, libro 9, De hist. anim.) καλοῦσιν, ἰξιβόρους· αὗται δ' οὐκ εἰσὶν ἀεὶ ἐν ἡμῖν ἀλλὰ καὶ ἀποδημοῦσιν.

C. Ἰξοφόρος, ου, ὁ & ἡ, Viscum ferens, seu gerens. Apud Sophoclem in Meleagro, Ἰξοφόροι θῆρες sunt αἱ ἰξὸν φέρουσαι, teste Hesychio. Apud Oppianum autem legimus Ἰξοφόρους δόκανας, significantem ἐκ λεπίδος λύγου, vt scribit Eustathius. Neque tamen affirmat, sed dicit videri hoc velle significare.

Ἰξώδης, ους, ὁ & ἡ, Viscosus, Visci modo lentus, Tenax.

Ἰξιάς, ιτος, ὁ, Viscosus. quo vocabulo vtitur Palladius, licet in vulgatis dictionariis non extet. Redditur etiam Lethalis: de qua significatione dicam infrà, vbi agam de nomine ἰξία. A

Ἰξεύω, Viscо aues capio. Sed generalius Capto aues, Venor aues, (nam verbum venor ad eas etiam extenditur) Aucupor. VNDE EST Ἰξευτής, οῦ, ὁ, Auceps. Magis propriè q. d. Viscator. (sicut ἰξεύτρια redditur Viscatrix) Qui visco aues capit. Ab Hesychio exponitur VOCE Σπερνοφωτάστης, quæ sonat (vt opinor) Passerum captor, Qui passeres capit. Videtur enim compositum esse hoc nomen (quod vix antiquum esse credo) ex nomine σπουδὸς & verbo πιέζω. Et quòd passerum hîc peculiariter mentio fit, conuenit (vt antea docui) cum eo quod apud Etymologum legimus, ἰξὸν esse πᾶν σπουδεῖον παγίδα. Vtuntur autem οἱ ἰξεύται, id est aucupes, καλάμοις siue δόναξιν, (id est calamis siue arundinibus) qui itidem ἰξεύται appellantur. Legimus enim in Anthol. epigramm. ἰξευτῇς καλάμοις, necnon ἰξευτῇ δόναξι. (Quibus in locis ἰξευτὴς ponitur pro ἰξευτικὸς: de qua voce dicetur infrà) Horum autem calamorum fit mentio & à Bione in quodam elegantissimo idyllio, cuius initium est, Ἰξευταὶ ἦτε κῶροι. (quod NOMEN Ἰξευτὰ Dòricum est pro ἰξευτής) Sed afferam primos huius idyllij versus, vtpote aliquid etiam habentes ad ἰξευτῶν πρέπον pertinens: Ἰξευταὶ ποτὶ κῶροι, ὃν ἄλσεϊ δενδράεντι Θήρια θηρεύων, τὸν ὑπὸ δρυὸς εἶδεν ἔρωτα Ἑσσόμενον πύξοιο ποτὶ κλαδόν. ὡς δ' ὁ θοιάσας, Χαίρων, ὥστε νιν μέγα θαῖμα θόητον αἰσθών, Τὼς καλάμους ἅμα πάσας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων, Τᾷ δὴ τᾷ πὰρ ἔρωτα μετάλμενον ἀμφιδόησεν. Quos versus olim Venetiis ita reddidi, primis ferè iuuentutis annis, Auceps fortè puer dum venaretur opaca In sylua volucres, infelix omen, Amorem Fronde super buxi vidit pallente sedentem. Tunc puer exultans, magna velut alite visa, Continuò viscum calamósque recolligit omnes, Insidiásque omnes volitanti tendit amori. B C D

FORM. Ἰξευτεία, ET Ἰξευτρεία, Viscatrix. Sed crediderim, vt ἰξευτεία est tanquam ab ἰξευτὴς, (sicut πειθὴς habet fœmininum πειθεία) ita ἰξευτρεία esse tanquam ab adiectiuo masculi. ἰξευτρειος. Plutarchus in libro De fort. Rom. καὶ γὰρ ἰδίας τύχης ἱερὸν ὄδτιν ἐν παλατίῳ καὶ τὸ τῆς ἰξευτρείας· εἰ καὶ γελοῖον, ἀλλ' ἔχον οὐ μεταφορᾶς ἀπάτην, οἷον ἱλαυσης τὸ πρᾶον, καὶ κρατούσης συμφορήσιμα. Quæ Budæus ita reddidit, in ea quam edidit illius libelli interpretatione, Iam primùm igitur idiæ [id est priuatæ] fortunæ delubrũ in palatio situm est. est & ixeutriæ, [id est viscatricis] tametsi id nominis ridiculum est, sed non abs re tamen, translatione id dante, ac si dicas, tenaciter attrahentis quicquid illi hæsisset. Et hoc quidem in loco (vti vides) extat prior illa scriptura ἰξευτρεία, quæ magis mihi placet. At in alio eiusdẽ Plutarchi reperitur posterior ἰξευτρεία, vbi ipsemet interpretatur Viscata. Is legitur in Rom. quæst. seu problem. καὶ τί δ' ἂν τις ἐπιξέοι καὶ ἄλλας ἐπωνυμίας, ὅτου τύχης ἰξευτρείας ἱερὸν ὄδτιν, ἣν βιπάτας ἐνομάζουσιν, ὡς πόρρωθεν ἡμῶν ἀλιπεμφίων ὄντων αὐτῆς, καὶ σφηκομόρφων ὄντων τοῖς σφήξιμασιν; Extat verò & substantiuum NEVTRVM Ἰξευτρεῖον, quod redditur Aucupium. In vulg. lexicis habetur ETIAM Ἰξευτείας, quod exponitur, Quæ, tanquam viscum, procul existentia detinet. Sed mendosam esse hanc scripturam arbitror, & pro ἰξευτείας per errorem irrepsisse, ex illo Plutarchi loco quem paulo antè protuli: præsertim quum expositio etiam cum illa cõueniat. Credibile est certè aliquem ex illo Plutarchi loco margini sui dictionarii adscripsisse, deinde alium inde hoc vocabulum describentem, non ἰξευτείας (vt erat huius linguæ rudis) sed ἰξευτρείας scriptum esse credidisse. E F G

Ἰξευτικὸς, ἡ, όν, Ad aucupes seu ad aucupum artem pertinens. vt ἰξευτικὸς κάλαμος apud Hesychium: vbi scribit, Ἰξὸς, εἶδος φυτοῦ, καὶ κάλαμος ἰξευτικός. Sonat autem κάλαμος ἰξευτικὸς, q. d. Calamus viscatorius, seu Arundo viscatoria. (nam viscatrix arundo responderet potius illi præcedenti ἰξευτὴς κάλαμος.) Ex Ouidio autem reddi H

poterit Viscata arundo: vt ille dicit Aues fallere viscata virga.

Ἰξευτὴς, si Suidam sequimur, capitur etiam pro ἰξευτικὸς, id est Auceps, Qui viscо capit aues. Nam ἰξευτὴς ab eo exponitur hoc nomine ἰξευτικός: & additur, ὁ δὲ ἰξοῦ ἕως ὁρᾶς θηρᾶν, ἤτοι κάλαμος πάσσων. Sonabit autem propriè ἰξευτικὸς (dãdo illi eum etiam vsum quem alia eodem modo terminata obtinent) Peritus capiendi visco aues.

Ἰξία, ας, ἡ, etiam dicitur, eadem significatione qua ἰξός, pro Viscо. Theophrast. De caus. plant. lib. 5, cap. 22, ἔστι καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ καὶ ὅλως τὰ ἐμπλαστὰ ἐντεῦθεν ἐλθεῖν. Legitur apud eundem hac in significatione cum alibi, tum verò l. 3, De caus. plant. c. 16, vbi disserit de arbore quæ πρῖνος vocatur, id est Ilex: φύεται δὲ καὶ ἐπὶ πολὺ βαλανος, κάκκος πικὰ φερούσα. ἴσχει δὲ καὶ ἰξίαν καὶ ὑσσαρ. ὃν τὸν αὐτὸν συμβαίνει πίτυλον ἅμα καρποὺς ἔχειν αὐτὸν δύο μὲν, πικὸν, δύο δ' ἄλλως· τοῦ τε τῆς ἰξίας, καὶ τοῦ τῆς ὑσσάρος. καὶ πολὺ μᾶλλον ἰξίαν &c. F

Ἰξία vocata fuit & quædam planta, quæ alio nomine chamæleon albus. Ideo autem ἰξίαν vocauerũt quià ἰξὸς (id est viscum) quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Dioscorides l. 3, c. 10. Χαμαιλέων λευκός. ἰξία ἔστιν ἡ κάλυκος, διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν ἐνεῖσθαι περὶ τὰς ῥίζας αὐτοῦ. ᾧ καὶ αὐταὶ μασίχης χρῶνται αἱ γυναῖκες. Dubium porro esse posset vtrum à nominato ἡ ἰξία esset ille accusatiuus ἰξίαν, an potius ὁ ἰξίας pro eius nominatiuo haberi deberet: sed Plinius nominatiuum facit Ixia, non Ixias: si vulgatæ eius editiones non mentiuntur. Legimus enim l. 22, c. 18. ex Dioscoride, Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Et paulo pòst, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum, maximè circa canis ortum: (quomodo thura nasci dicuntur) vnde & ixia appellatur. Hoc vt mastiche vtũtur mulieres. Galenus quoque in lexico vocum Hippocrat. ἰξίαν interpretatur φύλλον τὸ λευκοῦ χαμαιλέοντος. Quæ VOX Ἰξίας suspecta esse possit: atque adeo in vulg. lex. alia affertur lectio, nimirum ἰξιῶν, & φύλλον: non addito tamen vllius veteris exemplaris testimonio. Ego ex quodam annotatũ reperio ἰξίαν quidem eodem modo, sed φύλλα pro φύλλον. Sciendum est porro Theophrastum lib. 9, cap. 13, De hist. plant. chamæleonis duo genera describentem, ἰξίας non meminisse, (vt annot. vulg. lex.) nec ἰξοῦ, id est visci, quod chamæleonis albi, vt tradit Dioscorides, vel vtriusque radicibus, Plinio teste, innascitur. AT VERÒ ἡ Ἰξία alia esse videtur radix, (vt in iisdem annotatur) licet Galen. Simpl. lib. 8, chamæleonis nigri radicem aliquid δηλητήριον habere scripserit. Inter lethales enim radices separatim enumerari à Dioscoride τὴν ἰξίαν scribente lib. 6. cap. 22, ἰξίας δὲ, ὃς καὶ οὐλοφύτου καλεῖται, ὁ τὸ πίτυλον ὅμοιον πολύποδι χλωρῷ καὶ τῷ σέλινῳ καὶ τῷ γένυϊ ἐμφαίνει. (ita enim scribendum est, non εἶον πολύποδι) Nicander autem ἰξίαν periphrasticè appellauit ἰξιόεν πῶμα, in Alexipharm. Ἰξιόεν δέ σε μή πο δόλῳ παρὰ χείλεσι πῶμα Οὐλοφύτου λήσειεν, ὅ τ' ὠκιμοειδὲς ὀδώδῃ. (Vbi obserua obiter, ὠκιμοειδὲς ὀδωδὲς, conueniens cum eo quod Dioscorides dixit, ὅμοιον τῷ ὠκίμῳ καὶ τῷ σέλινῳ ἐμφαίνει. Obserua item VOCEM Οὐλοφύτου, quæ itidem apud Dioscoridem est nomen quo à quibusdam vocatur ὁ ἰξίας. adeo vt non simpliciter considerandum sit hoc vocabulum οὐλοφύτου tanquam epithetum, vt censuisse videtur scholiastes: quum expopit, τὸ οὐλὰ βλαστάνον, ὅλον φυτικόν. De hac autem voce οὐλοφύτου hæc Gorr. scribit: Οὐλοφύτου dicitur chamæleo herba: non omnis tamẽ chamæleo ita vocatur, vt quibusdam placet, sed tantùm is qui viscũ profundit. vnde Nicander in Alexipharm. οὐλοφύτου ἰξίου dixit, quasi viscosum. Hæc ille: cuius de adiectiuo ἰξίου sententia animaduertenda est: quum alioqui illi à quibus ἰξίας redditur etiam Lethalis, ex hoc loco ortius interpretationis occasionem sumpsisse videri possint. Nisi potius quoniam ἰξία est nomẽ certi cuiusdam medicamenti lethalis siue lethiferi, ideo ἰξίας generaliter pro lethali accipi putauerunt. Scribit

verò οὐλόφωνον, cum accentu in antepenult. quæ ſcriptura apud Dioſcoridem extat: quum apud Nicādrum alteram illam ſcripturam οὐλοφόνον habeamus) Reprehenditur porro Nicandri ſcholiaſtes, qui in illum eius locum annotarit ἰξίαν eſſe ἰσχνὸν τῆς ἀλφοῦς, τῇ χροιᾷ μέλαν: quum poſt Dioſcoridem Aetius lib. 13, cap. 71, ἰξίαν non inter blattas ſed inter radices venenatas repoſuerit: itidémque Paulus libro 5, cap. 29, ſcribens, τῆς δυνάμεως δὲ μείζων, χαμαιλέων, ἀσπάλαξ, ἡ ψῆνα, ἰξίας. Dicitur porro hoc venenum non ſolùm ὁ ἰξίας, ſed etiam ὁ ἰξία. Affertur enim ex Galeno lib. 2 De antidotis, τῆς δὲ τοῦ ἰξίου πυκνότερον βοτροῦ ἀφαιροῦσι μετ' ὄπου καὶ καστορίου. & ex Theophr. lib. 9, De hiſt. plant. ἔχει δὲ λάκκον καὶ ὁ ἰξίας ὁ ἐν Κρήτῃ, καὶ ὁ πρασίσκος τὸ φυλλάριον. Plinius ἰξίαν interpretatur viſcum, cum alibi paſſim, tum in hoc loco, vbi differit de fibris qui caſtores appellantur, & caſtorea, teſtes eorum: ſcribens, Auxiliantur priuatim contra viſcum ex aceto. In qua interpretatione Plinium lapſum eſſe quidam exiſtimant, quòd venenum quod ἰξίας dicitur, chamæleonis albi viſcum eſſe falſò crediderit. Alii (quibus potius aſſentior) mirantur quidem Plinium maluiſſe interpretari viſcum, quàm Græcam vocem, cum Scribonio Largo, retinere: ſed ex magna ſimilitudine quam ἰξίας cum aucupatorio viſco habet, effectum eſſe putant vt Plinius viſcum reddiderit: quoniam ſicut viſcum, cuiuſque rei, cui hæſerit, tenax eſt, ita, ſi deuoretur ἰξίας, omnia glutinat interanea, omnéſque contrahit & colligat excrementorum exitus. Talé quid autem de eo teſtatur Nicandri ſcholiaſtes, qui alioqui blattæ genus eſſe exiſtimauit, vti dictum eſt. Addam porro his & Gorræi τοῦ ἰξίου verba, tanquam corollarium: Ἰξίας dicitur chamæleo, vt patet ex Scribonio Largo, vbi de venenis agit, ſimiliter ex Heſychio. Verùm non omnis chamæleo eſt, ſed qui viſcum fert: cuiuſmodi habetur qui in Creta prouenit, quem Theophraſtus lacrymam reddere ſcripto teſtatus eſt. Dioſcorides autem ad radices eius profundi viſcum quibuſdam in locis affirmat, quo mulieres vtātur pro maſtiche. Itaque non omnis chamæleo, ſed qui viſcū remittit, ἰξίας dicitur. Quod diſcrimen intelligens Nicander, quum in Alexipharmacis vlophoni veneni (quod omnium conſenſu chamæleo cenſetur) meminit, adiecta nota οὐλοφόνου ἰξίου, quaſi viſcoſum, dixit: quod idem erat atque ἰξίαν dicere. Non eſt igitur idem chamæleon & ἰξίας: hoc ſpeciei, illud generis rationem habet. Ac quum chamæleonem veteres in duo genera diſtinxerint, album & nigrū, & videatur Dioſcorides ἰξίαν ſpeciem albi facere, (quod tamen mirum eſt, quum album bibi poſſe conſtet, ἰξίαν verò longè perniciоſiſſimum eſſe venenum) attamen patet ex eorum dictis chamæleonem ἰξίαν multum eſſe differētis naturæ à chamæleone viſcum non ferente. Nam qui viſcum non fert, ſi albus quidem eſt, nō eſt venenatus: (quòd Dioſcorides, Galenus & Plinius eum propinent aduerſus interaneorū animalia, hydropas & dyſuriam) ſi verò niger eſt, venenatam quidem & letiferam radicem habeat, autore Galeno: (qui propter ea ſuadet tantùm ea foris vtendum eſſe, aduerſus ſcabiem, impetiginem & vitiliginem) ſed longè varijs ab ixia modis nocentem, multumque diuerſa ſymptomata inuehentem, & notas ſimiliter differentes, & alia quoque remedia poſcentem. Teſtis Paulus Ægineta, qui ſeorſum de ixia déque chamæleone ſcripſit, quòd differant tum ſymptomatis tum curatione. Ex eo enim iudicari poteſt, Dioſcoridem in proœmio libri ſexti, venena in ſuas quæque claſſes digerentem, non temerè chamæleonem & ixiā inter radices ſeparatim recenſuiſſe. Cæterùm ἰξίας dicitur ἀπὸ τῆς ἴξεως, hoc eſt à viſco, quaſi viſcaria planta. Nanque viſco redundat tam tenaci & pernicioſo, vt nonniſi interaneorum conglutinatu interitum afferre videatur. Hæc Gorr. apud quem plura vide.

Ἰξία, (ſicut & ἰξὶς interdum) Varix. Poll. Onomaſt. lib. 4, Κιρσός, ὁ παρὰξὺς, οἴδημα φαυλότερον ἀπὸ κιρσώδους τινὸς, παρὰ τὸν ὀπτικὸν χιτῶνα, μικρὸς, ὄγκος. Vocatur autem & ἰξία, (inquit) διὰ τὸ τὰς τίτθους τῆς τίτθης ὁμοίως συσφίγξαι: necnon ἰξός. Itidémque à Galeno apud Hippocratem ἰξίαι exponitur κιρσοί. Sed affertur alia etiam SCRIPTVRA, Ἰξαί: ex Plut. in Mario, Ἰξῶν αἱ ἄκανθαι. vbi tamen meritò ſuſpectus fuerit genitiuus ἰξῶν, quòd facilis fuerit alicui librario lapſus ex ἰξιὰν in ἰξῶν.

Inuenitur ETIAM Ἰξίνη, SIVE Ἄκανθα ἰξίνη, ſed non de eadem planta. Fert tamen ἰξίνη quoque maſtichen. Theophr. De hiſt. pl. l. 9, de iis quæ lacrymam ferunt, σπανίζουσι καὶ ὅτι τῆς χίου καὶ ὅτι τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης· ἔχουσι δὲ μαστίχην. Ab eodem eiuſdem operis l. 6, c. 3, inter aculeatas reponūtur ἰξίνη & χαμαιλέων. (Reprehenditur autem Gaza qui ἰξίνην carduum pineam interpretatus ſit) Idem l. 6, c. 4, hanc deſcribens, ait, ἡ ἰξίνη δὲ φύεται μὲν οὐ πολλαχοῦ, ῥιζόφυτος δὲ ἔστι. λέγεται δὲ τῆς ῥίζης μέσης ὁ σπόγγος πρὸς ἄκανθαν ὀπτικὴν φυόμενος, οὐκ ἄφθονον δὲ μᾶλλον ἔστι καὶ χυμιδίον ὅτι μὲν φύλλον. οἱ πλεῖστοι δὲ ὅτι τῷ ἄκρῳ φέρει τὸ δάκρυον ὕστερον καὶ ἔοικεν ἔστιν ἡ ἄκανθα καὶ ἡ μαστίχη. Quæ verba Plinius interpretans habet Hexine: ſed nemo dubitat quin Ixine (ex illo ἰξίνη) reponi hic debeat pro Hexine, & alibi itidem pro Helxine. Verba ipſius Plinii ſunt, lib. 21, cap. 16, Hexine rara viſu eſt, neque in omnibus terris eſt: radice folioſa, ex qua media veluti malum extuberat, cōtectum ſua fronde. Huius vertex ſummus lacrymam continet iucundi ſaporis, acanthicen appellatam. Vicißim autem ex poſtremis hiſce Plinii verbis rectè emendantur poſtrema Theophraſti verba, reponendo ἡ ἄκανθα ἡ μαστίχη.

In derivatione verbi ſequentis ἰύζω, illorum autoritate nitor quibus placet ab aduerbio ἰοὺ eſſe deductum. Fateor alioqui, ſignificationem illius verbi quæ vulgò affertur, nō ſatis cum illa derivatione conſentire. Sed fieri poteſt vt ἰύζω primò dictū fuerit de eo qui clamaret ἰοὺ, (ſicut αἰάζω ſcimus dici de illo qui clamat αἰ) licet exemplum huius ſignificationis nullum nobis extet.

Ἰοὺ, aduerb. Hei, Heu, Eheu. ſicut οἴμοι. Sed geminari ſolet hoc aduerb. ἰού: ſicut & cætera id genus. Habes in Aiace Soph. p. 44, meæ editionis. Apud Lucianum is qui vapulat, clamat, ἰοὺ, ἰοὺ in Timone, τί δέ- ποτε ἰοὺς ἰοὺς ὁ Τίμων μεμύκηκας; ὦ Ἡράκλεις. ἰοὺ, ἰού. σκυλεύομαί σε πρωΐ μαστιγίαι εἰς Ἅιδου πάντα. Plutarchus in libro De def. orac. αὐτόθεν, ἰοὺ, ἰού· δεινόν τι πάθος ἢ ἄγνοια καὶ ζητήσεως δεόμενον πολλῆς ἡμᾶς κομίζουσι ἡμῖν. Legitur & apud Platonem in Gorgia, ἰοὺ, ἰού. Non ſolùm autē geminatum, ſed multoties repetitum inuenitur apud Ariſtophanem. Ex Luciano affertur & genitiuo mōtum, ἰοὺ, ἰοὺ, ἰού, ἰού, Δηοῦς δεινῆς μυστῶν.

Ἰοὺ interdum non gementis eſt, ſed contrà exultātis. Sed hac in ſignificatione quidam SCRIPSERE Ἰοῦ cum circunflexo tradunt. ἐξωτικῶς δὲ ὅτι χαρᾶς, (inquiūt) ἐξωτικῶς δὲ ὅτι θλίψεως. Neque tamen hæc ſcriptura vulgatis Platonis editionibus confirmatur: vtpote apud quem De rep. libro 4, ſit vox exultantis propter rem deprehenſam quæ inueſtigabatur, ἐξυπνίας tamen ſcripta: ἰού, ἰού, ἐπαῖον, ὦ Γλαύκων, κινδυνεύω ἐμοὶ τῷ ὄντι ἐπὶ δικαίῳ ἴχνει καί μοι δοκῶ τὸν τοῦ πάλαι σοφοῦ ἀνδρὸς ἐφικέσθαι ἡμεῖς. Ne autem valde miter particulam iſtam, quæ alioqui gemētium eſt, exultationis contrà indicem nonnunquam eſſe, facit particula ἰοὺ, quæ itidem contrarium huic vſum interdum obtinet.

Ἰύζω, Clamo ἰού: ſi quidem verum ſit ab ἰοὺ eſſe deductum hoc verbum, vt αἰάζω ab αἰ. Sed nullum affertur huius ſignificationis exemplum: ac fieri poteſt vt ob-

ſoleuerit. Alioqui pro ea videri queat facere copulatio verbalis *ἰυγὴ* cum *σὺν ἐμοὶ* apud Sophoclem. A grammaticis dicitur eſſe, Vocem talem edo qualis eſt ſibilantis. Homerus Iliad. ρ, de leone loquens bouem ex armẽto raptum vorante, — *ἀμφὶ δὲ τόν γε κύνες τ' αὐδῆτες τε νομῆες Πολλὰ μάλ' ἰύζουσιν ἐπὶ σφίσι, οὐδὲ ἑκηλοὶ Ἅπτον ἰλλέσθαι.* Vbi Euſtathius annotat *ἰύζειν* eſſe *εἶδος συριγμοῦ*. Apud eundem poetam legimus Odyſſ. ο, *Ὣς ἄρα οἱ εἰπόντι ἐπέπτατο δεξιὸς ὄρνις Αἰετὸς ἀρσίλιν χλωρὰ φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον, Ἥμερον ἐξ αὐλῆς. οἱ δ' ἰύζοντες ἕποντο Ἀντήρες ἠδὲ γυναῖκες.* Vbi idem ſcholiaſtes annotat duntaxat *ἰύζειν* eſſe *φωνὴν ἄσημον*. In quendam autem locum libri ο Iliadis, vbi poeta verbali *ἰυγμὸς* vtitur, ſubiungens nomini *μολπὴ*, annotat idem enarrator, *ἰυγμὸν* & *ἰύζειν* eſſe *φωνὴν ἄσημον, ὑποῖον καὶ τὸν συριγμόν*. Autor breuium ſchol. in illo loco libri ρ Iliadis, *ἰύζουσιν* exponit *ἀχρήστως φωνῇ συνεφέροντο*, item *συνεφώνουν*. addens factũ eſſe hoc verbum ex aduerbio *ἰού*. At verò idem ſcholiaſtes (ſi tamen eiuſdem & hæc ſcholia eſſe credendum eſt) in illo altero loco qui legitur Od. ο, *ἰύζοντες* exponit *βοῶντες*, id eſt clamantes. Sed magis mihi placet expoſitio quæ apud Etymologũ legitur, videlicet *συρίζοντες*, (nã reponi debet *συρίζοντες* pro *συρίζοντες*, vt *ἰύζοντες* pro *ἰύζοντες*) ac melius cum iis quæ ab Euſtathio traduntur conuenit. Quæ autem apud eundem grammaticũ (Etymologum dico) ſubiunguntur, *καὶ ἰύζουσιν, ἀχρήστως φωνῇ συνεφέροντο*, &c. eadem ſunt cum illis quæ modò ex ſcholiaſte Homeri attuli: atque adeò inde à quopiam adiecta fuiſſe puto: vt alia pleraque apud eum legi exiſtimo, quæ illius non ſunt, ſed hinc inde addita. In vulg. lex. redditur Fiſtula cano, item Agreſti voce profero. quæ ſecunda expoſitio ex illis ſcholiaſtæ verbis ſumpta eſt. At prima neſcio cuius autoritate nitatur, eſtque mihi ſuſpecta. Aliud enim eſt Sibilo, aliud, Fiſtula cano. Additur verò & tertia interpretatio, Clamo vt mulieres. Cui interpretationi occaſionem putarem præbuiſſe locum Homericum qui ex Odyſſ. ο, allatus fuit, niſi ibi non *γίνεσθαι* tantùm, ſed *αἰδῶ* etiam, & quidem priore loco, fieret mentio. Illi certè interpretationi videri queat patrocinari expoſitio quæ à ſcholiaſte Sophoclis datur nomini *ἰυγὴ*, videlicet *ἐξῆς βοή*. Quinetiam ſchol. Theocriti ait eſſe *τὸ λιγυφωνεῖν*, & propriè de mulieribꝰ dici. Non minus tamẽ tutũ fuerit ſimpliciter & generaliter interpretari Clamo. poteſt enim hæc interpretatio Heſychii pariter & Suidæ teſtimonio confirmari. Sed apud Heſych. legitur *ἰυζῆ*, tanquam à prima circumflexorum coniugatione: quam ſcripturam mendoſam eſſe puto pro *ἰυζεῖ*. In iiſdem illis lexicis affertur ex Callimacho, *ἰύζων δ' αἰὲν ὄρος*. ſubiungitúrque mira expoſitio, *λαχὼν καὶ κληρωθείς*. Verùm non mira tantùm ſed prorſus aliena eſſe hæc expoſitio, atque adeò alienum locum occupare facilè iudicari poteſt. Indicabo autem huius tã craſſi erroris originem in *Ἰυγξ*: vbi & de ipſo verbo *ἰύζω* aliquid addam.

Ἰυγμός, οῦ, ὁ, Vox tanquam ſibilantis, ſeu Vox ſibilo ſimilis. Aut etiam Sibilus. Reddi poteſt & Clamor, ſequẽdo ea quæ de verbo *ἰύζω* dicta fuerunt. Homerus Iliad. σ, — *Τοὶ δὲ ῥίπτοντες ὀμαρτῇ, Μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε πολὺ σκαίροντες ἵπποι*. Vbi annotat Euſtathius *μολπὴν* & *ἰυγμὸν* eam eſſe differentiam quæ ſit *λόγου ἐμμελοῦς* & *βοῆς ἀμούσου*. nam *μολπὴν* eſſe *μεμελισμένον ἦχον*: at *ἰυγμὸν*, eſſe *φωνὴν ἄσημον, ὑποῖον καὶ τὸν συριγμόν*. In vulg. lex. exponitur etiã Fiſtulæ cantus. Vide *Ἰυγή*. Apud Heſych. legitur ΒΤΙΑΜ *Ἰυχμός*.

Ἰυκτὴς, οῦ, ὁ, Sibilator, Qui ſibilat: aut certè, Qui vocem edit ſibilo ſimilem: ſequendo ea quæ in *ἰύζω* dicta fuerunt. In v.l. redditur Edens ſibilum, item Vocalis. addunturq; hæ expoſitiones Græcæ, *συριακτὴς, ὁ λιγυφθόγγος*. quæ ex ſcholiaſte Theocriti ſumptæ ſunt, in hunc verſum Idyllii quod *βουκολιαστὴς* inſcribitur, *Ἐγὼ δ' ἐν ἄσκᾳ λαχὼν ἰυκτὰ Μυάλκας*. Ita enim verſum illum explanat ſcholiaſtes, *ἐγὼ δ' ἐν ἐμοὶ ἔδιν ὁ Μυάλκας συ-*

*εικτὴς, ὁ λιγύφθογγος*. Et addit, *ὧν τὸ σημαῖνον ἰυκτὴς Καλλίμαχος, Ἰύζων δ' αἰὲν ὄρος*. Quoniam autem illis Callimachi verbis ſubiunguntur iſta *λαχὼν καὶ κληρωθείς*, inde factum eſt vt in poſtrema vulgarium lexicorum editione (qui error tam fœdus támque craſſus eſt vt fœdior & craſſior vix vllus eſſe poſſit) ita poſita ſint quaſi iis exponeretur verbum *ἰύζων*. Atqui ſatis ſupérque manifeſtum eſt ſcholiaſtem non iam de participio *ἰύζων* loqui, ſed exponere illam Theocriti vocem *λαχὼν*, voce *κληρωθείς*: vtentem particula *καὶ*, quæ & alibi ſæpe hunc vſum habere cõperitur. Verùm & iis quæ de ipſo verbo *ἰύζω* dicta fuerunt ſuprà, hoc addẽdum eſt, ſcholiaſtem illum ibi ſcribere *ἰύζειν* eſſe *τὸ λιγυφωνεῖν*, & propriè de mulieribus dici. Legitur porro in v.l. & *Ἰυγκτὴς*.

Ἰυγὴ, ῆς, ἡ, idem quod *ἰυγμὸς*, de quo paulò antè dictum fuit. Soph. in Philoctete, pag. 411, meæ editionis, *Τί δ' ὅταν οὔτε παγχυὴ ἔλαφος, οὔτε Τερηνὶ' ἰυγὴ καὶ τόνος ἐσπόμενος ἰυγαῖς*; Vbi ſcholiaſt. *ἰυγὴ* exponit *ἐξῆς βολή*. Obſeruandum eſt autem copulari *ἰυγὴ* & *τόνος*. hæc enim copulatio pro ea ſignificatione verbi *ἰύζειν* cui primũ locum dedi, facere videri poteſt. Atque vt *ἰυγὴ* ſcholiaſtes Sophoclis tradit eſſe *ἐξῆς βολήν*, ita *ἰύζειν* exponi poſſet *ἐξίεσθαι βοᾶν*. Extat & apud Nicandrum illud verbale *ἰυγὴ*, in Theriacis, de baſiliſco, *Οἵη ἄρα δὴ κείνου ἀπειρεσίη χθὼν πυθάλεα χαίτης Ἰυγῇ μίμνουσιν*. vbi ſcholiaſtes *ἰυγῇ* eſſe ait *φωνῇ πᾶσα* vel *βολῇ ἀδιάφορον*, *ἀπὸ τῆς συμβαίνοντος πανταχόθεν*. Cæterùm ſi *ἰυγμὸς* reddi poſſit Fiſtulæ cantus, (quæ interpretatio habetur in vulg. lex.) non dubium eſt quin & hoc *ἰυγὴ* ita interpretari poſſimus. Sed hæc interpretatio cõuenit cum ea quæ in iiſdem tribuitur verbo *ἰύζω*, videlicet Fiſtula cano: cuius ſignificationis exemplum deſidero.

ΑΤ ΥΕΡΟ Ἰυγξ, γγος, ἡ, (quod itidem ab *ἰύζω* deriuatũ exiſtimatur) nomen eſt auiculæ quam Torquillã necnon Verticillam quibuſdam appellare placuit. Eam deſcribit Ariſtoteles Hiſt. anim. l. 8, cap. 12. A quibuſdã dicta etiam fuit Moracilla, tanquam vna eademque cum illa quæ *σίσουρα* ſiue *σισυρίγξ* nominatur, (aſſentiturque illis Suidas, ſcribens, *ἰυγξ τὸ ὄρνεον τὸ καλούμενον σισυρίγξ*) ſed reprehenduntur qui illam cum hac confundunt: quam *κινάιδιον* etiam vocatam fuiſſe Heſych. & Suidas autores ſunt. A Galeno autem libro 4, περὶ τροφῶν ferrur dicta *κινάιδος*.

Ἰυγξ, (vt quædam poetica fabula perhibet, cuius meminerunt ſcholiaſtæ Pindari & Theocriti, necnon Suidas) mulier quædam fuit quæ quum Ionem incantamentis quibuſdam & magicis artibus ad amorem ſui vel ad amorem ſũs pellicere conaretur, à Iunone in auem mutata fuit, ſeruato eodẽ nomine. Hinc autem factum eſt vt auem iſtam ad amatorias illecebras iuuare, eáque magas ad ſuas incantationes ſuáque venẽficia vti creditum ſit. Bud. *ἴυγγας* vertit Veneficia illecebroſa, in hoc Syneſii loco, *ἦτοι ἀρὰ Αἰγύπτιοι φαρμακεῦς. καὶ οὐ παῖτα Ὅμηρος ψεύδεται, ὃν καὶ αὐτὸς ἰυγγῶν πολλῶν δεδιδαγὼς ὑπομίμνησκε αὐτ' Αἰγυπτίου*. Cui loco hunc Xenophontis ſubiungit, *οὐκ ἀδύνατον μαλθακῷ φίλτρῳ τινὶ καὶ ἐπῳδῇ καὶ ἰυγγι*. Vtitur autẽ Syneſius & aliis in locis voce *ἴυγγες* pro illecebris. Itidémque *ἴυγξ* generaliter pro quauis illecebra interdum ponitur, & eoquod nos ad aliquid pellicit. Ex Xenophontis Apomnemon. affertur *ἴυγγα ἔχειν* pro Habere illecebram, & pelliciendi artificium tenere. Exẽpla huius metaphoricæ ſignificationis & apud Suidam inuenies. Apud Pindarum Nem. ode 4, *ἴυγγι ἑλκόμαν ὕπερ* ſcholiaſtes exponit *ὑπὸ μανίας*.

Ἰυγξ fertur dictus & ipſe magarum turbo ſeu rhõbus. Vide Suidam. Sunt qui in Theocriti Pharmaceutria in hoc intercalari verſu, *Ἰυγξ ἕλκει τὸν σὸν ἐμὶν πόσιν ἐς δόμον ἂν αὖθις*, vocem *ἰυγξ* ſignificationem illam habere crediderint. Sed ſcholiaſtes Venerem autem eſſe tradit, quam magæ ad ſuas incantationes adiutricem habeant. Vide plura de eadem voce ibidem.